Incommunicabilitas diſtinguitur ab eſſentia diuina præter opus intellectus.p.eadem.b
Incommunicabile vt pertinet ad rationem perſonæ, dicit negationem duplicis incommunicabilitatis, ſcilicet ut quo, & ut quod,p.5.b
Incommunicabile ſimpliciter,& ſecundum quid, pag. 6.a.eſt incommunicabilitas ſimpliciter conuenit ſoli perſonæ increatæ,ibidem.
Independentia triplex,p.5.a
Independentia aptitudinalis naturæ humanæ ad Verbum, nõ infert independentiam potentialem,vide ſupra,b
Independens aliqua dependentia, quam dependentiam poſſit terminare ſecundum Scotum,p.3.a. & ſoluitur ibi argumẽtum contra Scotum male intellectum, Petri de Candia.
Inductio duplex pro ſpecie argumentationis,& pro cognitione ſenſitiua,p.169.a
Indiuiduum eſt tale per aliquid poſitiuum,p.5.a
Infamia quæ eſt pœna canonica, non ſemper ſequitur magnitudinem,aut qualitatem peccati,p.232.a
Infinitvm, non poteſt eſſe pars,& non poteſt excedi, p.8.a
Infinitum an poſſit produci,quid dicendum,p.17.b
Infinitum in numero vel in magnitudine non eſt dabile,contra Greg.& Franc.& ſoluitur eorum argumentum,p. 89.a. neq.eſt dabilis aliqua forma actu infinita,contra Grego. & alios,ibidem.
Infinito quomodo poſſit fieri additio,p.Impoſſibile eſt infinita pertranſire natnraliter, non autem Deo, cauſante, pag. 106.b
Infinitas extenſiua ad recipiendum,non arguit infinitatẽ receptiui,immo imperfectionem,infinitas verò effectuum, quomodo arguit infinitatem cauſæ,p.107.a
Infinitas poteſt quadrupliciter imaginari,p.89.a.& ibi quæritur an ſit omnibus illis modis poſſibilis,ibidem.
Infinitas, non eſt ratio terminandi vnionem hypoſtaticam, ſed magis perſonalitas independens,p.50.a
Ingressvs Ianuæ Cœli duplicem habet cauſam,meritũ Chriſti,& noſtra cooperatio,p.144.b. p.& 145.a.in fine.
Inherere proprie,duo requirit,p.9.b
In nimici diligendi an ſint ex charitate,p.196.a
Inimicus quis ſit,p.eadem.
Inimicus dupliciter,vel affectu tantum, uel affectu, & effectu ſimul,ibidem.
Inimicus duplex,viſibilis,vt homo, & inuiſibilis, vt Diabolus, ibidem.
Inimicus capitur formaliter,& materialiter,ubi ſupra. Inimicus tripliciter dicitur, ſiuè iniuſtus,ibidem.
Inimicum quis non teneatur diligere ex charitate actu poſitiuo, ſiuè elicito, & eſt concluſio pia ſi recte conſideretur, pag.197.a
Inimicitia dupliciter,pro repugnantia naturæ, & vt eſt præter ordinem naturæ,qualis eſt inter homines,p.196.a
Inqvantvm poteſt quadrupliciter accipi,pag.54.b.ut facit propoſitionem exponibilem, ſumitur dupliciter, ibidem. Et nota quomodo propoſitiones de inquantum, debeat exponi,& p.83.a
Intellectvs creatus nullus neceſſariò immutatur ab obiecto beatifico,p.24.a
Intellectus capitur tripliciter,pro potentia intellectiua,pro habitu,principiorum,& pro eo quod eſt de eſſentia alicuius, pag.98.b
Intellectus animæ Chriſti, in quantum habet rationem receptiui,non indiget aliqua forma præcisè ad recipiendum viſionem eſſentiæ diuinæ, p. 98.b. contra Thomiſtas, idem, pag.109.b
Intellectus animę,Chriſti poteſt primo, & immediatè recipere uiſionem Verbi ſine lumine gloriæ præcedente, p.99.a. Et ad recipiendam huinſmodi uiſionem, non requiritur habitus præcedens talem viſionem,ibidem.
Intellectus quicunq.concurrit actiuè ad producendum viſionem diuinæ eſſentiæ ſicut ad cauſandam intellectionem eſt cuiuscunq. obiecti creati,p.100 b
Intellectus receptiuus habitus, & actus eius, congruum eſt ut prius recipiat habitum, q̃ actum, p.eadem, tamen de potentia Dei abſoluta, utrunq. poteſt poni; ſcilicet unum ſine altero,ibidem.
Intellectus intelligens rem aliter quàm ſit,fallitur, quomodo intelligitur,p.101.a
Intellectus humanus poteſt tripliciter habere notitiam reſpectu Verbi,p.102.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intellectus quicúq. natus est accipere cognitionem cuiuslibet obiecti creati, & per quamcunq. perficitur, p. 104.a. & est receptiuus omnium tam in Verbo, quàm in genere proprio, ibidem.
Intellectus intelligens infinita, quomodo sequitur q̃ sit infinitus, p.105.a. circa finem, potest enim dupliciter intelligi.
Intellectus creatus potest habere infinitam perfectionem extrinsecam, p.106.a
Intellectus potest considerari vt receptiuus, & vt elicitiuus, & receptiuus ita potest intelligere infinitas intellectiones, sicut vnam; sed vt obiectiuus non potest ita distinctè cognoscere infinita, sicut finita, ibidem. Dupliciter consideratur secundum suam rationem formalem, & secundum rationẽ concomitãtis. v.g. fantasiæ, & hoc modo potest ita distinctè cognoscere Deum sicut vnum, p.eadem.
Intellectus in vita ista habet cognitionem intuitiuam, & abstractiuam, de aliquibus obiectis, & de quibus sensus habet notitiam, de eisdem similem habet etiã intellectus, de omnibus sensationibus omnium sensuum, de omnibus intellectionibus suis, & de ipsa anima, p.108.b
Intellectus animæ Christi nouit omnes quidditates habituali ter per species infusas, notitia abstractiua, & habuit species omnium quidditatum, & soluit instantiam, ibidem.
Intellectus animæ Christi secundum vnum modum dicendi per species vniuersalium cognouit singula: secundum aliũ modum dicendi cognouit habitualiter singularia per species intelligibiles singularium; tertius modus q̃ habuit species concreatas aliquorum singularium, &c. p.109.a
Intellectus animæ Christi secundum sententiam Authoris cognitione abstractiua cognouit habitualiter non solum vniuersalia, sed etiam singularia omnia in genere proprio notitia perfecta vbi supra, b
Intellectus animæ Christi multa didicit notitia intuitiua, pag. 110.a. & acquirebat notitiam imperfectam a rebus, quia recordabatur eorum, quæ viderat, ibidem.
Intellectus noster potest dupliciter cõsiderari, vel, vt intellectus est, vel pro statu isto; primo modo sibi non repugnat cognoscere singularia sub ratione singularitatis, sed secundo modo, & quare, p.110.b. in fin.
Intellectus pro statu isto est connexus potentiæ phantasticæ, sic q̃ intellectus nihil potest intelligere sine phantasmate, vbi supra. De cognitione intellectus animæ Christi resolutio per propositiones, p.111.a
Intellectus animæ Christi vt portio inferior potuit naturaliter cognoscere suam mortem, & uoluntas potuit tristari, pag.119.a
Intellectus informatus sola fide infusa, non potest elicere actũ credendi, sed requiritur vt etiam sit informatus fide acquisita, & tunc sufficit, p.180.b
Intellectus non est simpliciter naturalis, sed est liber per participationem, p.204.a
Intellectum posse partialiter causare infinitas visiones sibi, potest intelligi dupliciter, p.105.a
in Intellectu beati est scientia de credibilibus, sed non fides, pag.180.a
Intellectus vt est donum spiritus sancti, est fides implicita, pag.214.b
Intellectus sumitur dupliciter, p.212.a. & est habitus intellectus siue fides de implicitis, vbi supra, b
Intellectio vocatur actio, & passio, quamuis sit de genere qualitatis, p.115.ante med.
Intelligibilia duplicia, quædam intelligibilia solum, quædam sensibilia, & intelligibilia, p.169.b
Intelligibilia priora secundum naturam, sunt etiam priora in intelligibilitate nostra: vt priora in intelligibilibus sensibilibus, quæ sunt priora secundum naturam, sunt posteriora secundum intellectionem in nobis, p.169.b
ad Intelligendvm non requiritur nisi potentia, & obiectum, p 136.a
Intensio non est forma, sed gradus in forma, p.165.a sub initium.
Intentiones speciei, & accidentis, possunt fundari in eadem re, aliter, & aliter considerata, p.58.a. etiam super homine.
Instans quadruplex, p.135.a. & quid sit primum instans esse rei, & vltimum instans, & c. ibidem. In eodem instanti temporis sunt plura signa naturæ, p.140.b
Irascibilis, & concupiscibilis, sunt in parte sensitiua, & etiam intellectiua (secundum Henr.) & q̃ distinguantur in uoluntate, p.183.a
Irascibili est circa futurum (secundũ Henr.) è contra est circa præsens, secundum Scot. p. 184. post initium. De distinctione harum duarum virium quid sentiat Scot. notat. p. eadem, sed præsertim, p.109.b. & est locus vbi plures se remisit.
Irascibilis, & concupiscibilis distinguuntur ex obiectis, & ex actibus suis, ibidem.
Irascibilis actus & concupiscibilis quid sint, p.eadem.
Irascibilis indiget moderare circa repellenda, sicut concupiscibilis circa appetitilia, p.110.a
Irascibilis perficitur per duos habitus, quorum vnus est bellicositas, alter patientia, & patientia est nobilior, ibidem.
Irascibilis, & concupiscibilis sunt esse in parte intellectiua, quę distinguit possunt ex obiectis, & actibus sicut in parte sensitiua, sed non ex organis, quia hæ inorganicæ sunt, p. 210.b. sunt vna potentia, aliter, & aliter considerata, contra Henr. sicut eędem potentię mentis, dicuntur portio superior, & inferior propter diuersa obiecta, & propter diuersos actus, ibidem.
Irascibilis, & concupiscibilis, ponitur in appetitu intellectiuo & sensitiuo, p.206.b. Obiectum irascibilis est arduum secũdum Henr. & delectabile concupiscibilis, secundum Scotũ, vel obiectum irascibilis, est offendens, concupiscibilis, est conueniens, ibid.
Irasci, est appetere vindictã, & ideo non habet pro obiecto bonum arduum, sed offensiuum, vel punibile, p.183.b. post initium.
Irasci est cum tristitia ipsius concupiscibilis, & cum propria tristitia, p.210.a
Irrationalia ex charitate diligenda sunt, pro quanto deseruiunt rationalibus: sic Apostoli dilexerunt Asinos portãtes Christum in Ierusalem, p.203.a
Isaac benedixit Iacob, quamuis uideatur q̃ intenderit bene dicere Esau, p.226.a
Iudæi si cognouissent Christum, nihilominus occidissent eũ, & eorum peccatum potuisset redimi, p. 242.
Iudæi, & Christiani discrimen circa ea quæ credimus, p.117.a
Iudæi habentes legẽ, tenebantur credere magis explicitè q̃ non habentes legem, p.178.b.
Ivdicivm duplex de actibus indifferentibus p.227.b.
Ivramentvm maximum cęteris paribus est iurare per Deũ p.231.b.
Iuramentum incautum dupliciter, uel quia est de materia illicita, uel quia potest dici illicita aliquo modo. p.230.b.
Iuramentum incautum quare sic dicatur. p.230. & an sit peccatum mortale. p.230.b.
Iuramẽtum dicitur illicitũ dupliciter, propter illud per quod, & propter illud quod iurat, & propter illud, quod iurat dupliciter, ibid. Dicitur esse incautum. Tertio ex impotentia, quia viro non possum dare, ibidem.
Iuramentum coactum, est quod fit propter metum qui potest cadere inconstantem, p.230 b. Datur quoddam iuramentũ q̃ caret oĩbus cõditionibus, & illud obligat semp, p.231.a
Iuramentum factum Regi, vel Principi de fidelitate, an obliget, vel possit dispensari, p.eadem.
Iuramentum sit dupliciter, vel ratione personæ, vel ratione alicuius accidentis, primum obligat indispensabiliter, secũdum Altisiod. secundum obligat dum prodest vtilitati Regni, vel Principatus, & sic potest dispensari, sic Papa dispensauit cum principibus Alemanis à iuramento præstito Otthoni Imperatori, vbi supra.
Iuramentum potest bene, & male fieri, p.231.b
Iuramenti obligatio penès quid sit attendenda, utrum ex qualitate iurantis, vel iurati, referuntur opiniones, solutio Scoti est, q̃ ex vtroq. tam ex qualitate iurantis, quàm rei, de qua est iuramentum, p.230.a
Ivrans tenetur iurare ad intentionem dantis iuramentũ, pag.226.a
Iurans occidere hominem, non peccat non occidendo, licet sit periurans; sed peccat pernitiosè iurando, p.231.b
Iurans per Euangelium ex diliberatione, & per Deum sine deliberatione, grauius peccat per cuius primo modo, quæ secundo modo, quamuis sit grauius eius qui iurat per Deũ sit est periurus, cæteris paribus, p.232.a
Iuramentum quid sit, p.227.b. duplex iuramentum. ibid.
Iuramentum sit per sacræ rei attestationem; & quare Deus iurat per semetipsum; quid est iurare Dei, ibid.
Iuramentum sit dupliciter, per simplicem attestationem, & per execrationem, p.228.a

Iuramentum recipiens potest dupliciter recipere, p.227.b
Iuramentum quo quis iurat se nunquam esse Episcopum, vel Abbatem, an obliget, declaratur, p.229.b An peccet sic iurans, sicut qui iurat se non ingressurum religionem, ibid. determinatur.
Iuramenti assignantur tres comites, p.229.b
Iuramenti membra colliguntur, p.229.b
Iurans incertum pro certo, non habens signa probabilia pro parte ad quam iurat, est periurus, & peccat mortaliter, p.229.a
Iurans incertum, an sit periurus examinatur proposito sensu: p.227.b. & sequenti.
Iurans incertum pro certo, etiam si sint signa probabilia, in condemnabilibus, & accipiat iuramentum tamquàm assertiuum iurans, peccat mortaliter; & est periurus, p.229.a. prima propositio Scoti. Et iudex recipiens iuramentum nõ peccat; si uero sic iurans iurat ad dandam credulitatem iurati, non est periurus, nec peccat, ibid. In fauorabilibus, iuras aliquem esse dignum, quem cognoscit indignum est periurus, & peccat mortaliter, p.229.a. sed iurans esse dignum eum non cognoscat esse indignum, non peccat, nec est periurus, ibidem.
Iurare frequenter est periculosum, p.229.a
Iurare per Deum, est grauius cæteris paribus, quàm per Euangelium, p.231.b
Iurare Dei, & creaturæ, discrimen, p.228.a
Iurare licet Christianis, quia iuramẽti finis est bonus, p.228.b
Iurare per creaturam, dupliciter fit B. Bon. & an liceat, pag. 228.a. & 231.b. Iudith mentita est Holoferni, & forte iurauit q̃ Deus infra paucos dies daret illi Ciuitatem, an peccauerit, & quo peccato, p.227.a
Ivstificatio virginis post instans peccati originalis non est motus, nec muratio, sed habet aliquid de vtroque, pag. 40.a
Ivstitia originalis sine gratia gratum faciente non erat sufficiens principium merendi in Adam, p 39.a
Iustitia originalis & gratia gratum faciens, se habent tamq̃ ex cedentia, & excessa, ibid.
Iustitia duplex, distributina, & commutatiua, p.73.a
Iustitia commutatiua capitur dupliciter, ibid.
Iustitia Dei dupliciter, pro perfectione, & pro effectu iustitiæ, pag.119.b
Iustitia triplex, pro charitate, pro habitu acquisito, pro libera te voluntatis, p.136.a
Iustitia vna secundum genus, sed plures secundum species, pag.211.a
Iustitia ordinat hominem ad alterum, siue potest communicare, uel se, vel sua prima vocatur amicitia, secunda vero habet plures species, p.ead.a. & b

L

Latria quid sit secundum D. Aug. p.72.a. & capitur tripliciter, pro actu exteriori, pro interiori, & pro habitu, ibid. definitur, & definitio declaratur, p.ead.
Latriæ obiectum duplex, mediatum, & immediatum, & latria datur Deo ratione summi domini, ibid. Iste cultus latriæ habet tria nomina in græco, & tria in latino, p.eadem.
Latria habet actus interiores, & exteriores vbi supra, pag. 73.a
Latria est nomen æquiuocum ad actum interiorem, exteriorem, & ad habitum. ibidem, hæc diuisio habetur etiam, pag.75.a
Lex naturæ dupliciter, communiter, & propriè, p. 220.b
Lex noua an sit grauior veteri, examinatur, p.232.a
Lex diuina secundum Gersonem est verum reuelatum, ibidem. diuiditur in vetus, & nouum Testamentum quod etiam dicitur æternum, quia alterum non est dandum: ex qua reprobatur error asserentium tertiam legem dari, ibidem.
Lex uetus, & noua non differunt penès præcepta moralia quo ad grauitatem, & leuitatem, sed penès cerimonialia, & hoc dupliciter, p.233.a
Lex vetus grauior erat quàm noua, quia obseruatoribus illis pauciora dabantur remedia, p.ead.b
Lex vetus habuit Sacramentum Eucharistiæ in vmbra saltem, ibid.
vtrum Lex noua aliquid addat super legem veterem, discutitur, p.234.a. & quid addat, declaratur, ibid.
Lex vetus potest dupliciter considerari, literaliter, & sic cohibebat tantum manum; & spiritualiter, & sic cohibebat manum, & animum: & tunc continebat quicquid continelex noua, secundum Alisiod. ibid.
Legis ueteris, & nouæ triplex, differentia assignatur à Magistro, pag.232.b. & quomodo lex uetus dicatur lex timoris, noua verò lex amoris. ibidem. quare illa dicatur littera o cidens, hæc spiritus viuificans, quarè illa dicatur onus graue, hæc suaue iugum, ibid.
Legis grauitas duplex: carnalis, & ea grauior est vetus lex: spiritualis, & hæc grauior est Euangelium, ibid.
Legis grauitas dependet ex onere, & adiutorio non adhibito. pag.232.b
Legis ueteris grauitas attenditur penes tria genera præceptorum, moralium, ceremonialium, & iudicialium, & quæ sint hæc, ibid.
Legis veteris, & nouæ nulla est comparatio quò ad iudicialia, quia nulla tradita sunt à Christo, p.233.a
Legem aliquam non cogere subiectum, quatuor potest esse, pag.40.b
Legem soluere venit Christus, quod potest dupliciter intelligi, & quomodo soluerit legem, & quomodo non, pag.234.b. In noua lege nihil traditum est quod non sit aliquo modo contentum in veteri lege secundum aliquem sensum, p.179.b. in fin.
in Lege naturæ quædam sunt præcepta quædam prohibitiones; quædam sunt demonstrationes, ibid.
de Lege naturæ sunt aliqua dupliciter, propriè, & communiter, p.222.a
in Lege Dei nullus potest esse perplexus inter duo mala, p.231.a. in primo principali.
in Lege noua quomodo sint iudicialia, p.233.a
Liberatio duplex, præseruatiua, & subleuatiua, pag.142.b
Libertas duplex, primaria, & est diuina voluntas: secundaria, & est uoluntas creata, p 135.a
Licitè qui potest proferre propositionem quam tunc credit esse falsam, p.224.a
Licitum aliquid dicitur dupliciter, licitum, & expediens, & licitum sed non expediens, secundum Altisiodoren. p.229.b
Locus quid sit, & bifariam sumitur, formaliter, & fundamentaliter, p.15.b
si Locus formaliter sit respectus, in eadem superficie possunt fundari duo vbi ad duo corpora in eodem loco existentia, ibidem.
Logica dicitur rationalis ab obiecto rationis, non motiuo, sed terminatiuo, p.71.a
Lvmen in aere dependet ut à subiecto, cum tamẽ aerem non informet, p.2.a
Lumen requiritur in intellectione naturali ratione obiecti, ut fiat actu intelligibile, non ut intellectus recipiat intellectionem, p.99.a
Lumen quadruplex, pagina 99. b. & habituale triplex, ibidem.
Lumen obiectiuale est necessarium ad beatitudinem, & est ipsum obiectum, ibid.
Lumen fidei duplex, ibid.
Lumen habituale gloriæ, non requiritur necessariò ad uidendum Deum, de potentia Dei absolura, p.100.a
Lumen gloriæ quid sit, p.98.b. & quomodo sit necessarium ad visionem diuinæ essentiæ recipiendam: cuius oppositum sentit Scotus, ibidem, quamuis non negat Scotus huiusmodi lumen gloriæ, ibid. & p.199.b. De potentia Dei ordinata, necessariò ponendum est lumen gloriæ, & sic intelligitur illa Clementina de Hæreticis, & ponitur ratione actiuitatis addendæ, non ratione receptionis, pagina 100.a
Lumen gloriæ ponitur propter eandem causam, propter quàm ponitur charitas, pag. ead. Quod lumen gloriæ uocatur, melius diceretur species diuinæ essentiæ quàm habitus, ibidem.
Lumen gloriæ, cum intellectu de potentia Dei ordinata, & de facto, est causa ipsius visionis beatificæ, pagi. eadem, b. non tamen absolutè necessarium; secundum Scotum, pag.199.b
Lumen triplex, secundum Henricum fidei glorię, & medius, pag.169.b. lumen intelligitur modus cognoscendi; pag. 170.a. lumen medium quod ponit Henric. non sufficit ad causandam scientiam, vt dicebat Henricus, p.171.b. & sequenti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index

Quid sit tale lumen medium, secundum Henr. ibid.
Lumé naturale quid, & pariter lumen supernaturale, quod est duplex, p. 175. b

M

MALITIA non mala, quia prohibita, sed ideo prohibita quia est mala, secundum D. Thom. p. 227. a. cuius oppositum ostendit Sco. eadem, p. 6. de Abraham, quòd iustè potuit occidere Isaac.
Malitia triplex, ex genere, malitia moralis, & demeritoria, siue peccatum mortale, p. 223. b
Malitia ex genere. est ex se mala, & non potest benefieri, ibid.
MAIORES in Ecclesia habent lumen medium in se lumen, gloriæ, & fidei, & quomodo acquirantur secundũ, Hen, p. 170. a
Maiores in Ecclesia tenentur credere explicitè, omnia credibilia, & docere simplices, p. 177. b
Maiores in Ecclesia obligantur ad credendum omnia explicitè, non in baptismos sed quando promouẽtur ad dignitates, pag. 178. a. Habent scientiam cum fide secundum Henr. lumen maius, & minus, p. 176. a
MAIVS Malum est habere peccatum originale, quàm veniale, p. 37. a. b. Duobus malis propositis, maius est euitandũ. ibid.
MANDATVM de dilectione non est traditum tantum in Euãgelio sed tantummodo explicatur habebatur enim etiam in lege veteri, p. 234. a
MANICHEI dicebant Iuramentum non licere Christianis, pag. 228. a
Manichei error circa Verbi incarnationem, p. 1 a
MANVS dum obijcitur, ne vulneretur caput, non mouetur à se, sed à virtute motiua totius, quæ magis appetit conseruare totum, quam partem, p. 190. b
MARIA Virgo an concepta sit in peccato originali opinio D. Thomæ, & Sectatorum, & opinio Scoti, & Sectatorum, p. 36. b. Negatiuam partem probat Scotus, ibid. Conclusio Scoti. Maria Virgo in sua Conceptione non fuit obnoxia peccato originali, p 37. a. Maluisset potius carere visione diuina, quàm esse in peccato mortali, vel originali, si sibi data fuisset optio, ibidem. Et similiter pati pœnam infernalem, quàm esse in peccato originali, & multa alia sustinere, quàm mortaltier peccare. ibidem.
Maria Virgo caruit peccato originali, quicquid dicat Gugliel mus, ibid. Habuit priuilegium, ꝙ nunq̃ incidit in peccatũ, p. 38. a. Fuit cõfirmata in gratia, quãdo Verbũ cõcepit, ibid.
Maria Virgo maxime indiguit Christo Redemptore, p. 41. a
Maria fuit liberata à peccato originali non quod infuit, sed quod insuisset, p. 42. b. Et fuit sanctificata in Conceptione, non ante, nec post, ibid. Quatuor instantia imaginamur in Conceptione Virginis, p. 43. a
Mariæ Virginis commendatio, p. 43. b
Mariæ Virgini tribuendum est, quod est excellentius, si non repugnat auctoritati sacræ scripturæ, determinationi Ecclesiæ, & sanctorum, p. 39 b. Cùm B. Virgine fuit dispensatum, ne contraheret peccatum originale sicut cum Hierem. & Ioanne Baptista, ne cum eo nascerentur, p. 40. b. In Beata Virgine non fuit qualitas morbida secundum D. Bonau. quia non habuit aliquem stimulum carnis, nec quis eam in honestè concupiuit, ibid. Quare comparatur Cedro, ibid.
MATERIA ex qua formatum est corpus Christi, vndè fuerit desumpta, & sub qua forma fuerit, p. 34 b
Materia est pars quidditatis substantiæ materialis, secundum Scotum, p. 152. b
Materia dupliciter pro vt opponitur formæ partis, & ut opponitur formæ totius, & est differentia indiuidualis, p. 153. a
Materia capitur quinque modis, p. 153. b
Materia totius idest differentia indiuidualis non est de quiddtate naturæ specifice, sed utiq. materia non contracta aliquo modo, p. eadem, b
Materia contracta per differentiam indiuidualem est de ratione indiuidui, & contracta per existentiam est de ratione existentis, aliæ conclusiones habentur de materia contracta per accidens, p. eadem.
Materia non cognoscitur à nobis perfectè pro statu isto, vbi sup. propè princ. est post.
Materia est cognoscibilis, habet Ideam, & est entitas absoluta, ibid.
Materia & si sit prius priuata, quàm recipiat formam, nunquã tamen est sine forma, p. 41. b
Materiam secundum se esse ignotam potest dupliciter intelligi, & quomodo cognoscatur materia, p. 154. a. b
Materiam esse partem quidditatis probat Scotus auctoritatibus Aristotelis. p. 155. a
MATERNITAS quid sit, p. 44. b. In ea quatuor instãtia, p. 66. a
Mater uerè vt principium actiuum attingit filium per generationem, p. 45, b. Habet duplex officiũ in generationem prolis, ibidem.
Mater non est in potentia proxima ad concipiendum, nisi agẽte patre, p. 45. a
MEDIVM duplex, intrinsecum, & extrinsecum, pag. 28. b. Et vtrunque duplex, necessitatis, & congruitatis, ibid.
Medium duplex, inter causam, & effectum, & inter recipiẽs, & receptum quomodo, & quid, p. 29. a
Medium extrinsecum duplex, necessitatis, & congruitatis, Scotus utrunque reijcit, ibid.
Medium duplex, liberè institutum a diuina voluntate, aliud necessariò requisitum ad finem, p. 70. b. sine primo aliquid potest fieri per virtutem infinitam, non autem sinè secundo, ibid.
Medium quoddam participans extrema, quoddam vniens extrema, & quomodo spes ponatur medium inter præsumptionem, & timiditatem, quia vtrunq. vincit, p. 187. ad secundum principale. De medio extrinseco in incarnatione, opinio D. Bonauenturæ, p. 32. b. Contra quem arguit Scotus. ibidem.
MEMORIA duplex, sensitiua, & intellectiua, p. 110. a. Et quo modo habeatur memoria de actu præterito, ibidem.
MENDACIVM quale peccatum sit inquiritur, posita D. Augu. distinctione de mendacio, p. 224. b. Omne mendacium est peccatum, non dico mortale, uel ueniale, p. 223. b. Adducuntur argumenta Petri de Tharantasia, D. Thomæ, & D. Bon. vbi sup. & p. 224. a
Mendacium potest capi dupliciter quò ad esse completum, & incompletum, ubi supra.
Mendacium iterum potest capi dupliciter, vt est ire contra mentem uerbo, vel facto; uel ut est ire contra mentem uerbo tantum, ibid. & p. 227. b. in argumento de simulatione.
Mẽdacium est triplex, pniciosum, iocosum, officiosum, ibid.
Mendacium in doctrina Religionis, & in doctrina moris, est grauius peccatum, quàm in his quæ pertinent ad bona, uel uitam corporalem, p. eadem.
Mendacium iocosum sit ex libidine; & potest fieri dupliciter, & quale sit mortale semper, ut eorum qui data opera mentiuntur, & quale simpliciter iocosum, ubi supra.
Mẽdacium officiosum est ex vtilitate; quæ triplex est. p. 225. b
Mendacium iocosum secundo modo, & officiosum, in non perfectis est veniale peccatum: sed in viris perfectis est peccatum mortale secundum D. Bon. quod tamen non probatur à Ioanne de Bassolis, ibid. Quid dicendum sit de viro perfecto in dignitate constituto, vel in officio docendi in Ecclesia, an peccet mortaliter iocosè, vel officiosè mentiendo, determinatur, p. ead. An liceat Episcopo negare se scire, vbi sit aliquis, quẽ inimici querunt ad mortem, cùm illud sciat; examinatur Altisiod. dicit, ꝙ non licet mentiri etiam pro vita hominis, ibidem.
Mendacij pernicioſi distinctio damnum, & grauitas declaratur, & unde attendatur eius grauitas, p. 224. b. Ad mentiendum tria mouent hominem, secundum Gersonem, Nociuitas, libido, vtilitas, ibid.
in Mendacio sunt duo, actus substratus, & desformitas p. 223. b
de Mendacio iocoso, & officioso in religiosis, determinatur, pag 225. b
MENSVRA alterius, aliquid dicitur dupliciter secundum suã rationem formalem, uel secundum innotescentiam, p. 192. b
MERCATOR potest recipere supra sortẽ, & quomodo, p. 178. a
Mercator uult simpliciter proiicere merces in mare, dicit Sco. & tamen alias dicit, ꝙ uult sub conditione; quare uidetur sibi contradicere, soluitur, p. 197 a
MERERI dicitur aliquis dupliciter quãdo is qui meretur, indiget perfectione pro præmio, & quando is, qui meretur non indiget tali perfectione, p. 135. b. Vt quis mereatur, quæ requirantur, p. 136. a
Mereri pôt quis sibi ipsi, & alteri, & actus quo quis meretur, primo modo, est imperfectius præmio non autem quo meretur secundo modo, p. 140. a
Mereri aliqs pôt dupliciter sibi, & alteri, & primo modo meritũ nõ est nobilius præmio, licèt secũdo mõ possit est, p. 145. b
Meruit nobis Christus quinque, p. 142. a
MERITVM quid, p. 125. a. Duplex, de congruo, & de condigno, p. 135. b. Vbi meritum definitur à Scoto, & definitionis meriti explicatio. ibid.

Meritum

Libri Tertij.

Meritum vltra substantiã actus hẽt quatuor respectus. p. 136. a
Meritum Christi primum quodnam fuit, & quare Deus acceptauit actus eius ad præmium, & non aliorum beatorum, vbi sup.
Meritum non consistit in actu elicito, sed in conditionibus elicientis, & Deus acceptans non respicit præcisè actum elicitum, sed conditiones suppositi elicientis, ibid. b
Meritum potest esse in eliciendo, vel imperando actum, uel in alio, aut in acceptando passionem, p. 138. b. in fin.
Meritum Christi potest dupliciter considerari secundum D. Tho. quò ad sufficientiam, & quò ad efficaciam, p. 141. b
Meritum Christi secundum D. Tho. habet quãdam infinitatem, quod dupliciter potest intelligi, p. 142. b
Meritum Christi non fuit formaliter infinitum, pag. 143. a. b. in fin.
Meritum Christi fuit tantum bonum, pro quanto acceptatũ est à Deo, p. 144. a. Et esse infinitum potest esse dupliciter, p. 146 a. Et quomodo potuit acceptare pro infinitis, ibid.
Meritum Christi sufficiebat pro quatuor, & pro quibus voluit Deus illud acceptare, p. 144. a. propè fin.
Meritum Christi est principale in merendo gratiam pœnitentialem, p. 144. b
Meritum passionis Christi præuisæ profuit antiquis patribus ad delendam culpam omnem; & ad habendum gratiam, p. 185. a. & declaratur exemplo.
Meritum, & si sit formaliter finitum, tamen inquantum coniungit Deo est quodammodo infinitum, p. 146. circa initiũ. Principale in merito secundum Scotum, cõsistit in acceptatione diuinæ voluntatis, p. 144. a. Efficacia, & sufficientia in merito ponuntur principaliter ex parte Dei, ibid.
METVS duplex leuis, & qui potest cadere in constãte, p. 230. b
MIRACVLA facta sunt à Deo multiplici ratione, p. 159. b
Miraculum quid sit, p. 172. b
MISERICORDIA erga proximum tripliciter põt accipi, p. 73. a
MISSA colendus est Deus tam quàm proprio actu; & hoc diebus Dominicis, & solẽnioribus, p. 73. b. Quis non tenetur ex præcepto plures Missas audire, & quando quis debet interesse missæ; & an teneatur audire verba distinctè, ibid. Et qui aliena negocia, hoc est, fœcularia tractat dum Missa celebratur, non implet præceptum. Si alio tempore quis teneatur audire Missam præterquàm in die Dominico, p. 74. a
MITITAS est quædam amicitia. p. 211. b
MODERATIO passionũ fieri potest dupliciter, vel earum quæ insunt, vel quæ inesse possunt, & moderari possunt vtræque dupliciter, p. 204 b
Moderari passiones per virtutes morales dupliciter, p. 205. b Et sit multis modis, ibid. Quomodo cõueniat Angelis, ibid.
MODVS proprius vnius generis non competit alteri generi, vt modus substãtiæ nõ cõpetit accidenti, nec è contra. p. 3. b
Modus essendi in diuinis triplex, à se, ab alio, ab utroq; vel ab aliis, p. 10. b
Modus concipiendi res, est duplex, per viam compositionis, & per viam diuisionis, p. 162. b
Modus cognoscendi Deum in triplici lumine secundum Henricum, p. 169. b
Modus cognoscendi triplex. Certitudinaliter euidenter, certitudinaliter non euidenter, & probabiliter, p. 170. a
Modi dicendi per se quatuor, p. 58. b. Et primus modus continet quatuor gradus, ibid.
MORS Christi est radix omnis nostræ satisfactionis, sinè qua non potuissemus satisfacere pro peccatis, p. 120. a. in med.
Mors posita circunstantia finis, eligenda est, ea sublata fugienda, similiter quælibet passio, p. 125. a
MOTVS non potest fieri in instanti, & in hoc differt à mutatione, p. 35. a
Motus quid sit duplex opinio, vna ꝙ sit forma fluens, alia ꝙ sit fluxus formæ, p. 101. b
Motus distinguuntur à terminis, quomodo intelligitur, ibid.
Et motuum specie distinctorum distincti sunt termini non tamen ex vnitate termini licet inferre vnitatem specificam motuum, ibid. Motum quemcunq. natura potest incipere, potest finire, nisi impediatur à causa superiori, p. 150. b. ad primum principalem.
in Motu duo sunt; successio ex parte mensuræ, & ex parte formæ quæ acquiritur, p. 40. a
de Motibus in Cõceptione actiua V. M. duplex, opinio, p. 47. a
Motus naturalis voluntatis pro actu elicito potest esse malus, & inordinatus, p. 147. a
Motus naturalis voluntatis dupliciter, pro inclinatione, & pro actu elicito, p. 141. b
Motus naturalis uoluntatis qui est ipsa inclinatio non est actus elicitus, non est quid absolutum, sed relatio aptitudinalis idem realiter cum voluntate, distinctus tamen formaliter; & est natura volũtatis meliè primo, p. 141. b. in fin. & p. 142. a
Moueri aliquid dicitur tripliciter, per partem, per accidens, secundum totum, p. 84. a
MVLIER an concurrat actiuè in generatione prolis, disputatur, p. 44. b
Mulier quæcunq. habens potentiam generatiuam fœcundam posset fieri mater, si Deus suppleret vicem patris, p. 48. b
MVLTA sunt inseparabilia secundum esse, quæ possunt separari secundum abstractionem præcisiuam, p. 42. a
MVTATIO duplex, acquisitiua, & deperditiua, p. 7. b
Mutatio duplex, improprie, & proprie dicta, p. 35. b. Et quid requiratur ad mutationem proprie dictam. ibid.
duæ Mutationes quarum terminus vnius præcedit terminum alterius, non sunt simul natura, dupliciter potest intelligi, pag. 140. b
in Mutatione duo sunt, instans mensurans, & formæ indiuisibilis acquisitio, p. 40.

N

in NATIVITATE Christi fuerunt duo miracula, p. 49. a
NATVRA intellectualis nõ dicitur personari aliquo positiuo, neque per solam negationem, p. 5. a
Natura actu dependens à supposito Verbi, vt à supposito extraneo, si dimitteretur personaretur personalitate propria vbi supra. b
Natura singularis duplex, limitata, & illimitata, p. 6. a
Natura creata nulla est omnino incommunicabilis. ibid. quia nulli conuenit negatio potentialis ad cõicari Verbo, ibid.
Natura creata non eodem completiuè dicitur per se existens, & persona personalitate creata, p. 9. a
Natura quæcũq. beatificabilis beatificatur per operationes suarum potentiarum, p. 23. a
Natura quomodo potest esse sinè differentia indiuiduali, & quomodo non, p. 12. b
Natura, quæ vna numero cõicat trib. psonis est infinita, p. 12 b
Natura singularis potest manere implurificata plurificatis personis, ut diuina; non tamen eadem natura singularis quæcunq. potest personari pluribus personalitatibus, ibid.
Natura eadem non potest personari pluribus personalitatibus intrinsecis; plures tamen naturæ possunt personari vna personalitate extrinseca. p. 18. b
Natura creata potest capi dupliciter, p. 50. b
Natura nõ itellectualis nõ pôt vniri Verbo psonaliter, p. 25. b
si Natura assumpta à Verbo prius tempore fuisset concepta, quem vnita Verbo, V. M. non fuisset mater Dei, p. 34. a
Natura creata, & persona, quo sint idem, & quo non, pag. 51. a
Natura primum intendit particulare, quàm vniuersale, secundum Autorem sex principiorum, p. 67. a
Natura communis identificatur cum differentia indiuiduali, distinguitur tamen formaliter, p. 69. a
Natura assumpta à Verbo de se erat. peccabilis, sed per beatitudinẽ fuit cõfirmata in gratia, & facta impeccabilis, p. 87. a
Natura, quæ potest peccare, est melior ꝙ illa, quæ non potest peccare, verum est de natura creata; quia absolutè, melior est diuina, quæ peccare non potest, p. eadem.
Natura determinatur ad vnum, dupliciter potest intelligi, & quomodo debeat intelligi, p. 189. b
Natura diuina potest dupliciter considerari, inq̃tum absolutè est in tribus, & inquantum identificatur cum tribus pro priis suppositis. p. 12. b
Natura diuina an assumpserit humanam, vel potuerit assumere, p. 50. a
Natura diuina assumpsit humanã effectiuè, non terminatiuè, quamuis possit esse terminus vnionis formalis secundum Sco. qcquid dicat D. Tho. ibid. Cõceditur tñ, ꝙ natura diuina mediante Verbo, terminat vnionẽ naturę humanæ. ibid.
Natura diuina est prior natura, iustitia originali, & eius priuatione, p. 47. b
Natura Angelica non potuit habere aliam causam cooperantem ad suum esse, nisi primam, p. 138. b. post initium.
Natura humana licèt non inclinetur ad subsistendum in Verbo, tamen non violenter subsistit in Verbo. p 5. b
Natura humana pura fundat vnionẽ ad Verbũ diuinum, p. 7. a
Et est ratio fundandi vnionem naturæ ad verbum, ubi sup. b
Natura humana, & diuina possunt simul vniri, licèt sint magis diuersa, quàm sint contraria, p. 8. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index

Natura humana non potuit assumi à tribus personis, nec eius dependentia terminari, nisi ad vnam personam diuinã, p.13.b Quomodo prædicta propositio sit intelligenda, p.15.a

Natura humana assumpta à Verbo est quasi accidentalis assumenti, non tamen informat ipsum assumens, nec est illimitata, p.16.a

Natura humana si assumeretur à diuina; Vtrum tres personę diuinæ dicerentur tres homines, determinatur, pag.17.a

Natura humana vnita Verbo hypostatice, non potuit nõ frui eo, secundum Henr. p.22.b. Eius rationes soluuntur à Sco. pag 23.a

Natura humana prius intelligitur personata, quàm operaretur, p.23.b

Natura humana vnita Verbo hypostatice, non potest peccare de potentia Dei ordinata, licut nec beati, p.26.b

Natura humana tota, primo fuit assumpta à Verbo, p.29.a. & per animam, tamquàm per medium quo, ibid. Quomodo intelligitur propositio, tota natura humana assumpta est per animam intellectiuam, p.29.b

Natura humana quæ est tertia entitas, fuit primo assumpta à Verbo, non mediante aliquo, p.32.a

Natura humana in eodem instanti temporis habuit gratiam, & assumpta est; sed prius natura intelligitur natura assumpta, quàm intelligatur habere gratiam, p.32.b

Natura humana per aliud est singularis, & per aliud est persona, p.50.b

Natura humana in Christo habet verum esse existentiæ distinctum ab esse ipsius Verbi, pag.52. b. & propositione tertia, ibidem.

Natura humana quomodo faciat cõpositionem cum diuina in Christo, p.56.b

Natura humana vnita est Verbo, est propositio uera, ex qua sequuntur quatuor aliæ, p.62.a

Natura humana Christi primò fuit prædestinata ad summam gloriam quàm aliquis alius Sanctus: est enim caput prædestinatorum, p.63.a

Natura humana Christi dupliciter potest considerari, in se, & sic ei debetur hyperdulia; vt vnita Verbo, & sic debetur ei latria, p.77.b

Natura humana in Christo est creatura, largè sũpta creatura, p.81.b. Non tamen inde sequitur ergo Christus est creatura, ibid,

Natura humana fuit vnita Verbo inuertibiliter, quid dicat, pag.150.a

Naturæ definitio, & quomodo sumitur in incarnatione, p.11.b

duę Naturæ non possunt conuenire in eodẽ supposito creato, p 20.a. Hoc probabiliter sustinet, quia etiam sustinet ꝙ plures naturæ creatæ possunt supponi uno supposito creato, licèt eadem natura creata non possit supponi pluribus suppositis, p.20.b. Capacitas naturæ humanæ non est aucta propter vnionem cum Verbo diuino, p. 91. b. contra Godofredum.

Naturæ humanæ Christi non repugnat incipere esse, sicut nec desinere, p.80.a

Naturæ diuinæ definitio, p.50.a

Naturam humanam posse vniri Verbo, & fundare dependentiam ad Verbum, probatur, p.7.a

Naturam humanam vniri Verbo, & non frui eo, non includit contradictionem, secundum Scot. neq. aliam naturam intellectus expertem assumi à Verbo, p.25.b

Naturam humanam assumptam à Christo habere propriam existentiam, probat Scotus multis rationibus, pag. 52. b. & pag.53.a

Naturam humanam esse formam respectu Verbi, potest intelligi dupliciter, p.54.b

Naturam humanam esse habitũ respectu Verbi pót dupliciter intelligi, pag.56.b. Et quomodo Christus dicatur, habitu inuentus, ut homo, & natura humana dicatur habitus Verbi, p.57.a

Naturam diuinam esse terminum vnionis dupliciter de facto, & de possibili, p.50.a

Naturis manentibus manẽt earum proprietates, declaratur, pag.79.b

NATVRALIA, siue Physica, Methaphysica, & Mathematica, quæ habentur in sacra scriptura, dupliciter considerantur, pag.160.b. Vtentia naturalia, uel passiones rerum naturalium non pertinent ad fidem, sed vt sunt à Deo immediatè, pertinent ad fidem, p.16..a. In puris naturalibus potest quis intelligi dupliciter, p.161.b

NECESSARIVM non est quodlibet ens Mundi, & necessarium duplex, p.140.a

Necessarium quadruplex, sed reducitur ad necessarium, simpliciter, & ex suppositione, p.126.b. idem, p.146.b

Necessarium an fuerit naturam humanam reparari per passionem Christi, p.146.b

Necessarium fuit hominem lapsum reparari, pag.145.b. in fin. Non sine satisfactione, pag. 147. a. Quę non potuit fieri à puro homine. ibid.b. fieri debuit per mortem Christi, p. 148.a. sunt quatuor conclusiones Anselmi. ex Necessariò non sequitur contingens. Ex Arist. primo priorum, pag. 140.b.

NECESSITAS Christo erat moriendi, posito miraculo, quòd gloria animæ Christi non redundaret in corpus, pag. 128.a. circa med. Vnde proueniret necessitas moriendi, aperitur, ibid. circa fin. & eadem, p.6. circa fin.

Necessitas consequentis, & consequentiæ, & de his quatuor regulæ dantur à Scoto, p.147.b. & p.158.a

Necessitas ponendi tertium habitum Theologicum, scilicet spem, non sumitur ex partibus imaginis, p.188.a

Necessitatis moriendi in nobis duplex causa, p.126.b. De necessitate mortis Christi, tres Scoti propositiones, p. 128.a. & quatuor instantia assignantur.

NEGATIO non potest esse primo propria alicui subiecto, pag. 4. b. Et dicitur propria alicui subiecto dupliciter, pag 7.a

Negatio dependentiæ actualis, & aptitudinalis complet rationem personę creatæ, p.5.b

Negatio triplex, in genere extra genus, priuans, pag. 6.b

Negatio aptitudinalis dicitur habitualis, & quare. harum trium negationum ordo, ibid.

Negatio non potest dici creata, neque creatura, pag. 51.a.

A NEGATIVIS abstrahitur conceptus vniuocus, quando negatio opponitur affirmationi vniuocæ, p.6.a

NIHIL habens, potest acquirere habitum liberalitatis, secundum Scotum: quia generatur ex pluribus bonis actibus voluntatis communicandi aliis, p.220.a. ad quintum.

NOBILIOR pro ignobiliori potest mereri, p.145.b. Et Christus per actum fruitionis potuit mereri nobis gratiam, & gloriam. p.eadem.

NOTITIA duplex, abstractiua, & intuitiua, & cuiusq. potentiæ sit notitia abstractiua, p.102.a. & p.108. a

Notitia intuitiua non potest haberi de re non præsente, contra Grego. Arim. vbi supra, b. Et hæc duplex est, ibidem. & p.108.a. Et triplex differentia inter notitiam abstractiuam, & intuitiuam, p.108.a

Notitia matutina, siue meridiana, & notitia vespertina quid sint, p.104.a. & 107.a. & 111.b

Notitia in Christo duplex, creata, & increata. & creata duplex, in Verbo, & in genere proprio, & quæ vtraque, p.107.a

Notitia duplex, infusa, & acquisita, p.107.b.

Notitia matutina, & notitia vespertina licèt sint alterius, & alterius speciei, non tamen notitia infusa, & acquisita, pag. 107.b. propè fin.

Notitia intuitiua, & abstractiua cognoscitur natura specifica, & singularis, p.ead.b

Notitia abstractiua duplex, actualis, & habitualis, ibidem, & pag.111.b

Notitia intuitiua duplex, perfecta, & imperfecta, p.109.a. Et notitia intuitiua perfecta est duplex, actualis, habitualis, ibidem.

Notitia intuitiua non potest haberi per species intelligibiles rerum, vbi sup.b

Notitia omnis abstractiua prę supponit intuitiuam, verum est, vt in pluribus, p.110.b. circa med.

Notitia iudicatiua quid sit secundum Ocham, & quid secundum Sco. p.157.b

Notitia duplex, complexa, incomplexa. & hæc est duplex, apprehensiua, & iudicatiua, p.173.a

Notitia quàm habet aliquis ex vna credita explicitè, & alia credita implicitè, non est scientialis, pag. eadem. b. post medium.

Notitia huius veritatis Summum bonum est diligendum, an sit practica, vel speculatiua, p.221.b

Notitiam intuitiuam, & abstractiuam dari probatur, p. 108.a. Differunt specie, ibidem. Vtramque habet intellectus noster de eodem obiecto: & de quocunque obiecto sensus habet notitiam intuitiuam, & intellectus de eodem habet notitiam

Libri Tertij.

notitiam intuitiuam, ibid. Duæ opiniones sunt de notitia practica, pag. 221.b. Et secundum vnam opinionem quam tenet Scotus, notitia de agibilibus in intellectu diuino non est practica, secundum aliam potest dici practica, ibid.

NOTVM est fidelibus, à natura Deum nolle mentiri, & esse veracem, p.60.a. Esse verum, & veracem.

NOLLE duplex, habituale, siue naturale, & elicitum; & quod nam sufficiat ad causandam tristitiam, quod non, pag.117.a

Nolle duplex, absolutum, & conditionatum, p.197.

Nolle duplex in cane, qui reliquit alteri carnes, quia non potest se defendere, p.210.a

NOLITIO duplex, conditionata, & absoluta, p.117.b. Et conditionata sufficit ad causandam tristitiam, ibid. & p. 121.b. post med.

IN NVMERIS, an sit processus in infinitum, p.89.b

O

OBEDIBILE rationi dupliciter, quia persuasibile à ratione, & quia simpliciter subijciuntur rationi, pag.204.b

OBEDIENTIA perfecta est cum impletur, quod præcipitur cum animi promptitudine implendi alia, pag.179.b

OBIECTVM intellectus, & voluntatis est idem sub eadem ratione formali, p.206.a

Obiectum irascibilis, & concupiscibilis quod nam sit tàm secundum Henr. quàm secundum Sco. p.206.b

Obiectum beatificum non necessariò immutat intellectũ creatum, contra D. Thom. & Henr. p.23.a. idem, p.106. b. Illabi primũ essentiæ, quàm potentiis potest intelligi dupliciter, vbi sup.b

Obiectum finitur, cum scientia comprehenditur, potest dupliciter intelligi, absolutè, adæquatè, p.101.b

Obiectum creatum videri in essentia diuina dupliciter potest intelligi, p. 102.b. non videtur tamẽ in speculo, ut sentit D. Thomas, quia essentia diuina non naturaliter representat obiecta secundaria intellectui creato, ibid.

Obiectum non potest esse totalis causa volitionis, pag.116.b. in fine.

Obiectum potest esse disconueniens uoluntati quadrupliciter. pag.117.a

Obiectum, ut causet tristitiam oportet, ꝙ sit nolitum, ibid.

Obiectum fidei duplex, incomplexum, & complexum, pag. 157.b

Obiectum primum potest intelligi dupliciter, p.162. b. in fin.

Obiectum complexum fidei, de redemptore, quod credebant antiqui, & quod credimus nos esse idem potest dupliciter intelligi, p.179.a

Obiectum formale Charitatis quod nam sit, p.189. a

Obiectum Charitatis duplex, secundum actum rectum, & secũdum actum reflexum, p.195.b. respectu unius, & eiusdem obiecti possunt esse diuersi actus, & diuersarum potentiarum, & subordinatarum, & eiusdem potentiæ differentis secundum perfectum, & imperfectum, p.199.b

Obiectum sensus est existens in propria existentia, p.53.a

Obiectum præsentatũ potentiæ quatuor facit, p.112.b in prin.

Obiectum comparatum voluntati non est naturaliter conueniens, uel disconueniens, p.115.b

Obiectum aliquod conuenire voluntati dupliciter, p. 115.b

Obiectum conueniens uoluntati, vt Deus, non dicitur vltimatè conuenire nisi per actum uoluntatis acceptantis, ibid.

Obiectum patientiæ non est eligibile nisi propter bonum uirtutis, p.121.b

Obiectum motiuum cuiuscunq. potentiæ non potest esse ens rationis, p.161.a

Obiectum terminatiuum intellectus potest esse ens rationis, vbi sup.b

Obiectum formale diuinæ uoluntatis est vnicum, p. 202.b

Obiecto disconueniente appetitui sensitiuo posito, sufficit ad causandam tristitiam in voluntate, p.117.a in fin. De eodẽ obiecto potest quis habere naturaliter scientiam; sed non ob id, potest de eodem habere scientiam, & fidem, nisi in lumine gloriæ, p.175.b

ab Obiecto, & potentia paritur notitia verum est de obiecto reali, non de obiecto rationis, p.71.a

Obiectorum specifica distinctio, arguit specificam distinctionem potentiarum; non tamen unitas obiecti arguit vnitatem specificam actuum: quia circa idem obiectum numero possunt esse duo actus diuersarum specierum, p.101.b

OBLIGARE hominem ad seruandum præceptum, solus Deus potest, uel cui à Deo commissum est, p.220.b

Obligari ad maius summo, nemo potest; potest tamen quis ad idem multipliciter obligari, p.74.b *Reg. Sco.*

Obligari Religiosum ad obseruandam suam regulam, potest intelligi tripliciter, p.159.a

OBLIVIO est propter amissionem specierum intelligibilium. pag.163.a

OBSTETRICES Aegyptiorum mentientes coram Pharaone, quo peccato peccauerunt, & quid obstetrix, p.226.b

Occidere Christum fuit grauius peccatum intensiuè, quàm omnia alia peccata, quia Deus illum summè diligebat, pag 76.b

OCVLVS potest simul recipere plures uisiones, p.106.a

ODIVM Dei est impossibile. p. 119.a. post med. & reprobatur quidam Nominalis sentiens oppositum, ibid. soluuntur argumenta, vbi supra, b. Aliquem posse odire Deum, dupliciter potest intelligi, ibid b

Odio habebis inimicum tuum, non habetur in sacra scriptura, nec inter præcepta moralia, p.198.b

Odire amicos maius peccatum est, quàm odire inimicos, pag. 198.a. & soluitur ratio quandocunque sunt duo opposita quorum vnum est eligibilius, suum oppositũ est vituperabilius. Verum est, inquit, de præceptis.

Omne quod est, quando est, necesse est esse, p.148.a. propè fin. & b. ante med. & quid sentiat Franc. & alius Scotista, ibid. de illa propositione.

OMNIPOTENTIA non potest conferri creaturæ, p.130. a. & quid sit omnipotentia post med. *Reg. Theo.*

OPERA Seruilia prohibentur in sabbatho, & quare, p.222.b

in Operibus Dei manifestatur potentia in creando, sapientia in gubernando, & hæc pertinent ad ordinem Vniuersi in esse naturæ: sed quantum ad naturam intellectualem quò ad esse morale ostẽsa est misericordia, dãdo sũmã gratiã, p.95.b

Operari; præsupponit esse, & operatio naturam, pag. 23.b. & sequenti.

Operatio duplex tàm intellectus, q̃ voluntatis, operatiua, & productiua: & operatiua duplex de genere actionis, & de genere qualitatis, p.188.a

Opus redemptionis esse ab aliquo dupliciter potest intelligi, principaliter, & meritoriè, pag.75.a. primo modo est à tota Trinitate, secundomodo à Christo Deo, & homine, ibid.

Opus virtuosum non est difficile ex parte operantis, sed ex parte operis, p.234.b

OPPOSITA quamuis sint limitata, tamen non possunt duo opposita ei eodem simul inesse, p.20.a

Opposita cõtradictoria nunquàm prædicantur de eod. p.84.a. Quamuis in Christo ratione vnius naturæ conueniat sibi vnum, & ratione alterius naturæ conueniat sibi negotio eiusdem non tamen simpliciter de eodem vtrunq. prædicatur, ibid.

Oppositio quadruplex ex post prædicamentis, & quælibet infert contradictionem, p.125.b

ORACVLVM quomodo differat in reuelatione, p.158.a

ORATIO Christi in crucifixione. Pater dimitte illis, &c. fuit efficax, p.149.a

Oratio potest prodesse tripliciter, p.135.b

Oratio plus valet oranti, quàm illi, pro quo orat, ibid.

Oratio Christi duplex absoluta, & conditionalis, prima semper fuit exaudita. non secunda vbi supra.

ORDINATVM est, ut nullus consequatur finem vltimum sinè meritis. p.184.a. in fin.

ORDO est posterioris ad prius, p.2.a

Ordo essentialis dupliciter, propriè, & generaliter, p.3. a

Ordo inter substantiam, naturam, essentiam, quidditatẽ, p.11 b

Ordo assignatus in Conceptione Christi, p.34.b

Ordo naturæ dupl ex, inter positiua, & inter priuatiuè opposita, p.41.b

Ordo præuisorum ab æterno à Deo, p.143.b. post initium.

Ordo Dei in prædestinatione, secundum Scotum, ibidem. In omni ordine essentiali cum vnitate prioris potest stare pluralitas posterioris per accidens inhærentis, p 65.b *Reg.*

ORGANIZATIO dicitur dispositio ut cessitãs ad animatione, dupliciter potest intelligi. p.131.b

Organizatio dupliciter, p.34.b. Et quomodu cũq. accipiatur nũ quàm præcessit tempore incarnationem, ubi sup. & p.seq.a

Organizatio tamen, & corporis animatio natura præcesserũt incarnatione Verbi, p.35.a

ORIGINIS diuersitas, non uariat speciem, secundum D. Aug. & Ambrosium, p.193.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index

P

PAPA quomodo poteſt diſpenſare in iuramento fidelium, & quomodo non, ſecundum Altiſiodorenſem pag.231.a
PARS animæ triplex. Eſſentialis, totalis, & poteſtatiua, pag.163.b
Voluntas potest disponi dupliciter, ab extrinseco, scilicet à spiritu sancto: & ab intrinseco scilicet à ratione recta, pag. 208. b
Voluntas potest se mouere secundum Scotum, sed D. Thomas uidetur negare, ibid.
Voluntas non potest malè eligere, nisi intellectus malè dictet, secundum Godofred. sed hoc reprobatur à Scoto, p. 215. a & ad auctoritatẽ Philos. respondet, eas veras esse in hoc sensu, quòd contingit voluntatem malè eligere intellectu malè dictante, sed inde non sequitur, quin possit malè eligere etiam intellectu benè dictante, ibid.
Voluntas non potest malè eligere, stantes recto dictamine intellectus, secundum Godof. quod dictum videtur cõtra arti. Parisiensem, p. 215. a. sed Godof. respondet exponendo arti. iuxta sensum compositum, uel diuisum, ibid. Et necessariò est error in voluntate, stante errore in intellectu, & simul tempore est error in intellectu, & in volũtate, licèt prius natura sit error voluntatis, quàm intellectus, ibid b. ex quo sequitur, qp error voluntatis excœcat intellectum, secundum Godof. ibid. Stante recto dictamine rationis uoluntas potest uel oppositum, uel nihil eligere, p. 216. a
Voluntas potest excæcare intellectum, contra Godof. ibid.
Voluntas naturaliter inclinatur ad assentiendum primis principiis practicis, secundum D. Tho. p. 221. a
Voluntatis actus duplex velle, & nolle, & uelle duplex, p. 22. b & p. 88. a. In primo instanti esse voluntatis fuit motus naturalis, & rectus, & quomodo motus naturalis uoluntatis duplici

dupliciter accipiatur,p.141.b
Voluntatis motus naturalis pro inclinatione non est aliquis actus elicitus, nec est aliquis realiter distinctum à uoluntate,ibid. Et est in Dæmonibus in quibus naturalia remanserunt integra.
Voluntatis actus duplex, uelle, & nolle, & uelle est amor, & nolle odium.p.181.b
Voluntatis uis dupliciter,secundum Henr. irascibilis, & concupiscibilis,p.183 a
Voluntatem diligere Deum sinè Charitate, potest dupliciter intelligi,p.24.b
Voluntatem frui Deo, dupliciter formaliter, & effectiuè, ibidem.
Voluntatem necessitari potest intelligi dupliciter simpliciter, & necessitate consequentiæ,p.116.b
Voluntatem non posse oppositum eius, quod ab intellectu non errante ostenditur,est contra Parisienses,p.203.b
Voluntatem excœcare intellectum,secundum Scotum,intelligi potest tripliciter,p.215.a
Voluntatem auertere intellectum à cõsideratione alicuius obiecti,non est excœcare eum,p.216.a
in Voluntate Scotus ponit duas formalitates, scilicet affectionem Iustitiæ, & commodi, p.94.b. De duplici voluntate Christi. Voluntas capitur dupliciter propriè, & largè, & quid vtraq.p.132.a. post med.
in Voluntate vt natura,& vt libera non ponuntur virtutes morales secundum Henricum, cuius rationes reprobantur à Scoto,sed in voluntate,vt deliberatiua.p.207.a

FINIS INDICIS TERTII LIBRI.

INDEX
LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE,
ET SANCTORVM PATRVM:
NECNON ARIST. ET AVERROIS,
in hoc Tertio Libro expositorum de mente Scoti.

EX IOB.
Cap.10. Manus tuæ fecerunt me. Sensus literalis duplex, pag.173.b

EX PSALMIS.
Psal.35. In lumine tuo videbimus lumen,p.100.a
Psal.50. Ecce ego in iniquitatibus conceptus sum,&c.p.36.b
Psal.71. Suscipiant montes pacem populo, & colles Iustitiam,p.170.a
Psal.87. Repleta est malis anima mea,p.124.b

EX PROVERBIIS.
Cap.12. Verte impios, & non erunt,p.196.b

EX ECCLESIASTE.
Cap. 9. Nescit homo, vtrum amore, an Odio dignus sit, p.165.b.in fin.

EX EVANGELIO, D. MATT.
Cap. 5. Non iurare omnino neq. per cœlum,&c.p.231.b
Eodem Cap. Diligite inimicos vestros,præceptum est,p.106.a
Cap.26. Tristis est anima mea vsq. ad mortem,p.118.a
Cap 27. Cum clamore valido emisit spiritum, p.132.b
Eodem Cap. Ecce velum templi scissum est in duas partes, pag.234.b

EX EVANGELIO, D. LVCAE.
Cap. 2. Iesus proficiebat sapientia, & ætate coram Deo, & hominibus,p.110.a
Cap. 8. Cui plus dimittitur, magis diligit,p.38.a

EX EVANGELIO, D. IOANNIS.
Cap. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi Vnigeniti à patre,p.32.b.
Cap.10. Potestatem habeo ponendi animam meam, p.132.b
Eodem Cap. Mandatum accepi à patre,ibid.
Verba Consecrationis sanguinis ex, D. D. Matt. 26. & Luca, 22. Hic est enim Calix,&c. perpenduntur, p. 134. b. propè finem.

EX ACTIBVS APOSTOLORVM.
Cap. 2.& 13. Non derelinques animâ meam in inferno,&c. p.150.a.& b

EX EPISTOLIS, D. PAVLI.
Rom.Cap. 5. Omnes peccauerunt in Adam,&c.p.46.a.& b
Cap.14. Qui infirmus est, olus manducet,p.166.b
1. Cor.2. Si cognouissent, nunquàm Dominum gloriæ cruci fixissent,p.149.a
Ad Titum Cap.2. Apparuit gratia Dei,&c. p.34.a
Hebræ.11. Sine fide impossibile est placere Deo,p.158.b.loquitur de fide infusa.

EX DICTIS DOCTORVM, SANCTORVMQ. PATRVM.
Ad omnia,quæ fide tenemus,non solum habemus rationes naturales, sed necessarias. Ric. de sancto Vict. primo de Tri. c.3.exponitur,p.170.b.circa med.
D.Anselmi propositum in libro cur Deus homo,& conclusiones,p.146.b
Beatus,qui habet quicquid vult, & nihil mali vult,D.Aug.10. de Tri.c.5.quomodo intelligitur,p.94.b
Cætera potest homo nolens, credere autem non potest nisi volens,D.Aug tract.26.super Ioan.declaratur,p.171.b.& pag. 180.b.propositione secunda.
Charitas, quæ deseri potest,nunquàm uera fuit,D.Aug.in sermone de operibus misericordiæ, quomodo intelligatur, p.217.a.& b
Christus non totum autem Deus,Damasc.lib.3.c.7. quomodo intelligitur,p.56.a
Christum non percepisse dolorem,sicut nec aer, aqua,vel ignis percipit dolorem pro ictu teli,Hilarius,10.de Tri. declaratur à Magistro dist.15.& ab Auctore,p.126.b
Christus non descendit ab Adam secundum rationem seminalem,D.Aug.lib.10.de Gen.ad literam, cap. 5.declaratur, pag.46.a
Christiparam nequaquam dicimus Sanctam Mariam, Dam. lib.3.de Orthodoxa fide,c.12.quomodo intelligatur, pag. 49.a
Dei filium assumpsisse carnem mediante anima, Dam. lib.3. de Orthod.fide.c.6.quomodo intelligi debeat,p. 32. b
Eandem rem non posse alium alio plus intelligere non est dubitandum,D.Aug.lib.83.quæstionum q.32.quomodo exponatur,p.101.a
Euangelio non crederem nisi Ecclesiæ Auctoritas me moueret,D.Aug.contra Epistolam fundamenti, declaratur,pag. 158.b.propè fin.
Firmissimè tene, & nullatenus dubites. Omnem hominem, qui ex concubitu viri,&c.D.Aug.de fide ad Petrum, c.23. exponitur,p.41.a
Fortasse non erunt ibi uolubiles cogitationes nostræ, &c. D. Aug.15.de Tri.c.16.b.exponitur,p.104.b
Homo est anima,& corpus,D.Aug.de spiritu,& anima, quomodo intelligitur,p.31.a
Homo si seruasset in se bonum, quod in illo creauit Deus idest imaginem suam,&c.D.Aug.in Ser.de vno Martyre,quomodo intelligitur,p.164.a.ad fin.
Homo fidem suam tenet firmissima scientia,& certissima, D. Aug.13 de Tri.c.1. vide Sco. dist, 23,Tertii ad solutionem quæstionis,p.165.b.circa fin.
Si primus homo erat peccabilis; quia non erat Deus,&c. Anse. lib.2.cur Deus homo,c.10.exponitur,p.27.a
In rebus per tempus ortis illa est summa gratia,&c.D.Aug.13 de Tri c.19.exponitur,p.26.b & p.34.a
Incommutabilis veritas per spiritum animam, per animam corpus suscipiens,&c.D.Aug.lib.de Agone christiano cap. 18.declaratur,p.32.b.in fin.
Illuminationes bonorum Angelorum sunt ordinatę,D.Dion. de Angelica Hierar.p.106.b
Melior est natura,quæ potest peccare, quàm ea,quæ non potest peccare,D.Aug.lib.3.de lib.arb.quomodo intelligatur, pag.87.a
Nihil nasci profuit, nisi redimi profuisset,D.Greg.& ò fœlix culpa,&c.eiusdem,p.63.a
Nullus operatur ad malum respiciens,D.Dion.c.3.de Diuinis non exponitur,p.215.b
Obumbratio mentis sequitur eos,qui legem Dei transgrediũtur,D.Aug.super Psal.2. super illud. Tunc loquetur ad eos. exponitur,p.215.b
Posse habere fidem, sicut posse habere charitatem est naturæ hominum; habere autem gratiæ est fidelium, D.Aug.lib.de prædest.Sanctorum,c.5.exponitur,p.93.a
Quis deberet magis ꝓmittere vniuersum hoc,& omne, quod non est Deus,quàm occidere Christum,uel inferre aliquam læsionem uitæ Christi, & debet magis uelle omnia peccata super se,quàm lædere Christi uitam, Anse.lib.2.cur Deus homo,c.14.censura propositionis,p.142.b
Quicquid scientia comprehenditur, scientis cognitione finitur,D.Aug.lib.13.de Ciuit.Dei,c.18.examinatur,p.161.b
Quod Verbum assumpsit, nunquàm dimisit, Damas.lib.3.de Orthod.fide cap.27.exponitur,p.129.a.& 150.b

Spiritus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index

Spiritus Sanctus purgauit eam, S. B. V. Dam. lib. 3. de Orthod. fide, c. 2. exponitur, p. 41. a
Virginē esse conceptam in peccato originali videtnr asserere, D. Ansel lib. 2. cur Deus homo, c. 16, quid dicendum, p. 41. a
Virtutes morales nó esse virtutes sine charitate dicit, D. Aug. lib. 4 contra Iulianum c. 2. quomodo intelligatur, p. 218. b
Voluntas ita vult beatitudinem, quòd non potest velle miseriam, D. Aug. in Enchir. c. 104. exponitur, p. 112. a

LOCA ARIST. ET AVERROIS IN HOC TERTIO LIB. EXPOSITA DE MENTE SCOTI *Ordine Alphabetico digesta.*

Abstrahentium non est mendatium, Arist. 2. Phys. t. 18. exponitur, p. 101. a
Actus distinguuntur per obiecta, 2. de Anima, 33. & 42. quomodo intelligatur, p. 101. b
Fortioris uidetur in improuisis terroribus intrepidum, impauidumq. se se præstare, 3. Eth. cap. 8. quomodo intelligirur, pag. 207. a
Homo est anima, & corpus tribuitur Arist. 4. Phys. & exponitur, p. 31. a
In conceptis cū materia non est idem quodquid est cum eo cuius est, 7. Meth. 41. exponitur, p. 154. b
Infinita non contingit pertransire, 2. Meth. 13. quomodo intelligitur, p. 106. b
In sapientia Creatoris non est occultatio nisi secundum receptacula, Auic. 6. Naturalium parte, 4. c. 2. quid significet, pag. 106. a
Ira viri quasi mel. secundo Rethor. quid significet, p. 210. a
Omne, quod est, quando est, necesse est esse, lib. de Interp. in fin. quomodo intelligitur, p. 140. a. & b
Omnis ignorans malus, 3. Ethic. cap. 1. quomodo intelligitur, pag. 215. b
Passionibus nec laudamur, nec vituperamur, 3. Ethic. 2. quomodo intelligitur, p. 148. b
Potentiæ naturaliter intensæ, mutuò se impediunt in actibus suis, Auic. lib. 6. Naturalium parte, 4. c. 5. exponitur, p. 126. a in fine.
Principia sunt causæ conclusionis, 1. Post. 5. quomodo intelligitur, p. 104. a
Prudentiæ vni inexistenti omnes inerunt, 6. Eth. vltimo declaratur, p. 218. a
Quantum contingit esse in potentia, tantum contingit esse in actu, 3. Phys. 69. exponitur, p. 89. b
Quod conuenit toti secundum partē, dicitur de toto, 5. Phys, 1. quomodo intelligitur, p. 84. a
Recipiens debet esse denudatum à natura recepti, Auer. 3. de Anima com. 4. quomodo intelligitur, p. 67. a
Scire est rem per causam cognoscere, &c. primo Post. 5. declaratur, p. 173. a
Semen Viri comparatur artifici ab Aris. & semen mulieris materiæ, Arist. 1. de Gen. animalium, c. 19. quomodo intelligatur, p. 46. a
Totum non est aliud, quàm suæ partes, Auerr. 1. Phys. com. 17. exponitur, p. 32. a. & b
Virtutes morales videntur poni, ab Arist. in appetitu sensitiuo, primo Ethic. c. vltimo, & 3. Ethic. c. 6. idem videtur dicere, quomodo intelligendum sit, p. 306. a
Si voluntas male eligit, intellectus male iudicat. 6. Ethic, cap. vltimo exponitur, p. 215. a.

FINIS SECVNDI INDICIS.

ERRATA TERTII LIBRI.

Pag. 2. a. 26 posterioris ad prius.
p. 3. a. 31 & per hoc. 46 vel rationes ea. 67 quo creatura. b. 31 uacat quàm creatum & increatum.
p. 4. a. 21 prædicamenti. 43. quodnam sit.
p. 5. b. 10 increata. 23 in natura substantiali 69 vacat, non.
p. 6. a. 7 dupliciter, vt homini anima communicatur. 35 cum arguitur. 73 scilicet non. b. 1. actualiter
p. 7. a. 20 personatur. 35 vnita. 68. personatur in se. b. 25 argumento D. tangit. 72 intrinsecus aduenientis
p. 8 a. 10 cum argnit. b. 2 dependentia vnionis, 30 scilicet per vnionem. 70 ideſt. in. 72 substantia & albedo.
p. 9. b. 48 differt a lin. penul. Dico b. 48. differt a.
p. 12. a. 53 causa sufficiens. b. 13 probatur consequens esse falsum.
p. 13. b. 76 proprietas personalis.
p. 15. a. 2 nec a nulla. 22 vacat non. 30 vacat triplex
p. 18. b. 61 istam naturam humanam. 62 fecit vnionem. 70 istam vnionē.
p. 19. a. 5 determinatur 6 inhærere ad suum subiectum quàm natura substantialis ad. 77 quia quando
p. 20. b. 5. maiorem.
p. 22. b. 43 aptam natam frui.
p. 23. a. 9 quam assentire. 10 oriuntur ab. b. 78 priusquam
p. 24. a. 35 ita quod Scotus. 71 sine charitate. b. ad non acceptam
p. 25. a. 78 secunda conditio
p. 26. a. 13 pro eo quod habetur propter quo & quod. legendum puto. per aliud quo & quod. 62 gratuita condescensione. b. 13 & filium. 54 deuelinqueret
p. 27. b. 58 secundo modo. 74 posterius
p. 28. a. 4 ratio quare color inest. b. 37 ad aliud incommunicabile.
p. 29. b. 8 sic legito. sibi subiectum est, assumptum, vel assumpta est: & natura humana est subiectum; & animam. 11 assumptum est prædicatum; & natura humana est subiectum. 47 esset aliquid distinctum, 68. inter has
p. 32. b. 46 personaretur. 47 assumeretur.
p. 34. b. 66 tres bullæ, vel ampullæ. 71 organizatio non
p. 36. b. 26. excellere, & sic satis potest demonstrari. 76. non peccauit, hoc est habuit peccatum.
p. 37. a. 10 vacat a scilicet
p. 38. a. 58 manus et pomum. 76 Quinto quòd sit in. b. 3 remanet illa qualitas morbida & tamen non remanet peccatum originale. ergo illa qualitas morbida non necessario causat peccatum originale.
p. 39. a. 68 sub peccato.
p. 40. a. 5 in quæstione qua. 17 permanens duret. 45 significatum de creare 50. Non primum
p. 41. a. 52 quam habuit. 71 sed si alterum b. 2. prior natura
p. 42. a. 37 Sortes est, ergo. b. 47 B. Bernar. 77 fuit sanctificata
p. 43. a. 27 aliqua apparitio. 71 de pomo. b. vltima meritum.
p. 44. a. sine contradictione. b. 61. quæcunq. dicatur
p. 45. a. 16. formas. 17 potentiæ. 37 ipsam consequitur potentiam. b. 45. materiam actiuè.
p. 48. b. 60 legas vt hominis
p. 49. b. 47. sed hoc non, nego. 52 ergo non naturæ
p. 51. b. 56 probabiliter.
p. 52. a. 70 esse existentiæ. b. 14 existentiam. 62 intellectio est
p. 53. a. 9 essentiæ & esse existentiæ. 27 materiæ recollectio.
p. 54. b. 31 duo tamen. 72 infinitum, hoc est ens vt
p. 55. a. 38 aliquid, accipiendo aliquid.
p. 56. a. 17 Christus non solum est Deus.
p. 57. b. 64 conceptum proprium sed confusum; quia habemus conceptum quod. 69 intuitione terminorum.
p. 58. b. 19. dicto. secunda propositio. non est de ratione huius intētionis, quod tantum fundetur in accidente propriè dicto; quia
p. 59. b. 1 vacat, quod est.
p. 60. a. 30 Quinta, concretum. b. 63 si secundo. b. 67. ideſt Deus. & 68 ideſt Deus.
p. 61. a. 26 vbi legitur, subiectum, legatur prædicatum.
p. 62. a. 46 legito. sed in prima magis manifestatur huiusmodi vnio, quam in ista.
p. 63. a. 11 legito. ad gloriam, vel ad gratiam.
p. 64. a. 73 legito. esse filius Dei, est filius Dei.
p. 66 a. 29. distinctæ formæ. b. vltima tunc in materia essent.
p. 68. b. 51 non interruptio
p. 70. a. 74 non potuit poni.
p. 71. a. 51 rationalis. b. vacat. in. 65 legito. quia non est in diuinis paritas.
p. 72. a. 4 quia fundamentum. 6 entitas positiua. 11 vnitate numerali. item tin. 18. b. 7 legatur, nota, quod iste cultus latriæ.
p. 73. a. 70 qua tendimus. b. 23 puto legendum esse, & confidentes de bemusrogare Deum in spe. 30 impediri.
p. 74. b. 27 vacat. non. 47. 1. Cor. 6. emphi. & c.
p. 75 a. 14 tantum. b. vltima. legito, & omnia ista sunt in diuinis. illud verò (forte melius in Christo ratione diuinitatis) est additio ponenda in margine
p. 76. a. 1 secundo Christus, 59 vacat, de. b. 16 vacat, alsera repetitio, quædam sunt meræ carnalia. &c.
p. 77 a. 27 summa bonitas in se. b. 74 imagine. secunda propositio: imago Christi secūdo modo considerata, eadem adoratione est adorāda, quæ
p. 80. a. 14. legatur, vnde Christus.
p. 81. b. 4. creatura. uerum est. 71 totum & partem
p. 83. a. 50 homo est creatura.
p. 85. a. 57 primum esse.
p. 87. a. 15 correspondisset. 21 compati. 71 antecedens illius. b. 11. vnum sophisma, 20. syllogismus cathegoricus. 42. syllogismus cathegoricus.
p. 88. b. 35. vacat. non.
p. 89. a. 2 vt unum, 35. legito. in intentione.
p. 90. a. 53 est vera de.
p. 91. b. 8 summam in instanti.
p. 92. b. 69 determinatum.
p. 93. a. 8 ad causandum.
p. 94. a. 15 punire de illo peccato: sed hoc est falsum: ergo, 62 illos viginti quatuor gradus. b. 6. vult non oportet intelligere. lin. vltima, quod lapis in ali
p. 95. a. 66 habet etiam. b. 46. ad esse naturæ.
p. 96. b. 55 non potest.
p. 99. b. 49 intelligibilis. 73 legatur, Deum per essentiam.
p. 101. a. 12 hoc sine illo intelligit
p. 102. a. 13 dispensa in. 61 non est in potentia.
p. 103. b. 24 ponere terminum
p. 104. b. 47 vacat non. 77 de scientia Dei.
p. 105. a. 11 impossibilitatis. 57 ergo si, eadem lin. infinita erit infinitus.
p. 106. a 31 computatores. 74 diuina, essentia diuina est primo.
p. 107. a. 36 infinitatem perfectionis
p. 109. a. lin. ultima ego nunc recordor. b. 65 intuitiuam.
p. 110. a. 54 legatur spes ipsius actus. b. 49 legatur omne animal rationale est risibile. 60 postea discurrebat solum
p. 111. a. 1. duplex ratio. 5 connexionem potentiæ. 45 intelligibiles. 49. intelligibiles.
p. 112. a. 31 uno modo proprie.
p. 113. b. 13 portionem superiorem. 26 eius in corpore. 38 corruptiuè.
p. 115. a. 26 quin delectetur. 28 sic legatur qualitatis & propter similem rationem intellectio dicitur actio, licet sit qualitas quia sicus. 29 legatur similiter intellectio potest. 33 quia principiat.
p. 116. a. 13 vacat, cum. 57 quia non accidunt eis nolentibus
p. 117. a. 50 tristitia. legatur iustum. 53 legatur ad iustitiam non. 55 legatur, ideſt licet. 56. sufficit ad nolle. 78 delectatio quædam deliberatione præcedente: quædam.
p 119 a. 40. & 41 pro species legatur spiritum sanctum
p. 120. a 46 conditionatam. b. 22 per suas. 61 & oppositum euenit..
p. 121. a. 18. legatur. & arguitur sic si pro. b. 48 nolitio conditionata. 58 iustus,
p. 122. b. 34 nolendam.
p. 125. b. 40 non solum non sunt contraria
p. 126. a 10 tepidum distinguitur. 38 legatur Auicēnam. 70 in actibus intensis.
p. 127. a. 27 machinatur ad maleficium
p. 129. b. vltima interpolatio
p. 130. a. 18. 1 Pet. 2. 19 Responsio. 52 productiua. b. 32 legatur eiusdem rationis cum nostra. & forma substantiali
p. 131. b. 19 ante resolutionem. 70 in obiecto quod non est in potestate uoluntatis. 71 amore amicitiæ Deum
p. 133. b. 23. sint intellectus &. 54 respondet propria. 68 nos loquimur
p. 134. a. 27 legito lapis operatur in centro, & arguitur sic omnis actio.
p. 135. a. 10 &, 12 pro differentia, legito domina, 15 legito est dominæ sui actus b. 61 addere acceptandum. 62 quòd non sit acceptatum.
p. 138. b 15. illud premium.
p. 140. b. 9 sortes est quando est. 11 necesse est esse distinguo. 27. in sensa composito est falsa. 61 alterius non sunt simul.
p. 141. a. 16 est a causa prima eiusdem effectus, & omne cœuum
p. 143. a. 68 sufficiens pro infinitis
p. 144. a. 72. efficacia in merito. b. 18 gratiæ pœnitentialis
p. 145. a. 32 Angeli non potuerunt recipere premium ante meritum. 50 quod ad illud vt meritum.
p. 146. b. 57 & differt passio a passibili
p. 147. a. 43 debeatur illud. b. 30 ista consequentia est contingens,
p. 149. b. Esaia. ad eum.
p. 150. a. 45. quod si referantur
p. 153. a. 51 præcise naturam. 52 indiuidualem secundo modo sumitur vt dicit hæc duo, & aliqua accidentia
p. 154. a. 45 distinctam necessario b. 8 intellectu, sed quia

p. 155. a. 63 acci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pag.155 a.63 accidens est in quinq; b.60 collectio, legatur conclusio
p.157.a.69.diei caro 70 nata prædicari nisi de proprio individuo,b.35 notat quòd habitus non est
p.158 a.4 & est ametio.
p.159 b.35 credent 53 confirmante.
p.163.a 18 vt solus filius est incarnatus.32 vacat,per. 50 legendum puto sic est de fide infusa.
p.166 b 5 non peccat in materia.
p.167 a 36 quæ dicta sunt 39 sic legito, quædam a nobis creduntur ex testimonio aliorum, & non quia reuelantur. 41 nisi per relationē referentis quia b.44 de eodem obiecto.
p.170.a.7 secunda propositio cognitio nostra in particulari uago stat cū fide quia b.56 vt fides defendatur.
p.171.a.9 laborare.57 ergo nec ad notitiam 43.1.habetur fidem legito scientiam
p.174.a.43 sic legito exponere,& arguit sic,vel exponit vnum pasum minus notum per alium magis notum vel per artes,videlicet per.
p.178.a 31 legito, ad struatur
p.179.b.13.credere quòd Angeli.
p.182.b 14 credentem
p.184 a.46 ponens eam vnam.72.1 Pet.1.b.70 quia vult majus bonū.
p.185.a 10 perfectiuum.20 quod virtutem. 66 regulatur.
p.186.a.12 iste non esset. 25 cui competit appetitus.b. 21 eidem secundum affectionem 76 ergo non est.
p.188.a.28 necessitas ponendi tertium habitum. b.12 non sic diuidunt aliæ virtutes.77 ad illum,corollarium virtus.
p.189 a.12 voluntatem secundum affectionem. 56 vtrum quis.b. 70 maiorem vnitatem.
p.190.b.10 manus defendit
p.191.a.7 illud quod vult.
p.192.a.63 ut tria.b.54 unitatem legito bonitatem.
p.193.a.14 non est distinctio minor. 36 constitutiuum.
p.194.a.16 non ergo habitus.54 vacat,& sicut.
p.195.a.39 proximi patet quòd sic quia b. 70 infinitos homines.
p.196.a.9 tendendi in alia.
p.197.b 3 scilicet honores & alia
p.199.a.48 ad suam paruitatem.b.42 sed Deus manet
p.200 a.24 idem habitus.48 speciali à fide
p.201 a.1 in patria non quia.71 priuilegium speciale.b. 2 ad quam non dilexit.203.b.57 probatur antecedens.62 ad bonum ergo dicunt.66 quod non concernit.
p.205.b.74 legatur & ista summa virtus in volunta.
p.206 a.23 præponit.b 32 habitus uirtutis moralis. 45 legatur, quòd ille actus inordinatus sit fiat enim quòd.74 sed non ne Henricus.
p.207.a.44 sibi,legatur, sine.
p.208.a.8 & modo inhumano 27 virtutibus moralibus sed.54 quia quòd actus.62 prima pars antecedentis.
p.209.a.20 corollarium Nulla 66 patet.6 met.
p.210.a.1 ut comedat
p.211.b.27 habetis octo beatitudines.
p.213.a.40 sic in gradu 55 puritas,& habent. 69 finem legito virtutem.b 66 non caret vitijs
p 214.a.12 q̄ per casum.18 propria 26 & ex connexione
p.216 b.41 electio praxi sic non intelligitur nec oportet quòd electio conformetur actu 44 ut discurrendo.
p.217.a.69 esse sine prudentia .b.26 habitus Philosophiæ
p.220.b.20 legito quia omne præceptum mandatum est sed non e cōtra
p.221.b.54 non sint ueritates.69 practicus sit regulabiles
p.224.a.4 legito debita actus occidendi,ergo oppositum uero,uel ei quòd creditur uerum potest esse materia debita locutionis. 7 aufero unitam corporalem.12 ante imolationem.
p.226.b.9 vacat. secundo primum.58 legito iratum qui persequitur innocentem qui non potest.
p.227.a 19.& genti.25 mendacium officiosum. 26 per officiosum intendebat.29 contra hanc.
p.228.a.78.ex in deliberatione.b.4.ex indeliberatione.53 hæc est resolutio
p.229.a.1 sed bene iurant b.47. si iurat.
p.230.b.23 fraus nulli.
p.232.b.44 remedio non adhibito
p.233.a 22 quàm noua.43 quando manebat.b 38 si habuerunt alia sacramenta.
p.234.a.4 abiicit.9 bonorum temporalium.

REPORTATA LVCIDISSIMA

D. PETRI TATARETI

ARTIVM, AC SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS ERVDITISSIMI,

Super Tertio Libro Sententiarum

IOAN. DVNS SCOTI SVBTILIVM PRINCIPIS fœliciter incipiunt.

DISTINCTIONIS PRIMAE, QVAESTIO PRIMA.

Tit. Primæ quæstionis.

CIRCA Librum Sententiarum tertiū conformiter ad magistrum sententiarum, quæritur. Vtrum possibile fuerit naturam humanam uniri hypostaticè uerbo diuino. Notandum propter illam auctoritatem, quæ ponitur in argumēto post oppositum, quæ est Verbum caro factum est, q̄ fuit quidam hæreticus, qui uocabatur Euthices qui dicebat, q̄ ex uerbo diuino, & carne, fiebat unum secundum quid, quod nec erat uerbum, nec caro, quod est falsum. Notandum tamen q̄ non omnino eodem modo unitur Verbum diuinum naturæ humanæ, quo unitur anima corpori nostro: quia anima informat corpus; non tamen uerbum diuinum informat naturam humanam: nec etiam uerbum diuinum informatura natura humana: quia neutrum non habet rationem potentiæ. Etiā ex anima, & corpore resultat una tertia entitas: & tamen nō resultat ex uerbo diuino, & natura humana aliqua tertia entitas.

Quorūdam hæreticorū errores circa ĭcarnationē uerbi diuini Pri. Euthicetis error. Differentia unionis uerbi diuini cū humanitate & ăiæ cum corpore.

Fuerūt alii hæretici, scilicet, Arius, & Eunomius, qui dicebant, q̄ uerbum diuinum assumpsit carnem, & non animam: quia tantum dicitur. Et uerbum caro factum est, & non dicitur, uerbum anima factum est. Et dicit, q̄ diuinitas supplebat uicem animæ, & sic erat homo, uerbum tamen diuinum non assumpsit solum carnem; quia est uerè homo. ergo assumpsit carnem, & animam sensitiuam, & intellectiuam.

2. Error Arij, & Eunomij.

Alius erat hæreticus, scilicet Apolinaris, qui dicebat, q̄ assumpsit carnem, & animam sensitiuam; sed non intellectiuam; quia dicebat, q̄ uerbum est maximè intellectuale. Sed pono conclusionem cōtra ipsum. In Christo sunt duæ naturę perfectæ, scilicet diuina, & humana, & quælibet habet suam intellectualitatē; quia in Christo sunt duo intellectus, & duæ uoluntates.

3. Error Apolinaris.

Alius fuit hæreticus, scilicet Manichæus, q̄ dicebat, q̄ uerbū assumpsit corpus phantasticum uel cęleste, tamen hoc est falsum. quia caro phantastica non est caro; nec corpus phantasticum, est corpus. Sed illa auctoritas sic intelligitur. Et uerbum caro factum est, ideſt uerbum factum est homo; quoniam. ibi ponitur pars pro toto, & sic assumpsit naturam humanā.

4. error Manichæorum.

Quo intelligatur uerbū caro factum est.

Pro primo argumento ponuntur. xij. propositiones, ad declarationem unionis naturæ humanæ ad uerbum. Prima propositio est ista, unio sacratissima non dicit per se aliquid absolutum. Cuius sensus est, q̄ hæc unio, non est res formaliter absoluta, & sic non dicit per se aliquid absolutum. Patet, quia quocunque absoluto cognito, & intellecto in altero extremo, non perfectè cognoscitur ratio istius unionis: ergo ista unio non dicit aliquid absolutum. Ista consequentia est euidens, quia ex opposito contradictorio consequentis, potest inferri oppositum antecedentis. Probatur antecedens, quia quocunque absoluto cognito, non cognoscitur, nisi quod est ad se; quia hæc est de rōne absoluti: sed ista unio nō est ad se: ergo cognito quocunque absoluto non est perfectè cognita. Patet minor; unio est duorum, scilicet naturæ assumptæ, & uerbi, quorum unum refertur ad aliud: ergo &c. Notandum ulterius, quòd aliquid dicitur relatiuum tribus modis: uno modo effectiuè, & sic omne ens creatum est relatiuum, quia omne tale ens dependet a Deo effectiuè. Alio modo subiectiuè, quia dependet a subiecto; & sic omne accidens dicitur relatiuum. Alio modo terminatiuè; quia unum refertur ad aliud ad quod terminatur; & sic unitum ista unione est relatiuum. Et etiam absolutum dicitur tribus modis. Vno modo: quia non habet causam, & sic solus Deus est ens absolutum. Alio modo, quia non respicit subiectum, & sic substantia est ens absolutum. Alio modo, quia non respicit terminum, & sic sint duo genera accidentium absoluta.

Relatiuum dicitur tribus modis per & absolutum.

Secunda propositio. Ista unio sacratissima personalis, est formaliter respectus: quia siue ista concomitetur absolutum in utroque extremo: siue in uno tantum, ista unio non est non ens: ergo est ens aliquod, & non absolutum formaliter: ergo est ens respectiuum. 2. Prop.

Tertia propositio. Ista sacratissima unio, non est respectus communis eiusdem rationis in utroque extremo. Patet: quia ista unio est respectus realis in humanitate: & non est realis in uerbo: ergo non est respectus communis eiusdem rationis in utroque extremo. Quòd autem non sit respectus realis in uerbo, patebit, & quòd sit realis in natura humana probatur nunc, 3. Prop.

Quarta propositio. Ista unio siue relatio, non est relatio rationis in natura humana. Patet, quia natura humana realiter dicitur unita uerbo: & etiam uerbum naturæ humanæ: ergo illa relatio unionis non est præcisè relatio rationis. Antecedens patet apud omnes: consequentiam probo, quia nulla forma potest aliquid denominare ultra omnem gradum suæ latitudinis, seu perfectionis, & entitatis: sed si ista unio sacratissima esset relatio rationis tantum, & denominaret naturam humanam uniri uerbo realiter, iam denominatio esset ultra omnem gradum perfectionis: quod est impossibile, & ista est probatio Petri de Candia. 4. Prop.

Quinta propositio. Ista relatio unionis, est relatio disquiparantiæ. Patet, sicut alia probata est, & etiam probatur sic. Omnis una relatio in uno extremo, cui in alio extremo non correspondet relatio eiusdem rationis, debet uocari disquiparantiæ. Sed sic est, quòd relationi naturæ humanæ ad uerbum non correspondet alia relatio realis in alio extremo, puta in uerbo; quamuis secundum aliquos possit correspondere aliqua relatio rationis: ergo &c. Et quòd non sit ponenda aliqua relatio realis in uerbo, patet tam ex necessita 5. Prop.

Universidad de Deusto
Biblioteca

te ipsius Dei, quàm ex eius summa simplicitate. Quo ad necessitatem. patet sic, quia ista relatio est mutabilis, ad mutationem creaturæ; & sic Deus esset uariabilis. Et ex parte simplicitatis Dei, patet sic; quia talis relatio, uel esset eadem uerbo, uel distincta: non eadem, ut notum est: nec diuersa: quia in Deo esset compositio; quod esset hæreticum. Nec etiam est relatio rationis, quia uel per intellectum diuinum, uel creatum; neutrum istorum est dicendum.

Relationes 8 duplici differentia: æquiparantiæ et disquiparantiæ. & quid utraque sit. Deus nõ refertur realiter ad creaturam.

Ideo pro hoc aduertendum est, quòd duplices sunt relationes, s. æquiparantiæ, & disquiparantiæ. Aequiparantiæ sunt, seu dicuntur, quarum extrema æqua i denominatione denominantur, sicut similitudo. Aliæ sunt disquiparantiæ, quæ dicuntur illa quarum extrema sunt alterius rationis. Deus enim nullam relationem realem habet ad creaturam. & ista unio non denominat realiter uerbum. Et quod Deus non habeat huiusmodi relationem, patet; quia quicquid est in Deo ex natura rei, & realiter, est, Independens; quia Deus ita est independens, quòd quicquid habet, habet a se. Item quicquid est Deus, est entitas necessaria: ergo non habet aliquam relationem realem ad creaturã, quia tunc ista relatio, esset Deus. & entitas necessaria; & sic creatura esset necessaria, quia relatio præsupponit fundamentum, nullum autem necessarium præsupponit contingens.

6. Propositi.

Sexta propositio. Ista unio est relatio ordinis in ipsa natura humana. relatio enim ordinis est ipsemet ordo. Ordo autem est prioris ad posterius; & uerbum non potest esse posterius: ideo iste ordo est in natura humana. Pro hoc notandum, quòd tres sunt modi relatiuorum, ut patet 5. Metaphysice. Primus fundatur super unum, & multa. Scds super potẽ tiam actiuam, & passiuam, ut paternitas, & filiatio. tertius super mensuram. & mensurabile: sicut scibile & scientia. In primis duobus modis, est mutuitas: sed non in tertio. Omnis autem respectus creaturæ ad Deum, est de tertio modo relatiuorum: quia Deus non refertur ad creaturam. sed e conuerso. Et uerbum, dictum est nouiter uniri naturæ humanæ, quando fuit unitum; non quòd aliquid nouiter acquisitum sit in eo, sed in creatura.

3. Modi relatiuorum.

Ois relatio creatura ad Deũ est de tertio modo relati oriũ.

7. Prop.

Septima propositio. Relatio unionis non est relatio causati ad causam. Patet quia omnis relatio causati ad causam, est communis toti Trinitati: ista conuenit soli uerbo terminatiuè: ergo non est causati ad causam. Alio modo. patet: quia opera Trinitatis ad extra, sunt indiuisa: quia quicquid effectum est ab una persona, & ab alia.

8. Prop.

Octaua propositio. Ista relatio unionis, non est relatio causati prioris, ad causatum posterius: patet quia uerbum diuinum non est causatum prius, nec posterius.

9. Prop.

Nona propositio. Ista relatio unionis, est alterius rationis ab omni relatione ordinis, causæ, & causati, siue dependentiæ causati, ad causam.

10. Prop.

Decima propositio. Ista unio est relatio posterioris naturaliter, ad aliquid prius naturaliter: seu alicuius sustantificati, ad aliquod sustantificans.

Declaratur unio per similitudinẽ. Dupliciter refertur accidens ad subiectum.

Quærunt hic nominales, sicut est Guilielmus Occham, & alii. Quid intelligitur per posterius naturaliter ad prius? Doctor. declarat per similitudinem unionis accidentis ad subiectum: manifestum est secundum philosophos, quòd accidens duplicem habet habitudinem ad subiectum, unam informantis ad informatum: aliam sustentificati ad sustentificans, & posterius naturaliter ad prius: quia non solum accidens habet informare subiectum, sed etiam habet sustentari a subiecto: & per subiectum. Patet, quia dabile est aliquid accidens, quod in nullo genere causæ dependet a subiecto, & tamen est possibile, quòd sustantificetur per subiectum suum. Patet quia dabile est aliquod accidens absolutum, quod nullo modo dependet a suo subiecto, neque in genere causæ materialis. sicut lumen in aere: & tamen informat ipsum. Tunc sic: Deus potest producere istud accidens in subiecto, & non informabit subiectum, & tamen subiectum sustentabit accidens; sic est de uerbo, respectu naturæ assumptæ.

Exemplo declaratur possibilitas dependẽtiæ naturæ humanæ ad uerbum sine informatione. Duplex relatio.

Aduertendum est etiam, quòd duplex est relatio, scilicet, intrinsecus aduenies, & est quæ necessariò ponitur, positis extremis; alia est relatio extrinsecus aduenies, & est quæ non necessariò ponitur positis extremis. Ista autem unio naturæ humanæ ad uerbum, non est relatio intrinsecus aduenies, sed est relatio extrinsecus aduenies: quia non ponitur necessariò positis extremis: quia sicut uerbum contingenter assumpsit naturam humanam: ita ipsam posset dimittere.

Verum relatio addat aliquid supra suum fundamentum. Et dicit resoluendo se, quòd secluſa quacunque authoritate inniteṅdo ſolum rationi naturali, facilius potest sustineri, quòd relatio non addat aliquid ultra fundamentum, quàm quòd addat. Sed in principio sui tertii dicit duo, ptimo, quod ista unio addit aliquid ultra extrema, & est relatio Secundo dicit, quòd ista relatio est respectus realis, realiter distinctus ab utroque extremo. Et ideo ali qui dicunt, quòd iste liber qui ei ascribitur, non est eius tertius. Sed hoc nihil est. Certum enim est, quòd non fecit alium tertium quàm istum. Sed domine Occham dic. quid cogit te ad hoc dicendum? dicit ipse, certè euidentissima ratio quæ est ista: Impossibile est transire de contradictorio in contradictorium, sine deperditione, uel acquisitione alicuius positiui: Sed natura humana prius non erat unita, & mõ est unita; & sic fit transitus &c. ergo oportet, quòd sit per acquisitionem, uel deperditionem, alicuius positiui; & quòd non alicuius absoluti satis. patet: ergo oportet, quòd sit per acquisitionem alicuius respectus: & non nisi unionis: ergo unio dicit aliquid ultra extrema unita.

quid supra fundamẽtum opin. Occh.

Prop. 11.

Vndecima propositio. Ista unio, non terminatur ad essentiam, seu naturam diuinam tanquàm ad terminum primum, sed ad personam, inquantum persona.

Prop. 12.

Duodecima propositio. Dependentia terminata ad essentiam diuinam, est alterius rationis a dependentia terminata ad personam: quia termini sunt alterius, & alterius rationis. Et sic concluditur qualis, & quæ sit ista unio. Est enim relatio disquiparentiæ, realis in uno extremo, & non in alio; relatio (inquam) ordinis, absque causati dependentia, ordinis sustentificati, ad sustentificans; posterioris naturaliter, ad prius. exprimens posterius in isto ordine, subsistere per prius: uidelicet naturam humanam, per uerbum diuinum.

Dæ secundo dico, quòd si &c.]

2 art. Non repugnat personæ diuinæ assumere natũrã humanam.

Formatur sic ratio, terminare talem dependentiam, non arguit compositionem, nec potentialitatem, nec limitationẽ, in persona terminante. Probatur scilicet, quòd terminare dependentiam, non arguit compositionem: quia uel hoc esset, quia unio, est relatio ordinis, uel quia talis unio, exprimit posterius existere, per prius; non primum quia sequeretur quòd etiam immo multo magis. creatio poneret compositionem in Deo, quod non est dicendum: quia importat respectum causæ, ad causatum: ergo nec ista. Nec secundum, quia nos uidemus, quòd aliquis habet uim sustentificandi suam cognitionem; & ponatur, quòd cognitio non informat animam, tamen anima habet uim sustentificandi, & tamen non sequitur, quòd anima esset composita: ergo non arguit compositionem. etiam non sequitur, essentia Angeli sustentificat suam cognitionem: ergo Angelus est compositus. Similiter non sequitur uerbum sustentat naturam assumptam: ergo est compositum cum natura assumpta. immo potest sustinere sine cõpositione. Item, quòd non arguat potentialitatem. patet, quia aut hoc est, quia est relatio ordinis, aut quia exprimit, q posterius existit per prius: sed nullum istorum est dicẽdum: igitur. probatur minor, quia si relatio ordinis poneret potentialitatem, etiam creatio: sed hoc non est uerum: igitur nec primum; quia non ponimus ibi nisi rationem sustẽtantis, quæ non arguit potentialitatem: ergo. Nec etiam limitationem. patet: quia aut hoc esset, quia est relatio ordinis, aut quia posterius existit per prius: non primum: quia si poneret limitationem. ita etiam creatio: sed hoc est falsum. nec secundum: quia sequitur, q tres personæ, quæ producunt aliquid ad extra, essent finitæ, & limitatæ: probatur cõsequentia ponamus imaginationem, q anima rationalis sit actu infinita, adhuc non diceremus q sustentificando suam cognitionem, sine informatione, q efficeretur finita, per sustentationem istam: ergo etiam neque debet dici a simili de uerbo.

¶Nec secundo modo est aliqua repugnantia &c.

Formatur ratio, diceret fortè aliquis, q una persona non potest uniri sine aliis: & arguitur sic. Respectus consequens proprietatem personalem, ut hæc, potest terminari per istam proprietatem personatam sine hoc, q terminatur ad alias personas: sed iste respectus, qui est assumptæ naturæ ad uerbum, est consequens proprietatem personalem: ergo non oportet, quòd si terminetur ad unam personam, quòd terminetur ad alias. Quia licet respectus consequens naturam, sit respectus realitatis, aut respectus consequens quiditatem, & entitatem quiditatiuam, sit respectu trium personarum, tamen respectus cõsequens entitatẽ personalem, terminatur ad unam personam, sic, quòd non ad aliam. Et pro isto textu ponuntur aliquæ propositiones. Prima uerbum diuiuum quatenus hæc persona, non est natum terminare dependentiam, cuius

1. Prop. termi-

terminatio, arguat simpliciter perfectionem in uerbo.

2. Prop.

Ex quo sequitur, quòd persona filii, non est nata terminare dependentiam causarum secundarum, quia omnis talis ponit perfectionem simpliciter in terminante. Secunda propositio. Proprietas personalis non est nata terminare dependentiam, quæ ponit imperfectionem.

3. Prop.

Tertia propositio. Verbum potest terminare dependentiam, quæ nec ponit perfectionem, nec imperfectionem in uerbo. Probatur quia aliter non haberet ordinem ad entitates uniuersi. Sed uerbum habet ordinem ad entitates uniuersi, quia habet prioritatem essentialem, & necessariam respectu aliarum entitatum. Ad intelligendum intentionem Doctor. Notandũ est propter aliquos modernos, tam malè intelligentes, & Doctorem impugnantes, ut de Candia, quòd non dicit Docto. quòd independens aliqua dependentia, possit terminare omnem talem dependentiam, ut ipsi credunt, & propter hoc inferunt aliqua inconuenientia. Primum sequeretur, quòd substantia possit terminare dependentiam cuiuslibet accidentis; & sic lapis possit terminare dependentiam sapientiæ, gratiæ, charitatis, &c. Et similiter, Angelus possit terminare dependentiam totius ad partes; quia angelus est independens tali dependentia, puta dependentia quæ totum dependet ad partes. Similiter, angulus posset terminare dependentiam alterius creaturæ, ad Deum. quia est independens tali dependentia. Vnde non uult dicere Doctor. quòd independẽs aliqua dependentia causalitatis, quòd ideo possit terminare talem dependentiam, ut uerbi gratia, non intendit dicere, quòd si persona est independens dependentia causalitatis, quòd ideo possit terminare talem dependentiam: Sed uult dicere, quòd potest terminare dependentiam, quæ nata est terminari, per talem entitatem, & per hoc solũtnr omnes instantiæ adductæ. Sed antequàm soluam rationes de Candia, fiant aliæ rationes. Primum inconueniens quod sequeretur, non solum sequeretur, quòd materia posset terminare dependentiam cuiuslibet accidentis, sed etiam sequeretur, quòd substantia posset terminare dependentiam cuiuslibet accidentis. Patet quia substantia est independens, dependentia, cuiuslibet accidentis: & sic lapis posset terminare dependentiam, sapientiæ, charitatis, &c. Etiam sequeretur, quòd essentia diuina, posset terminare immediatè, unionem hypostati causa. Et etiam dependentiam cuiuscunque causalitatis. Et similiter causati prioris, ad causatum posterius; Et istæ rationes soluuntur, per propositiones supradictas immediatè. Aduerte, quòd ordo essentialis, capitur dupliciter. Vno modo propriè, pro ordine consequente quidditates, uel tres earũ, sicut est de ordine causæ ad causatum, & sic non oportet, quòd sit talis ordo inter uerbum, & naturam assumptam. Alio modo capitur generaliter, pro omni ordine necessariò inter aliqua: quorum priori repugnat imperfectio, siue sequatur ex entitate personæ, siue essentiæ. patet per ipsum in secundo. ubi docet, quòd productionis personarum ad intra, præcedunt productiones rerum ad extra: ergo istæ ordo est essentialis, & necessarius; & sic soluitur argumentum.

Obiicitur cõtra Scotum malè intellectum.

Vide Sco. q. 19 quol. arti. 2.

Declaratur mens Scoti, & soluũtur instantiæ ad ductæ.

Ordo essentialis dupliciter capitur.

¶Tertivs artic. &c.]

Diuisio. 3. art.

Quantum ad tertium articulum, in isto tertio articulo uidenda est possibilitas unionis, ex parte naturæ humanæ, ita quòd non inuenitur aliqua repugnantia in ipsa natura humana, quin possit uniri uerbo diuino. Et iste articulus continet octo partes. Prima est breuissima, in qua dicit, quòd iste est

1. difficilior duobus præcedentibus: In secunda parte ponit rationes Varronis, quæ probant, quòd est possibilitas in natura humana. In tertia parte declarat rationes Varronis non ostendere propositum. In quarta parte dicit quòd circa præsentem articulum, oportet uidere qualiter se habeat, id quo
2. natura creata est singularis, & individua. In quinta parte, quærit quid sit illud, quo creatura est personata. Et recitat
3. duas opiniones probabiles, & declarat illas. Ibi, quod sit illud
4. proprium. In sexta parte, arguit contra primam uiam. In se
5. ptima parte arguit contra secundam uiam. In octaua parte,
6. ipse accedit ad decisionem præsentis articuli, secundum pro-
7. priam eius opinionem &c. Et ista est materia totius articuli,
8. & continet multas particulas. Quo ad primam partem huius articuli, dicit Doc. quòd hic articulus de possibilitate unionis naturæ humanæ ad uerbum est difficilis: quia oportet cognoscere distinctionem naturæ creatæ a personalitate creata. Et est bene difficile, & ita est, quia maximè est difficile cognoscere qualiter persona creata sit distincta, ab increata, & qualiter natura persona non est: difficilior, quia ibi oportet, ponere diuisionem naturæ creatæ a natura increata. Et sic in secunda parte adducit rationes Guilelmi, Varronis & istæ rationes ponuntur in Varrone libro tertio, & sunt tres. Prima procedit ex prioritate naturali singularitatis, ad personalitatem. Secunda est ex ratione modi unius generis, qui potest conuenire alteri generi. Tertia est ex maxima distantia extremorum unibilitum. Et ex his tribus uiis, ipse Varro deducit suas rationes. Prima est talis singularitas naturæ humanæ prior est naturaliter personalitate: seu ipsa natura est prius singularis, quàm sit personata: ergo Deus potest influere ad istam singularitatem, quæ est prior naturaliter, non influendo ad personalitatem: & sic in primo instanti, in quo natura singularis debuit personari, Deus potuit præuenire istam ne personetur in se, sed in alio, puta in uerbo, uel in alio suppposito.

Rõnes quib. Varro phat unionẽ hanc esse possibile.

1. Ratio.

Secunda ratio est ex parte, communicationis modi unius generis ad rem generis alterius, quia modus unius generis potest communicari rei alterius generis, ut modus substantiæ, accidẽti: ut patet in Eucharistia. ergo modus accidẽtis, potest communicari substantiæ, & hoc posito, q modus accidentis possit communicari substantiæ, & e conuerso. patet, q natura humana potest dependere ad uerbum, ad modum accidentis. Primam partẽ probat, q modus substantiæ possit cõicari accidẽti, ut patet in Eucharistia, ubi accidentia per se existant: ergo modus substantiæ potest communicari accidẽti. Et per consequens, modus accidẽtis potest communicari substantiæ.

2. Ratio.

Tertia ratio; quanto aliqua sint magis diuersa, sunt magis unibilia: sed creatum, & increatum, sunt maximè diuersa inter se, quàm creatum, & creatum: ergo sunt maximè unibilia, patet prima propositio: quia illa quæ sunt eiusdem speciei, sunt minus unibilia: sed illa quæ sunt diuersorum generum, sunt maximè unibilia, ut accidens, & substantia.

3 Ratio.

Doctor probat. In tertia parte, rationes istas non ostendere propositũ. cõtra primã procedit sic, si prima ostendent pro positum, sequeretur, quòd natura humana possent esse, & nõ esse singularis. patet: quia est prioritas naturalis naturæ humanæ ad singularem eius: quia est singularis alia entitate positiua, & alia est natura: quia prius est natura humana, quàm hęc ergo. Deus in illo priori, posse influere ad illam naturam nõ influendo ad illam singularem. Et posset etiam illa natura singularizari alia singularitate. Sed uidetur quòd D. non arguat benè, quia uidetur arguere per locum a simili, & tamen arguit, ea parte qua sunt dissimilia. Diceret enim Varro, quòd si dicã, quòd ista entitas, scilicet singularitas præcedit personalitatem. non sequitur, quia dicam tibi, quòd ista entitas, qua natura est personata, est realiter distincta a natura humana, sed natura est singularizata aliqua natura, quæ non est realiter distincta ab ea. Et D. postea soluet istam replicam: dicit Doctor. si tu dicas, quòd ista natura humana non potest esse sine ista singularitate, & q non posset esse eadem subdiuersis singularitatibus, tamen poterit esse sub alia singularitate succesiuè. patet: quia non habet apparentiam propter quàm dicas, quòd ista entitas qua natura humana est singularis. sit eadem naturæ humanæ, nisi quia est eius actualitas: sed iste respectus quo est persona est actualissimus, immo est ultima actualitas eius: ergo debes concedere, quòd est prior: Secundo impugnat secundam rationem Varronis, & dicit cum, dicis, modus &c. Respon. Doct. negando similitudinem. quia proprius modus unius generis, non potest communicari: rei alterius generis: & dicit, quòd si uerè sit proprius modus alicuius generis, alteri est impossibilis; & hoc uerum est: quia benè sequitur iste modus est uerè proprius huic generi: & conuenit alteri generi: ergo sequeretur contradictoria; quia soli competeret, & non soli competeret: ergo si est uerè proprius uni generi, non poterit communicari alteri generi. Et cùm adducis exemplum de accidente in sacramento altaris, dico quòd ille non est modus proprius generis substantię. Et primo dico, quòd modus substantiæ, est esse per se naturaliter, idest non inclinari ad aliquod extrinsecum. Non sic est de quantitate, in Eucharistia: quia ibi non habet esse per se. Et ideo non habet proprium modum substantiæ, qui est esse per se naturaliter, idest non inclinari, hoc est, non habere naturalem aptitudinem ad aliud. Argumentum: ergo non ualet. quia sequeretur, q natura humana non haberet proprium modum substantiæ in uerbo, qui proprius modus substatiæ, est per se esse naturaliter, q falsum est, quia

Soluit 2. rãtiones Varr.

Modus proprius unius generis non conuenit alteri generi.

Modus substantiæ quis sit.

Reprobat Sco. rationes Varronis. Solvit primam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

natura humana inclinatur ad suam propriam personalitatem: seu talis natura habet propriam naturalem inclinationem ad suam propriam substantificationem. & soluitur istud argumentum. quando quærimus, utrum natura humana sit violenter suppositata uerbo: quia posset dici hic, quòd dato, quòd habeat inclinationem ad suppositum proprium, dicitur tamen, quòd non esset ad aliud sui generis, & suæ speciei: sed ad illud quod est eiusdem generis, & speciei.

Quo intelligitur q̃ differentia substantialis habeat modũ qualitatis.

Replicat de differentia substantiali, & dicit, quòd differentia habet modum qualitatis: ergo modus unius generis potest communicari rei alterius generis. Respondet, quòd philosophus non intelligit, per qualitatem unum genus, & prædicamentum, distinctum ab aliis, & quòd differentia substantialis habeat, modum prædicamenti qualitatis, sed intendit declarare, quòd hoc nomen quale, est nomen æquiuocum, & non uniuocum; & q̃ unus modus, & unum significatum, eius est differentia substantialis; ut quale animal est homo? rationale; & iste modus huius nominis, quale, non est proprius alicui speciei qualitatis, ut est generis, & prædicamentum qualitatis. nec est modus proprius ipsius generis, siue præsenti qualitatis: sed est quidam modus, communis, ad omnia illa, quæ dicuntur qualia, quomodocunque. Vnde fuerunt aliqui nominales, dicentes, quòd differentiæ substantiales. sunt species, ad alia genera; & quòd una prædicatur de alia, tanquàm genus; & dicunt quidam, quòd sunt in prædicamento qualitatis, & sic ponunt istud quale, ut est commune ad differentias accidentales, & substantiales, & faciunt de ea, unum prædicamentum ab aliis distinctum.

Solu. 3. võuis p̃ arr.

Tertia ratio procedebat ex diuersitate &c. Et dicit D. q̃ non concludit propositum, quia esset addendum, modo illa maximè diuersa, sic se habent, qũòd unum habeat rationem potentiæ, & aliud rationem actus; sic non est in proposito: quia natura humana non est in potentia, ad hoc, quòd actuetur per uerbum, nec uerbum est actus.

Declaratur qũo natura creata est p̃sona de qua re sunt duæ opiniones & babiles.

Ideo propter istum articulum, oportet uidere, qualiter se habeat illud, quo natura est singularis, & quo natura est persona. & personata; & si aliquis diceret, quòd idem sit quo natura est singularis. & quo est persona, dicit Doctor. quòd non sunt idem formaliter: uel saltem sunt non idem formaliter, id, quo natura est singularis, & quo, est persona, maxime in supposito creato. Et probat D. auctoritate Damasceni, quia uerbum assumpsit naturam humanam in athomo, & non personam: & post ea, Doctor. quærit, quid natura sit illud, quo persona est personata; & adfert duas opiniones probabiles; prima opinio, dicit, quòd illud dicitur positiuum: siue illud sit aliquod absolutum, siue respecti. Alia uia est, quòd est aliquid negatiuum, per quod est personata: de prima uia. dicit, quòd potest proportionabiliter declarari, sicut declaratum est de singularitate; quia sicut natura singularis est hæc, per aliquam entitatem positiuam; ita à simili, ponent dici de ista personalitate.

Arguit Sco. q̃ natura singularis non est persona per positiuum.

Contra hanc primam uiam, quæ dicit quòd natura creata est personata, uel suppositata, per aliquod positiuum, arguitur sic; si natura creata. ut natura humana suppositaretur, uel personaretur entitate positiua, sequeretur, quòd Deus, uel uerbum, non assumpsit totam naturam humanam: sed esset aliqua entitas positiua actualissima, quam uerbum non assumpsisset; hoc uidetur multum repugnans fidei. Consequentia probatur, quia assumpsit naturam singularem, non personatam: & etiam sequeretur, quòd aliqua entitas creata positiua, non erit in potentia obedientiali respectu potentiæ diuinæ. Verbi gratia, ista entitas positiua qua natura est personata, nõ erit unita uerbo diuino; patet sic, quia persona uel entitas quam addit persona supra singularem naturam formaliter, est incommunicabilis omnino, ex natura rei; & ideo ei repugnat communicari, ut quod, & ut quo; quia persona est isto modo incommunicabilis: ergo non erit in potentia obedientiali respectu uerbi diuini. Et sic D. infert duo inconuenientia, primum, quòd Deus non assumpsit totam nostram, naturam humanam; quo admisso sequeretur, quod tota non esset curata. & hoc uidetur, repugnare pietati fidei nostræ Secundum inconueniens, quòd esset aliqua entitas positiua, quæ esset inassumptibilis a uerbo diuino, & propter istam rationem, Doctor est persuasus, ad non tenendam istam uiam. Nec dicatis, quòd natura humana in Christo caret illa entitate positiua, quia facitis dedecus Christo, nidelicet, quòd non habeat totam nostram naturam humanam; & facitis naturam humanam Christi, diminutam. patet: quia sequeretur, quòd natura, quæ iam assumpta est a uerbo, careret illa entitate positiua: sed hoc uidetur durum secundum fidem, cum sit in potentia obedientiali Dei, & tamen hoc implicat, quòd assumatur. Vos dicetis, quòd non haberetis pro inconuenienti, Ideo ego arguo aliter, sic, sequeretur ex uestra positione, quòd natura humana assumpta a uerbo, non posset dimitti a uerbo, nisi Deus daret illi aliquam entitatem, realem, positiuum, quàm prius non habebat; quia uel dimittendo naturam humanam dimitteret eam non suppositatem in se, nec in uerbo; idest, nec suppositato proprio, nec alieno, uel daretur sibi de nouo alia entitas positiua. qua fieret personata: si dicatis, quòd Deus daret aliquam entitatem, habeo intentum, hoc est inconuenies, probo sic. an Deus daret istam entitatem nouam illi naturæ necessariò, uel contingenter, siue liberè. non necessario, quia Deus necessariò ageret ad extra, quod est hæreticum: si contingenter: ergo potest non dare: non det, ergo non est personata aliqua personalitate, neque propria, neque aliena.

Vide q̃ne 19. quæ ar. 3

Vel sic. ista entitas diuersa, esset suba, uel accidens: non suba, quia uel materia, uel forma, uel totum compositum, uel saltem non eadem realiter naturæ humanæ, & sic esset augmentata. Vide quæstione. 19. quol. articulo tertio. Si esset accidens: ergo natura humana esset accidens, uel saltem esset suppositata per accidens. Secundo arguitur, & dependet ex isto argumento sic, quòd illa natura non posset dimitti, uel esset personata. patet sic, uel est personata, uel non: si non, est inconueniens, si est personata, aut per aliquam entitatem, quæ est eadem ipsi naturæ, uel non, immo super addita, tanquàm aliquid extrinsecum. non primum, quia quando natura erat assumpta, illa realiter non erat idem ipsi naturæ: ergo non est eadem realiter. patet: quia quando. aliquid continet aliquam realitatem per identitatem, manens idem, semper continet illam per identitatem: ergo. patet, quòd si natura humana in uerbo, non continebat, nec ipsa dimissa contineat, eo assumpta, non continebat; quia persona non personatur per aliquid sibi extrinsecum, ergo &c.

Arguitur quarto. sequitur, quòd natura humana Christi, potuisset fieri actu existentes siue quęcunque personalitate, & non personata, quacunque personalitate. Quare manifestum est secundum istam opinionem, quòd natura humana potuit fieri actu, siue illa entitate positiua: quia de facto fuit assumpta siue illa entitate. Ponamus instans in quo fuit assumpta natura in illo instanti non necessariò assumpsit illam entitatem positiuam: ergo potuit manere, & non esse assumpta.

Arguit, q̃ nõ persona non est negatio.

Deinde arguit contra secundam uiam. Prima ratio est, ista, si natura creata esset suppositata per solam negationem, tunc illa negatio esset independens ad aliquid extrinsecum. Sed si hoc sufficeret, ad hoc, quòd esset suppositata, sequeretur, quòd anima separata a corpore esset suppositata, quia non habet aliquam dependentiam ad aliquod extrinsecum.

Ratio 2.

Secundo arguit, & dicit, quòd illa eadem argumenta, quæ fiunt, quòd ingenitum non est proprietas constitutiua patris, sunt contra hoc: ideo sic arguit. Nulla negatio est de se incommunicabilis: sed persona, ut persona formaliter, est incommunicabilis: ergo persona non est persona ultimate per solam negationem, unde negatio de se est indifferens tam ad ens, quàm ad non ens: & sic nulla negatio est incommunicabilis: ergo sequitur, quòd de se non est communicabilis. ergo oportet, quòd sit incommunicabilis per aliquod positiuum, & sic natura non constituitur personata per negationem. immo oportet, quòd per aliquid aliud a negatione: & dicit, quòd negatio absoluta, & nuda, est indifferens tam ad non ens, quàm ad ens.

Ratio 3.

Tertiò sic, nulla negatio potest esse propria alicui subiecto, primo: ergo negatio. non potest constituere ineste personali formaliter. consequentia est nota, & antecedens probatur, quòd scilicet negatio non potest esse propria alicui subiecto, primo; quia negatio, & se est absoluta, & libera, & ut sic, indifferens, ad omne ens, & non ens. & ut sic nõ est principium incommunicabilitatis.

Ratio 4.

Arguitur quarto sic, illud quod est indifferens ad ens, & non ens, non est proprium alicui subiecto; sed negatio est huiusmodi.

Ratio 5.

Quinto sic, quòd est exclusiuum imperfectionis, est perfectio, uel dicit perfectionem: sed ratio formalis suppositi est exclusiuum imperfectionis: ergo est aliquid perfectum.

Dicit. determinat tres quid constituatur persona.

¶Non asserendo potest mediari, &c.]

Superius D. subtilis recitauit duas oppositiones de constitutione personæ. Vna opinio dicebat, quòd persona constituitur per aliquam entitatem positiuam. Secunda opinio dicebat, quòd persona constituitur per negationem: consequenter hic D. dicit, quòd nullam illarum uult tenere, sed mediando inter istas uias &c. Et qui uoluerit tenere primam teneat, & qui secundam teneat. & pro isto textu ponuntur nonem propositiones. Prima est, nulla natura intellectualis, & singularis dicitur personari aliqua entitate positiua; sicut dicebat, prima opinio. probatur, quia si sic, sequeretur, quòd illa entitas positiua esset inassumptibilis. patet: quia si illa entitas sit incommunicabilis, quomodo erit communicabilis? non uidetur, sed hoc est inconueniens, quia secundum Damascenum, quòd est in assumptibile, est in curabile. Secunda propositio natura singularis intellectualis, non dicit personari per solam negationem; ut dicit secunda opinio. probatur per illas quatuor rationes, quæ superius facte sunt, in probando secundam opinionem. Tertia propositio. triplex est dependentia, scilicet actualis, aptitudinalis, & potentialis, dependentia actualis, est quædam relatio ordinis alicuius posterioris ad prius substentificans; ut accidentis ad subiectum. Dependentia aptitudinalis, est quãdo aliquid sic habet inclinationem ad aliud, quòd semper esset in actu, nisi impediretur. exemplum, graue habet inclinationem ad deorsum, qua semper esset deorsum, nisi esset aliquod impendens. Dependentia potentialis, est, quando non est repugnantia ex parte terminorum, ut quodlibet accidens habet dependentiam absolutè, non solum aptitudinalem, sed etiam potentialem, similiter quælibet entitas creata, habet istam dependentiam potentialem, ad uerbum diuinum. Et aduerte, quòd sicut est triplex dependentia, ita triplex est negatio dependentiæ. Prima est negatio dependentiæ actualis, & est negatio nuda, quando aliquid non dependet ad aliud. ut accidens separatum in Eucharistia similiter. ego non dependeo actualiter ad uerbum diuinum. Secunda negatio aptitudinabilis dependentiæ, est, quando aliquid caret aptitudine; immo habet aptitudinem ad aliquid aliud oppositum, ut in albedine, est negatio aptitudinalis ad angelum: quia albedo non habet inclinationem ad hoc, ut dependeat ad Angelum. Negatio potentialis dependentiæ est, quando est repugnanda ex parte terminorum, ut licet filius in diuinis sit a patre, non tamen dependet a patre, ideo in filio non est dependentia ad patrem; contra canonicum in Quarto Physicorum. quæstione ultima, qui dicit, quòd filius dependet a patre, quod falsum est: quia ad hoc aliquid, quòd dependens sit in aliquo, non requiritur solum, quòd unum producatur ab alio, sed etiam requiritur, quòd inter producens, & productum sit distinctio essentialis, modo distinctio essentialis, non est inter patrem, & filium in diuinis: ideo in filio non est dependentia. Quarta propositio, nulla negatio actualis dependentiæ sufficit, ad personandam naturam intellectualem: patet. quia tunc sequeretur, quòd anima intellectiua esset persona, quia habet negationem dependentiæ actualis. Quinta propositio negatio dependentiæ potentialis, non inuenitur in natura creata, respectu ipsius uerbi, idest nulli naturæ creatæ repugnat depẽdere a uerbo; quia omnis creatura est in potentia obedientiali ad uerbum. Sexta propositio. in qualibet natura creata personabili, inuenitur negatio dependentiæ aptitudinalis, ad personam uerbi. Notandum est ulterius, quòd licet entitas creata, sit in potentia obedientiali. ut uniatur uerbo, tamen quælibet habet inclinationem ad suam propriam perfectionem. Aduerte ulterius, quòd differentia est inter potentiam, & aptitudinem; quia aliqua sunt, quæ habent aptitudinem, & non potentiam; quia D. nono Metaphysicæ, Cæcus est aptus natus uidere, non tamen habet potentiam. ad uidendum. quia a priuatione ad habitum, impossibile é fieri regressum. Secundo, aliqua sunt, quæ habent potentiam, & non aptitudinem. ut lapis est in potentia ad ascendendum sursum, & tamen non habet aptitudinem ad ascendendum sursum. Tertiò, sunt aliqua, quæ habent aptitudinem, & potentiam, sicut sunt accidentia, quæ habent aptitudinem, & potentiam ad inhærendum subiecto. Quarto, sunt aliqua, quæ non habent, neque aptitudinem, neque potentiam, sicut in diuinis, una persona non dependet, ab alia, nec aptitudine, nec potentia. Similiter, uerbum diuinum non habet aptitudinem, nec potentiam, ad creaturam; ideo, in diuinis non inuenitur aptitudo, nec potentia. Septima propositio. negatio dependentiæ actualis, & aptitudinalis, complent rationem personalitatis creatæ: id est omnis natura, quæ non est unita, est nata uniri: & uniri, est personari. & hoc est fieri personam.

Ponit nouẽ ppositiones.

Propositio prima.

Prop. 2.

Prop. 3. Dependẽtia triplex.

Dependẽtia potentialis quid sit.

Independẽtia triplex.

Filius in diuinis nõ dependet a patre.

4. Propos.

5. Propos.

6. Propos.

Notãda est differentia inter potentiã & aptitudinem.

7. Propos. Quid complet rõnẽ personæ creatæ.

Persona duplex

Requisita ad personam creatam.

Aduerte, quòd duplex est persona. scilicet in creatura, quæ conuenit personis diuinis: alia est creata, quæ conuenit naturæ creatæ, & ad personam creatam, de materiali, seu connotato, requiruntur primo, quòd sit in natura intellectuali, secundo quòd sit natura substantiali, & tertio, quòd sit in substãtia completa: & deformali, requiritur duplex negatio, dependentiæ, scilicet aptitudinalis, & actualis, idest quòd ista natura non habeat inclinationem naturalem, ad aliud extrinsecum: ideo accidens non potest habere rationem personæ. Similiter natura humana in uerbo, licet sit personata personalitate uerbi, tamen habet aptitudinem ad propriam personalitatem.

Regu. Sco.

Contra hoc arguitur sic, sequeretur quod natura humana esset uiolenter in uerbo; primo, quia quandocunque aliquid alicui conuenit, contra inclinationem naturalem, est ibi uiolenter; sed ista natura humana est in uerbo, contra inclinatiõné: ergo est ibi uiolenter. Resp. Denogento, vt dicit Sco. in 4. 49. 4. 14. de agilitate, q̃ quandocunque sunt duæ potentiæ in aliquo, quarum altera est maior, & superior, & altera inferior. Si inferior agat secundum inclinationem potentiæ superioris, & conformiter illi, & non secundum suam inclinationem, tunc non est ibi uiolentatio, sicut in beatis est uoluntas, quæ est potentia superior, & gustus quæ est potentiæ inferior, Ibi gustus non habet actum suum contra, inclinationem appetitus superioris, s. uolũtatis, & tamen nõ est ibi uiolentatio; quia gustus conformatur uoluntati. similiter si esset uacuum inter cœlum, & terram. Terra ascendens licet contra inclinationem propriam, tñ ascenderet naturaliter: quia secundum inclinationem naturæ uniuersalis, et ideo ad argumentum. Dico, quòd licet in natura humana non sit inclinatio ad uerbum, tamen quiescit, & magis naturaliter, dependet, ad uerbum, quàm ad propriam suppositationem. Octaua propositio. independentia aptitudinalis, non ponit in natura intellectibili creata indepẽdentiam potentialem; & licet ista natura creata habeat negationem aptitudinalem ad suppositum uerbi, tamen benè habet dependentiam potentialem.

An humana natura uiolenter sit in uerbo diuino. 8. Propos.

9. Propos.

Nona propositio. natura intellectualis, quãdo depẽdet ad suppositum extrinsecum personatur personalitate extranea. quãdo caret illa dependentia: personatur personalitate propria. Hic D. soluit illa argumenta, quæ ipse fecit contra secũdam uiam. Primo ad primum. quando sic arguebatur, quòd si sic, maximè esset per non dependere actu, & tunc anima esset persona. Respondeo ad antecedens, uel præcisè: & sic negatur, uel cum negatione aptitudinali, & sic conceditur. quia negatio dependentiæ actualis, & aptitudinalis, complent rationem personæ. & quia anima intellectiua non habet illam negationem aptitudinalem, quia quandocunque est separata semper habet aptitudinem ad corpus: ideo non est persona. dicit Denogento, quòd ad hoc, quòd aliquid sit persona, duo requiruntur. Primo, quòd sit ens completum: secunda quòd non habeat negationem aptitudinalis dependentiæ: ideo anima non est persona: Secundo sic, nulla negatio est de se incommunicabilis: ergo non poterit esse ratio personandi: nisi præsupponendo aliquod positiuum. Respondetur ponendo tres propositiones. Prima, incommunicabile, quantum pertinet ad rationem personæ, dicit duplicem negationem communicabilis, scilicet, ut quo, & ut quod, pro quo not. quòd in primo distinct. 2. parte. 2. Ad primam quæstionem respondendo, dicit. Aliquid dicitur communicabile, dupliciter uno modo, ut quod, alio modo, ut quo, et communicabili ter ut quod est, quod natum est prædicari in recto. sic dicen-

Solũtur argumenta contra secũdam uiam.

Tres propositiones. Cõcabile duplicitur. dist. 23. propos. 2 Cõmunicabile duplicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duplex forme.

ut homini animal commune.

do,hoc est hoc, & sic superius prædicatur de inferiori. Alio mó,ut quo sicut forma respectu illius, cuius est forma: & quia est duplex forma, s. partis, & totius,ita duplex est quo, ad uerte tamen,q forma partis,potest communicari dupliciter. Vno modo denominatiuè: Alio modo,intrinsecè,ut humanitas communicatur suppósito,& forma partis communicatur dupliciter intrinsecè; corpori, uero extrinsicè,& denominatiuè tantum. Alio modo aliquid communicatur alicui tanquàm forma totius,ut natura humana communicatur uerbo diuino,vt forma totius,quia uerbum per naturam humanam dicitur homo;incommunicabile quod pertinet ad diffinitionem personæ,dicit negationem, duplicis communicabilitatis; ut benè sequit, ista natura est incommunicabilis,ut quod id est,non communicatur alicui tanquàm forma totius:& ió inunibile,non potest esse communicabile, ut quod.

2. Proposit.

Secunda propositio:quęlibet natura creata indiuidua,est incómunicabilis ut quod id est,non est nata communicari alicui, tàquàm superius inferiori.

Natura singularis duplex.

Notandum est hic,quòd duplex est:nam singularis.s. una limitata,& creata, quæ limitatur sic ad unum suppositum, q non ad aliud. Alia est natura singularis illimitat,ut diuinam, quæ communicatur tribus personis diuinis,licet sit singularis

3. Proposit.

Tertia propositio nulla natura creata est simpliciter incómunicabilis,ut quo,& nota quòd sicut aliquid dicitur communicabile dupliciter,ita etiam aliquid dicitur incommunicabile dupliciter,uno modo, simpliciter:alio modo secundum quid.

Incõicabile dupliciter secundũ qd simpliciter.

Primo modo est illud, cui conueniunt triplices negationes, s.actualis,aptitudinalis. & potentialis; & sic quælibet persona diuina est incommunicabilis simpliciter. Alio modo secũdum quid,quia sibi conuenit negatio dependentiæ actualis, & aptitudinalis; & tamen non conuenit sibi negatio potentialis,sicut est persona creata.ideo dicitur incommunicabilis secundum quid,quia non est incommunicabilis simpliciter; immo est in potentia obedientiali,ad uerbum diuinum. Ad formam argumenti eius arguitur, nulla negatio &c. distinguitur,uel communicabilis simpliciter,& sic concedo.uel cómunicabilis secúdum quid,& sic nego, & hoc dicit Scotus in quolibetis.q.19.Prima negatio,s. communicabilitatis simpliciter,quæ est negatio actualis dependentiæ,aptitudinalis, & potentialis,conuenit personæ diuinæ,& non creatæ.

Dubitatio.

Contra,tu dicis,quòd persona diuina est,incommunicabilis simpliciter,& illa conuenit sibi per aliquid positiuum, ut patri,per paternitatem.sed in creaturis non conuenit personæ per aliquid positiuum,sed per negationem; si hoc esset uerum.sequeretur,quòd ratio personæ non esset uniuoca personæ diuinæ,& creatę,quia tu dicis,quòd filiatio, est ratio quia filius non est communicabilis, & paternitas est ratio qua pater in diuinis est incómunicabilis, & tu quoq; dicis, quòd in creaturis,persona est incommunicabilis per negationem, sed positiuum,& negatiuum,non sunt eiusdem rationis. ergo sequitur,q persona non est uniuoca in Diuinis,& in creaturis. Item secundo sequitur aliud inconueniens, q persona creata non habebit rationem personæ probatur per definitionem personæ,quia persona est incommunicabilis.

Solutio in qua declaratur quomodo persona increata, et creata cõueniat uniuocè, & non aliquas propositiones.

Pro responsione ponuntur aliquę propositiones.Prima est, conceptus incommunicabilis,quando negat communicationem actualem,& aptitudinalem, est uniuocus personæ creatæ,& increatæ, propter quàm propositionem. Notatur, q dicit doct.in primo distinctione.23.ad quæst.quòd ab istis negatiuis,abstrahitur unus conceptus, & est conceptus communis, & eiusdem rationis. in persona creata, & in increata, quia sicut persona creata non dependet actu, nec aptitudine, ita persona increata.Item probatur,quia negatio est uniuoca,quando affirmatio aliqua negatur ab eis:sed negatur aliqua affirmatio a persona creata,& increata:ergo &c.

1. Proposit.

2. Proposit.

Negatio potentialis ad cõicari cõuenit personæ diuinæ non ãt humanæ.

Secunda propositio, conceptus negatiuus potentialis, non est uniuocus personæ creatæ,& increatæ: licet persona diuina habeat negationem potentialem ad communicari, tũ ista negatio non uniuocatur in creata:quia nulla est entitas creata,quæ non possit assumi a persona diuina: & ratio propositionis est,quia illa negatio conuenit personæ diuinæ, & non creatæ.ex quo sequitur,quòd persona increata, dicit duplicé negationem ultra connotatum, sed non dependere actú, nec aptitudine,nec potentialiter : in creaturis autem non inueniuntur istæ tres negationes,sed solum duæ,s. negatio actualis,dependentiæ,& aptitudinalis.

Solũ de

3. Proposit.

Tertia propositio, si ad rationem personæ requiritur illa triplex negatio,sequitur quòd in creaturis nulla inuenitur perfecta ratio personæ, probatur,quia eius ratio est triplex negatio,si non dependere,actum aliter,nec aptitudinaliter,nec potentialiter.Probatur propositio,quoniam in creaturis, nulla est entitas, cui repugnet contradictorie assumi a uerbo, & ad rationem personæ creatæ ut dicit. Dan 23 distinct. prima solum ista duo requiruntur,scilicet non dependere actu,nec aptitudine. Quarta propositio. persona creata non includit aliquam entitatem,per quam sibi repugnat communicari contradictoriæ alicui,probatur quia quotiescunque in aliqua nã reperitur repugnantia ad communicari, hoc est per aliquam naturam,& quia in persona creata nulla est nã cui repugnet communicari,ideo potest communicari: sed illi naturæ per q persona creata est incommunicabilis repugnat, quare &c. Quinta propositio. persona diuina habet illas tres negationes.s.rationem incommunicabilis actualem, aptitudinalem, & potentialem. Vnde nota, quòd differentia est inter personam creatam,& increatam, quia persona creata dicit solum duas negationes, increata dicit tres. Sexta propositio. nunquam potest alicui creaturæ intellectuali conuenire repugnãtia ad communicari,quia nulli tali naturæ communicari potentialiter,repugnat,nisi per aliquam entitatem positiuam; per quàm sibi repugnat communicari.Septima propositio,p. sona creata nó est incommunicabilis, ita quòd sibi repugnet contradictorie communicari;Sed quia habet negationem duplicis communicabilitatis.

4. Proposit.

5 Proposit. Differentiæ inter personam creatã et increatã.

6. Proposit.

7. Proposit.

Hinc rõnẽ incõicabilis. tripliciter.

Aduerte,q aliquid habere negationem communicabilitatis,tripliciter potest intelligi. Vno modo negationem communicabilitatis,actualis.secundo aptitudinalis, tertio potentialis; in persona creata non inuenitur negatio potentialis: ex quo sequitur,quòd illa ratio facta,bene concludit de ingenito; quia illud quo persona diuina personatur est triplex negatio,& illa præsuponit aliquam entitatem positiuam. sed illa ratio secunda non concludit de personalitate creata. quia negatio dependentiæ actualis,& aptitudinalis, potest inesse alicui sine aliqua entitate positiua.

8. Proposit. Triplex negatio dependẽtiæ actualis.

Octaua propositio. triplex est negatio actualis dependentię, quædam dicitur nuda; alia aptitudinalis, alia potentialis. Prima est quando aliquid caret aliquo actu, ut lapis existens sursum, caret, ubi, inferius : & non habet negationem aptitudinalem : quia est aptus natus descendere, & esse deorsum; nec in hoc est negatio potentialitatis: quia potentiam habet ad deorsum : secunda ut superficies, quæ est in potentia neutra,ad albedinem, & nigrediné. Tertia est, quando in aliqua natura est repugnantia ad aliquid,ut in asino est negatio potentialis, ad ratiocinandum:quia sibi repugnat.si diceret aliquis,quando dicis,triplex est negatio, nunquid negatio est in se eiusdem rationis? Respondetur & est nona propositio:licet negationes sunt eiusdem rationis, tamen possunt distingui penes ea in quibus inuenimus.

9. Proposit.

Triplex negatio adhuc. Negatio in coi ẽ eiusdẽ rõnis: sed dã stinguntur penes connotata.

Pro quo noto q triplex est adhuc negatio, ut dicit Scotus in octaua q.quolibet. scilicet, in genere, extra genus, & priuans, licet illæ tres negationes sint eiusdem rationis, tamen cum hoc stat,q distinguitur penes connotata.Ita hic,licet negatio sit eiusdem rationis, distinguimus tamen penes connotata.

10. Proposit.

Decima propositio nulli naturæ creatæ,conuenit negatio potentialis,patet,quia nulla est entitas quæ non sit in potentia obedientialis Dei.

11. Proposit. Negatio aptitudinalis dicitur habitualis.

Vndecima propositio cuilibet naturæ intellectuali creatæ, conuenit illa negatio.scilicet aptitudinalis & illa dicitur esse habitualis,quia conuenit naturæ,siue sit unitæ,siue non. Sed nec secunda illa,nec tertia negatio seorsum,complent rationem personæ,sed utraque simul. sed prima non potest inesse. At negatio aptitudinalis quæ est secunda,& negatio actualis, quæ est tertia,non complent rationem personæ solitariæ,sed utraque simul,& istæ tres negationes sic ordinanter, quia prima est potentialis,secunda est aptitudinalis, & tertia actualis,pro quo nota, quòd ad rationem personæ increatæ, tria requiruntur,primo,quòd sit substantia completa; secunda il la triplex negatio,tertia aliquod positiuum, ut pater constituitur per paternitatem : & Filius per filiationem;sed ad rationem personæ creatæ solum duæ conditiones requiruntur. Prima est quòd sit substantia & completa, secunda quòd sit in illa duplex negatio,scilicet, actualis, & aptitudinalis. Ad tertium Respondetur negatio potest dici alicui propria, per aliquod positiuum;ut Sorti conuenit non communicari, per differentiam indiuidualem, Alio modo quia istud cui conuenit illa,est incommunicabile,ut quod; & sic nulla est talis natura creata,quia licet aliqua entitas creata non sit communicabilis aptitudine, & actu: est tñ communicabilis potentiali-

Ordo triũ negationũ. Tria requisita ad personã increatam.

Duo ad creatam. Soluitur tertium argumento potest dici propria alicui dupliciter.

ter.

Negatione esse propriũ alicui dupliciter.

Si quid aliui repugnat hoc ẽ per aliquid positiuum.

ter.Aliter soluit Scotus in quolibetis q.19.Ad maiorem dicitur quòd aliquam negationem esse propriam alicui, potest intelligi dupliciter;uno modo simpliciter: & sic est uera. Alio modo secundũ quid,sic q cui cõuenit talis negatio, repugnat opposita affirmatio, & sic non est uera illa maior:Quarto sicut diuidi est imperfectionis ita dependere ad personam extrinsecam, est imperfectionis : ergo id per quod repugnat dependere, erit aliqua entitas positiua . Respon. ii dependere ad personam extrinsecam repugnaret naturæ creatæ,Repugnaret per aliquam entitatem positiuam, secunda propositio nulli entitati creatæ,repugnat dependere ista speciali dependẽtia ad personam uerbi:quia omnis entitas creata, non solum dependet æquali dependentia, scilicet causati ad causam, sed etiam ista speciali dependentia:prima est communis,quæ conuenit cuilibet naturæ. secunda specialis : & ideo ad formam, Respondet sicut diuidi &c.concedo,ergo istud per quod repugnat & Dico quòd tu præsupponis unum falsum,scilicet q natura creatæ repugnet negatio dependentiæ potentialis.

Sed circa istum articulum. Hic D. subtilis,quia dixit superius,per quid natura intellectualis personarum, quia per duplicem negationẽ? & similiter dixit q persona diuina,non solum habet illas duas, sed etiam habet negationem dependentiæ potentialis : & quia adhuc non expediuit tertium articulum , & non probauit possibilitatem unionis ex parte naturę humanæ adhoc ut assumatur a uerbo diuino,ideo nunc probat hoc:& supponit q Verbum diuinum potest terminare ali quam dependentiam creaturæ,quia inde pendet : tunc sic,uel potest terminare in genere causæ efficientis, uel non · primũ non,quia conuenit toti Trinitati:si non, ergo oportet quòd possit terminare istam.tunc sic, uerbo diuino conuenit termi nare istam dependentiam , ergo creaturæ conuenit fundare istam rationem dependentiæ quæ est naturæ ad suppositum: & non est maior ratio de una creatura , quam de alia: ergo æquè bene natura humana poterit fundare istam dependentiam; & sic non repugnat naturæ humanæ,ut sit unita uerbo diuino;istam probationẽ ponit Scotus in quodlibet . q.19.

Sola naturæ humanæ pura fundat unionem ad uerbum.

Quærit hic Scotus,quia dictum est q in natura humana fundatur relatio unionis ad uerbum diuinum , tanquam ad tertium unum ad fundandum istam unionem requiratur q debeat poni aliqua natura absolutẽ? Exemplum dicimus,q albedo fundat similitudinem,ad aliam albedinem;adhoc q inter aliqua duo,sit similitudo,requiritur q sit albedo tãquam medium,fundans illam relationem, quæ uocatur similitudo, similiter cum natura humana sit unita uerbo diuino, quæro, utrum natura humana purè & absolutè sit ratio fundandi illam unionem:scilicet relationem, uel aliquid aliud requiratur:arguit pro e contra.deinde Respondet, quòd fundamentum immediatum istius unionis naturæ humanæ ad uerbũ, est ipsa pura natura humana: nec est aliqua alia entitas absoluta,nec accidentalis,nec substantialis, quæ necessariò requiratur ad fundandum istam unionem,non enim est in ista unione,sicut in similitudine,quæ necessariò requirit fundamẽtum Arguit sic,primo per impossibile,si esset ponenda aliqua entitas absoluta quæ fundaret unionem, sequeretur quòd esset aliqua entitas creata, quæ necessariò uniretur uerbo diuino:probatur,sicut est impossibile unionem esse & non esse ad uerbum,sic impossibile esset istam entitatem absolutam esse, & non esse,unionem ad uerbum, sicut est impossibile similitudinem poni, nisi ponendo albedinem probatur per te, quia ista entitas absoluta est talis,q ista posita, necessariò ponitur unio;sed istud est falsum:quia quæcunque entitas creata, uniturueibo contingenter; & tamen secundum illam opinionẽ, necessariò uniretur. Præterea illa entitas absoluta, aut est substantialis,aut accidentalis;sed neutrum est dicẽdum:ergo &c. Antecedens patet,quia secundum philosophum , omne ens, est substãtia,uel accidens:sed illa entitas absoluta,non est accidentalis;probatur,quia quandocũque natura intellectualis propriatur in se,non personatur per accidens : ergo quandocunque personatur,personalitate extrinseca, non personatur per aliquod accidens:ergo illa entitas positiua, non erit accidentalis.Nec substantialis:quia certum est,q illa entitas absoluta quam ponis,non esset alia entitas ab illa, quæ potest esse in persona creata;neque est in me;probatur quia uel esset materia, uel forma,uel compositum : tunc sic,illa entitas quæ est in me,uel est materia,uel forma,uel totum compositum:nullum illorũ est dicendum;quia uerbum non habet aliam, quã ego: & illam entitatẽ semper haberet necessariò, Probo,quia quo dcunque identificatur cum aliquo,ipso manente,semper manet ut risibilitas identificatur cum homine, & tandiu manet risibilitas,quàm diu manet homo, modo si ista entitas esset idem cũ natura assumpta,si uerbum illam dimitteret, esset cum alia natura.Similiter esset impossibile, uerbum Diui num,illam naturam dimittere,nisi dimitteret naturam humanam assumptam : quod est falsum , & ideo pono talem propositionem.Natura humana assumpta a uerbo, est ratio fundandi unionem,quia si non,sequeretur q ad relationem esset motus;consequens est falsum: ergo & antecedens . Probatur consequentia primo quia ad relationem esset motus , quod est contra philosophum quinto physic.probo antecedens, natura est assumpta; pono q uerbum dimittat illam naturam; isto casu posito,fit de unita,non unita: ergo est mutatio a relatione.Secundo sequitur,q esset motus ad relationem,pono q uerbum assumat naturam meam:& fundet unionem;quæro, aut est aliqua entitas noua in natura mea, aut in uerbo:si non, ergo illa natura mea pura erit mutata,de non unita,ad unitam.Nota quòd ista duo argumenta,probant, q ad relationem non est motus.primum probat quod à relatione non est motus : & secundum probat quòd non est motus ad relationem;& ideo cum dicit philosophus , quinto phisicor. Ad aliquid non est motus , ut subiectum , & a relatione non est motus , tanquam a termino.Notandum ulterius , quòd duplex est mutatio , scilicet deperditiua, & acquisitiua , Prima est,cuius terminus a quo est positiuus , & terminus ad quem, est negatiuus,uel priuatiuus.& in isto articulo D.tangit utrã que istam mutationem , scilicet quòd ad relationem non est motus,nec deperditiuus,nec acquisitiuus. Et formatur sic ratio;Non est ponenda nouitas in relatione,nisi ponatur in absoluto patet,quia si quodlibet absolutum eodem modo se habeat in se, ergo eodem modo se habebit ad quodlibet aliud: quia relatio noua,cósequitur entitatem absolutam:ergo &c. & per consequens,entitas respectiua, non poterit esse terminus motus siue entitate absoluta quæ fundet relationem unionis.

Natura assũpta est võ fundãdi unionẽ naturæ ad uerbũ

Mutatio duplex.

argumento

Nõ ẽ motus ad relationẽ nisi sit in absoluto nouitas.

¶Ad Illvd in oppositvm &c.]

Per solutionem istius auctoritatis philosophi quinto physic.qui dicit,ad aliquod non est motus, nec deperditiuus , nec acquisitiuus,dicit Scotus,quòd aliqua relatio tripliciter potest comparari ad fundamentum, quia quoddam est fundamẽtum , quod sua relatio necessariò concomitatur ipsum; sic quòd fundamentum non potest esse,sine relatione; etiã quod non potest esse sine termino ; & sic quælibet creatura dependet ad Deum,quia includit contradictionem, creaturam esse,sine illa relatione; Etiam ad probandum istam propositionem,ponit Scotus in secundo distinctione prima talem maximam.Quandocunque est aliqua relatio, cuius fundamentum non potest esse sine termino illa relatio est eadem fundamento.Ex quo sequitur primo quòd quælibet creatio passiua,idẽ tificatur , cum creatura , quia creaturæ repugnat, esse sine Deo.Secundo sequitur, quod relatio essentialis totius ad partes,identificatur cum sua tota entitate : patet , quia entitati totius,repugnat esse sine materia, & forma.

Relatio tripliciter cõparatur ad fundamẽtũ.

Creaturæ necessarie dependet aDeo.

Aliomodo fundamentum potest se habere ad relationem sic,quòd licet fundamentum possit esse sine relatione, tamen positis fundamento & termino , de necessitate ponitur relatio,ut similitudo,propter quod, nota quòd Ioannes Canonicus,quarto Physic.dicit,quòd illa regula , scilicet relatio intrinsecus adueniens,positis extremis necessariò ponitur, potest dupliciter intelligi. Vno modo de necessitate naturæ, & sic est uera. Alio modo simpliciter , & sic non: quia Deus potest ponere duas albedines,ut tamen non erit relatio.Istud est falsum,ut dicit Scotus in 6.q. quodlibet. Et quòd hoc sit falsum, patet,quia tunc sequeretur, quòd ego possem esse pater alicuius,quem ego nó generau; patet quia uolo quòd aliquis sit pater alicuius, Deus per te Canonice , potest remouere illam paternitatem ; quia paternitas distinguitur realiter ab extremis , remoueat illam , & dat mihi illam paternitatem, tunc ego ero pater illius,& tamen non genui eum.

Relatio intrinsecus ad ueniens necessario sequitur positis extremis

Tertio modo relatio potest non necessariò consequi fundamentum,ut sunt relationes extrinsecus aduenientes,ut positio igne,& posita stuppa, non erit necessariò relatio,nisi approximentur.

Quod aliqui identificatur . semper manet manẽte illo cui est idem.

Consequenter . Doctor ponit tres propositiones . Primo & secundo modo capiendo relationẽ, ad ipsam non potest esse mutatio secundum mentem Aristotelis, & hoc sine aliquo absoluto mutato; Pro quo notãdum, quòd relationes primo modo & secundo modo,sunt relationes interuenientes aduenientes,uel quæ non identificãtur cum fundamento.patet per illam propositionem,quam.D.declarat in 21.q.quoli-

Tres propositiones Scot. Prima.

beti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

beti, ubi dicit, quòd relationes intrinsecus aduenientes, non terminant motũ, quia necessario consequuntur sua extrema, ideo non possunt acquiri per se, sed per accidens. Secunda propositio ad relationem tertio modo, potest esse motus primo, & per se, patet, quia relatio tertii modi, est relatio extrinsecus adueniens. sic, quòd contingenter insit fundamentalis. probatur propositio, quia postquã cõtingẽter euenit positis extremis, & potest relatio non in esse ideo ad ipsam, potest esse mutatio. & ideo non est necesse, quòd positis extremis, ponatur, & ideo cum argumentis ad relationem, non est motus; distinguo, Aut ad relationem intrinsecus aduenientem; & sic concedo; aut ad relationem extrinsecus aduenientem, & sic nego.

2. Prop. *Ad quæ relationem nõ est motus.*

Tertia propositio, ad ubi, qui est respectus extrinsecus aduenientis, est motus, quia vbi, est quædam circumscriptio passiua corporis locati, & ideo ubi, ẽ terminus motus localis. Et aduerte q̃ istam materiam tangit Scotus, in xj. q. quodlibeti, artic. quarto & in 4. dist. 6. q. 10. in responsione ad quoddam argumentum. Et ibi Scotus ponit aliam expositionem, & dicit ad relationem esse per se motum, potest intelligi dupliciter, uno modo ad se, alio modo ad aliud idem ens, tũc dicit quòd ad relationem, non est motus ad se, ideſt ad entitatem absolutam, sed ad relationem bene est motus ad aliud, id est ad entitatem respectiuam. Quæritur, quæ est causa quare ad relationem intrinsecus aduenientem non est motus? ratio est, quia relatio intrinsecus aduenies, necessariò sequitur extrema, & non potest esse, sine nouitate alicuius absoluti: sed relatio extrinsecus aduenies potest in esse alicui, sine nouitate absoluti, ex quo sequitur qd̃ B. Ioannes euangelista, nõ fuit filius Virginis: sed probatur, per Vorillon, & Francischum, & arguunt, quia illa uerba Mulier ecce filius tuus, non sunt minoris uirtutis quam illa, Hoc est corpus meũ. Sed uirtute istorum uerborum, ideſt ibi corpus Christi: ergo per illa uerba: B. Ioannes fuit filius naturalis Virginis Mariæ, Quod tamen falsum est, quia non potest esse nouitas in aliqua relatione intrinsecus adueniente, siue nouitate alicuius absoluti: sed nec in virgine, nec in Beato Ioanne, fuit aliqua nouitas, seu noua entitas absoluta: ergo Beatus Ioannes non fuit filius Virginis naturalis, per illa uerba Christi. Mulier ecce filius tuus. & sic soluitur argumentum.

Ad relatiõ nẽ eẽ motũ 2. intelligi potest.

¶Ad argumenta &c.]

Sol untur argumenta principalia.

Respondet ad argumenta principalia Arguitur primo sic, Actus purus & infinitus non est alicui componibilis: sed uerbum diuinum est actus purus: ergo non est componibilis. Vel sic, nullus actus purus est alicui componibilis; Verbum Diuinum est actus purus: ergo non est alicui componibilis: & per consequens non est alicui naturæ creatæ unibilis.

Ad primũ resp.

Pro responsione ad maiorem, notandũ q̃ duplex est actus, scilicet purus, etiam non purus: purus est actus habens esse ne cessarium, cui nihil potentialitatis est admixtum. Ex quo sequitur primo quòd solus Deus est actus purus, quia solus Deus est ens simpliciter necessariò. Secundo sequitur, quòd nulla creatura est actus purus, quia quælibet creatura habet aliquid potentialitatis; quia est in potentia ad non esse; quoniam quælibet entitas creata, est composita ex potentia obiectiua, & actu entitatiuo. Aliter dicitur actus purus, etiam quod non est compositum, nec est alicui componibile. Ex quo sequitur primo, quod nulla entitas creata, est actus purus; quia quælibet creatura est cõposita, uel cõponibilis: quia si non, maximè esset angelus sed hoc non, quia est compositus ex genere & differentia: similiter ultimum accidens, est compositum, ex duabus realitatibus, quarum una se habet, ut genus, & alia ut differentia. Actus impurus, dicitur per oppositum; Vltima consequentia est bona, quia omnis unio uidetur esse compositionis.

Actus duplex. Actus purus quid. Nulla creatura est actus purus.

Resp. ad primum p aliquas prop. 1. Prop. Quol. q. 5.

Respon. primo ponendo aliquas propositiones, prima est, ens infinitum non est alicui componibile, ut patet in prima q. octauæ distinctionis primi, ubi dicit, quòd Deus est summè simplex, sic, quod non est componibilis, ut pars; quia tunc omne totum est perfectius omni sua parte, sed ente infinito, nihil est perfectius quia dicit Scot. in quodlibeto, infinitum est cui nihil entitatis deest, eo modo quo possibile est in aliquo inueniri. Item dicit infinitum, excedit quodlibet finitũ, quacunque proportione data. Secunda propositio infinitum est unibile alicui alteri, ideſt potest terminare dependentiam alicuius alterius ad ipsum. Aduerte, quòd uerbum diuinum esse unitum naturæ humanæ, istud esse unitum, potest intelligi dupliciter. Vno modo per denominationem extrinsecam: Alio modo per denominationem intrinsecam: si per extrinsecam, tunc quando dicitur, uerbum diuinum est unitum, sensus est, quòd uerbum terminat dependentiam unionis, naturæ ad ipsum uerbum; & hoc dicerent illi qui negant relationes unionis esse Dei, & creaturæ. si per intrinsecum, sensus est, uerbum diuinum est unitum naturæ humanæ, per relationem. Vnde etiam Scotus in responsione ad argumentum, uerbum diuinum esse unitum naturæ humanæ, sic, quòd uerbum diuinum dicit solum relationem rationis. Et ad illam replicam cum dicitur in textu. [Et cum additur ibi &c.] est in xiij. dist. & non in isto primo articulo. Verbo diuino nihil potest addi. Respon. &c. Pro cuius solutione ponitur tertia propositio Ens infinitum, non habet quodcunque ens formaliter, licet habeat eminenter, uel uirtualiter.

Resp. ad primum p aliquas prop. 1. Prop. Quol. q. 5.

2 Prop. Verbũ esse unitũ naturæ humanæ dupliciter intelligi põt.

Notandum quòd triplex est continentia, scilicet formalis, uirtualis, & eminentialis: formalis, est illa qua aliquid continet aliud formaliter, ut paries continet albedinem continentia formali; & ista est duplex, quædam est, per informationem; alia est per unionem, ut paries continet albedinem formaliter, per informationem. Sed uerbum diuinum continet naturam humanam, formaliter, per unionem hypostaticam, Continentia uirtualis, est illa qua aliquid ita continet aliud quod potest producere illud, in esse, reali, uel cognito, ut Deus continet creaturas. Continentia eminentialis est illa qua Deus cõtinet perfectiones omniũ; ideo ens infinitũ licet contineat quamcunque entitatem uirtualiter, non tamen formaliter. Quarta propositio ens infinitum eo modo potest habere quamcunque naturam creatam, quomodo non habet, & certum est quòd licet infinitum habeat quamcunque entitatem uirtualiter, non tamen formaliter; ideo potest habere eam: non quidem per informationem, sed per unionem hypostaticam. Quinta propositio natura humana licet ab æterno fuerit contenta in uerbo infinito, uel uirtualiter, uel eminenter, tamen cum hoc stat, quòd ex tempore fuit contenta a uerbo diuino, formaliter: & cum arguitur, infinito non potest fieri additio, Distinguo, aut eodem modo continet, quo debet sibi addi: & sic concedo: aut eodem modo quò prius non continebat: & sic nego. & quia ab æterno uerbum non continebat naturã humanã formaliter, ideo potest de nouo uniri: nec est mutatio in Deo, sed in creatura. Et ideo ad argumentum, nullus actus, &c. concedo maiorem, & minorem, & conclusionem, ergo non est unibilis, nego istam ultimam consequentiam: & cum probatur, quia omnis unio, est unio compositionis. dico quòd hoc est falsum: quia licet natura humana non sit unita unitate aggregationis, est tamen unita unitate ordinis.

3. Prop. *Triplex continentia. Continentia formalis duplex. Continentia uirtualis q̃ sit & quæ eminẽtialis.* 4. Propos. *Quatuor inueniuntur in incarnatione.* 5. Prop. *Quo infinito fiat additio in incarnatione.* *Nõ oĩs unio est compositionis.*

Secundo sic, inter unibilia debet esse proportio &c.] Resp. quòd duplex est proportio, quædam est specialiter capta, quæ est determinata habitudo alicuius quanti, ad aliud quantum, ut proportio quatuor ad sex, & uocatur proportio specialis. Alio modo generaliter, pro habitudine, quæ est inter actiuũ, & passiuum: uel pro habitudine, quæ est inter actum, & potentiam: & isto modo inter materiam, & formam, est proportio similiter inter ignem, & aquam, & ista proportio potest inueniri inter naturam humanam, & uerbum: quia ista dependentia, est sufficiens proportio inter naturam humanam, & uerbum; ideo respondeo ad formam: negando maiorem, de proportione specialiter capta: & concedo de alia proportione.

Secundum arg. principale. Duplex proportio.

Tertio sic, contraria non possunt esse simul propter eorum repugnantiam: sed natura creata, & increata plus repugnant quàm duo contraria: ergo non possunt esse simul in eodem. maior probatur. per Aristot. quarto Metaphysicæ: Nam bene sequitur, contraria sunt in eodem, ergo contradicentia possunt esse simul uera. hoc est contra primum principium. Minor patet: quia contraria sunt eiusdem generis: sed natura creata, & increata non ponuntur in eodem genere: immò natura increata, non ponitur in aliquo genere: ergo &c. Respondet D. ponendo tres propositiones. Prima. contraria non ideo sunt incompossibilia, quia sunt diuersa, ideſt, in nullo genere conuenientia: quia tunc sequeretur, quòd illa, quæ sunt magis diuersa, magis essent incompossibilia: sicut substantia, & albedo, sunt magis diuersa, quàm duæ naturæ substantiales. Secunda propositio contraria sunt incompossibilia in eodem, quia ex suis rationibus formalibus habent repugnantiam, & ideo si quis quærat, quare albedo, & nigredo, non sunt in eodem? dico, quòd ex suis rationibus formalibus. Tertia propositio, licet natura humana, & diuina, sint magis diuersa, quàm contraria: tamen cum hoc stat, quòd sunt minus repugnantia: ideo sunt

Tertium arg. princ. Quare cõtraria sint incõpossibilia. Tres prop. Doct. 1. Prop. 2. Prop.

Soluitur tertii arg.

sunt compossibilia, Exemplum. Similitudo, & superficies, sunt, compossibiles, & ideo soluitur argumentum. Contraria &c. ergo &c. concedo maiorẽ, & nego minorem. Et ad probationem, concedo antecedens, & nego consequentiam, quia non sequitur, ista magis sunt diuersa, ergo maiorem habent repugnantiam.

4. Arg. principale.

Quarto sic, Incarnare est agere: ergo incarnari, est pati: sed uerbum diuinum non potest pati; ergo non potuit incarnari, probatur consequentia, primo, quia cuilibet actioni transeunti, correspondet aliqua passio propria: sed incarnare est actio transiens: ergo correspondet sibi passio propria: Respõ deret aliquis, negando primã consequentiã, patet de amare, & amari; quia obiectum quod amatur, non patitur. Pro isto argumento notandum est, quòd duplex est actio, scilicet, immanens, & est illa quæ non est productiua sui termini: sicut est intellectio. Alia est transiens, cuius terminus est aliquid præter actionem. Respondeo ponendo tres propositiones. Prima, incarnationi actioni, correspondet aliqua passio, realis in natura humana. Patet, quia incarnatio actio, est actio transiens. Secunda, ista passio correspondens incarnationi actioni, non debet significari, per hoc quod est incarnari, sed per hoc quod est, uniri uel assumi. Et ratio est, quia si ista passio significaretur per incarnari, cum uerbum incarnatũ sit, sequitur quòd uerbum diuinum patiatur. patet, quia subiectum istius unionis, est natura humana: Aduerte quòd in ista beatissima incarnatione, interueniuntur quatuor. Primo incarnatio actio: secundo incarnatio passio, tertio est terminus incarnationis: & quarto fuit in natura humana. Incarnatio actio, est uolitio diuina: incarnatio passio est naturæ humanæ: terminus incarnationis fuit unio, potentia est qua natura humana potuit assumi a uerbo. Secunda propositio quamuis Gramma ticè hoc uerbum incarnari uideatur significare passionem actionis quæ est incarnare, tamen in rei ueritate, significatur per hoc, quòd est uniri, uel assumi. & denotatur, quòd passio, non est in uerbo diuino, sed in natura humana, uerum est q̃ cum uerbum diuinum dicitur incarnatum, ly incarnatum, dicit passionem, non quòd illa passio sit in uerbo, sed quia uerbum diuinum terminat unionem in natura illa in qua est passio; scilicet in natura humana assumpta. Probatur hoc per rationes speciales quòd impossibile sit naturam humanam uniri uerbo, & ista ratio se habet ex parte naturæ humanæ. Arguitur sic, eodem, natura humana est per se existens, & per se existens: ergo non potest assumi nisi sit per se existens: ergo non potest assumi nisi fiat personata, sed per sonata non potest assumi: ergo est inassumptibilis. Probatur antecedens principale, quia per se existens in natura intellectuali primo, est persona; ergo antecedens est uerum; minor probatur quia existentia propria naturæ humanæ, quæ est subsistentia, est per se existentia: sed illa non potest assumi a uerbo, nisi actu existens; quia existentia identificatur realiter cum natura humana. Viterius, in secunda probatione, probat quòd impossibile est personalitatem, separari ab existentia, & si sic, impossibile est naturam humanam assumi. Et arguitur sic, sicut se habet natura ad singularitatem, ita singularis natura intellectualis, ad personalitatem: sed natura non poterit esse sine singularitate; ergo nec singularitas in natura intellectuali sine personalitate, Pro responsione ponuntur istæ propositiones. Prima. Nõ eodẽ cõpletiuè dicitur natura aliqua p se existens, & personata propria personalitate, creata: quia propria existentia est proprius modus intrinsecus. Secunda illud per quod personatur natura creata est, duplex negatio: & sic in qualibet natura inueniuntur illa duo, scilicet existentia, & duplex negatio,

Suppositum & persona quo non differant.

Respondeo ad formam, & primo ad primam probationem, quæ fuit per se existens in natura intellectuali. est persona. Secunda fuit q̃ existent ia naturæ, est per se existentia: sed assumitur essentia: ergo & existentia. Dicit D. quòd per se existentia, potest capi dupliciter, uno modo ut tantum ualet sicut non inhærere, nec natum inhærere: & sic dico, quòd quælibet existentia cuiuslibet substantiæ, est per se existentia. Alio modo, ut tantum ualet sicut incommunicabiliter existere, sicut illud esset per se existentia quod habet ultimam actualitatem; ut quælibet persona in natura intellectuali dicitur esse per se existentia: & ista existentia, est illa duplex negatio. Et ideo distinguo istam probationem, si capiatur existere primo modo, Verum est, quòd omnis natura substantialis est per se existens. Si secundo modo capiatur existentia, negatur ista, quia natura humana assumpta a

Arguit contra conclu. principũ. nõnibus specialibus suptis ex rõne naturæ humanæ. 1. Ratio.

Natura creata persona natur dupliciter negatione.

Resp. ad ar.

Per se essentia duplic.

Per se existere ut plicer.

Dub.

Sol.

verbo, habet bene essentiam: sed non habet propriam existentiam

Alia probatio fuit, per se existens in natura intellectuali, est persona. Distinguo uel capitur per se existere, ut est non inhærere, uel natum inhærere. Et illud non sufficit, ad rationem personæ: quia anima separata habet istam conditionem. Alio modo, pro ut includit non tantum inhærere, uel non natum inhærere: sed etiam includit illam duplicem negationem. Et isto modo, dico quòd non eodem modo, natura humana dicitur per se existere, & persona, quia natura, est per se existens natura sua, sed est persona per istam duplicem negationem.

Nota quòd doc. in 9. quæst. quolibet. articulo. 2. ponit distinctionem de per se, & dicit quod nullum ens per se existens, poterit informare materiam, & ibi ponitur ista distinctio. Ens per se existens capitur tripliciter. Primo ut idem est quòd solitariè existens, & sic accidentia separata sunt per se existentia. & sic quælibet substantia totalis; & quodlibet suppositum, per se existit: & sic nullum uniuersale per se existit, quia existit in suis singularibus. Similiter, nullum accidens habet istum modum existendi; sicut nulla relatio, quia præsupponit suum fundamentum. Secundo modo capitur per se existere, prout idem est quòd non inhærere, nec natum inhærere; & sic dico, quod quælibet substantia, siue totalis, siue partialis, per se existit: quia non inhæret, nec nata est inhærere. Contra arguitur sic, forma substantialis adest, & abest præter subiecti corruptionem. quia forma ignis informat materiam, ergo malè dicitur, quod forma substantialis non inhæret. Respondeo cum arguitur sic, Quælibet forma &c. Dico quod nulla forma substantialis, inhæret, nec nata est inhærere. Vnde non sequitur, ista forma informat materiam: ergo inhæret: quia adhoc quod aliquid inhæreat, requiritur quòd illud quod inhæret habeat esse accidentale: Secundo quòd faciat unum per accidens: modo quælibet forma substantialis dat esse simpliciter, & facit unum per se, & natura humana assumpta, est per se existens, hoc modo. Tertio modo capitur pro illo quod incommunicabiliter subsistit, cui conuenit illa duplex negatio, scilicet actualis & aptitudinalis. & sic persona est per se existens in natura intellectuali. Et est suppositum in natura substantiali. Nota quòd suppositum, & persona, non differunt in formali: quia utrunque importat dupliciter negationem, sed solum differunt penes connotata, quia suppositum est in natura substantiali; & persona in natura intellectuale.

Solutio rõnis.

Essentia diuina & relationes.

Secundo sic, quæcunque sola ratione differunt, unum non potest esse terminus, siue alio, sed essentia diuina sola ratione differt a filiatione, ergo si filiatio est terminus unionis & essentia diuina probatur maior, quia ista unio est relatio realis. Et ad relationem realem, requirunt, quòd termini sint entia realia, ideo sequitur quòd si filiatio terminaret istam unionem, & non essentia, huius unionis terminus esset ens rationis quod est falsum. minor patet quia aliter sequenter, quod esset compositio in diuinis, quod falsum: ergo sola ratione distinguitur. Respondetur. Primo ad maiorem, quòd essentia & relatio non tantum ratione differunt, sed etiam formaliter & præter operationem intellectus, quia siue quocũque intellectu, essentia diuina, & relatio, distingui tur formaliter. Quare dico quòd non est inconueniens, relationem esse terminum, siue hoc, quòd essentia sit terminus unionis. Exemplum, possibile est frui essentia diuina, siue attributis, & hoc in Beatis: quia ad terminandum, non requiritur distinctio realis, sed solum formalis: Vnde dicit secundo si tamen poneretur primum &c. scilicet secundum op. Thomistarum, quòd essentia diuina distinguatur ratione tantummodo, oporteret distinguere per fallaciam Amphibologiæ, & hoc habet Doct. in 26 distinctione primi, de constitutione personarum, arguit in reportatis Amphibologia est dubia materia. Nota quòd aliqua distingui ratione dicunt, Thomistæ, potest intelligi dupliciter: uno modo ratione ratiocinante: Alio modo ratione ratiocinata. Primo modo illa distinguuntur, quæ distinguuntur per opus intellectus; ut cum dicitur, homo est homo, ibi prædicatum homo, distinguitur ratione ab homine subiecto. Secundo modo illa non est nisi distinctio formalis, quia non fit per opus intellectus, sed reperitur a parte rei. Et dicit cum arguitur quæcunque sola ratione &c. Deo quod ibi est amphibologia, quia quæcunque distinguitur ratione

Distingui rõne dupliciter secundum Thomistas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione ratiocinata. Vnus potest esse terminus sine altero: sed quæcunque distinguuntur ratione ratiocinante, non ideo in isto argumento dicitur esse amphibologia, quia ly, ratio, potest capi dupliciter, ut distinguitur hic.

Vlt. arg. contra concl.

Vltimo arguitur sic, omnis dependentia est causati ad causam, uel causati posterioris ad prius: sed natura humana non dependet ad uerbū altero dictorū modorū: ergo natura humana nō depēdet &c. Aduertēdū est, ꝙ duplex est dependentia, quædam est causati ad causam: & est qua dependet effectus. & sic quælibet creatura habet dependentiam ad Deum, ut causati ad causam: sed dependentia posterioris ad prius, est depēdētia unius, effectus posterioris, ad priorē, ut relatio depēdet a fundamento Patet: ergo maior, de dependentia creaturæ ad Deum. Probatur minor, non est dependentia causati posterioris ad causatum prius: quia uerbum non est creatum, quia in principio creauit &c. quia ergo uerbum non est creatum, non est dependens ut causati, ad causam: quia talis dependentia cuiuslibet creaturæ in genere causa efficiētis, & finalis, terminatur ad trinitatem. & si sic ergo ibi nulla est dependentia.

Solutio.

Respondeo negando primam propositionem: quia non omnis dependentia est, causati posterioris, ad prius, uel causati ad causam. Patet de ista, naturæ humanæ ad uerbum. Vnde notandum est, quòd triplex est dependentia. quædam est causati ad causam: & quia quadruplex est causa, ideo quadruplex est dependentia, ut in me inuenitur quadruplex dependentia, quæ identificatur realiter cum me, sic, quòd Deus nequiret eam auferre à me. Prima est in genere causæ efficientis, quæ est ad uelle diuinum. Secunda est ipsius naturæ causatæ, ad essentiam diuinam, in genere causæ finalis; ut patet in 12. quæst. quodlibet. Tertia est ad causam materialem, sicuti est quæcunque relatio, cuius fundamentum non potest esse sine termino. Quarta est dependentia totius ad partes essentiales, & quia est duplex forma: ideo duplex est dependentia: Vnde notandum est, quòd duplex est dependentia essentialis, scilicet simpliciter secundū & quid. simpliciter, est quando impossibile est causatum esse sine dependentia ad causam, ut cuiuscunque causati ad Deum, & ad omnes per se causas. Secundum quid, ut si aliquid producatur ab aliqua causa, tamen forte potest esse, ab alia causa: ut probatur de effectibus productis, ab alio effectu priore. In secunda dependentia, uolitio dependet ad intellectionem. in tertia exemplum ut causæ duæ, ut homo ut sol, dependent ad Deum in causando, & ibi est ordo posterioris, ad prius: similiter inter uerbum & uolitionem, quarta quę est minus nobilis, ad magis nobile; ut angelus terminat dependentiam ignis. Et etiam ista inuenitur inter species; quia species se habent sicut numeri. Quinta est dependentia essentialis, quæ est unio naturæ humanæ ad uerbum, & potest esse triplex, scilicet unio personalis, hypostatica, & subsistentificati. Vnio personalis, est naturæ in uerbo. dependentia hypostatica est quando aliqua natura nata est personari personalitate propria, & tamen personatur in alia persona: dependentia subsistentificati est, qua aliquid non est natum de se subsistentificari; & sic in triduo, anima Christi de se non subsistentificabatur in uerbo diuino, quia non personabatur. Similiter tali dependentia, dependet accidens ad subiectum subsistentificans. Et ideo per istam distinctionem, potest solui prædictum argumentum: quia ultra illas duas dependentias, potest inueniri alia, ut ista.

Dependētia triplex.

Dependētia essentialis.

Melius est exemplū in causis accidentaliter ordinatis.

¶Ad aliud de primo membro &c.]

Erat argumentum omnis dependentia est ad independens & absolutum.

Quo uerbum sit, terminus unionis secundum Henr. in duplici genere causæ.

Ad hoc argumentum Doctorum primo ponit Henrici responsionem, deinde eam reprobat. Itaque cum arguitur omnis dependentia &c. dicit Henri. quod persona uerbi in quantum relatiua, terminat dependentiam naturæ creatæ, in duplici genere causæ, scilicet efficientis, & formalis, sic quod uerbum respectu naturæ humanæ habet duplicem causalitatem, scilicet efficientem, & formalem. De prima patet, primo quod uerbo conueniat efficientia respectu incarnationis quia uerbum assumit, ideſt ad se sumit naturam humanam: sic quòd pater, & spiritus sanctus non assumunt: ergo uerbum habet efficientiam circa naturam humanam. Secundo sic, uerbum specialiter illabitur naturæ humanæ: ergo habet aliquam propriam efficientiam. patet antecedens, quia incarnari est specialiter illabi: uerbum diuinum incarnatur: ergo specialiter illabitur: illabi, est aliquid efficere circa ea in qua illabitur; ergo &c. Tertio sic, uerbum diuinum est potentia operatiua patris: ergo sibi potest competere aliqua operatio, quæ non competit patri, & spiritui sancto. Patet antecedens, per hoc quod scribitur, uerbo Domini cœli firmati sunt: & Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Glosa, per ipsum, ideſt per uerbum. Et ad Hebreos primo, per quem, ideſt per nium fecit, & sęcula: & per istas auctoritates probatur quòd uerbum diuinum habeat propriam operationem, quam non habeant pater, & Spiritus sanctus: secundo sic, Verbum habet rationem causę formalis, probatur sic, quia secundum hoc uerbum se habet in genere causæ formalis, secundum quod formaliter terminat: sed uerbum diuinum formaliter terminat unionem, inquantum est persona relatiua: ergo uerbum est causa formalis respectu naturę humanæ. Quomodo autem intelligitur uerbum diuinum esse causam formalem unionis naturæ humanæ. dico quod quadrupliciter potest intelligi: uel prout est forma partis, uel totius, uel exemplaris, uel formalis, terminans istam unionem. Et isto quarto modo debet intelligi. Non primo modo, quia non est forma partis; quia forma partis est idem quod ipsa pars unde duplex est forma: Vna est forma partis: Alia est forma totius, & est ipsum totum: uerbum diuinum ad naturam humanam, non est causa formalis partis quia non est pars: Nec uerbū diuinum est forma totius; quia in diuinis non in uenitur totum, nec pars: nec est causa exemplaris unionis naturæ humanæ: quia causa exemplaris est communis toti Trinitati: causa exemplaris, secundum istum D. non est causa distincta a causa efficiente. Sed uerbum est causa formalis, quia formaliter terminat unionem istam.

Dost. improbat Henric. sententiam.

¶Contra hoc &c.]

Doct. improbat istam opinionem, primo in hoc quòd dicit quòd uerbum terminat in genere causæ efficientis. Arguit sic, uerbum diuinum nihil agit quin illud agant Pater & Spiritus sanctus, quia opera Trinitatis ad extra sunt in diuisa, quia idem est principium agendi in tribus personis: illud autem principium, est uoluntas diuina. Et dicit iste, quod nulla efficientia conuenit uerbo, quin conueniat. Patri & Spiritui sancto.

Quòd si dicas, quòd aliquis modus conueniat uerbo diuino, quia ei conuenit aliquid efficere, sic, quòd non Pater & Spūs sanctus, contra in actione ad extra, nō distinguūtur p sonæ Diuinæ nisi per illa quæ conueniunt eis ratione originis quia pater agit a se: filius a patre &c. sed propter istam distinctionem non est dicendum quòd filius magis agat quàm Pater: quia si pater esset incarnatus, æquè bene filius non ageret a se, sicut modo: propter quòd, primo notandum, quod dicit hic Doctor, quòd inter personas diuinas non inuenitur aliqua distinctio, nisi illa quæ sequitur originem. Nota secundo, quòd triplex est modus essendi in diuinis consequens originem: Primus est ase, & ille conuenit Patri. Secundus est esse ab alio: & ille conuenit Filio. Tertius est esse ab utroque, & ille dicitur conuenire Spiritui sancto Et nulla alia distinctio inuenitur, in personis diuinis, nisi illa prædicta, quæ sequitur originem. Et notand. quòd esse distinctionem ad extra, potest intelligi quadrupliciter, Vno modo quòd ista distinctio attendatur ex parte termini. Secundo ex parte productionis. Tertio ex parte principii productiui. Quarto ex parte producentium. Dicit primo, quòd in diuinis non attenditur distinctio actionis ad extra; sic, quòd pater producat unum frustrum de Angelo, & filius aliud frustrum de eodem Angelo, & sic non est uerum, Deinde dico quòd non est distinctio actionis productionis, in diuinis ad extra sic, quòd Pater producat per unam productionem, & Filius per aliam Nec est tertio distinctio in principio productiuo; quia idem est principium productiuum in tribus, scilicet uoluntas: de quarto dico, quòd est distinctio ex parte producentium, in productione ad extra, quia pater agit a se, filius ab alio, & Spiritus sancto ab utroque. Et isto modo debet intelligi quando dicit. D. hic, quòd non inuenitur distinctio in diuinis, nisi ista, quæ sequitur originem.

2. Not. ex doct. Triplex modus essendi in diuinis sequens originem.

Quadruplex intelligitur esse dist. ad extra in diuinis.

Secundo sic, nullius respectus est principium agendi: sed illud per quod filius constituitur, est relatio: ergo istud per quod constituitur uerbum, non potest esse principium agendi Tertio sic, suppositum creatum non est principium agendi respectu naturæ, cuius est suppositum, quia natura est prior natura supposito: ergo ratio suppositi non potest esse principium agendi: Ergo uerbum diuinum quod supplet ucem

Verbum nō ē terminus unionis in genere causæ formalis.

cem suppositi creati, non est principium agendi. Secundo D. probat quod uerbum non potest esse terminus in genere causæ formalis: & arguit sic, ista locutio est abusiua, quia termini in disputatione non debent esse metaphorici, secūdo sic, si terminus esset formalis causa, sequeretur ꝙpater esset forma Filii: probatur, quia pater, formaliter terminat relationē Filii, ad Patrem, sed hoc est falsum: ergo falsum est dicere, hoc terminat formaliter, ergo est forma illius. D. non recitat dictam opinionem, sed improbat aliqua, quæ Henricus dicit, in textu suo: cum dicit, quòd suppositum creatum quodcunque, habet rationem totius: & arguit sic, suppositum habet rationem totius: ergo habet rationem formæ, patet, quia omne totum, est quædam forma: cum suppositum habeat rationem totius: ergo habebit rationem formæ, dicit Scotus quòd suppositum non habet rationem totius: similiter ista consequentia quam facit Henricus; si suppositum habet rationem totius; ergo habet rationem formæ, non ualet, &c Probo, quia suppositum non habet rationem totius: quia omne totum addit aliquam entitatem ultra partes: sed suppositum nullam entitatem addit ultra naturam singularem, ergo suppositum non habet rationem totius: quia suppositum non addit nisi duplicem negationem, ultra naturam singularem: Item consequentia, nihil ualet: uerbum habet rationem totius: ergo uerbum habet rationem formæ: quia quælibet pars, sicut materia, & forma, est in potentia ad esse totius. patet, quia Christus non est aliquod totum: ergo uerbum diuinum, non habet rationem formæ.

Suppositum non habet rōnē totius.

Obiectio. Not. pro solutione, quo

Verbū dupliciter cāsiderari pōt.

Contra. Damasc. dicit quòd persona incarnata est, unum compositum: ergo uerbum habet rationem totius. Vnde notandum est, quòd quandocunque reperitur in aliquo; D. Verbum diuinum esse compositum, debet glosari, ideſt uerbum diuinum est unitum: Not. quòd propter dictum Damasceni, dicit Scotus, quòd uerbum potest dupliciter considerari: Vno modo absolutè, prout importat rationem personalem, comparatam ad essentiam diuinam. Alio modo, prout est incarnatum, & importat relationem personalem, & essentiam diuinam, comparatam ad naturam creatam, cui unitur, per unionem hypostaticam. Tunc dico primo quod accipiendo uerbum primo modo, uerbum, non habet rationem totius; quia nulla est compositio in diuinis. secundo dico quod considerando secundo modo uerbum, quodam modo, & multum largè, & abusiuè, possumus dicere, uerbum diuinum esse personam compositam, & unitam, & est totum; & potest habere rationem formæ totius; sed ibi nulla est compositio.

Illapsus dupliciter.

Consequenter D. respondet ad rationes Henrici, ad primam, quando arguit uerbum diuinum assumpsit &c. Respondeo dicendo, quòd uerbum diuinum assumpserit naturam, potest intelligi dupliciter, Vno modo, ut assumere, est efficere unionem. Alio modo ut idem est, quòd terminare istam unionem. Primo modo, dico quòd uerbum non aliter assumit, quàm pater, & Spiritus sanctus: sed tota Trinitas assumit, ideſt facit istam unionem. Et simile est exemplum, D. Bonauenturæ de tribus puellis, induentibus unam uestem. patet. Accipiendo secundo modo assumere, prout idem est quòd terminare, sic, solum uerbum diuinum assumit: nec sic terminare est agere.

Verbum assumere natus ex duplici ter.

Secundo quando arguitur de illabi. Respondeo quòd illapsus potest accipi dupliciter, Vno modo prout idem est, quòd aliquid efficere, uel producere, uel assumere: Alio modo, pro aliqua intimitate quæ est alicuius suppositi ad naturam, primo modo, uerbum diuinum non magis illabitur, quàm pater, & Spiritus sanctus sed secundo modo, dico, quod per istam intimitatem, non intelligo nisi terminationem, quia uerbum diuinum terminat istam unionem: & hoc modo non est aliquid efficere: ideo aliqua efficacia non conuenit uerbo quin conueniat Patri, & Spiritui sancto Ad tertium quā do arguitur uerbum diuinum est potentia operatiua, Respondetur quod uerbum diuinum esse potentiam operatiuam, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd sit ratio formalis agendi patri: tunc dico quòd uerbum non est ratio formalis agendi in patre; sicut calor est ratio agendi in igne: Alio modo sic, quòd agat aliter, quàm pater, quia pater agit a se, & Filius ab alio; & sic est uerum, quòd uerbum est potentia operatiua patris.

Vnde notandum, quòd Pater agere per uerbum uel aliquid agere per alterum, potest intelligi quadrupliciter. Primo tanquàm per rationem formalem agendi, & sic homo intelligit per intellectum, secundo tanquàm per instrumentum, sicut faber agit per martellum. Tertio tanquam per causam secundam, & sic Deus agit per solem tanquam per causam secundam. Quarto modo, tanquàm per istud cui communicat suum principium productiuum; Et sic pater in diuinis producit per uerbum, & Spiritus sanctus, quia communicat eis quodcunque principium producendi ad extra. Et per hoc dico primo, quòd Pater æternus, non agit per uerbum, tanquam per rationem formalem agendi; quia ratio formalis agendi, semper inest agenti. Secunda propositio Pater æternus non agit per uerbum, tanquàm per causam secundam; quia causa secunda, est minoris perfectionis, quàm causa principalis: sed Filius est æque perfectus sicut Pater: ergo Tertia propositio. Pater æternus non producit per filium, tanquàm per instrumentum, quia instrumentum non habet aliquam actiuitatem, ut dicit in 1. quæstio. 4. Quarta propositio, Pater æternus agit per uerbum, tanquàm per illud cui communicat principium producendi; & per hoc soluuntur infinita argumenta, & auctoritates dictæ superius, ut istam, Verbo domini cœli formati sunt.

Patrē agere per uerbum quadruplici ter potest intelligi.

Solut. arguliis prin.

Vltimo D. Respondet ad argumentum principale cum arguitur, omnis dependentia &c. Respondet Scotus per duas propositiones conditionales. Prima, si persona diuina est absoluta, terminus dependentiæ est aliquod absolutum; patet quia eo quod persona constituitur per absolutum, & persona terminat, istud quod terminat erit absolutum. Secunda si persona constituitur per relationem, licet persona non possit terminare dependentiam causati ad causam ratione relationis, quia ista requirit aliquod absolutum quod terminet, tamen potest terminare istam relationem: patet quia ad terminandam istam unionem, sufficit quòd terminus sit independens: cuiusmodi est relatio diuina: ut filiatio, & quòd sit incommunicabilis; ista duo conueniunt uerbo diuino quare &c.

QVAESTIONIS SECVNDAE EXPOSITIO.

QVAERE secundo. Vtrum tres personæ possunt assumere eandem naturam. Pro decisione præsentis quæstionis. Notandum primo, quòd persona, secundum sanctum Bonauenturam, dicitur quasi per se sonans, uel per se una: Persona est terminus æquiuocus, & accipitur multipliciter. Vno modo pro illo qui ludit in scena, mutando habitum; sicut consuetum erat antiquitus. Alio modo pro aliquo indignitate constituto, sicut abbates, & Episcopi dicuntur personæ, & non nos. Tertio modo pro natura intellectuali habente ultimam actualitatem, & ultimum esse; Et sic persona est naturæ intellectualis incommunicabilis existentia. In qua definitione tanguntur duæ conditiones pertinentes ad personam. Prima est formalis; secunda est materialis: & sic accipitur hic.

De assūptione triū personārum respectu eiusdem naturæ.

Persona est nomen multiplex.

Persona qd

Secundus terminus est, assumere; Et pōt accipi dupliciter; uno modo prout idem est quòd efficere: & sic tota Trinitas assumpsit. Alio modo prout idem est quòd terminare: & sic solum uerbum terminat. Nota quod natura sic definitur, est ens completum, & perfectum, secundum genus, speciem, & individuum; Et hic accipitur natura, pro ente completo, & perfecto, ex materia & forma. Notandum ulterius quòd ista quatuor se habent per ordinem, substantia, natura, essentia, & quidditas, sic quòd omnis substantia, est natura. sed non e conuerso; quia albedo est natura specifica: similiter omnis natura, est essentia, sed non e conuerso, quia relatio est essentia, ut dicit Franciscus de Maronis, non autem natura: quia ad naturam, requiritur actiuitas: relatio uero non habet actiuitatem. Similiter omnis essentia, est quidditas sed non econuerso, sicut in diuinis sicut plures quidditates, non tamen plures essentiæ. Titulus quæstionis est, supposito secundum fidem, quòd uerbum Diuinum assumpsit naturam humanam. Vtrum tres personæ, possunt assumere eandem naturam numero. Cuius sen-

Assumere dupliciter idem supra. Natura quo accipiatur hic. Ordo inter substantiam naturā esse tiam, & qd ditatem.

Sensus tituli quæst.

sus

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus potest esse duplex. Primus utrum tres personæ Diuinæ, possint terminare dependentiam naturæ humanæ totaliter, sic, quòd quælibet persona præcise possit terminare: & iste sensus est simpliciter impossibilis, etiam secundum nominales, quia bene sequitur, Filius præcisè terminat dependentiam naturæ humanæ: ergo pater non potest terminare. Alius sensus est. Vtrum tres personæ diuinæ, possint terminare dependentiam naturæ humanæ, ita quòd quælibet persona totaliter, ideſt sufficienter, terminare possit, seu, utrum tres personæ diuinæ possint terminare tres uniones naturæ humanæ: & iste est sensus quæstionis. Ad quæstionem. D. sic procedit, primo arguit pro & contra: quæ argumẽta soluentur in calce ſstionis. Secdo adducit opinionem Varronis: dicit Varro, quòd possibile est tres personas Diuinas assumere, ideſt terminari dependentiam naturæ humanæ ad tres personas: ita quòd de facto, licet non sit sic, tamen de potentia absoluta, possibile est naturam humanam fundare tres uniones. probatur primo præsupponendo duas regulas, quarum prima est. Prius quodcunque, quantum est de se, potest esse sine posteriori, 5. metaphiſices; unde vt prius dicitur ibidem, est quod quantum est de se, natũ est esse sine posteriori. Cõtra natura humana est prior differentia indiuiduali, & tamen sine illa natura non potest esse: ergo &c. Respondeo concedo maiorem, & ad minorem, distinguo, uel quod natura non possit esse sine ista differentia indiuiduali, quantum est de se, & sic nego: uel tanquam aliquod concomitans: & sic concedo: quia illa differentia indiuidualis identificatur illi, ideo natura non potest esse sine illa. Secunda regula. Quod libet prius potest immultiplicatum manere multiplicato posteriori, & patet in moralibus, quia Episcopi non sunt multiplicati in uno Episcopatu, tamen in præbendis, & beneficiis uolunt multiplicari, ibi prius manet immultiplicatum; & tamen posterius multiplicatur, quia beneficia multiplicãtur. Patet secundo in naturalibus, quia substantia potest esse eadem, multiplicatis accidentibus: similiter idem corpus potest esse in pluribus locis, Ideo istis duabus regulis Varronis positis, & declaratis, formatur sic sua ratio prima. Sicut prius potest esse sine posteriori, ita possibile est prius non multiplicari, multiplicato posteriori: sed ratio singularitatis est quid prius ipsa ratione personalitatis: ergo possibile est rationem singularitatis manere, plurificata personalitate: ergo possibile est, quod ista natura singularis maneat eadem, & tamen erit personata personalitate trium personarum.

Argumenta ordo procedendi.

Reg. 2. Varr.

Prius põt esse sine posteriori.

Natura quo põt esse sine differentia indiuidua-li, & quo non.

1. rõ Varr. Eadẽ natura posit assumi a trib. personis.

Secunda ratio. Distinctio relationis non est sufficiens causa distinguendi absolutum: sed personę diuinæ sunt relatiuæ, & natura humana est absoluta: ergo distinctio personarum non est sufficiens causa distinguendi naturam, ergo potest esse natura una, & tamen assumetur a Patre, Filio, & Spiritu sancto. Patet maior: quia essentia diuina est unum absolutum; & tamen ibi sunt tres relationes, & ideo illæ relationes non sunt causa efficiens ad distinguendum essentiam. similiter una albedo potest esse sub pluribus relationibus.

2. rõ Varr.

Consequenter Varro declarat suam opinionem, & dicit, quòd est ueritas quòd anima intellectiua potest esse tota in toto, & tota in qualibet parte. Item idem corpus miraculosè potest esse in diuersis locis: ut corpus Christi potest esse ubi consecratur. Item sicut eadem anima potest esse in diuersis partibus corporis, sine sui diuisione. Item idem corpus indiuersis locis. Similiter non est impossibile, quod una natura numero possit assumi a Patre, Filio & Spiritu sancto.

Declaratio opin. Varr.

Nota, quod Ioannes de Bassolis aduersus Doctorem sub tilem dicit, quòd nunquam aliquis debet attribuere impossibilitatem Deo ad aliquid faciendum, nisi appareat magna ratio, & contradictio.

Sentẽtia de Bassolis.

Contra, Doctor improbat Varronem intendens probare oppositum. Primo ponendo talem conclusionem, Impossibile est simpliciter tres personas assumere eandem naturam numero. ista est conclusio Scoti, Ita quòd Deus de potentia absoluta, non posset illam naturam quæ est in uerbo, unire patri, & Spiritui sancto & quòd hoc sit impossibile, probatur sic, quia si sic, sequeretur quod natura ista esset entitas infinita: consequens est falsum, ergo & antecedens. Probatur consequentia, quia quicquid est communicabile tribus personis diuinis, est entitas infinita: sed natura humana potest communicari numero tribus per te: ergo est infinita. Maior patet, quia ideo dicimus essentiam diuinam esse infinitam, quia potest esse in tribus personis, licet per multas alias rationes possit ostendi, quòd essentia diuina est infinita, tamen theologi tenent, quod ideo essentia diuina dicitur infinita, quia communicatur tribus personis: ergo a simili si natura humana communicatur tribus, erit infinita.

Sco. arg. contra Varr. Cõt. Sco. tres personæ non possunt assumere cãdẽ naturã numero.

1. rõ Sco.

Qđ idem nũ mero trib. cõmunicatur ẽt infinitum.

Secundo sic. Si sic, ergo similiter poterit personari personalitate creata, & increata, uel pluribus personalitatibus creatis. Probatur consequentia, quia personalitates creatæ non habent maiorem incompossibilitatem, quàm increatæ: probatur, quia quandocunque aliquid est personatum personalitate creata non potest aliter personari: quia si natura mea sit personata, non poterit assumi a uerbo diuino: dicit de Bassolis. Respondeo ad argumentum cum arguitur. Si natura humana posset personari pluribus personalitatibus increatis, ergo creatis. respondet quod non est simile: quia cum natura humana personaretur pluribus personalitatibus increatis, personaretur per unionem. Ad primum argumentum, Varro respondet negando consequentiam. Et dicit quòd natura diuina, potest considerari dupliciter. Vno modo inquantum communis tribus. Alio modo inquantum identificatur cum tribus personis. similiter dicit de Bassolis, quòd natura inquantum est in tribus, non est infinita. Alio modo nempe inquantum tribus tanquam propriis & connaturalibus suppositis, dans ipsis esse per ueram identitatem, & sic est infinita. primo modo non concederet naturam esse infinitam. Secundo modo concedit de Bassolis: & ratio est, quia natura diuina est infinita, quia est in tribus suppositis connaturalibus; non sic est de natura humana. Ista responsio habet maiorem apparentiam, quàm argumentum Scoti, quia posterius potest multiplicari, non multiplicato priori. Respondet etiam Varro, quòd natura diuina fundat tres relationes, ideo est infinita. Et quia natura humana non potest fundare tres relationes, ideo non est infinita. Et ratio est, quia natura humana non identificatur cum tribus suppositis connaturalibus. Et similiter non potest fundare tres relationes, ideo quamuis esset unita tribus personis diuinis, propter illas duas rationes, natura humana non esset infinita.

Soluũtur rõnes Sco. contra Varr.

Resp. Varr. ad 1. Scot. Natura diuina põt dupliciter considerari.

Tuetur Varronem, & de Bass.

Cõsequẽter Doctor arguit primo cõtra primam rationem: secundo contra secundam. Arguitur primo sic, sicut forma substantialis quæ potest substantialiter perficere plures partes hominis dicitur aliqualiter illimitata, ita pariter forma accidentalis erit illimitata: antecedens patet si anima quę perficit plures partes corporis dicitur illimitata, ita similiter scientia erit illimitata, sed fic est quòd cum essentia diuina sit essentialiter illimitata, natura humana, cum dicatur quasi natura accidentalis, pariter dicetur illimitata: ergo erit infinita, Nota quod opinio antiquorum fuit, quòd, quælibet pars hominis esset homo, quia anima intellectiua est tota in toto, & tota in qualibet parte, & arguebant sic. Quicquid est compositum ex corpore & anima rationali, est homo; digitus meus est compositus ex corpore & anima rationali: ergo est homo. sed hoc est falsum, quia nulla pars hominis est homo, ideo respondetur ad maiorem. Aut est compositum ex anima, & corpore totali, & sic concedo. Aut est compositum ex parte corporis, & animæ, & sic nego. modo sic est, quod digitus meus est pars corporis. nam si Deus separaret digitum meum a corpore, anima non posset informare digitum. Item confirmatur; quia impossibile uidetur idem numero accidens esse in pluribus subiectis. Primo, sicut se habet forma substantialis, ita & forma accidentalis: sed forma substantialis per hoc quod est in pluribus, dicitur infinita; ergo accidens existens in pluribus, est infinitum. Natura humana est quodammodo accidentalis, respectu personæ diuinæ: ergo si fuerit in pluribus, erit infinita. Notandum quòd irrationabile est, accidens esse in pluribus subiectis primo. Contra. numerus est accidens, & tamen est in pluribus subiectis: ergo ista propositio est falsa Respondeo quod accidens esse in diuersis subiectis, põt intelligi dupliciter. Vno modo in diuersis adæquatis, quando est æquè in uno, sicut & in alio, & sic non est uerum: quod autem aliquod accidens sit in pluribus subiectis non adæquatis non est inconueniens,

Opi. antiquoũ de qualibet parte hominis & eorum ratio.

Soluitur ad tiquorũ rõ

Accidẽs ẽt in pluribus subiectis põt intelligi dupliciter.

niens: saltem accidens distinctum.

Secunda ratio peccat, contra aliquos, qui dicunt, quòd hæc non est de textu, quia hoc est falsum. Quia Varro dicebat, quòd natura humana non potest fundare plures relationes.

Contra dicit Scotus: Voluntas mea est creata, & tamen ipsa potest fundare plures relationes: quia fundat relationem agentis ad passum; & passi ad agens: Similiter albedo fundat plures relationes. Item, idem pater fundat plures paternitates ad plures filios. Similiter natura humana in nobis fundat diuersas personalitates; Immò natura humana potest fundare plures relationes: ergo male dicit Varro, quòd natura humana, si esset assumpta a tribus personis diuinis, non esset infinita: quia non potest finire plures relationes, sicut essentia diuina potest.

Idẽ põt fundare oppositas relones.

Nota, quòd mea uoluntas fundat diuersas relationes diuersi generis, scilicet agentis ad passum, & passi ad agens. Similiter intellectus fundat relationem agentis ad passum; & similiter angelus fundat relationem mouentis ad motum. Similiter passi ad mouens; quia istos motus recipit in seipso.

Triplices sũt relones.

Notatur, quòd triplices sunt relationes, quædam sunt incompossibiles in eadem natura, & in eodem supposito; ut relationes causati ad causam, ut cum aliquid est causa alterius. Secundo dico, quòd aliæ sunt, quæ sunt incompossibiles in eodem supposito, sed non in eadem natura; ut relationes producentis ad productum in diuinis: Aliæ sunt, quæ sunt compossibiles in eadem natura, & in eodem supposito, ut sunt relationes agentis ad passum, ut uoluntas agit ad uolitionem, & istam recipit. similiter angelus mouet se, & pariter recipit motum, & est relatio realis, licet extrema non sint realiter distincta; quia non requiritur, ut patet in tertia distinct. primi. Vbi dicit, quòd ad relationem realem tria sufficiunt, & non dicit requirun tur: quia non sequitur, tria sufficiunt ad relationem: ergo tria requiruntur. Patet, non sequitur ad hoc, quòd ego sim Parisius, sufficit quòd ego sim in ista camera: ergo hoc quòd sint Parisius, requiritur, quòd ego sim in ista camera.

Ad relõẽ realem, tria sufficiũt, licet nõ necessario requirantur.

Consequentia non ualet, quia possum esse in alia Camera, uel in alio loco, & tamen ero Parisius. Si ergo in quodlibetis dicat, ad relationem tria requiruntur, hoc habet uerum, secundum communem opinionem, & sic concordantur isti duo passus. Contra dicit Varro. si sic, sequeretur, quòd pater non uerè alia esset persona a filio, quia uolo, quòd pater assumat filium, tunc pater erit filius. Et tunc sic, pater genuit filium, ergo filius genuit. Arguitur sic, iste homo genuit filium, & iste est filius: ergo filius genuit filium. Ad hoc dicit de Bassolis, quod hic malè arguitur: quia sunt quatuor termini: quia in maiori, homo supponit pro patre, & in minori supponit pro filio: ideo est fallacia accidentis.

Cõcordãtur dicta Sco.

Dub. Varr.

Solutio.

¶Ad quæstionem potest dici, &c.

Soluitur qũ

Ponitur opinio doctor. & primo ponit unam distinctionem; & secundo duas conclusiones. Distinctio talis est. primus terminus unionis, potest esse duplex, uel persona, uel essentia diuina subsistens. Nos dicimus, quòd unio est relatio.

Primus terminus unionis põt esse duplex. Concl. 1. Cco.

Prima conclusio. Si primus terminus unionis sit persona, impossibile est tres personas æquè primo assumere eandem naturam.

2. Concl.

Secunda conclusio. Si essentia diuina sit primus terminus unionis, possibile est tres personas assumere eandem naturam, saltem mediatè.

Prima conclusio, probatur, quia in omni dependentia essentiali, unum dependens, non dependet nisi ad unum terminum, qui totaliter terminat dependentiam. Not. quòd ista maior est uera, & probatur primo in dependentiis causatis ad causam; quia ego dependeo ad Deum, & non nisi una dependentia essentiali; quia impossibile est unum causatum habere plures causas totales eiusdem generis, & eiusdem modi: probatur ista propositio. ponamus casum, quòd idem effectus possit dependere a duabus per se causis, eiusdem ordinis, & sint istæ causæ, a, a, & b, c, effectus: tunc c, dependet ab a. ergo potest produci ab a, secluſa quacunque alia causa eiusdem ordinis: ergo poterit ab ipso b, produci, secluso, a, & ita effectus dependebit ab ambabus, & a neutra. Propter istam rationem, impossibile est eundem effectum dependere a pluribus per se causis eiusdem ordinis: ergo a simili impossibile est naturam humanam dependere pluribus dependentiis essentialibus ad plures terminos. Item probatur ista maior, per exemplum de accidente, quòd dependet ad subiectum, si dependeat primo ad unum subiectum, non dependebit ad plura subiecta, uel ad aliud subiectum.

Vnus effectus hẽt vnã tãtũ cãm essentialem eiusdẽ generis, & eiusdẽ ordinis modi cãdi.

Dico ergo, quòd cum ista natura sit quasi eiusdem rationis cum accidente, non poterit dependere primo nisi ad unam personam. Minor erat, sed in ista unione est dependentia essentialis, & ista terminatur ad uerbum: probatur, quia certum est, quod ista unio est relatio ordinis, & ista terminatur ad uerbum.

Probatur, quia non minus natura humana personatur personalitate extrinseca, quàm personalitate propria: sed quando personatur personalitate propria, non potest pluribus personari personalitatibus: ergo non poterit personari pluribus personalitatibus increatis, quando personatur personalitate extrinseca: ergo totaliter personatur ad unam personam: ergo tenendum est, quòd terminus immediatus unionis sit una persona: ergo tres personæ non possunt assumere eandem naturam numero.

Contra hoc arguit doctor probando, quòd natura humana possit dependere tribus dependentiis. Non est inconueniẽs plures relationes eiusdem rationis esse in uno fundamento ad plures terminos. patet, quia idem album potest fundare plures similitudines.

Similiter idem pater ad diuersos filios potest fundare plures paternitatibus. Similiter de relationibus extrinsecis: si idem corpus sit in diuersis locis, istud corpus fundat diuersa ubi: ergo non est inconueniens, quòd natura humana fundet diuersos respectus ad Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. patet. quia ista dependentia est respectus extrinsecus aduenientes.

Pro solutione sunt duæ propositiones. Prima sit ista. non omnis relatio est eadem realiter cum fundamento, quia tunc omnis relatio esset eadem fundamento, sed alicui conuenit, & alicui non.

Solutio.

Nota quod duplices sunt relationes: quædam sunt, quæ identificantur cum fundamentis; ut creatio passiua respectu Dei. Aliæ sunt, quæ non identificantur cum fundamentis, ut paternitas, filiatio. Et si quis quærat, quare creatio passiua identificatur cum creatura, dico, quod illi relationi non conuenit, quòd identificetur cum fundamento, quia relatio est. eo quia tunc conueniret cuicunque relationi, sed in quantum talis relatio, quia est dependentia essentialis: similiter nec relationi, ut relatio est, repugnat, quòd plures eiusdem rationis sint in eodem.

Relones sũ in duplicit differẽtia.

Nota, quòd duplices sunt relationes, quædam sunt dependentiæ.

Aliæ sunt, quæ non sunt dependentiæ. Primæ sunt, quæ non possunt multiplicari in fundamento. Secundæ sunt relationes intrinsecus aduenientes, & istis non repugnat, quòd plurificentur in fundamento, ideo cum arguitur, relationes eiusdem rationis possunt fundari, &c. concedo: ergo possunt plurificari; nego consequentiam; quia consequentia non tenet, nisi ratione illius propositionis prædictæ; & repugnat ex sua ratione formali: quia impossibile est dependens dependere pluribus dependentiis: talis est ista dependentia: quia si aliquod fundamentum fundet talem relationem non relinquit fundamentum, quod dependeat ad alterum terminum.

Quæro, an in natura humana, posito quòd sint tres dependentiæ ad tres personas, illæ sint alterius rationis, uidetur quòd sic: quia si non sint alterius rationis, dubitandum est similiter. Non enim est dimittendum sic.

Dub.

Nota, quòd quidam dicunt, quòd sunt alterius rationis, quia relationes distinguuntur penes distinctiones terminorum, sed illi termini distinguuntur, scilicet Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; ergo illæ relationes sunt alterius ratio nis.

Aliorũ sol.

Alii dicunt & uerius, ut docto. 19. quæstio. quodlibeti articulo primo, in solutione ultimi argumenti. istius unionis est duplex terminus, scilicet communis, & propriùs: proprius est personalis, ut filiatio: communis, ut persona litas, sic quod aliquod subsistens, est terminus unionis. Si natura, quæ est in uerbo, uniretur patri, ista relatio esset

Duplex terminus unionis naturæ humanæ cĩ uerbo

Universidad de Deusto
Biblioteca

eiusdem rationis cum ista, quæ est in uerbo: quia licet terminus proprius non sit eiusdem rationis, ut paternitas cum filiatione: tamen persona, ut subsistens, est eiusdem rationis cum persona filii: ergo. Si dicamus, sunt eiusdem rationis: Dicendum, quòd impossibile est naturam humanam habere plures dependentias ad tres personas.

Dub.

Contra: Accipio naturam humanam assumptam a uerbo diuino; Vtrum sit possibile, quòd assumatur a natura diuina? Dico quòd impossibile est, quòd ista natura dependeat a uerbo, & a natura diuina: Contra: Istæ dependentiæ sunt alterius rationis: Nego. probatur sic. Essentia a uerbo est alterius rationis. Itaque si essent duæ dependentiæ, essent alterius rationis: ergo ibi erunt duæ dependentiæ terminatiuè, quare, &c. Tenendum tamen est, quòd istæ dependentiæ sunt eiusdem rationis. Et si primus terminus sit persona, tunc impossibile est plures personas assumere eandem naturam.

Solutio.

Dub.

Solutio.

Sententia autoris.

2. Conc Sco. probatur.

Secúda concl. Si primus terminus sit essentia, possibile est eandem naturam assumi a tribus personis mediatè, sed mediante natura diuina.

Tres psonas assumere eã dem naturã dupliciter intelligitur

Notandum est, quòd tres personas posse assumere eandem naturam, potest intelligi dupliciter. Vno modo immediate, & sic non est possibile. Alio modo mediate, & sic est bene possibile; quia ista natura uniretur primo essentiæ diuinæ, & consequenter tribus personis; sicut dependentia causati ad causam terminatur ad essentiam diuinam primo, & secundo ad tres personas.

Persuasio doct.

Consequenter doctor persuadet, quòd si essentia diuina sit terminus primus, quòd possibile est tres personas assumere eandem naturam: ut si una superficies sit in tribus parietibus, albedo, quæ in superficie esset, in tribus subiectis esset: sed non est inconueniens essentiam diuinam esse terminum istius unionis. patet, quia uerbum potest terminare unionem: ergo essentia diuina potest terminare istam dependentiam. patet, quia essentia diuina non habet esse a persona.

Secundo. Essentia diuina est prior personæ; unde persona dicitur persona diuina, quia habet esse per essentiam diuinam. Si ergo persona potest terminare unionem, cum non sit prior essentia: ergo essentia potest terminare, quia essentia diuina est hniusmodi: ergo &c. nec requiritur incõmunicabilitas in termino.

Subsistere dupliciter. Quo essentia diuina p se existat. Vtrũ ad terminatã unionẽ requiratur incõmunicabilitas. Vtrũ vnius effectus possint esse plures causæ totales. Determ. Dist. multiplex causarum.

Notandum quòd si quæritur, an essentia diuina sit per se existens; dicit Scotus in quarto quodlibeto, quòd subsistere capitur dupliciter. Vno modo pro per se existere: & sic essentia diuina per se subsistit. Alio modo, prout est incommunicabiliter existere; & sic essentia diuina non per se subsistit. Vtrum ad terminandum unionem requiratur incommunicabilitas in termino? Dicit doctor: uidetur, quòd incommunicabilitas non requiratur in termino; & hoc est uerum, quia non requiritur incommunicabilitas, ad hoc ut terminet istam dependentiam. Quæritur utrum eiusdem effectus possint esse plures causæ totales? Dicunt nominales quòd sic, quòd tamen est falsum. Ideo aliter respondetur. causæ sunt duplices: quædam sunt eiusdem ordinis, & sunt illæ, quæ sunt in eodem ordine, & æquè primæ. Aliæ sunt alterius ordinis, & sunt illæ, quarum una est prior, alia posterior. Item causæ aliæ sunt totales, aliæ partiales. Totalis est illa, quæ se sola, &c. non indiget alia ad producendum effectum: ut ignis producens ignem. Etiam duplices sunt causæ, quædam sunt eiusdem generis; aliæ alterius generis. Eiusdem generis sunt, ut duæ primæ causæ efficientes. Alterius generis, ut causa materialis, formalis, & finalis.

Per proportiones soluitur. Dub. Prima prop. 2. Prop.

Prima propositio. possibile est, eiusdem effectus esse plures causas totales eiusdem ordinis, & alterius generis. Patet, quia domus habet quatuor causas, scilicet domificans, ligna, formam, & finem. & omnia ista sunt eiusdem ordinis, quia sunt æquè primæ.

Secunda. possibile est eiusdem effectus, esse plures causas totales eiusdem generis, & alterius ordinis, ut in productione hominis sunt Deus, & sol & homo. Sed Deus, & homo sunt alterius rationis, quarum una est prior, & altera posterior.

3. Prop.

Tertia propositio. possibile est, eiusdem effectus, esse plures causas eiusdem generis, & ordinis partiales, ut duo trahentes nauem.

4. Ptop.

Quarta, impossibile est, eiusdem effectus esse plures causas totales eiusdem generis, & ordinis. patet, quia tunc sequeretur, quòd aliquid causaretur ab aliquo, quo non existente, non minus illud esset. probatur, ut argutum est.

Obicit cõtra 4. prop. Ocham.

Contra istam propositionem arguit Occham sic. Eiusdem effectus possunt esse plures causæ totales, eiusdem generis, & ordinis: ergo: antecedens patet. Accipio duos ignes, & stupam: quilibet illorum habet actionem in combustione stupæ, & est causa combustionis; & non est nisi una combustio: ergo eiusdem effectus possunt esse plures causæ totales eiusdem generis, & ordinis.

Solutio.

Respondeo, de illis ignibus, dico secundum Berrenganum, isto casu posito, quòd alter illorum ignium non ageret, uel ille, scilicet ille, cum quo Deus non uellet concurrere. Etiam Gregor. dicit, quòd si sit aliqua forma in aqua, & per frigus extrinsecum ista forma debeat remitti, quis illorum graduum debet remitti, dato quòd ibi sint decem gradus?

Refellitur dato solutio, et datur solutio secundum Sco.

Respondet iste doctor supra immediate nominatus, quòd ille quem Deus uoluerit; sic dicendum est de isto igne qui agit, uel non. Sed ista solutio non placet uiris doctis. Vnde doctor in quarto distinct. decima, quæstio secunda, in solutione argumentorum, dicit ibi, si dicamus, quòd substantia suscipiat magis, & minus; tunc dico ad argumentum, quando duo ignes approximantur, producunt intensiorem calorem; si autem non teneamus illam opinionem quæ dicit, quòd substantia suscipit magis, & minus,

Ad argumentum respondeo, quòd uterque est causa partialis, quòd citius agerent, quam unus solus, quia in breuiori tempore disponent ad actionem, quam unus solus. Teneo primam solutionem. Sed quòd eiusdem effectus possint esse plures causæ totales, probatur: quia eiusdem effectus possunt esse plures causæ finales; nego. probo, quia canonicus uadit ad matutinas propter lucrum, & propter honorem Dei, ut propter causas finales, quælibet illarum est causa totalis. ergo eiusdem effectus possunt esse plures causæ totales. Similiter cum uado ad tabernam, & ibi dimitto unum scutum, quia hospes non habet pecunias, cras ego uadam propter cœnam, & ad habendum pecunias: ergo eiusdem effectus, &c.

Respondet, quòd duæ causæ seorsum acceptæ non ita intensæ agent, sicut una sola totalis causa. Sed istæ duæ causæ sunt partiales, & non totales.

¶ Ad argumenta principalia, &c.]

Solutio argumẽtorum principaliũ. Ad primũ.

Ad primum dico, quòd duplex potest esse sensus. unus quòd omnes agant sic, quòd una tantum terminet; & sic iste sensus est uerus, quia habent idem uelle. Alius sensus est quòd omnes agant sic, quòd omnes terminent, ut sic est falsus, & istud est impossibile, & si quæratur, quare filius assumpsit naturam humanam, & non Pater? Dico, quòd causa a priori fuit, quia sic uoluit; & suum uelle est suum iubere.

Cur filius sit incarnatus, & nõ pater.

Secundo, quia ipse habet uoluntatem inobliquabilem. Sed a posteriori, potest dari aliqua congruentia; Congruentius fuit, quòd filius incarnaretur, quàm Pater; quia filius habet filiationem æternam, & sic est Filius Patris; & habet filiationem temporalem, per quam est Filius Virginis. Et si Pater fuisset incarnatus, ipse natus fuisset Virginis Filius; & sic quando loqueretur de filio in Theologia, nescieremus si loqueremur de filio patris, uel de filio uirginis; ideo ne fieret confusio, filius est incarnatus, & non pater. licet ergo tres personæ egerint incarnationem, & uniuerint naturam humanam uni personæ, nullum sequitur inconueniens. ex quo patet, quòd licet tota Trinitas operata sit, tamen istius unionis una persona tantum est terminus.

Dub.

Et cum quæritur, cui istarum unitur, cum non sit maior ratio de una persona, quàm de alia?

Solutio.

Respondeo, quòd illi personæ, cui tota trinitas uoluerit istam unire; ita quòd si uoluisset istam unire patri, pater fuisset terminus istius unionis, & terminasset istam unionem. Sed impossibile est, quòd tres personæ uniant sibi istam naturam. Et cum arguitur: si omnes agant ad uniendum sibi &c. Dico, quòd hoc est impossibile, quod omnes agant ad uniendum naturam humanam cuilibet personæ: ideo ad formam argumenti, cum arguitur. Natura creata quandocunque assumeretur, &c.

Con-

Concedò. Agunt omnes, admitto, uel a tribus, &c. non a tribus, nec nulla, sed dico, quòd assumetur ab una persona, cui Trinitas sancta uoluit eam unire. Contra, agant omnes ad uniendum sibi. Dico quòd hoc est impossibile. Ideo Pater, Filius, & Spiritus sanctus non possunt facere impossibile.

Obiectio.

2. arg. prin.

Secundo arguitur sic: Ista natura assumpta a filio est unibilis Patri; ergo est unibilis, & non est unibilis. Patet antecedens, quia quælibet natura creata est in potentia obedientiali, ut assumatur: ergo nunc, quando est unita uerbo, est in potentia obedientiali: ergo est unibilis patri. probatur, quia quando unitur uerbo, non propter hoc terminatur ista potentia obedientialis; quia Pater, & Filius sunt alterius rationis suppositalis: ergo licet ista potentia obedientialis, quæ est ad filium, sit terminata; non tamen illa, quæ est ad Patrem; ergo pater poterit eam assumere. Et quòd sit uerum, probatur, quia certum est, quòd ista natura erat assumptibilis; quare ergo nunc non? antecedens probo, quia antequam esset unita uerbo, erat assumptibilis a patre. Si tu dicas, quòd istæ potentiæ obedientiales ad tres personas sunt eiusdem rationis, & sic non inconuenit, quòd possit assumi a patre.

Contra, quia in natura humana, est triplex potentia obedientialis ad tres personas diuinas: ergo non est inconueniens, quòd eadem natura assumatur a tribus.

Solu. 2. arg. prine.

Respondeo, hoc dubium quærit unum: nam aliquis posset dubitare, cum in natura humana respectu trium diuinarum personarum sit ponenda triplex potentia obedientialis, utrum natura humana sit in potentia obedientiali per tres potentias obedientiales, uel per unam tantum: Aliqui dicunt, quòd sunt ponendæ tres potentiæ obedientiales, & quòd sunt tres. Alia est opinio, quam habet Scotus in decimanona quæstione quodlibeti. dicit etiam de Bassolis, quod sicut in materia respectu omnium formarum, non ponimus nisi unam potentiam aptitudinalem; ita in natura creata, non ponitur nisi una potentia obedientialis, quæ respicit uelle diuinum; quia potentia obedientialis, est qua creatura est sic in potentia Dei, quòd Deus potest facere de illa quicquid non implicat contradictionem.

An sit ponẽda triplex potẽtia obedientialis in natura creata respectu trium psonarũ diuinarũ an una tãtũ Quid potentia obedientialis.

Consequenter Doctor ponit duas propositiones.

2. prop. Sco.

Prima, si in natura Creata sit tantum una potentia obedientialis, qua possit uniri tribus; illa una reducta ad actum non potest iterum ad actum reduci sic, quod si assumatur ab una persona, non poterit assumi ab alia. Verum est tamen, si illa natura dimitteretur a uerbo, bene posset assumi a patre: Et cum illa natura totaliter compleatur a uerbo, stante illa unione, non posset assumi a patre.

Secunda propositio, si in natura creata sint ponendæ plures potentiæ obedientiales, una ad Patrem, alia ad Filium, alia ad Spiritum sanctum, licet una possit reduci ad actum, tamen stante una, non potest reduci ad aliam. Sed hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo stante illa unione: & sic est impossibile posse iterum reduci ad actum. Alio modo non stante illa unione prima, & sic est bene possibile. Patet, quia superficies, stante albedine, non potest recipere nigredinem; sed tamen bene non stante albedine. Ideo ad formam, ista natura erat assumptibilis, concedo: ergo unitur; distinguo, aut stante illa unione, & sic nego, aut non stante, & sic concedo, quòd possit assumi a patre.

3. arg. prin.

Tertio arguitur, probando quòd natura, quæ est in Christo, possit assumi a patre. Arguitur sic. Natura existens in uerbo habet inclinationem naturalem ad proprium suppositum; ergo ad omne illud, quod potest supplere uicem sui suppositi; sed pater potest supplere uicem suppositi proprii, stante unione ista. patet, quia potuit sibi unire eam prius, quia habet illam inclinationem: ergo poterit assumi a patre.

Soluitur 3. arg.

Respondeo, cum arguitur natura, &c Concedo antecedens, & nego consequentiam; quia si ualeret, sequeretur, quòd accidens haberet inclinationem ad non esse in subiecto; & sic argueretur; accidens habet inclinationem ad subiectum: ergo habet inclinationem ad illud, quod potest supplere uicem sui subiecti; sed Deus potest supplere uicem sui subiectiue ergo non habet inclinationem ad subiectum.

4 arg. prin.

Quarto arguitur, probando, quòd assumitur a tribus, uel a duabus: & sic arguitur. Vnum accidens numero potest esse in duobus subiectis: ergo eadem natura potest assumi a duabus personis. Patet consequentia, quia ista dependentia est simillima dependentiæ accidentis ad subiectum: ergo si accidens possit esse in duobus subiectis, etiam aliqua una natura poterit assumi a duabus personis. probatur antecedens; quia certum est, quòd corpus gloriosum per dotem subtilitatis potest esse cum corpore non glorioso; hoc posito, in istis duobus corporibus est tantum unum ubi passiuum: ergo idem accidens potest esse in duobus subiectis. Quòd illud ubi sit in duobus, probatur: quia non est nisi in una superficie: ergo non est nisi una circunscriptio actiua: ergo ex parte locatorum non est nisi una circunscriptio passiua: ergo ista est in duobus subiectis; & per consequens idem accidens, est in duobus subiectis.

Corpus gloriosum põt esse cũ alio corpore.

Respondeo cum arguitur, idem accidens, &c. Nego hoc: quia impossibile est idem accidens unum numero esse in duobus: & ad probationem de corpore glorioso, & non glorioso, quæ sunt in eodem loco, ut cœlum, & Virgo gloriosa, hoc admitto, tamen esset dubitandum; utrum duo corpora possint esse in eodem loco, circunscriptiuè. Ad hoc dicit quidam in sua Philosophia, quòd impossibile est duo corpora esse in eodem loco repletiuè, & circunscriptiuè: sed dicit Scotus in quodlibeto. quæstione secunda, quòd duo corpora, possunt esse in eodem loco repletiuè: quia Virgo gloriosa est in cœlo repletiuè: quia si solum esset præsentialiter, non posset uideri a quocunque beato, quod est falsum. Ideo dico, quòd duo corpora possunt esse in eodem loco repletiue.

Solu. 4. arg. Ideõ accidẽs nõ põt esse i duob. subiectis. Duo cpa possunt esse i eodẽ loco circũscriptiue

Nota, quòd de Bassolis, de dote subtilitatis in quarto, & Iacobus de Esculo, ponunt tres propositiones.

3. prop. ex Basso o ad propositum

Prima, quòd duo corpora possunt esse in eodem loco repletiuè: ut quando Christus intrauit ianuis clausis, &c. Quando intrauit cœlum; & similiter de beatis in cœlo: & quando exiuit de sepulchro.

Secunda propositio, possibile est duo corpora esse in eodem loco, modo non repletiuo.

Tertia propositio, possibile est in eodem loco esse duo corpora, quorum alterum est modo repletiuo, & alterum modo non repletiuo; ut si ego facerem unum magnum panem, & essem infra illum panem, & dicerem uerba sacramentalia; ibi esset corpus Christi sub speciebus panis; & tamen ego essem repletiuè sub illis speciebus. Ideo respondendo ad argumentum, cum arguitur, unum accidens potest esse in duobus subiectis, nego, & ad probationem de corpore glorioso, & non glorioso, dico, quòd ibi sunt duo ubi; & cum arguitur, quòd ibi est tantum una superficies: ergo una circumscriptio passiua. Respon. ponendo duas propositiones.

Resp ad formam arg.

Prima. locus formaliter sumptus est ipsa superficies. ut corpus continens habet superficiem interiorem, quæ dicitur locus formaliter. Alii dicunt, ut doct. in secunda distinct. secunda, quòd locus capitur dupliciter. Vno modo formaliter, alio modo fundamentaliter. formaliter, est circunscriptio actiua superficiei concauæ ad locatum: fundamentaliter uero est superficies concaua corporis continentis.

Locus bifariam.

Ex quo sequitur, quòd locus fundamentaliter non est aliquid derelictum in superficie; sed est superficies concaua corporis continentis.

Prima propositio, si locus sit aliquid absolutum formaliter, tunc in tali loco possunt fundari duæ circunscriptiones actiuæ: & duo corpora possunt esse in eodem loco.

Secunda propositio, si locus formaliter sit respectus, licet sit tantum una superficies, in ista sunt duæ circunscriptiones actiuæ: & ex parte ubi, sunt duo ubi passiua. Et quia doct. ponit illas duas propositiones conditionaliter, ego autem resolutiuè dico, quòd si duo sunt corpora, ibi erunt duo loca formaliter sumpta: quia ibi fundantur duo respectus ad illa duo corpora; licet sit tantum una superficies, tamen sunt duo ubi: ita quòd aliud ubi correspondet

Universidad de Deusto
Biblioteca

corpori glorioſæ Virginis : & aliud correſpondet corpori meo .

1.arg. in oppoſitum.

Ad argumenta in oppoſitum. Hic Scotus reſpondet ad argumenta poſi oppoſitum. Ad primum cum arguitur per Anſelmum dicentem, tres perſonas, &c. Ergo male dicis, quòd tres perſonæ poſſunt aſſumere eandem naturam mediante eſſentia diuina; Reſpondeo diſtinguendo, aut primus terminus eſt eſſentia diuina; & ſic nego illud antecedens: ſicut ſi albedo eſſet in una ſuperficie, quæ eſſet in tribus parietibus : iſta albedo eſſet in tribus ſubiectis mediante ſuperficie. Aut primus terminus eſt perſona, & ſic concedo. Secundo arguitur ſic. Multiplicato ſuppoſito creato multiplicatur natura : ergo multiplicato ſuppoſito in creato , multiplicabitur natura; & per conſequens, impoſſibile eſt, eandem naturam, aſſumi a tribus. Probatur antecedēs, quia benè ſequitur, hic ſunt decē ſuppoſita : ergo hic ſunt decem naturæ ſinguiares; minor probatur, ſi ſunt tres perſonæ aſſumentes, erunt tres naturæ aſſumptæ : ergo multiplicato ſuppoſito increato , multiplicabitur natura. probatur, quia perſona diuina, per ſe ſupplet uicem perſonalitatis creatæ : ſi ergo ad multiplicationem ſuppoſiti creati, ſequitur multiplicatio naturæ; ita etiam ad multiplicationem ſuppoſiti increati multiplicabitur natura: Reſpondeo diſtinguendo , aut primus terminus eſt perſona. & ſic concedo : aut eſt natura . & ſic nego: & ſi aſſumptio fuerit a natura diuina, non eſt inconueniens quòd ſecundariò ſumatur illa natura a tribus, ſine multiplicatione naturæ: qa accidit illi naturæ humanæ , quando aſſumitur immediatè a natura diuina, quòd ſit in illis tribus ſuppoſitis diuinis. Contra hoc arguitur. ſicut argutum eſt ſuperius contra oppoſitum Varronis ſi eadem natura poſſet aſſumi a tribus, ſequeretur , quod eſſet infinita ; probatur, quia quicquid communicatur tribus, eſt infinitum : Iſta natura communicatur: ergo eſt infinita . Dictum eſt, quòd non . Sed arguebatur ſupra contra Varronem : quandocunque ſubſtantia eſt illimitata, accidens eſt illimitatum: a ſimili arguitur hic , ſi illa natura diuina ſit infinita: ergo natura humana aſſumpta ab iſta , eſt illimitata, & infinita : quia quandocunque eſt aliquod accidens in aliqua ſubſtantia illimitata, illud accidens, eſt illimitatum.

2.arg. i opp.

Multiplicato ſuppoſito creato, multiplicatur natura.

Obiectio.

Solutio.

Reſpondeo, dicit Scotus, quòd iſta ratio facta contra Varronem, parum ualebat : Similiter iſta ratio facta contra reſponſionem ad iſtud ſecundum argumentum , parum ualet. Aliter reſpondet Scotus diſtinguendo maiorem , uel enim accidens dat pluribus aliquod eſſe formale; & ſic concedo. uel nō dat aliquem actum formalem, & ſic eſt illimitatum : Et ſcientia in anima noſtra, quodammodo poteſt dici illimitata: quia informat animam. Natura humana aſſumpta, licet ſit quodāmodo accidentalis aſſumenti , tamen quia non informat ipsā naturam diuinam, nec dat aliquem actum perſonis diuinis , ideo non eſt illimitata.

3.arg ī opp.

Tertio ſic, quod conuenit alicui , ut diſtinguitur ab alio, non poteſt ineſſe alii . Sed terminare unionem, conuenit uni perſonæ , ut diſtinguitur ab altera . Probatur maior, quia riſibile conuenit homini , ut diſtinguitur ab aſino: per rationale : ergo riſibile , non poterit competere aſino : ſed terminari , &c. Probatur , quia conuenit ſibi per proprietatem perſonalem, ſcilicet filiationem. Et proprietas perſonalis, eſt illud per quod una perſona diſtinguitur ab alia : ergo una perſona non poterit terminare dependentiam , quam altera terminat.

Solu.3.arg.

Reſpondeo, concedo maiorem, & diſtinguo minorem, quia ſi primus terminus ſit perſona, ſic concedo: at ſi ſit eſſentia diuina , ſic nego: quia uerbum terminat per filiationem, & ſi per caſum poneretur, quòd eſſentia diuina eſſet primus terminus, tunc illud quod terminaret unionem , non eſſet illud per quod diſtinguitur a perſonis . ideo per illud conueniret cum perſonis, quia per eſſentiam diuinam, &c.

Soluuntur arg. Varr. Duæ prop.

Ad argumenta Varronis , arguitur ſic, ſicut prius poteſt eſſe ſine poſteriori, &c. Reſpon. per duas propoſitiones : prima licet natura ſingularis poteſt remanere implurificata pluriſicatis perſonalitatibus , tamen impoſſibile eſt quòd eadem natura ſingularis, perſonetur pluribus perſonalitatibus . Notatur, quòd dicit de Baſſolis , quòd licet eadem natura poſſit perſonari pluribus perſonalitatibus increatis; tamen repugnat perſonari pluribus perſonalitatibus creatis . Verūtamen doct. tenet oppoſitum iſtius, patet , quia ſingularitas eſt prior perſonalitate : ergo poterit remanere implurificata pluriſicatis perſonalitatibus. Secunda propoſitio non quodcunque prius poteſt remanere implurificatum , multiplicatis poſterioribus, maxime quando eſt repugnantia in talibus poſterioribus. Notatur, quòd aliqua poſteriora multiplicari non multiplicato priore , poteſt intelligi dupliciter. Vno modo , quòd nulla eſt repugnantia ; ut in multitudine relationum : quia relationes ſunt poſteriores fundamento , & non eſt inconueniens, quòd fundamentum ſit immultiplicatum, & relationes ſint multiplicatæ, ſecundum multitudinem terminorum. Alio modo, quando eſt aliqua repugnantia ex parte prioris; & ſic eſt impoſſibile, quod multiplicentur poſteriora, non multiplicatis prioribus. Exemplum, licet natura humana, ſit prior perſonalitate, tamen repugnat, naturam humanam remanere non multiplicatam, multiplicatis perſonalitatibus. Ideo ad argumentum, nego conſequentiam: quia eſt ibi repugnantia, repugnat enim illi priori , quòd non multiplicetur, multiplicato poſteriori.

manere impluriſicatū pluriſicato poſteriorꝰ.

Poſteriora multiplicari ſine priori dupliciter

¶Secundo arguebatur, diſtinctio relationis, &c.]

¶Perſonæ diuinæ ſunt relatiuæ, &c.]

2. cō Varr. Relationes duplices, q̄ relones poſſunt multiplicari non multiplicato abſoluto, & quæ non.

Patet maior, ut dictum eſt, ergo &c. Reſpondeo , & diſtinguo: quia duplices ſunt relationes, quædam conſequētes abſolutum, quæ fundantur in abſoluto: aliæ priores abſoluto, terminantes dependentiam abſoluti . De primis ſunt , Paternitas, Filiatio, Spiratio paſſiua, quæ fundantur in eſſentia diuina, & illam non diſtinguunt. Similiter de paternitatibus, quæ fundantur in naturą creata; Illæ , poſſunt multiplicari , non multiplicato fundamento. De ſecundis, exemplum, ut relatio, ſcilicet filiatio , quæ conſtituit perſonam uerbi , quæ eſt prior natura humana , & cum hoc terminat unionem naturæ humanæ. Et ideo reſpondeo ad maiorem , diſtinguendo eam , uel relatio poſterior eſt abſoluto , & ſic concedo; uel relatio eſt prior natura abſoluto, & eſt terminus illius abſoluti; & ſic nego.

Conſequenter dicit Scotus, quòd iſta exempla de anima in diuerſis corporis partibus , & de uno corpore , in diuerſis locis, non ſunt ad propoſitum : quia nulla eſt repugnantia, quòd eadem anima ſit in pluribus partibus corporis, & quòd idem corpus ſit in pluribus locis; eſt autem repugnantia, & nō eſt poſſibile, quòd eadem natura dependeat pluribus dependentiis, ſeu ad plures perſonas.

Obiꝯcitꝯra 2. cōcl. ſuā.

Contra concluſionem ſecundā, in qua dicitur, quòd ſi eſſentia diuina ſit primus terminus iſtius unionis, poſſibile eſt, quod eadem natura ſumatur a tribus : arguitur ſic, probādo, quòd eſſentia diuina non poſſit terminare unionem: quia ſi eſſentia diuina poſſet aſsumere aliquam naturam creatā, illa aſsumptio eſſet ad aliquam unitatem; non ad unitatem perſonæ: quia eſſentia diuina non eſt perſona ; nec naturæ : quia bene ſequeretur, iſta natura unitur illi naturæ: ergo non ſunt duæ, ſed una natura.

Dub. curioſa.

Reſp. quorūdam.

Soluſio. Duæ ꝓpoſ. Scot.

Reſpondeo ponendo duas propoſitiones: prima, iſta aſſumptio naturæ humanæ ad diuinam, licēt non eſſet ad unitatem compoſitionis, & identitatis; eſſet tamen ad identitatem unionis naturæ cum natura . Pro quo notandum, quod triplex eſt unitas, ſeu unio, ſcilicet compoſitionis, identitatis, & hypoſtatica, ſeu unionis: Vnio identica, eſt idē titas aliquorum formaliter diſtinctorum; unitas compoſitionis , eſt unitas aliquorum , quæ uniuntur ad componendum aliquid ; ſed unitas unionis , eſt unitas aliquorum , quorum unum unitur alteri . & iſta unitas, eſt naturæ in uerbo.

Triplex unio componis i. dētitatis & hypoſtati.a.

Cur cōgruū fuerit ſolum filiū icarnari.

Quadruplex unitas in diuinis.

Nota, quòd in diuinis, eſt quadruplex unio . Prima eſt unio identica inter eſſentiam diuinam, & attributa : Secunda unitas ſimpliciter ipſius eſſentiæ cum relationibus. Tertia unio eſt producti intrinſeci, reſpectu producti extrinſeci; ut in productione creaturarum ; quia nihil poteſt producere pater ad extra, quin filius, & ſpiritus Sanctus producant. Iſta ergo unio , eſſet ad unitatem unionis , ſic, quòd natura humana eſſet unita eſſentiæ. Secunda propoſitio. iſta unio naturæ humanæ ad eſſentiam diuinam, eſſet quædam ſpecialis dependentia, ſimilis illi , quæ nunc eſt ad uerbum diuinum . quia ſicut iſta eſt quidam reſpectus extrinſecus, ut terminatur ad uerbum , ſimiliter illa quæ eſſet ad naturam diuinam, & ideo cum arguitur, &c. Reſpondeo , quòd eſſet ad unitatem unionis naturæ, cum natura, & cum arguitur, ſequeretur, quòd natura humana & diuina eſſent unum, & idem. dico quod non. Concedo quòd aſſumptio fieret naturæ cum natura; & hoc propter modum loquendi; quia denotatur , quod naturę inter quas eſt unitas , eſſent eædem realiter , ſed in alia quando dicitur , quòd eſſet aſsumptio ad unitatem unionis naturæ cum natura: deno-

denotatur, quòd ibi eſt unio naturæ humanæ , cum diuina in perſona.

Contra illam reſponſionem arguitur, ſicut benè ſequitur, perſona eſt primus terminus: ergo aſſumptum unitur ad unitatem perſonæ : Similiter bene ſequitur, eſſentia diuina eſt primus terminus unionis : ergo aſſumptum unitur, ad unitatem naturæ . Reſpondeo, quòd licet prima conſequentia ſit bona, tamen ſecunda conſequentia nihil ualet; prima conſequentia eſt , perſona eſt primus terminus unionis : ergo unio terminatur ad perſonam; tamen in ſecunda conſequentia, nō eſt ſimile : quia antecedens eſt uerum , & conſequens falſum. In antecedente ſignificatur , quòd eſſentia ſit terminus unionis ; & in conſequente demonſtratur , quod ſit identitas naturæ cum natura ; & quia non eſt identitas, ideo non ualet. Propoſitio tacta i primo entimemate eſt iſta ſcilicet quicquid unitur perſonæ, unitur ad entitatem perſonæ ; ſed ſic eſt, ꝙ iſta natura , unitur perſonæ uerbi : ergo unitur ad unitatem perſonæ uerbi : totum ſyllogiſmum concedo ; ſed in ſecunda entimemate propoſitio tacta , eſt falſa , quæ eſt iſta : quicquid unitur naturæ , unitur ad unitatem naturæ : patet arguendo quicquid unitur naturæ ; unitur ad unitatem naturæ ; ſed hæc natura aſſumpta unitur naturæ diuinæ: ergo hæc natura aſſumpta unitur diuinæ, ad unitatem naturæ. Et ratio eſt, quia difficultas eſt Grammaticalis , & non realis; ideo propoſitio eſt falſa. quia denotatur , quòd ſit identitas naturarum, ſicut enim quando natura creata unitur uerbo , non informat uerbum, ita ſi natura mea aſſumeretur a natura diuina, non informaret naturam diuinam. Similiter , ſicut natura mea in uerbo, nullorum facit compoſitionem ; ita natura mea, ſi aſſumeretur ab eſſentia ; nullam faceret compoſitionem. quare ergo concedimus primam , & non ſecundam ?

Obiectio.

Reſpondet Scotus, quod ibi eſt difficultas. Ideo diſtinguendum eſt reſolutiuè, quòd ſi natura mea aſſumeretur nunc a natura diuina, iſta aſſumptio non eſſet ad naturam diuinam, in ratione perſonæ; quia eſſentia diuina non eſt perſona: Nec ad identitatem naturæ; quia natura mea aſſumpta , non eſſet eadem realiter cum natura diuina aſſumente: ſed eſſet aſſumptio ad unitatem unionis.

Soluit obiec.

Quæro , ſi natura mea aſſumeretur ab eſſentia diuina , & tres perſonæ diuinæ mediante ipſa eſſentia diuina aſſumerēt iſtam. Vtrum illæ tres perſonæ debeant dici tres homines ?

Si naturæ humanæ uniretur diuinæ q̄nio eſſet hæc.

Dicit Coraldus Monacus quòd ſunt tres perſonæ, habentes humanitatem. Secundo dicit, quòd illæ tres perſonæ, ſunt unus homo: dat exemplum. Si eſſent tres homines , unum habentes indumentum, iſta propoſitio eſſet uera; hi ſunt induti, & tamen , eſſet unum indumentum tantum ; Similiter in diuinis, ſunt tres perſonæ , & tamen eſt ſolum unus Deus. Nota, quòd propoſitio prima. mihi placet , ſed non ſecunda . Nota, quòd dicit de Aliaco , quòd ibi eſſent tres homines, & una natura humana tm̄, primo dicit, tres perſonę habentes humanitatem; tres perſonæ ſunt homines, & tamen una , eſt humanitas.

Secundò quæro, certum eſt ſecundum fidem, quòd ſolum uerbum fuit incarnatum: quæro utrum congruum fuerit ſolum filium incarnari ? Reſpondeo quòd ſic, ratio poteſt eſſe a priori, & a poſteriori : A priori , fuit bonitas diuina, cui placuit uerbum incarnari ; nec alia ratio a priori poteſt dari , niſi uoluntas diuina. A poſteriori , quia ſi pater aſſumpſiſſet naturam humanam , & fuiſſet genitus a uirgine , tunc eſſet filius : & tunc quando loqueretur de filio in ſcriptura , eſſet dubium , an loqueretur de filio non incarnato , an de incarnato . Ideo propter iſtam confuſionem removendam, ne ſimus confuſi in dirigendo orationes noſtras ad aliquam illarum trium perſonarum , congruum fuit filium in diuinis incarnari.

QVAESTIO III.

De poſſētia unius ꝑſonæ reſpectu aſſumptionis plurium naturarum.

CIRCA tertium arguitur. Quærebatur tertio . Vtrum una perſona poſſit aſſumere plures naturas. Certum eſt , quòd tantum uerbum diuinum terminat unionem naturæ aſſumptæ. utrum ſtante illa unione , poſſit aſſumere naturam meam ? Dicit doct. quòd non eſt inconueniens unam perſonam, aſſumere plures naturas. probatur, quia certum eſt, quòd antequàm iſta natura quam habet, aſſumeretur , alia erat aſſumptibilis : ergo modo eſt aſſumptibilis , & per conſequens, poteſt aſſumere plures naturas. pater, licet illa natura fuit aſſumpta, tamen per illam unionem , non terminatur potentia naturæ in iſto: ergo ex parte naturæ, nō eſt repugnantia : nec ex parte uerbi; quia uerbum non ſolum poteſt terminare unam unionem , ſed plures : quia non eſt inconueniens , quòd idem terminus, terminet plures dependentias totales. patet de Deo , qui terminat plures dependentias creaturarum, in genere cauſæ efficientis; & tamen eſt unus Deus.

Diſt præſenti q.4.ar 2. De Baſſolis conuenit cū D. & ponit 4. concl. pro ſolut. cōtrā. 1. Conol.

Pro ſolutione , nota quòd de Baſſolis conuuit cum docto re in iſta quæſt. & ponit quatuor concluſiones. prima eſt iſta quæ dicta eſt, quæ eſt reſponſiua ad quæſtionem , ſcilicet, quòd non eſt aliqua cauſa impoſſibilitatis, perſonam uerbi , aſſumere aliam naturam, iſta manente unita . probatur iſta concluſio ſicut probat de Baſſolis : primo , quia non eſt impoſſibile eundem terminum , plures relationes terminare : ergo uerbum diuinum poteſt terminare plures uniones . Secundo ſic, ſicut non eſt impoſſibile eandem naturam aſſumi a tribus ſuppoſitis ; ita non eſt impoſſibile idem ſuppoſitum aſſumere plures naturas ; ſed poſſibile eſt eandem naturam aſſumi a tribus ſuppoſitis . ergo non eſt impoſſibile, idem ſuppoſitum aſſumere plures naturas: iſta. Secunda ratio eſt falſa: quia Scotus non concederet minorem. Tertio ſic , duo accidentia eiuſdem rationis poſſunt dependere ad idem ſubiectum : ergo duæ naturæ , poſſunt dependere ad eundem terminum, probatur antecedens, de duobus luminibus , & duobus phantaſmatibus, & duobus actibus intelligendi , patet cō ſequentia, quia iſta dependentia eſt ſimilis illi, quæ eſt accidentis ad ſubiectum . Quarto probatur, ſi eſſet aliqua repugnantia , uel eſſet ex parte naturarum , uel ex parte uerbi ; non ex parte naturarum ; probo, quia aliqua natura (ut mea) poteſt habere dependentiam ad uerbum ſimul, cum illa quam nunc habet ; probo quia ſi repugnaret unam naturam uniri cum alia , ad eandem perſonam, hoc eſſet , quia utique repugnaret dependere actualiter: & referri ad eundem terminum: quod eſt falſum: ergo natura mea poterit aſſumi a uerbo: Nec ex parte uerbi, quia per hoc quod eſt uerbum terminare plures dependentias, nihil poneretur in eo, niſi plures relationes rationis, uel nullam, ſi teneamus , quòd terminare non ſit relatio rationis: ſed ſolum terminare, eſt terminus relationis : & non relatio, quod eſt inconueniens . ſic nulla eſt cauſa impoſſibilitatis in eo quod eſt , perſonam uerbi aſſumere aliam naturam, manente iſta unita. Secunda concluſio ſi natura, quę aſſumerentur a uerbo eſſent eiuſdem rationis . ergo & dependentia. patet conſequentia, quia unitas relationis , non attenditur niſi penes unitatem termini, & fundamenti. Sed tūc per caſum, ibi eſſent idem terminus , & fundamentum : ergo eſt eadem relatio : ergo eadem dependentia illarum duarum naturarum. Similiter, dependentiæ eſſent eiuſdem rationis : & nunc uerbum habet naturam aſſumptam , & uerbum aſſumeret meam , & iſtæ eſſent eiuſdem rationis : ergo & dependentiæ. patet, quia terminus, & fundamentum ſunt eiuſdem rationis .

2. concl.

Tertia concluſio. Si naturæ illæ eſsent alterius rationis, ſimiliter illæ dependentiæ. Nota, quòd uerbum aſſumere plures naturas, poteſt intelligi dupliciter : uno modo plures naturas ſpeciei eiuſdem; & eſt poſſibile: & eſt ſimiliter, poſſet aſſumere plures naturas alterius ſpeciei : probatur concluſio , quia diſtinctio relationis , attenditur penes diſtinctionem terminorum primo : Sed an ſit aliquod impoſſibile uerbum diuinum aſſumere infinitas naturas. ſiue eiuſdem ſpeciei , ſiue alterius ? Nota quòd de Baſſolis quærit in primo ; utrum poſſit produci infinitum a Deo . Reſpondet de Baſſolis, quod non eſt inconueniens infinitum in actu poſſe produci ; nos autem tenemus oppoſitum, & Thomiſtę. etiam, dicit ergo de Baſſolis , cum Deus poſſit producere infinitas naturas, uerbum poſſet illas naturas aſſumere. Quicquid tamen ſit de hoc , dico quòd ſi eſſet hoc poſſibile; Verbum diuinum poſſet iſtas infinitas aſſumere, ſiue ſint eiuſdem ſpeciei, ſiue non.

3. concl.

An uerbū diuinū poſſit aſſumere infinitas naturas.

Arguitur, quòd non ſit poſſibile, uerbum aſſumere plures naturas : quia ſi acciperet duas, uel eſſet unus homo, uel plures: ſed neutrum eſt dicendum : ergo non poteſt accipere plures naturas. Non unus homo , probo, quia ibi eſsent plures naturæ : non enim eſt ponenda aliqua natura , quæ ſit, & non ſit in aliquo ſuppoſito ; ergo eſsent plures homines. Nec eſsent plures homines , quòd probo , quia aliquis habent plures ſcientias , non eſt plures ſcientes, ſed unus ſciēs: ergo ſimiliter hic , cum hic ſit unum ſuppoſitum , licet ſint plures naturæ : ergo non poteſt aſsumere plures naturas.

Ad argum. prin. 1. arg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Solutio prima principalis ex Richard.

Pro solutione. nota quòd communis opinio antiquorum, quam communiter tenent antiqui, est, quod uerbum diuinũ, potest assumere plures naturas; & ad istud argumentum respondet Richard. & dicit, quòd uerbum, tunc non esset unus homo, non plures homines. Contra arguitur; unum, & multa sunt opposita, immediata circa ens in communi: ergo circa quodcunque ens in particulare; cum homo sit unum ens, ergo de quocunque ente poterit concedi, quòd erit unus homo uel plures: patet, quia quodcunque consequuntur aliquod cõmune, consequuntur etiam particulare. Secundo bene sequitur; Iste homo, uel est unus homo, uel non est unus homo; pro bo, quia sunt contradictoria, & inter contradictoria nõ est da re medium, si dicas, quòd non est unus homo: ergo est plures homines; quia inter unum, & non unum, non est medium: qa bene sequitur est non unum. ergo plures.

Solutio D. Thom.

Consequenter, ponit sententiam D Thomæ, qui dicit, q̃ isto casu posito, tunc uerbum esset unus homo tantum, & nõ plures homines, si non esset nisi unum suppositum, non esset nisi unus homo. Doct. improbat ipsum, & uult probare contra dictionem sancti Thomæ, quia si uerbum assumeret plures na

Improbatio

turas, uerbum esset plures homines; Et hoc fit; quia si propter unitatem, uel pluralitatem suppositorum, sequitur unitas vel pluralitas naturarum: ergo in diuinis essent plures naturæ, cũ sunt tria suppositа. similiter essent tres dii, cum sunt tres personæ. patet. quia ad unitatem, uel pluralitatem suppositorum sequitur per te unitas, uel pluralitas naturarum: ergo in diuinis essent plures Dii: quod non concederet B. Thom.

Resp. Scoti.

Ideo respondendum est cum Scoto, q̃ si uerbum assumeret plures naturas, uerbum esset plures homines, & unus habens plures humanitates. & ista responsio, est similis illi, quæ ponitur de spiratione in primo. dist. 12. q. 1. Et respondet ibi Doct. cum quæritur, utrum ista sit uera. Pater, & Filius sunt plures spiratores, & uidetur probari:, quia sicut sequitur, est unus spirans. ergo est unus spirator, uidetur etiam sequi. sunt duo spirantes: ergo duo spiratores. Similiter hic; si uerbum assumeret tres naturas, essent tres homines, & unum habés tres naturas. dicit ibi, quod omne dependens. dependet ad aliud omnino, & simpliciter independens. & ideo si sint aliqua duo æquè dependentia, unum non terminaret dependentiam alterius; sed ambo dependent ad unum tertiũ, ut si in eodem esset calor, & albedo: calor non terminaret dependentiam albedinis: sed substantia terminaret dependentiam illorum duorum. Ad propositum, cum adiectiuum dependeat ad substantiuum, si sint duo adiectiua, unum illorum non potest terminare dependentiam alterius. ideo dico, quòd si adiectiuum ad datur substantiuo, ut terminus numeralis, duo, iungatur homini, & dicamus, duo homines, tunc sunt plures humanitates; & si duo, addatur adiectiuo, eius significatum, non ponitur circa significatum illius adiectiui, sed ambo dependent ad unum tertium, ut si dicatur duo habentes albedinem. Et cum quæritur. utrum Pater, & Filius sint duo spiratores. Respondetur quod sunt unus spirator, qa in eis est una uis spiratica. Similiter dicitur, Pater & Filius, sunt duo spirantes quia spirans, est adiectiuum, & duo non ponit significatum suum circa spirantes.

Non omne dependit terminũ ad indepẽdes.

Vnũ adiectiuum non terminat aliud. sed substantiuũ terminas utrũque.

Si uerbũ assumeret tres humanitates cõe tres homines.

Ad propositum, si uerbum assumeret tres naturas humanas; & dicam, uerbum est tres homines: propositio est uera: quia tres. est adiectiuum, & tunc adiectiuum hoc, tres, ponit significatum suum circa homines: Ideo ista est uera, uerbum est tres homines. si habeat tres naturas: & si habeat duas humanitates, uerbum diuinum est duo homines. non sic autem est, cum dico, uerbum, est duo habentes humanitatem: quia sensus est, uerbum est duo suppositа: habentia humanitatem: & hoc est falsum: ergo illa est falsa. Et si arguitur. Verbum est duo homines, concedo: ergo uerbum est duo habentes humanitatem. dico quòd antecedens est uerum, & consequens falsum, quia quando ly, duo, cadit supra subiectum, ponit significatum suum, & cadunt ambo illa adiectiua, ad unum substantiuum, scilicet, ad suppositum: & quia non sunt plura suppositа, ideo ista est falsa, verbum est duo habentes humanitatem. Similiter in diuinis, non sequitur est unus Deus ergo est vnus habens deitatem: & sunt plures habentes deitatem. ergo sunt plures dij; consequentia nihil uale. quia plures, & habentes, sunt duo adiectiua, quæ ponunt significatum suum, circa substantiuum. Nota, quòd cum Scotus hic dicit, in propria solutione. Ideo dico tertio modo, sicut dictum est, &c. non est intelligendum, quòd Scotus uelit dicere, quòd sicut nos debemus dicere, quòd Pater, & filius, sunt unus spirator. Ita hic debeamus dicere, si uerbum diuinum assumeret plures naturas, quòd esset unus homo: sed uult Scotus, quòd hic debemus dicere, simili modo, sicut dictum est de spirare; quia re uera, debemus dicere audacter, uerbum est tres homines, si uerbũ haberet tres humanitates; prima propositio quotiescunque adiectiuum plurale de substantiuo prædicatur, tunc illi adiectiuũ, denotat formam significatam per adiectiuum, plurificari: ut duo spiratores, duo homines: Secunda quãdo adiectiuum plurale, uerificatur de adiectiuo, non denotat formam significatam per adiectiuum, plurificari; ut duo spirantes.

Nota duas ppositiones Scoticas.

Sed contra. quia natura habet unitatem a suppposito: ergo si sit unum suppositum, est una natura. unde bene sequitur, sunt decem suppositа. ergo decem naturæ: ergo si non sit nisi unũ suppositum. sequitur quòd non est nisi una natura; sed ibi nõ est nisi unum suppositum diuinum: ergo non erit ibi nisi una natura. Respon. concedendo antecedens, & negando consequentiam: quia licet natura singularis sit prior supposito, tamen non est impossibile plures naturas assumi ab uno supposito, & suppositari una suppositatione.

Dubitatio.

Solutio.

Nota, quòd personalitate intrinseca, non est possibile, eandem naturam personari pluribus personalitatibus: sed non est inconueniens, plures naturas personari, una personalitate extrinseca: ut si natura mea, & alia natura, assumerentur a uerbo diuino, utraque personaretur personalitate uerbi, quæ esset personalitas extrinseca. De Bassolis arguit, quòd sit impossibile unum suppositum assumere plures naturas: arguit sic; duo accidentia non possunt dependere ad plura subiecta: ergo. Nego antecedens, probatur per Aristotelem: de hoc uidebitur.

Not.

QVAESTIO IIII.

CIRCA quartum quæritur, utrum suppositũ creatũ, &c.] Nota primo quod unio hypostatica, est idem, quod unio suppositalis: ita quòd hypostatis Græcè, idem est quod suppositum latinè. Nota secundo quòd unio, est triplex, scilicet personalis, suppositalis, & substantifica; unio personalis, est unio alicuius naturæ, quæ nata est personari personalitate propria & personalitate extrinseca: sicut est unio naturæ humanæ nunc ad uerbum. Nota tertio, quod differentia est inter ista duo, unio personalis, & unio ad personam; quia unio personalis, est quando aliqua natura nata est personari in se, & personatur personalitate extrinseca; sed unio ad personam est, quando natura non est nata personari in se, ut si agnus uniretur uerbo, esset unio suppositalis. Vnio substantifica, est unio alicuius naturæ, quæ non est nata suppositari, nec personari: sicut quando accidens unitur subiecto, est ibi unio substantifica. Et istæ tres uniones sic se habent per ordinem, q̃ vnio per sonalis, est prima.

Not. 1.

Not. 2.

Triplex est unio.

Not. 3. Differentia inter unionem personalem et ad personam.

Pro decisione huius q. ponit Doct. unam distinctionem. Aduerte tamen, quòd in ista quæstione secundum de Nogento. Doct. est problematicus, quia non magis declinat ad vnam partem, quòd ad aliam. Ideo utranque partem, Doct. tenet. Nota tamen, quòd de Bassolis dicit, quòd magis tenenda est pars affirmatiua. Ponitur: ergo distinctio: Sustentare naturam, potest capi dupliciter, uno modo effectiue, alio modo formaliter, siue terminatiue. Effectiue, illud sustentibeat, q̃ facit illam unionem. Formaliter sustentat & terminatiue, quod terminat illam unionem. Exemplum primi, tota trinitas causat illam unionem: Exemplum secundi, uerbum diuinum, nũc terminat illam unionem: Prima propositio, tota trinitas subsistentat istam minorem in Christo, & facit ipsam esse subsistentatã, ideſt tota trinitas. fecit mentionem in Christo, inquantũ causant unionem cum uerbo. Secunda propositio, uerbum diuinum subsistentat naturam humanam in Christo, secundo modo; ideſt terminat illam unionem: patet quia subsistentare isto modo nihil aliud est, nisi terminare illam unionem: sed uerbũ terminat illam unionem: ergo &c. Tertia propositio respondet ad quæstionem, accipiendo primo modo subsistentare, impossibile est, suppositum creatum sustentare aliquam naturã creatam, ideſt facere illam minorem. Natura mea non potest assumi ab alia natura creata sic, quòd ista assumptio, possit fieri a natura creata. probatur, quia aliqua natura, ad hoc quod est subsistentari, est præcisè in potentia obedientiali Dei; & cũ habeat inclinationem naturalem ad hoc, ut suppositatetur in me, tunc esse violenter in supposito alieno, sicut patet de graui in loco sursum. sed potentia obedientialis, non respicit potentiam creatam, sed solum potentiam in Deo. ergo natura creata non poterit uniri alicui nisi a Deo, eo quod illa potentia obedientialis solum respicit Deum. Ex ista propositione.

Doct. videtur problematicus in hac quæst. Sustentare naturã dupliciter.

Ponuntur ppositiones. 1. Prop. 2. Prop.

3. Prop.

Potentia obedientialis in creaturã respicit solã potẽtiã Dei.

In creatura ẽ una tantũ potẽtia obediẽsialis ad Deum.

4. prop.

Opi. Var. in isto ar.

Not.

Scot. rephat opin. Varr.

Illapsus duplex.

3. prop. quæ negabitur.

1. rõ ad phationẽ quintæ proponis.

2. rõ ad idẽ.

3. rõ ad idẽ.

Vide circa hoc reg Sco. 49. d. 4. q. 14. G.

tione, habemus, quòd in creatura, non sunt ponendæ plures potentiæ obedientiales, sed solum una ad Deum; quia si essent ponendæ plures, referrentur ad istam creaturam, & ad illam, & ad illam, &c. Ideo de Bassolis probat istam conclusionẽ & ratio sua est talis. Non magis terminatur accidens adhoc, q̃ est inhærere, quam suppositum, ad hoc quòd est suppositari proprio supposito. certum enim est, quòd in hoc conuenirent omnes Doctores Theologi, q̃ nulla uirtus creata potest facere istam unionem. Quarta propositio accipiendo secũdo modo sustentare: nullum suppositum potest sustentare alienã naturam creatam. Nota, q̃ difficultas est in isto articulo, quoniã dicit Varro, q̃ hoc fecundo mõ accipiendo sustentare nullum suppositum potest sustentare aliquam naturam creatam. & probat sic ipse Varro, quicquid terminat talem dependentiam specificalem naturæ creatæ, oportet, q̃ sit ens illimitatum, & q̃ contineat perfectionem alterius naturæ: Nullum suppositum creatum est illimitatum, neque continet perfectionem alterius naturæ creatæ: ergo non potest sustentare aliquam naturam creatam; probatur maior, quia ideo dicimus, quòd uerbum terminat dependentiam naturæ assũptæ, quia continet perfectionem naturæ humanæ. Item, etiam verbum est illimitatum. Probatur etiam minor, quia quicquid ẽ totum, est limitatum.

Nota q̃ hic est difficultas, utrum Angelus contineat totã perfectionem meam, & cum hoc ultra. Respondet Varro, q̃ non, quia sequeretur quod species non distinguentur nisi per negationes; patet quia si quæratur, quid est homo? est illud qđ non habet totam perfectionem: sed hoc est falsum.

Consequenter Doct. improbat opinionem Varronis, argumentando sic. Verbum diuinum, secundum illam rationem, secundum quam terminat unionem, non est infinitum: patet, quia secundum filiationem terminat; sed filiatio non est formaliter infinita, quia si esset infinita, aliqua perfectio esset in filio, quam non haberet pater, quod est falsum. ergo ad terminandum unionem non requiritur perfectio, in terminando unionem.

Secundo arguit Varro, probando q̃ suppositum non possit sustentare, & hoc sic. Solus Deus potest ibi creaturę illapsu generali; quia nulla creatura potest conseruare creaturã istam; ergo illapsu speciali. Nota quod duplex est illapsus, scilicet specialis, & generalis, generalis, est conseruatio ipsius Dei respectu creaturæ: ut Deus credat me nunc. & conseruat; & si cessaret me creare, non conseruaret. Illapsus specialis est ista infirmitas alicuius suppositi diuini, ad naturam humanam. Respondet Doct. q̃ ista ratio, supponit, q̃ conseruatio, respiciat efficientiam Dei, non tamen dependentia specialis respicit causalitatem: patet de accidente, quod non respicit aliquam efficientiam in subiecto: quia subiectum potest illabi accidenti, & tamen nullam efficientiam habet respectu illius accidentis, saltem de accidente absoluto.

Quinta propositio, non est possibile, suppositum creatum sustentare naturam creatam, accipiendo sustentare. secundo modo, ut suppositum meum, non potest terminare istam dependentiam naturæ creatæ, sicut uerbum modo facit: probatur primo sic, quandocunque sunt aliquæ naturæ creatæ unibiles, semper una est potentia respectu alterius, sic, q̃ nunquam remanent inconfusę: sed ista, quæ uniuntur ista speciali unione, sic se habent, q̃ unum non se habet ut potentia, & aliud ut actus: ergo duæ naturæ creatæ non possunt uniri, ista speciali unione. Secundo sic, quicquid est terminus istius dependentiæ, oportet quod sit simpliciter independens: nullum suppositum creatum est huiusmodi: ergo non potest terminare istam specialem dependentiam. maior probatur, quia ista dependentia, non est similis illi, quæ est causati ad causam: qa in ista, aliquid potest terminare, quod non est simpliciter independens, non sic est in illa speciali dependentia: minor probatur, quia quod habet creatura dependet ad aliud, tertio sic, duæ naturæ substantiales completæ, in prædicamento substantiæ, quarum una sit naturalis alicui supposito, altera uero accidentalis. illæ sunt incompossibiles supposito illi, ergo &c. patet antecedens, quia postquam una natura, est naturalis illi supposito, altera natura non potest sibi competere nec per se, nec per accidens; patet, quandocunque aliquid conuenit alicui per se. aliud non poterit sibi conuenire nec per se, nec per accidens. Et si arguatur: ergo uerbo diuino non poterunt uniri duæ naturæ, tanquam aduentitiæ. Respon. q̃ non est simile: quia quomodo duæ naturæ assumuntur a uerbo, illæ duæ sunt aduentitiæ.

Consequenter Doct, improbat istas rationes, & primo respondet ad primam, cum arguitur quæcunque, &c. Negatur consequentia, & cum probatur, quandocunque sunt aliquæ naturæ creatę, &c. Nego illam propositionem: est quidem verum, de materia, & forma; non tamen vniuersaliter. Ad secundam rationem. Respon. negando maiorem, exemplum, subiectum terminat dependentiam accidentis ad subiectum: & tamen subiectum non est simpliciter independens: immo quodcunque subiectum, dependet ad Deum: sed solum requiritur, independentia secundum quid. Ad tertiam rationem, cum arguitur, impossibile est duas naturas substantiales, &c. Nego illam propositionem, & dico, q̃ possibile est duas naturas esse in uno supposito, quarum una est naturalis, & alia aduentitia: ut in uerbo; similiter, si ego sustentarem aliam naturã; natura mea esset mihi consubstantialis. & connaturalis: & alia natura assumpta a me, esset aduentitia. Nec ualet enatio illa qua probatur: quia quandocunque sunt duæ naturæ, quæ habent repugnantiam ex rationibus formalibus, habent etiã repugnantiam, ut per accidens insint alicui tertio: patet de albedine, & nigredine, quæ quia repugnant per se, ut sint in eodem subiecto: sic habent repugnantiam per accidens, inter se, si ergo natura mea, & natura illius, repugnant, ita q̃ non possunt esse in me: ergo ita repugnant uniri uerbo, q̃ tamẽ tu non concederes.

Sco. reprobat duas rõnes pdictas rationes soluit.

Prima.

6. prop. D. Suppositum creatum per Dei potẽtiã pot terminare dependẽtiã alterius naturæ creatæ.

Opi. de Bassolis præsenti d. q. 6.

De Bassolis ponit 4. cõcl.

Ideo Doct. ponit aliam propositionem quam teneo, & est sexta. Si igitur nulla appareat ratio impossibilitatis, quare suppositum creatum non possit sustentare duas naturas, propriam, & sibi extraneam, faciente Deo illam unionem, non est hoc, ut impossibile ponendum ipsi Deo. & cum non appareat impossibile, esse suppositum creatum terminare dependentiam alterius naturæ creatæ, ut patet: ideo illud non ẽ ponendum impossibile Deo, cuius non apparet aliqua repugnantia, etiam patet, quia ad terminandum huiusmodi dependentiam sufficit aliqua entitas subsistens; modo natura mea, & subsistãtia completa, est per se subsistens: ergo suppositũ creatũ, potest sustentare aliam naturam. Probat sic de Bassolis, & arguit sic, non magis determinatur accidens ad hoc, quod est esse in subiecto, quàm natura creata, ad hoc, q̃ est suppositari proprio supposito: probatur, quia sicut accidens habet inclinationem naturalem, ad depẽdere ad subiectum, ita natura mea habet inclinationem naturalem ad propriam personam: sed non repugnat accidenti, q̃ actualiter inhæret subiecto. quod est alterius naturæ: ergo non repugnat naturæ suppositari actualiter alieno supposito. Et ponit de Bassolis quatuor conclusiones, prima, nõ apparet ratio impossibilitatis, suppositum creatum terminare unionem alterius naturæ creatæ. Secunda, unio istius naturæ creatæ, habet pro termino rationem singularitatis, & non suppositi. Nota, q̃ si suppositum terminaret dependentiam alterius naturæ, ratio terminandi illam unionem, esset differentia individualis: & ratio ultima terminandi, esset ratio suppositalis sicut dicit de Bassolis Tertia conclusio, ista unio, quo ad aliquid, est similis unioni, quæ est naturæ humanæ ad uerbum, & quo ad aliquid est dissimilis; patet ponamus, q̃ ego assumam aliquam naturam: ista unio est similis unioni illi, quæ est ad uerbum: quia sicut illa, quæ est ad uerbum, est alicuius naturæ, quæ est communicabilis, ad aliquod suppositum incommunicabile, sic hac. Esset dissimilis, quia terminus formalis unionis naturæ in uerbo, est aliquid incommunicabile, scilicet filiatio: Sed istius unionis, terminus esset aliquid communicabile: & natura individua. Quarta conclusio. Ista unio naturæ creatæ, ad suppositum creatum, est alterius rationis ab illa, quæ est naturæ ad uerbum diuinum. patet, qa termini sunt alterius rationis: ergo uniones. patet, quia diuersitas relationum, attenditur penes terminorum distinctionẽ: patet concl. quia terminus illius unionis, e st filiatio: terminus istius unionis, est differentia individualis.

Sco. uidetur problematicus in hac qõne.

Ad argum. prin. ante oppositum sustinẽdo partẽ negatiuã 1. arg.

Sol. 1. arg.

¶Si teneatur pars negatiua, &c.]

Postquàm Doctor superius tenuit utranque partem istius quæstionis, si teneatur q̃ suppositum creatum non posset sustentare aliam naturam creatam. Respondet Doct. ad argumẽta ante oppositum. ideo cum arguebatur, maior proportio naturæ creatæ, &c. Sed suppositum increatum potest sustentare naturam creatam: ergo suppositum creatum poterit sustentare naturam creatam probatur maior, quia utrunque est finitum. & quando natura creata assumitur a uerbo alterum finitum, alterum est infinitum. Secundo probatur maior, quia natura creata, & suppositum creatum, utrunque est absolutum: quando autem suppositum increatum, assumit naturam creatam, unum est relatiuum. Probatur minor, quia sic credimus de facto. Resp. per unam distinctionem, & tres propositiones.

Proportio duplex.

nes, distinctio: duplex est proportio: quædam est conuenientiæ, quædam alicuius naturæ dependentis, ad aliquod subsistens, independens: prima est, quando est conuenientia inter aliqua ut inter duo alba, est maxima conuenientia: quia maxime cõ uenium loquendo de secunda proportione maxima: proportio est inter accidens, & subiectum; & non est proportio conuenientiæ. quia magis conueniunt duo homines, quàm homo & albedo. Prima propositio. naturæ creatæ ad suppositum

1. Prop. Sco

creatum est maior conuenientia proportionis; quia utrunq; est finitum, utrunque est absolutum: natura autem creata, & uerbum, non sic se habent: quia alterum est respectiuũ. s. uerbum & alterum absolutum. scilicet naturæ. Secunda propositio. maior est proportio dependentiæ, naturæ dependentis ad aliud subsistens increatum, quàm creatæ ad suppositum creatum: quia quodlibet suppositum creatum est dependens; ideo non est proportio, quæ requiritur ad terminandum unionem

2. Prop.

Ad formam distinguitur maior, quia uel intelligitur de proportione conuenientiæ, & sic concedo: uel alicuius dependentis, ad aliud independens; & sic nego. & cum probatur maior, quia natura creata, &c. Respondet D. ponendo tertiam propositionem, absolutio non facit istam sustentationem, sed magis requiritur in termino independentia. & licet suppositum creatum sit absolutum. & suppositum increatum sit respectiuũ, hoc nihil facit ad terminandum istam unionem. Ista responsio parum ualet, ego magis sum de alia.

Solutio argumenti.

2. Arg principale.

Secundo arguitur sic. omnem perfectionem limitatam potest Deus tribuere creaturæ; quia non repugnat sibi: sed posse terminare dependentiam alterius naturæ est perfectio limitata, & non repugnat creaturæ. ergo non repugnat supposito creato. patet maior, quia ex eo, q̃ non repugnat, cum Deus possit facere quicquid non implicat contradictionem, Deus poterit dare supposito creato talem perfectionem. Respondetur, q̃ duplex est perfectio, quædam est, quæ nõ repugnat creaturæ, quæ est omnis perfectio creata: Alia quæ repugnat creaturæ, quæ est illimitata: sicut est potentia, creandi. Nam potentia, creandi, est uirtus infinita, scilicet uoluntas infinita; & istam perfectionem, Deus non potest dare creaturæ. quod est contra nominales. minor probatur, quia non ponit infinitatem, patet, quia suppositum creatum suppositare naturã creatam, non est nisi terminare; ergo non ponit infinitatem. Respon. cum arg. omnem perfectionem, &c. concedo maiorem. Pro materia argumenti, dico, istam propositionem, quamuis utrunque oppositorum sit limitatum, tamen cum hoc stat, q̃ duo opposita non possunt esse simul in eodem; ut patet de albedine, & nigredine, quæ sunt entia limitata, tamen non possunt esse in eodem. patet, quia licet duo contraria, non ponant infinitatem, tamen hoc est propter repugnantiam illiorum duorum contrariorum, ex suis rationibus formalibus.

Duplex perfectio.

Quã perfectionẽ potest Deus dare creaturæ & quã non.

Solutio secũdi argum.

Similiter licet duæ naturæ creatæ sint finitæ, tamen quia est repugnantia, est incompossibile, q̃ in aliquo supposito, sit aliqua natura per se; & in illo sit aliqua natura aduentitia, hoc non est possibile. Et ideo cum arguitur omnem perfectionẽ, &c. sed sic est, &c. Ad unionem dico, q̃ uerum est, q̃ non ponit aliquam infinitatem, tamen est repugnantia inter illas duas naturas. Contra duæ naturæ sunt compossibiles in supposito increato: ergo in supposito creato; nego. quia quando suppositum meum terminat dependentiam naturæ, ista natura esset aduentitia, & natura mea esset essentialis mihi, & si essent duæ naturæ humanæ in uerbo, ambæ essent aduentitiæ.

Obiectio. Solutio.

Tertiũ arg. princip.

Tertio sic, probando q̃ sit possibile, angelum terminare dependentiam naturæ meæ, & quòd natura perfectior, possit terminare naturam imperfectiorem. Arguitur sic. quod est perfectius altero, potest terminare dependentiam imperfectioris: sed quodlibet superius, continet perfectionem inferiorum: ergo &c. Nota, q̃ aliquid esse superius, potest intelligi quadrupliciter. Vno modo localiter. Secundo modo, in dignitate, ut prælati sunt superiores. Tertio modo, in prædicatione; ut animal, est superius ad hominem. Quarto modo secundum perfectionem, ut quando aliquid est perfectius altero; & sic Deus, est superius ad creaturam; similiter Angelus, est superius ad hominem: & sic inter species est ordo superioris, & inferioris; & sic accipitur hic. Respondeo, si uelim tenere istam opinionem, q̃ non, omne superius continet totam perfectionem inferioris. Nota, q̃ duplex est superius in perfectione, qdam est quod continet totam perfectionẽ inferioris; ut Deus, continet totam perfectionem inferioris; ut Deus, continet totam perfectionem cuiuscunque creaturæ. & istud est supremũ simpliciter. Aliud est, quod non continet totam perfectionem

Aliquid est superius altero quadrupliciter.

Sol. 3. princ.

Superius in perfectione duplex.

inferioris; ut licet homo sit perfectior asino, tamen asinus continet aliquam perfectionem, quam non habet homo. Ideo ad formam cum arguitur. Quod est perfectius altero, &c. Distinguo, uel illud superius contineat totam perfectionem inferioris, ut Deus. & sic concedo materiam, uel non contineat totã perfectionem, sicut est una creatura, respectu alterius creaturæ; & sic nego. patet de asino, & homine, ut dictum est.

Ad arg. ad oppositũ sustinendo partem affirmatiuã ut probabiliorem. Cõcl. pro parte affirmatiua.

Contra D. facit argumentum ad oppositum, si teneamus aliam uiam, quæ est probabilior, ponemus conclusionem. Non apparet repugnantia, suppositum creatum sustentare posse aliam naturam creatam. Contra istam conclusionem arguitur sic. quandocunque duo sunt adæquata proportionabilia, si unum non possit multiplicari, nec reliquũ: sed sic est, q̃ suppositum creatum, & natura creata sunt maximè proportionabilia: ergo si suppositum creatum non multiplicatur, nec natura: ergo plures naturæ non poterunt esse in eodem supposito creato. patet maior, de homine, & risibilitate, si per impossibile, homo non possit multiplicari, & homo non multiplicetur, nec risibilitas. Similiter, patet de essentia diuina, & sua communicabilitate Minor patet. quia suppositum creatum ẽ illud, quod terminat inclinationem naturæ: ergo si suppositũ creatum remaneat immultiplicatum, etiam natura est immultiplicata.

Sol. argum. in oppositũ ex parte affirmatiuam & ponit 3. propositionem. 1. Prop. 2. Prop. Vna natura creata, non pot supponi pluribus suppositis simul. 3. Prop.

Respon. ponendo tres propositiones, prima est, inter suppositum creatum, & naturam creatam, non est ita præcisa proportio, quin suppositum creatum possit terminare dependentiam alterius naturæ: & licet inter naturam meam, & suppositum meum, sit proportio; tamen non est ita præcisa proportio, quòd non possit terminare dependentiam alterius naturæ: Secunda propositio nulla natura creata potest suppositari, uel personari pluribus personalitatibus; & possibile est aliquã suppositum habere plures naturas sic, q̃ suppositum sit unum & sint plures naturæ. Tertia propositio impossibile est unam naturam simul personari pluribus personalitatibus probatur quia licet una causa possit terminare dependentias plurium causatorum, ut patet de diuina essentia, quæ terminat dependentiam omnium causatorum: non tamen plures causæ in eodem ordine, & genere causæ, possunt terminare dependentiã unius causati. ut plures soles non possunt causare eundem hominem: quia pluralitas causarum; arguit pluralitatẽ effectuũ, & non e contra. Idem ergo suppositum potest terminare dependentiam plurium naturarum, non autem plura supposita dependentiam unius naturæ. Pro secunda conclusione Respõdetur, cum arguitur sicut impossibile est, quòd unum causatum dependeat pluribus dependentiis totalibus; ita dicendũ est hic, quòd impossibile est, quòd plures naturæ dependeãt pluribus dependentiis ab eodem supposito. Respondeo dicendo quod uera est si sit præcisa, & adæquata proportio; & si nõ nego. modo sic dico, quòd est aliqua proportio, tamen est possibile suppositum non multiplicari multiplicatis naturis.

QVAESTIO V.

Regula generalis in Sco. Doctrina.

QVAERO quinto, utrum ratio formalis. Nota quod regula generalis in doctore est, quòd omnis relatio realis, actualis, habet fundamentum, & terminum actualem.

Relatio duplex.

Nota quod duplex est relatio, scilicet realis, & est quæ habet esse sine operatione intellectus; & ista est duplex scilicet actua lis, quæ requirit extrema actu, ut paternitas, & filiatio; alia ẽ aptitudinalis, quæ non requirit de necessitate extrema in actu; ut risibilitas, non requirit quod actu rideat. Relatio actua

Relatio actualis duplex.

lis est duplex, scilicet extrinsecus adueniens, & intrinsecus: relatio intrinsecus adueniens est, quæ de necessitate ponitur, positis extremis: ut positis duabus albedinibus, in quacunque etiam distantia, de necessitate, ponitur similitudo. Relatio

Relatio extrinsec. aduenies qd requirat ad solum esse. Vnio naturarũ Diuinæ, & humanæ in Christo ẽ relatio actiua.

extrinsecus adueniens est, quæ non necessariò ponitur, positis extremis, scilicet posito fundamento, & termino; sed præter illa, requiritur aliquod extrinsecum, scilicet debita approximatio: ut patet de igne, & stupa. Cum ista unio, quæ est in Christo, sit relatio realis, actualis extrinsecus adueniens, oportet sibi dare fundamentum, quod est natura creata; & terminus, est uerbũ. Nota ulterius, q̃ cuiuslibet relationis, duplex est terminus, scilicet totalis, & formalis. Totalis, est ille, qui terminat totaliter: ut hic, persona uerbi, est terminus totalis; Forma lis, est illud, per quod conuenit termino totali, q̃ sit terminus talis relationis; ut essentia diuina est terminus formalis, per quem conuenit patri generare.

Cuius relationis duplex terminus.

Quæro ergo utrum formalis ratio terminandi unionem naturæ humanæ ad uerbum, sit proprietas eius relatiua. Cum in

uerbo

Tit. quæst.

uerbo, non sit nisi natura diuina, & proprietas personalis: quæro, an essentia diuina sit terminus formalis, uel proprietas relatiua, doct. dicit, quòd terminus formalis terminandi istam unionem, est filiatio: patet, persona uerbi assumit istam naturam; Pater & spiritus sanctus non assumunt: ergo assumit per aliquid per quod differt a Patre, & Spiritu sancto, sed hoc est per filiationem: ergo filiatio est terminus formalis istius unionis. probatur consequentia: quia si essentia diuina esset ratio formalis, non magis esset ratio quare filius assumeret, quã pater; patet per Anselmum disputantem contra Græcos, qui sic arguit, uel spiritus Sanctus procedit a patre inquantũ ẽ Deus uel inquantum est Pater: & ex isto argumento, arguo q̃ in filio non sunt, nisi essentia, & filiatio: probatur quia tunc Anselmus committeret fallaciam consequentis. Tunc sic, essentia diuina non est ratio formalis terminandi istam unionem: ergo filiatio est ratio formalis.

Filiatio ẽ rõ formalis terminãdi unionẽ naturæ cũ uerbo. Lib. de processione S. Spũ.

Relationem & essentiã esse præcisè in uerbo, dupliciter intelligitur.

Notandum est quòd relationem, & essentiam, esse præcisè in uerbo, intelligitur dupliciter. uno modo tanquàm constitutiua, alio modo tanquàm constitutum. Dico primo, quòd essentia diuina, & proprietas relatiua, inueniuntur in qualibet persona, tanquàm constitutiua. Secundo dico, quod non solũ essentia, & filiatio intelliguntur in filio, seu persona filii, sed etiam inueniuntur plurima alia tanquàm aduentitia: sicut in creaturis, ut in homine inuenimus humanitatem, & differentiam, & intellectum, & uoluntatem, &c. Similiter in persona diuina, inuenimus octo, primo essentiam diuinam, tanquàm fundamentum. Secundo inuenimus prædicata essentialia in quid, quæ sunt quatuor, primum est ens infinitum, secũdum est existentia, contra Francisc um de Maronis, tertium spiritus, sicut dicit Christus. Deus est spiritus. quartum est uita intellectualis; quia si Deus diffiniretur, in eius definitione ponere ret uita intellectualis. Tertio inuenimus omnes perfectiones essentiales, & omnia attributa; ut scientiam, & intellectum, &c. Quarto relationes originis, ut in filio filiationem, in patre paternitatem. Quinto relationes communes, Idẽtitatem, similitudinem, æqualitatem, circumincessionem, ordinem, distinctionem: Sexto modos intrinsecos, scilicet infinitatem, necessitatem, & sicut multiplicantur attributa, multiplicantur infinitates. Septimo notionalia negatiua, ut in patre ingenitum, in filio & patre inspiratum, in spiritu sancto, improductiuum. Octauo ydeas, quæ dicuntur creaturæ cognitæ, quæ reperiuntur in tribus personis. In ista quæstione sunt duo articuli. Nota, quòd quæstio præsupponebat unum certum, scilicet mysterium incarnationis: & quærebat dubium, sicut debet fieri in omni bona quæstione. Ideo hic sunt duo articuli, primo uidebimus, per quid personæ constituuntur: secundo de quæsito. Quantum ad primum, dico quòd de illa satis tractatur dist. 26. primi libri, & in illa doct. ponit duas uias, & nõ magis declinat ad unam partem, quàm ad alteram. Opinio B. Bonauenturæ est, q̃ personæ constituantur per proprietates absolutas. Franciscus dicit, q̃ si non esset auctoritas ecclesiæ, teneret istam. Opinio communis doctorum, quam Alexander Richar. B. Thomas, & Scotus tenent, est, quòd per proprietates relatiuas. si teneamus istam opinionem, dicemus, q̃ personæ diuinæ, constituuntur per proprietates relatiuas. Pater, per paternitatem, filius per filiationem; & quia nos tenemus, quòd personæ diuinæ constituuntur per proprietates relatiuas; ideo in hac q. hoc tenebimus.

Duo arti. in quæst.

Per quid cõstituũtur personæ diuinæ Opin. 2. Tenet auctor, q. cõstituuntur per relationes.

¶ Quantum ad secundum art. princ. &c.]

Dicendum est, quòd cum in filio sit relatio: scilicet filiatio, & essentia, de utraque potest dubitari, an sit ratio formalis terminandi hanc unionem. doct. adducit opi. Varronis a quo si quæras, quid est illud quod est ratio formalis terminandi unionem, diceret Varro, quod ad hoc quod aliquid terminet hanc unionem, requiritur quòd contineat perfectionem suppositi creati, & quòd natura assumptibilis sit in potentia obedientiali; dicit doct. in prima quæstione huius tertii, q̃ Varro ibi dicebat, q̃ non est repugnantia ex parte uerbi terminare unionem; probat sic, illud quod continet perfectionẽ cuiuslibet naturæ, potest terminare unionem; sed uerbum est huiusmodi: ergo &c. Et sic nunc diceret, quòd essentia diuina, cum contineat perfectionem omnium creaturarum, ipsa erit formalis terminus huius unionis. tamen hoc improbatũ est superius: quia non requiritur ad terminandum istam unionem, q̃ contineat perfectiones creaturarum: sed hoc utiq; requiritur in dependentia causati ad causam: sed in ista non requiritur continentia uirtualis ex parte termini, nec potẽtia obedientialis ex parte naturæ creatæ.

Sed dicendum est, q̃ supposito increato conuenit termina re istam dependentiam, quia est suppositum independens simpliciter, & quia habet entitatem talem, natam terminare talem dependentiam. Ideo dico aliter ad quæstionem, ponendo duas propositiones, prima, essentia diuina non est ratio formalis terminandi istam unionem. secunda, proprietas personalis est formalis ratio terminandi istam unionem. Nota, qd hic doct. non dicit quòd proprietas relatiua, uel absoluta, sit ratio terminandi istam unionem, sed si uelimus tenere opinionem D. Bonauenturæ, dicemus, quòd proprietas absoluta est ratio terminandi unionem istam: si uero proprietas relatiua sit constitutiua personæ, dicemus, q̃ proprietas relatiua ẽ ratio terminandi istam dependentiam: probatur ergo prima propositio, quod scilicet essentia diuina nõ sit ratio formalis terminandi istam unionem, hoc modo. In quocunque suppositum est ratio formalis terminandi istam unionem, terminat istam unionem: sed pater æternus non terminat istam unionem: ergo in patre non est ratio terminandi, &c. sed essentia diuina est in patre: ergo essentia diuina non est ratio terminandi istam unionem: & sic probatur utrunque: ergo.

Resp ad qõnem ponit duas prop.

Not.

Obiectio.

Contra maiorem illam, arguit sic, sumendo minorem, sed sic est quod in uerbo ab æterno fuit ratio terminandi istã unionem, patet, quia ab æterno in filio fuit filiatio: ergo &c. Respondeo, quòd illa maior sic debet intelligi: in quocunque est ratio formalis actu terminans, ipsum in quo est ratio formalis terminandi, terminat. Nolo dicere, quòd in quocunque sit ratio formalis terminandi, illud semper terminet, ut si proprietas personalis sit actu terminans in filio, filius semper terminet, & proprietas non fuit ab æterno actu terminans in filio: licèt filiatio fuit ab æterno in filio.

Solutio.

Doct. adducit unam solutionem, quæ est Varronis, quæ uult habere, q̃ essentia diuina sit ratio terminandi; & proprietas personalis sit ratio, sine qua non Ideo dicit Varro, q̃ essentia diuina est ratio terminandi simpliciter; & proprietas personalis est ratio formalis, sine qua non: ideo essentia diuina, est ratio terminandi in filio, & non in patre. Contra istam solutionem arguit sic: In quocunque est ratio formalis agendi prius natura quàm actio eliciatur, illud erit ratio, & principium agendi: patet de productione spiritus Sancti, & de productione creaturarum; de primo patet, quia dicimus, q̃ spiritus sanctus procedit a patre, & filio, quia in filio est uoluntas, quæ est principium producendi spiritum sanctũ prius quàm pater producat. ideo dicimus, q̃ filius est principiũ productiuum spiritus sancti. Similiter, tota trinitas producit creaturas: & antequàm producat, prius natura tota causalitas est in tota trinitate. Sed sic est, q̃ essentia diuina est in tribus suppositis, & priusquàm ista unio sit facta: ergo pater æquè poterat terminare istam unionem, sicut filius. Præterea, non est ponenda illa causa sine qua non; Respondet iterum ad illam maiorem Varro, & dicit, quòd tres personæ habent essentiam diuinam alio, & alio modo habendi; & propter istum diuersum modum habendi, licet essentia sit ratio formalis terminandi, tamen præcisè est ratio formalis ipsi uerbo, propter dictum modum habendi eam. Et cum arguitur, in quocunque est ratio, &c. distinguo maiorem, uel in illo est ratio formalis secundum eundem modum habendi; & sic concedo; uel est secundum alium modum habendi; & sic nego; modo sic est, q̃ licet essentia diuina sit in filio, sit etiam in patre, tamen quia est in filio alio modo, quàm in patre, ideo nõ est inconueniens, essentiam diuinam terminare unionem in uerbo, & non in patre. Et ideo ad terminare unionem, requiruntur duo, primo q̃ essentia sit in [illegible] q̃ sit debitus modus habendi.

Sol Varr.

Cõtra solut. arguit Sco.

Cur essentia diuina non term net unionẽ in patre, sicut filio secundum Varr.

Contra, cuiuslibet relationis realis, oportet extrema esse realia; sed ista unio est relatio realis: ergo oportet habere extrema realia: sed iste modus habendi est relatio rationis, quare &c. Secundo sic, ista distinctio in modo habendi, est consequens originem personarum; quia scilicet pater habet essentiam a se, quia non producitur ab alio: sed propter istam rationem, una persona non terminat unionem sic, q̃ alia non terminet. patet, ponamus per casum, q̃ pater fuisset incarnatus, & non filius, tunc filius non fuisset incarnatus, & tamen fuisset idem modus habendi essentiam, qui est nunc, qa iste modus hẽdi est necessarius, & istud terminare est contingens; quare propter istum modum habendi dictum, non conuenit uerbo terminare istam unionem. Ideo non requiritur dictus modus habendi essentiam ad istam unionem terminandam. Et dicendum est resolutiuè, q̃ essentia diuina non est ratio formalis terminandi istam unionem.

Scotus. Refellit rõnem Varr.

Con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Consequenter respondendum est ad argumenta: ad primũ cum arguitur, ponendo quòd proprietas personalis non sit ratio terminandi; aliter extra textum. Nulla relatio potest esse ratio formalis terminandi relationem: ergo proprietas personalis non est ratio formalis terminandi istam unionem. probatur antecedens, quia relationis non est relatio, dicit B. Th. q impossibile est unam relationem fundari in alia; & etiã impossibile est unam relationem fundare aliam.

Resp. ad argumenta principalia ad primum. Secundũ D. Tho. una relatio neo fundatur i alia nec fundat aliam. Not. q relatio fundatur in relatione.

Respondeo negando antecedens; ergo relationis erit relatio; concedo. Notandum, quòd non est inconueniens, relationem fundari in relatione; nec est uerum tantum in relationibus rationis; sed etiam in relationibus realibus. Patet, ista est uera, genus est species, accipiendo genus, ut quid, & species ut modus. De relationibus realibus. patet, quia proportionalitas est relatio realis, & tamen fundatur supra duas proportiones. Secunda regula; non est inconueniens aliquam relationẽ esse terminum alterius relationis; ideo oportet dicere hic, quòd filiatio sit terminus istius unionis. arguitur sicut in textu; Per illam rationem conuenit uerbo terminare unionem, per quam sibi cõuenit continere perfectionem suppositi creati. Sed hoc est per essentiam diuinam, & non per proprietates personales: ergo essentia diuina est ratio terminandi istam unionem. probatur minor, quia proprietas personalis non continet perfectionem simpliciter. Respondeo negando maiorẽ; quia istæ non sunt rationes; sed illæ quæ dictæ sunt. s. quòd sit ens independens, & quòd habeat entitatem natam terminare unionem.

1. Arg. principale ex textu. Dott.

Solutio primi principalis.

2. arg. prin.

Secundo sic. Assumens communicat esse naturæ assumptæ, sed esse est unum essentiale in diuinis: ergo aliquod essentiale est ratio terminandi istam unionem. probatur maior, in ista unione terminus communicat, & illabitur naturæ assumptæ. probatur minor, quia esse commune est tam patri, quã filio, & Spiritui sancto.

Respondeo secundum doct. in quodlib. q. i. art. i. quod duplicia sunt prædicata, quædam sunt essentialia, quędam notionalia. unde essẽtiale dicitur illud, quod est commune trib. personis, & prædicatur de qualibet diuisim. Nota q ad hoc, q aliquid dicatur essentiale, duo requiruntur. Primum, quòd sit commune tribus personis, communitate reali. Secundũ quòd prædicetur de qualibet persona diuisim, & de omnibus coniunctim. Alia sunt notionalia, & sunt illa quæ conueniunt uni personæ tantum, uel duabus: ut Paternitas, Filiatio, Spiratio actiua conuenit Patri, & filio: & spiratio passiua, Spiritui sancto. Nota quòd responsio docto. stat in isto uerbo communicare: unde uerbum communicare esse potest intelligi tripliciter. Vno modo formaliter, & per informationem. Secundo modo effectiuè. Tertio modo terminatiuè. Primo modo dicitur communicare, quando informat illud, cui communicat: & sic uerbum non communicat esse naturæ assumptæ: quia non informat naturam humanam: nec est ibi compositio. sed illud dicitur communicare effectiue, quando effectiuè aliquid producit in natura: sicut ignis producens ignẽ: etiam ipsi uerbo, inquantum terminat unionem, non conuenit communicare esse ipsi naturæ humanæ. Tertio modo aliquid dicitur communicare esse terminatiuè, quando terminat unionem illius: sicut subiectum communicat esse accidentis, ideſt terminat dependentiam accidentis; & sic uerbum communicat esse naturæ assumptæ, terminat enim naturę humanæ unionem. Et ideo ad formam, cum arguitur suppositum assumens, &c. Dico, quòd suppositum assumens, communicat esse, tamen in illo supposito potest imaginari duplex existentia, scilicet existentia essentiæ diuinæ, & ista creaturę non est communicabilis. Alia est existentia incommunicabilis, & ista est filiatio: Et maior debet intelligi, q uerbum diuinum per suam existentiam incommunicabilem, quæ est proprietas personalis, terminat istam unionem.

Coĩcare uerbum esse naturæ assumptæ tripliciter potest intelligi.

Ad formã argumenti.

Tertio sic: Illud est ratio terminandi, per quod uerbũ constituitur in esse personali: Sed uerbum constituitur in esse per sonali per aliquod absolutum; ergo aliquod absolutum est ratio terminandi.

Tertium argumentum principale.

Respondeo concedendo maiorem, & negando minorẽ. probatur per illas probationes adductas in illa materia, de constitutione personarum. Notandum quòd si teneamus, quod personæ constituantur per proprietates relatiuas, nõ est difficultas in isto articulo; si uero per proprietates absolutas. doct. solui etiam argumenta probantia oppositum. Et ideo, si quis q rat: quid est ratio formalis terminandi istam unionem? Resp. quod est proprietas personalis, utrum absoluta, uel respectiua? dico, q filiatio est ratio formalis terminandi, si teneamus quòd personæ constituantur per proprietates relatiuas. Si teneamus, q personæ constituantur per absolutas proprietates tunc dico q ratio formalis terminandi istam unionẽ, est proprietas personalis absoluta.

Solutio secũdi principis. Quid essentiale. Not. Quid notionale.

Solutio. 26. dist. prim. Nota. Quid sit ratio formalis terminãdi unionem naturæ cum certo determinat.

DISTINCT. SECVNDA.

QVAESTIO PRIMA.

De qualitate huius nominis qui termini sint declarandi. Quid sit unio personalis.

Circa secundam distinctionem, quæro. Vtrum naturam humanam uniri &c. pro expositione terminorum, sunt aliqua notanda, quid sit suppositum, quid sit persona, & quid indiuiduum, & quomodo se habẽt adinuicem, & faciant ad propositum: Aduerte, quòd unio personalis est diuersarũ naturarum in propria natura personabilium, in una & eadem persona communio, uel unio, utraque natura communis sit; actionum & passionũ utriusque naturæ receptiua. Et dicitur primo, q est diuersarum naturarum: quia ex quo est unio personalis, ibi plura sunt unita simpliciter; sed non plures personæ: ergo plures naturæ. & dicitur secundo in propria natura personabilium: quia nullæ naturæ possunt personari, nisi sint personabiles in propria natura: & ideo nulla natura irrationalis est personabilis. Et ideo licet uerbum posset asumere naturam irrationalem, tamen non esset ibi personatio, sed suppositatio. unio hypostatica, seu hypostasiacio, est diuersarum naturarum in propria natura hypostasiabilium, in una & eadem persona cõmunio, siue unio, utraque natura in se eadem mãente, sic, q persona sit utrique naturæ communis.

Sola naturæ intellectuales est personabilis.

Fruí quis actus.

Aduerte etiam, q frui est actus uoluntatis, & est operatio ipsius uoluntatis; & omnis operatio ipsius uoluntatis, uel est nolle siue odisse, uel uelle, siue diligere, frui non est nolle. Aduerte ulterius, quod duplex est uelle, s. concupiscentiæ, & frui non est tale uelle. Aliud est uelle amicitię; & de tali dico, q frui est tale uelle. & ideo frui est diligere omnino propter se; ut diligere Deum propter seipsum, est frui Deo. Et iõ quærit, utrum naturam humanam uniri, &c. quod est quæri. Vtrũ sit possibile, quòd uerbum asumat aliquam naturam aptitudinatam frui, & tamen ipsa natura non diligat ipsum uerbum. Vtrum ista consequentia sit necessaria. hæc natura humana unitur uerbo: ergo fruitur eo: seu diligit ipsum necessariò propter se.

Velle duplex.

Declaratio tituli quæstionis.

Pro parte negatiua arguitur. In triduo mortis Christi, eius caro immediate uniebatur uerbo, & non fruebatur eo; ergo uerbum potuit immediatè asumere naturam humanam, & eam sibi unire, quæ tamen non necessariò dilexisset uerbum propter se. & per consequeas non fuisset necessarium, ut eo frueretur. probatur consequentia. Quia quicquid uerbum potuit conseruare sibi unitum immediate sine fruitione, potuit etiam immediatè sibi unire.

¶ In ista quæstione, &c.]

Proponit Sco. duo uidenda in hac quæstione. Primum est. An natura apta nata frui, unita uerbo, possit non frui eo. Alterum est, utrum natura non nata frui possit asumi a uerbo.

¶ Et dicitur ad utrunque, &c.]

Conclusio henr. ad primum arg.

Pro solutione ponit docto. opin. Henr. qui ad utrunq; articulum respondens, sustinet partem negatiuam, & ad primũ ponit talem conclusionẽ. Natura humana unita hypostatice uerbo, necessariò fruitur eo. & probat eam duplici ratione. prima est hæc. Fruitio perficitur per hoc, q obiectum fruibile uoluntarię se præsentat uirtuti intellectiuæ, & eam immutat ad actum uidendi se, & per hoc fit præsens uoluntati, & alliciendo eam mouet ad actum fruitionis perfectæ: patet, quia ad fruitionem perfectam nihil aliud requiritur. Sed per istam unionem hypostaticam naturæ humanæ cum uerbo, necessariò fit ista immutatio intellectus ad actum uidendi obiectum beatificum: ergo & uoluntas animæ Christi necessariò fruitur ultimo fine, & obiecto beatifico. probatur minor quia non potest esse ntia diuina uniri sic naturæ humanæ, ut dicatur homo, nisi etiam per concomitantiam fiat præsens potentiis in ratione cognitiui, & uolitiui, & per consequens uideatur, & diligatur. probat etiam, & declarat minorem in simili de oculo: quia si posset uidere lucẽ sibi substãtialiter imꝑesam, non posset sibi infundi lux ad perficiendum ipsum oculum

oculum secundum substantiam, quin etiam infunderetur substratione uisibilis, & iõ necesse etiam immutaret oculum ad actum uidendi se. Intellectus autem potest uidere quicquid est sibi præsens in se: igitur uidebit necessariò lucem increatam sibi præsentem per istam unionem hypostaticam, immutantẽ eius intellectum ad actum uidendi.

Secundo sic arguit Henric. Potentiæ animæ fundantur in anima tanquam in fundamento: igitur essentialior est habitudo potentiarum ad essentiam animæ, quæ essentiæ ad potentias. quoniam potentiæ uniuntur ab essentia, & non è conuerso: sed sic est, quòd impossibile est beatitudinem esse in potentiis, quin redundet in essentiam: si enim illabitur obiectiuè in potentiis beatificans eas, illabitur necessariò etiam in essentia, ut eam beatificet: ergo impossibile est beatitudinẽ esse in essentia animæ quin redundet in potentiis, nempe in intellectu, & uoluntate beatificando ipsas quantum possunt beatificari: sed per istam unionem hypostaticam, & illapsum specialem, essentia animæ Christi beatificatur, quantum beatificari potest: quia sit unum aliquid cum Deo: igitur etiam intellectus, & uoluntas animæ Christi beatificantur per istam unionem, & illapsum specialem; sed hoc non fit nisi per actum fruitionis: ergo natura nata frui, non potest uniri uerbo quin eo fruatur.

Impossibile ẽ aĩæ essentiam nisi p potẽtias esse beatam

¶ Ad argum. pro opin. &c.]

Respondet doctor: ad primum negatur minor, eo quòd obiectum beatificum non necessariò immutat aliquem intellectum creatum, quoniam uidetur si uult, si non uult, non uidetur: ut dicit D. Aug. de uidendo Deum. Et per consequens non necessariò ostenditur uoluntati creatæ nudæ, hoc est sine habitu nõ necessariò eam eleuante, ut possit frui ultimo fine. Et si etiam ostenderetur, uoluntas non necessariò frueretur eo, ut in i d. i. q. 2. ostensum est.

4. prop. contra D. Tho.

Ad secundum, respondet doct. per aliquas propositiones. Prima est. Nulla creatura est beatificabilis in se, tanquam in obiecto beatifico: quia quælibet creatura est finita, & obiectũ beatitudinis est infinitum. quare patet propositio. Secunda propositio. Quælibet natura beatificabilis beatificatur per operationes suarum potentiarum, & non per hoc, quòd essentia beatificetur. Nam in quarto in materia de beatitudine, dicitur contra beatum Thom. tenentem, quòd beatitudo sit prima in essentia animæ, & quia essentia beatificatur, ideo intellectus, & uoluntas beatificantur, quod hoc est falsum; quia ut ibi dicitur, si per impossibile daretur essentia animæ sine potentiis, essentia non beatificaretur; quia non beatificatur nisi per operationes potentiarum.

Ex quo sequitur primo, quòd si per impossibile non esset essentia, non essent etiam potentiæ, nec beatificarentur. Secundo sequitur, quòd eo quod ponitur hic, q illa redũdãtia beatitudinis potentiæ ad essentiam, non est sic intelligendum quòd una beatitudo ponatur in essentia, & alia in potentiis. Dicit enim Scotus in quarto, quod beati habent beatitudinẽ in anima, quæ redundat in corpus, sic quòd est ponenda una beatitudo tãtũ essentialis: quia corpus non est capax beatitudinis formalis.

Tertio sequitur, quòd essentia animæ non potest beatificari prout distinguitur a potentiis: quia tota beatitudo animæ prouenit ex potentiis: & si potentię auferrerẽtur, essentia nõ beatificaretur, & ideo cum arguitur, potentia fundatur in essentia, transeat: ergo essentialior est habitudo, &c. Sed si per impossibile, &c. Respondeo quod impossibile est essentiam animæ esse beatam, nisi per potentias. & dico quòd essentia naturæ assumptæ de se non est nata beatificari. Confirmatur ratio prima, quòd beatitudo prius est in essentia, quàm in potẽtiis, hoc modo. Perfectio suprema debet poni in eo quod est supremum: sed beatitudo est perfectio suprema: ergo beatitudo debet poni in eo, quod supremum est in anima; sed supremum animæ est essentia animæ: ergo &c. Dico, quod oppositum est uerum, &c. Dicis quòd perfectio suprema. dicit Scotus, quòd dictum est in 26. di. 2. lib. quòd gratia prius est in potentia, quàm in essentia animæ. Nota quod nos tenemus quatuor propositiones cõtra Thomistas. Prima est. Gratia prius ponenda est in potentia animæ, quàm in essentia. Ideo, si anima non haberet uoluntatem, nunquàm esset Deo grata. Secunda propositio. Character quo quis est signatus, ponendus ẽ in uoluntate, & non in essentia animę. Tertia propositio. Beatitudo formalis ipsius uoluntatis ponenda est in uoluntate, & non in essẽtia. Quarta propositio. Tertio, q̃ succedit ipsi spei, quæ est actus concupiscentię, ponendus est in uoluntate secũdum affectionem commodi; quia essentia animæ tenet essentiam Dei per potentiam animæ. & cum ipsi dicunt, quòd essẽtia animæ est quid supremum Respondet doct. 26 distinc. ij. & recitat ibi duas opiniones. Prima est, quòd essentia animæ nõ distinguitur a potentiis nisi penes connotata. Alia est, quòd essentia animæ distinguitur formaliter a potentiis, & sunt idem realiter. In primo nos conuenimus cum nominalibus, in eo, quòd dicimus, quòd est distinctio formalis; & quando dicimus, quòd sunt idem realiter, in hoc distinguimur a Thomistis.

Duæ opi de dist essentiæ animæ a potentijs.

Nota quod essentiam esse quid supremum, potest intelligi dupliciter. Vno modo quo ad actum primum, scilicet ad esse, & sic est uerum qđ anima est radix potentiarum. Alio mõ quo ad actum secundum, scilicet quo ad actũ uolendi, & intelligendi, & sic essentia nõ est quid supremum. & primo modo sibi per accidens conueniunt isti actus. Et si arguatur. obiectum beatificum primo illabitur essentiæ: ergo per essentiam illabitur potentiis, & per consequens beatitudo erit in potentiis mediatè essentia. Respondeo, cum arguis obiectum beatificum &c. Quod obiectum illabi, potest intelligi dupliciter. Vno modo quo ad esse, & sic obiectum illabitur primo essentiæ, & potentiis mediatè. Alio modo quo ad operari, & sic impossibile est obiectum illabi potentiis mediante essentia; quia essentia non est capax operationis immediatè.

Essẽtia ꝯo dicitur esse quid supremum.

Obiectũ beatificum illabitur dupliciter

Consequenter Henricus declarat suum modum, & ponit talem propositionem. Non est necessarium ponere talem habitum gloriæ in natura assumpta a uerbo diuino. Et pro probatione ponit talem distinctionem. Nam habitus intellectus, secundum Henricum dicitur esse in aliquo dupliciter. Vno modo in repsentando; & sic angeli habent species intelligibiles, quæ possunt dici habitus representati ui in angelis, ad representandum obiecta intelligibilia ab eis. Alio modo ponitur habitus ad facilitandum, ut in nobis ponuntur isti habitus, ut facilitent nostram potentiam. Aduerte, quòd dicũt isti antiqui, quòd in quocunque spiritu beato, qui non est unitus uerbo, necessarium est habere istum habitum. Et probat Henricus, quòd non sit ponendus aliquis habitus in natura assumpta a uerbo, & arguit sic. Omnis habitus ponitur in anima uel ad representandum, uel ad facilitandum; non ponitur autem in natura assumpta a uerbo ad representandum obiectũ beatificum, nec ad facilitandum: probo, quia si sic, maximè esset ad eleuandum potentiam intellectiuam; sed hoc non est necesarium, quia ista potentia est maximè eleuata in obiecto beatifico: ergo propter hoc non est necesse ponere illum habitum. Similiter dicit de Bassolis. Idem est dicendum de uoluntate, sicut de intellectu. Et si quis arguat; Omnes tenent quòd anima Christi est repleta habitibus in summo: ergo male dicis, quòd non ponitur in Christo. Respõdet de Bassolis pro eis qui tenent opinionem Scoti, quòd congruum est ponere istos habitus in anima ad decorem istius naturæ; quia quandocunque aliquis desponsat aliquam sponsam, decorat eam, & dat sibi iocalia; & cum uerbum despõsauerit naturam humanã, congruum fuit ponere illos habitus, non tamen fuit necessarium.

Declarat Hẽr. suãopi.

Habitus secũdũ Hẽri. dicitur esse in aliquo dupliciter.

Contra istam opinionem &c. dicendum est secundum Henricum. primo, quòd implicat contradictionem, naturam humanam uniri, & non frui: eo quòd per istam unionem est quidam specialis illapsus per quem obiectum beatificum sit præsens uoluntati alliciens ipsum ad fruendum se. patet. si oculus posset uidere lucem existentem in oculo nostro, quod est impossibile, quia est pauca distantia, tamen quia intellectus est potentia reflexiua, potest sua uirtute uidere lucem increatam esse præsentem ipsi. Secundo dicebat, quòd licet in aliis beatis ab illa natura assumpta sint ponendi habitus ut lumẽ gloriæ in intellectu, & charitas in uoluntate, nõ tamen est necesarium ponere in natura assumpta: quia unio totum illud supplet. Tertio dicit, q illi habitus solum ponuntur in natura assumpta ad decorem.

Ꝛ. nõ Sco cõtra Henr.

Consequenter doct. arguit contra principalem propositionem, probando quòd sit possibile naturam humanam uniri uerbo, & non frui eo. & arguit sic. Prius potest esse sine suo posteriori: sed natura humana personabilis prius naturaliter personatur, quàm operetur. & hoc quando personatur in se: ergo & quando personatur in uerbo, prius personatur, quàm operatur: ergo prius potuit personari personalitate uerbi, q fruatur uerbo. Probatur, quia in eodem instanti, in quo personaretur propria personalitate, in eodem personata est personalitate uerbi. ita quòd non concedimus naturam humanã inesse prius personatam. probatur maior per philosophum in quinto metaphysi. & minor, quia operatio est suppositi existẽtis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis. Quæcunque operatio præsupponit naturam esse suppositatam. Vlterius prius personatur propria personalitate: ergo prius personabitur in uerbo, quam fruatur Deo. Nota promaiore, quando D. assumit regulam. s. q̃ prius potest esse sine posteriori, q̃ prius est duplex, quoddam est quod habet necessariam connexionem per identitatem realem, ut superius, ad inferius, ut animal, & homo in Sorte, idem sunt realiter. Aliud est prius, quod habet necessariam connexionem ad posterius, non quidem per identitatem realem, sed quia ad positionem prioris, sequitur positio posterioris. Et sic inter partes simul sumptas, & ipsum totum, est necessaria connexio, quia dicitur in 4. in i. q Formam informare materiam, est compositũ habere esse, sic, q̃ Deus non posset facere formam informare materiam, & compositum non esse. Aliud est prius, quod non habet necessariam connexionem, sed potest esse sine posteriore, ut in accidente, & substãtia: substãtia n. potest esse sine accidente. In illa maiore dicitur, q̃ prius sub ratione prioris nõ potest esse sine posteriori, propter totum, & partes, & superius, & inferius. Ad istam regulam requiruntur quædam conditiones, ut uidebitur statim. & ista regula est articulus Parisiensis.

Prius duplex.

Secundo arguit ad idem, impugnando rationem, quæ dicebat: actus fruitionis impletur, &c. & assumit unam reg. Quicquid necessariò fruitur obiecto fruibili, eius intellectus necessariò immutatur ab obiecto fruibili: sed intellectus creaturæ non immutatur necessariò ab obiecto fruibili: ergo creatura non necessariò fruitur obiecto fruibili. Maiorem cõcessit Hẽri. Minor prop. quo ad intellectum &c. quia illud obiectum, ut essentia diuina non immutat necessariò aliquem intellectum creatum, sed merè contingenter: ergo ex parte intellectus nõ est aliqua necessitas, nec quo ad actum fruendi necessariò. patet, quia uoluntas creata ex i. d. i. lib. q. 4. nõ necessariò fruitur aliquo obiecto: ergo multo minus ista natura assumpta fruetur necessariò. Probatur. quia dicis, istam naturam non necessariò habere charitatem. ita q̃ Henr. uult facere istam consequentiam: anima B. M. nunc non necessariò fruitur Deo, in qua tamen ponitur charitas: ergo ista natura unita uerbo in qua non ponis necessariò charitatem, &c. nõ necessariò fruitur obiecto fruibili. Aliter arguitur sic. ista anima intellectiua non necessariò immutatur ab essentia diuina: ergo non fruitur necessariò. patet, quia quicquid fruitur necessariò obiecto fruibili, immutatur necessariò ab essentia diuina. patet quoad intellectum, & uoluntatem. Not. q̃ essentia necessariò producit ad extra, contra quam prop. arguit Occhã, & est contra doct. Sco. qui dicit quod essentia diuina secluſa uoluntate, non necessariò producit ad extra. Ex quo sequitur, q̃ si non esset uoluntas in diuinis, & q̃ essentia diuina esset in me, non causaret unionem suam in me. patet etiam, q̃ non quodlibet ens reale, causat notitiam sui. Dicit etiam Scot. q̃ quicquid essentia diuina producit ad extra, contingenter producit. Ex quo sequitur, q̃ essentia diuina nullum intellectum immutat naturaliter, nisi suum intellectum diuinum. Ex quo sequitur, q̃ beati non habent uerbum de essentia diuina in patria. patet in quodlib. q. 15. Ex quo infero, q̃ de essentia diuina non potest haberi nisi unum uerbum diuinum; quia uerbum est notitia actualis genita, producta naturaliter. Primo requiritur ad uerbum, q̃ sit notitia, ideo nolitio, non est uerbũ. Secundo, q̃ sit actualis, ideo notitia habitudinalis non é verbum. Tertio intellectualis, ideo sensualis non est uerbũ. Quarto, q̃ sit notitia genita naturaliter: ideo notitia quam habet beatus, non est uerbum, quia ex parte qua producitur ab essẽtia, producitur merè contingenter. & cum dicitur cõtra istud q̃ non est ponenda charitas in natura assumpta, arguitur probando q̃ sit necessarium ponere charitatem in natura assumpta. Dictum est in i. lib d. 17. q̃ charitas ponitur in anima ut habeat in potestate sua actum merendi: quia si non haberet charitatem, non posset elicere actum meritorium: hoc stante arguitur sic. Voluntas creata siue charitate, nõ poterit mereri: ergo nec frui ipso Deo: sed uoluntas animæ Christi est uoluntas creata: quia est unuoca uoluntas cum uoluntate nostra: ergo non poterit frui Deo sua charitate. probatur antecedẽs. nam in hoc fuit contro uersia inter Pelagianos, & doct. Catholicos: quia dicebat Pelagius, q̃ aliquis in puris naturalib. potest diligere Deum meritorie. probatur consequentia: quia actus fruitionis est nobilior actu meritorio, probatur, quia fruitio est finis actus meritorii. sed uoluntas illa est uoluntas eiusdem rationis cum mea: ergo si mea non potest frui sine charitate, nec illa.

2. rõ Sco. ad idem.

Voluntas nihil producit ad extra secluſa uoluntate secundum Sco.

Verbũ quid sit.

Notitia beati, nõ est uerbum.

Ota pro antecedente illo, q̃ uoluntas posse diligere Deũ, potest intelligi tripliciter. Vno modo meritorie. Alio modo non meritorie. Dico primo q̃ de lege posita, impossibile est uoluntatem creatam diligere Deum de condigno: quia ad meritum requiritur, q̃ uoluntas sit informata charitate. quia ad meritum requiritur duplex respectus. Primus, q̃ actus merẽdi sit elicitus a uoluntate secundum liberam potestatem uolũtatis. Secundus, q̃ charitas inclinet ad eliciendum illum actum, & quòd sit acceptatus a Deo. Secundo dico, q̃ aliquis in puris naturalib. potest diligere Deum, licet non meritorie. patet de peccatore, & de illo, qui habet attritionẽ. Tertio aliquis ex puris naturalib. põt diligere Deum meritorie sine charitate, de potentia absoluta. quia Deus non necessitatur ad acceptãdum aliquem sine gratia. Nota quod propter quatuor ponitur charitas in anima, non solum in uia, sed etiã in patria. Prima ratio est auctoritas Sacræ Scripturæ, primæ ad Corint. 13. ubi dicitur, si haberem omnem prophetiam, &c. Secũda ratio ad eliciendum actum meritorium, & actum fruitiũ in patria, quia nullus potest mereri sine charitate. Tertio ad decorem ipsius potentiæ: quia gratia ponitur in anima quantum ad effectum iustitiæ. Quarto secundum Scot. ut communiter concurrat cum uoluntate ad eliciendum actum meritorium, ut quando diligo Deum, si habeam charitatem, uolũtas mea est causa principalis quoad substantiam actus, quia magis causat, q̃ charitas, tamen quo ad acceptionem actus, charitas est magis principalis causa. Consequenter Henr. respõ. & dicit, q̃ de potẽtia absoluta quicquid potest facere Deus mediatè causa secunda, potest sine ipsa, & ideo quicquid potest facere cum charitate, quæ est causa secunda, potest facere sine illa charitate. Nota quod articulus Parisiensis est, q̃ quicquid potest facere, &c. Dico quod illa reg. non est uniuersaliter uera: quia si sic, tunc sequeretur, quod Deus posset causare in anima beati actum beatificum sine essentia diuina, q̃d est falsum. patet arguendo, sumendo illam reg. pro maiore, quicquid potest &c. sed Deus potest mediante obiecto causare notitiam: ergo potest seipso solo. non sequitur. & ideo cũ arguitur, quicquid potest causa prima &c. Dico q̃ illa regula habet uerum duabus conditionibus obseruatis. prima, q̃ sit uera in causis extrinsecis. Ideo Deus non potest facere compositum sine materia & forma. Secundo q̃ sit uera in absolutis, & non respectiuis. Et quia in notitia intuitiua beati sunt duo, s. uisio, & attingentia, quæ est relatio, Deus non posset facere actum beatificum, nisi mediãte obiecto. & ideo habet uerum ista regula in absolutis, & non in respectiuis.

Voluntatẽ uoluntatem creatam diligere Deum de condigno posse diligere Deum meritorie pluribus modis intelligi.

Quis põt ex naturalibus diligere Deum, non tamen meritorie.

Nota quod doct. concedit conclusionem, & dicit q̃ in dist. 13. huius tertii, Vtrum Deus possit causare fruitionem in anima mea sine charitate? ego tangam. Sed dico pro nunc, q̃ illo casu posito, s. q̃ in uoluntate non sit ponenda charitas, uolũtas actiuè, & elicitiuè, non se habet ad fruitionem. & tunc sequitur, q̃ ista anima non se haberet ad fruitionem, sicut aliæ animæ beatorum.

Nota quod aliquam uoluntatem frui Deo, potest intelligi dupliciter. Vno modo formaliter, sicut illa quæ recipit formam, & fruitionem. ut si Deus causaret in me fruitionem taliter, ego fruerer formaliter. Alio modo effectiuè, quia nõ solum recipit fruitionem, sed etiam elicit, & cõcurrit actiuè ad fruitionem, & sic dicit, q̃ non potest sine charitate. quod é contra de Bassolis, in isto tertio. Similiter sequitur, q̃ si Deus causaret fruitionẽ in ista anima, non necessariò frueretur. probatur, qui a uel necessitas esset ex parte animæ, uel Dei. non primum, quia ista uoluntas se habet in potentia contradictionis ad recipiendum. & quicquid est in potentia contradictionis ad recipiendum, merè contingenter illud recipit, sicut superficies est in potentia contradictionis ad recipiendũ albe dinẽ. ideo illam contingenter recipit. Nec ex parte Dei, quia quicquid Deus producit ad extra, merè cõtingẽter producit.

Aliquam uoluntatẽ frui Deo põt dupliciter intelligi.

Respon Henr. de illa necessitate, cum arguit, &c. Et dicit q̃ hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo simpliciter. Alio modo secundum quid. Tunc dico, quod licet Deus non necessitet simpliciter ad fruitionem, tamen bene necessitat secundum quid: quia posito q̃ intellectus necessariò immutetur, uoluntas necessariò immutabitur.

Resp. Henr.

Contra. q̃cunque sunt duæ naturæ absolutæ, una põt esse sine alia: & uisio, & fruitio, sunt duæ naturæ absolutæ: ergo ista uisio potest esse sine fruitione. Nota pro maiore, q̃ ad illam regulam, quædam conditiones requiruntur: primo q̃ sint duæ naturæ absolutæ, defectu cuius si sint duæ naturæ, quarũ una est absoluta, & alia respectiua, una non põt esse sine altera: Secundo, q̃ sint realiter distinctæ, & essentialiter. Et iõ uoluntas, & intellectus sunt duæ naturæ absolutæ, tamen quia non

Reprobatur responsio.

non sunt realiter distinctæ, una non põt esse sine altera, tertio q̃ non sit necessaria connexio, quia partes exigũt totum. quarto q̃ unum non dependeat ab altero ut a priori: ideo licet fundamentum possit esse sine relatione: tamen relatio nõ potest esse sine fundamento.

Tres cõditiones requiriũtur ad unionem personalem.

Item tu dicis quòd non est necessarium ponere habitus in ista anima ad causandam fruitionem. si hoc esset uerum, sequeretur q̃ frustra laborarent Theologi in ista d. 13. quærentes, utrum anima Christi habuerit summam fruitionem, & tamen magister sententiarum dicit, q̃ in anima Christi fuit posita summa gratia: ergo isti habitus fuerunt positi. Præterea arguit, si ex ui unionis ista natura creata uideat, & fruatur uerbo, sequitur q̃ præcise uerbum, & non patrem, sed hoc est falsum, ergo ex ui unionis non fruitur uerbo. probatur assumptum, quia solum uerbum est illapsum & unitum isti naturæ: ergo solum uidebit, sed hoc est falsum: ergo &c. Respondet Henricus dicendo quòd eadem est ratio uidendi. tres personas diuinas: quia quicunque uidet uerbum, uidet & Patrem, & Spiritũsanctum. Contra oppositum dictum est in primo, q̃ non est inconueniens intellectum uidere unam personam, & non uidere aliam. Et similiter possibile est uoluntatem frui una persona, & non alia, & hoc est de potentia Dei absoluta: ergo responsio sua est nulla. Et tamen illa quæ dicta sunt, sunt uera. ideo ex ui unionis anima non fruitur uerbo.

Obiicitur cõtra solutionem Henr.

Resp. Henr. ad 2. artic.

1. Rõ Scot. cõtra Henr.

Ad secundum articulum. In isto articulo uidendum est si natura non nata frui, sicut est natura quæ non est intellectualis, ut natura bouis uel agni, possit assumi. Consequenter Dimprobat Henricum dicentem, q̃ impossibile sit uerbum diuinum assumere naturam leonis. Arguit autem probando q̃ uerbum possit assumere naturam lapidis uel leonis &c. Et arguit sic. Natura intellectualis est assumptibilis a uerbo diuino: ergo & non intellectualis. Antecedens probatur, quia nulla est entitas positiua in natura intellectuali, per quam repugnet sibi communicari uerbo diuino: ergo nulla uidetur repugnantia quin possit ea assumere. probatur, quia quicquid est communicabile uerbo, est assumptibile, ergo si natura intellectualis potuit communicari uerbo, ergo potuit dependere: & per consequens antecedens est uerum. Consequentia probatur, quia suppositum non intellectuale, sicut lapis, non habet perfectiorem rationem suppositi, quàm homo. sed homo potest communicari uerbo: ergo &c. Item. nulla est repugnantia ex parte uerbi, quia est independens, & ita potest terminare istam dependentiam hypostaticam & suppositalem.

Resp. Henr.

Respondet Henricus, quòd licet ista natura hypostaticè possit uniri ad hypostasim, tamen nõ ad personam: quia quicquid unitur personæ, oportet ut sit personabile: sed ista natura non est personabilis: ergo non unitur personæ. Et sic diceret Henricus, q̃ natura non personabilis potest uniri alicui naturæ, quæ non est persona sicut asino: sed non potest uniri naturæ quæ est personata. Ideo respondet ad rationem, cum arguitur, natura intellectualis &c. concedo antecedens, & nego cõsequentiam, & ratio est, quia quicquid unitur personæ, est persona. Dicit Scot. excludẽdo hoc, licet naturæ dependentes ad personam sint alterius rationis, & similiter dependentiæ, tñ illæ dependentiæ possunt terminari ad eundem terminũ. Et hoc non est incõueniens propter dicta fundamenta. Similiter non est inconueniens, q̃ angelus, & homo, qui sunt alterius rationis, uniantur diuersis unionibus, & quod idem terminus sit terminus istarum unionum. Respon. Henric. q̃ licet angelus, & homo, sint alterius rationis, tñ sunt duæ naturæ intellectuales, ideo sunt personales, tamen non probas quod angelus & lapis possunt uniri uerbo personaliter.

Refellitur respon.

Resp Henr. ad replicã.

¶Contra istud si uerbum &c.]

Dicit Scot. secundo sic, quia non solum angelus, & homo possunt uniri, sed ét lapis, & hoc sic. si uerbum esset suppositũ & non persona, lapis poterit sibi uniri: ergo & nunc, quando uerbũ est persona, lapis poterit sibi uniri. probatur consequentia, quia nullam ponimus imperfectionem in uerbo pp hoc, q̃ est persona, quia persona denotat quandam perfectionẽ. Et cum arguis, sequeretur quòd lapis personaretur, quia unitur uerbo, Respon. Scot negando consequentiam, quia natura lapidis assumpta a uerbo, non propter hoc uniretur in persona: quia unio ad personam, & q̃ aliquid uniatur personæ, tres cõditiones requirit. Vna q̃ sit in substantia completa, & in natura intellectuali. Dictum primũ. Nullum accidens est personabile. Dictum secundũ, materia, & forma, nõ sunt personabiles. Dictum tertiũ. Nulla natura irrationalis põt personari, sicut dicit de Bassolis. Secundo concẽdo q̃ illud alicui uniatur personæ. Et iõ est difficultas, Verum asinus possit terminare depẽdẽtiã naturę meæ ad ipsum: & si sic, tũc natura mea nõ personaretur, quia terminus unionis nõ esset persona. tertia conditio & est contra de Bassol. q̃ illud quod personatur, natũ sit personari propria personalitate, cuius oppositũ dicit de Bassol. Ergo si quis quærat, utrũ consequentia ista ualeat, iste lapis unitur personæ uerbi: ergo unitur personaliter uerbo, Respõ. q̃ consequentia non ualet, quia uniri personaliter dicit unionẽ, & dicit modũ, & sic uniri. s. personaliter, & iste modus. s. uniri personaliter, est modus intrinsecus relationi, uel causatur a fundamento: dico tñ, quod unio personalis dicit duo, unũ de principali significato, & aliud de connotatounio personalis de principali significato, dicit uniri personæ & de cõnotato dicit q̃ fundatur in natura q̃ sit personabilis propria personalitate: iõ si lapis uniretur personæ uerbi, tñ quia nõ hẽt cõnotatũ, dico q̃ illa natura lapidis nõ est unibilis unione personali.

Soluitur rõ eius.

Nota qd de Bassolis qui tenet q̃ si lapis assumeretur a uerbo, esset personabilis, arguit sic. Accidens, qñ unitur supposito, suppositatur: ergo qñ ista natura uniretur personæ, personaretur. Respon. q̃ qñ accidens uniretur supposito, nõ suppositaretur nisi extrinsecè. Quia suppositari duo dicit, Vnũ. s. q̃ uniatur supposito, & istud bene conuenit accidẽti. & aliud est connotatũ. s. q̃ si illud nõ uniretur supposito, per se supposita retur: & istud non conuenit accidenti. Et sic, ad hoc q̃ aliquid suppositetur, requiruntur duo, duæ cõditiones, prima q̃ unitur supposito, secundo q̃ istud sit natũ suppositari per se. modo prima conditio conuenit accidẽti, sed secunda non. & si natura mea uniretur lapidi, ista unio non esset ad personã, quia lapis non est persona, nec uniretur personaliter.

De Bass. contra Scot.

Varro dicebat, q̃ lapis põt assumi a uerbo diuino, tñ in uerbo sunt duo, s. ratio suppositi, & ratio personæ. & sic ea ratione qua uerbum est suppositum, potest terminare dependentiam lapidis, & non ea ratione qua est personatum: quia tunc sequeretur, quòd illa natura personaretur, & istud est falsum, ut patet ex dicto.

Varr. opin.

Doct. improbat arguẽdo. Ois unio naturæ assumptæ ad uerbũ, est realis relatio: ergo terminus istius relationis nõ poterit esse suppositũ, quin sit persona. probatur cõsequẽtia, quia in uerbo ratio suppositi, & personę, non distinguũtur nisi sola rõne, ut dictũ est in primo d. 8. In Deo non sunt ponendæ duæ realitates, quarũ una sit potentialis, & alia actualis: ergo pari ter in filio non erit una realitas per quã dicatur suppositũ, & alia per quã dicatur persona. Supposituũ, & persona se habẽt sicut superius, & inferius: quia ois persona est suppositum: & non e contra. dictũ est in 1. d. 8. q. 2. q̃ non sunt ponẽdæ istę realitates: ergo non sunt ponendæ istæ realitates in uerbo. quia tunc sequeretur, quòd ista relatio esset relatio rationis, cum ratio suppositi, & ratio personæ, solum distinguãtur ratione.

Scot arguit cõtra Varr.

In Deo una realitas non determinat aliam.

Ponitur prima propositio. Non pp hoc natura mea unitur uerbo, quia unitur personæ, & natura lapidis non dẽt uniri uerbo, quia unitur supposito, sicut dicit Varro. Secunda propositio. Natura mea unitur personæ uerbi, quia natura mea est personabilis, & hoc est penes connotatũ, quia natura mea est talis natura, q̃ quantum est de se, potest personari propria personalitate, Et natura lapidis non unitur supposito uerbi propter connotatũ, quia natura lapidis non est personabilis. ideo licet ista natura uniatur uerbo, non tamen personaliter.

Quædã propositiones eius.

¶Ad quæstionem igitur &c.]

Hic Sco. ponit propriã opinionẽ circa illos duos arriculos, Circa primũ articulum dicit Sco. q̃ non includit contradictionem, naturã humanã uniri uerbo, & non frui, ẽo maxime si assumatur sine habitu creato, sicut dicebat Henric. qui dicebat, q̃ habitus, non sunt ponendi necessario, in natura assumpta. probatur ista conclusio: quia ex ui unionis non datur fruitio essentiæ, sed est unum donum gratis datum. & si ponatur aliquis habitus in natura assumpta, sicut gratia, adhuc Deus posset assumere aliam naturam, tñ ista natura non necessario frueretur, quia non dependet a fruitione: quoniam illi habitus non inclinant Deum ad causandam fruitionem.

Resp. Scot. secundum propriã opin ad qnẽ quo ad primũ artic.

De secundo articulo dicit Sco. non implicat contradictionẽ, uerbũ diuinũ assumere naturã irrationalem. sic, q̃ uerbum põt assumere ignẽ, sic, quod ista propositio esset uera, uerbum est ignis, uerbũ calefacit. Similiter naturã lapidis, sic, q̃ ista propositio esset uera, uerbũ frágit caput, uerbũ cadit in terrã. Probatur. cõclusio, quia qlibet creatura irrõnalis non solum põt dependere ad Deum dependentia causati ad causam, sed ista speciali dependentia, patet, quia non repugnat naturæ irrationali uniri ista unione: nec est repugnantia ex parte uerbi: patet, quia licèt in uerbo non ponatur distinctio hypostatis, & personæ, sicut dicebat Varro, tamen uerbum æquã

Resp. quo ad 2. artic. Verbum potuit assumere naturam irrationalẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

bene potest terminare dependentiam suppositalē, sicut si præcisè uerbum esset suppositum. Ex ista conclusione infero primo, quòd uerbum potest assumere quodcunque accidens, siue absolutum, siue respectiuum contra Petrum de Candia, qui dicit quod licet uerbum possit assumere quodcunque ens creatum absolutum, sed non relationes. Ratio corollarii est, quia dicit Doct. in 1.q.1. dist. huius tertii, quod nulli naturæ repugnat assumi, quia quælibet natura est in potentia obedientiali ut assumatur a uerbo. Sed tunc stat difficultas, utrum ista unio, quæ est entitas creata, possit assumi. Respondeo quòd sic, quia nulli entitati positiuæ creatæ repugnat assumi: ista unio est entitas creata: ergo potest assumi. Secundo dico quòd ista unio non potest assumi, propter quo, & quod, ut licet inhærentia sit ratio inhærendi, ut accidens inhæreat subiecto, tamen ista inhærentia non habet aliam inhærentiam: sic etiam illa unio non requirit aliam unio nem: sed standum est in eo quo, scilicet in illa unione, ideo concedo quod Deus potest assumere quamcunque naturam creatam. Et si quis dicat. offendit pias aures, quod uerbum assumat naturam alicuius lapidis, & dicere uerbum est lapis, uerbum frangit caput &c. dico quod offendit pias aures non intelligentium.

Soluuntur arg. prin. Deducitur primum.

Ad argumenta principalia, arguit primo pro parte affirmatiua, quòd scilicet natura humana unita uerbo necessario fruatur eo, sic. Aut ista natura nata est frui, aut non est nata frui: si dicatur primum, non potest non frui, probatur, quia maior est ista unio naturæ humanæ cum uerbo, quam per habitum gloriæ, sed impossibile est aliquem uniri uerbo per habitum glorie, & non frui eo: ergo impossibile est naturam humanam uniri uerbo hypostaticè, & non frui Deo. Notandum pro maiori, quod D. imaginatur duplicem uniouem, una est specialis, & est ista de qua loquimur, Alia est per habitum, & ista ultima est in beatis. probat Doct. illam maiorem per D. Augustinum. In rebus per tempus ortis &c. Et uult dicere quòd ista unio est summa. ergo si est maior quam illa que est per habitū glorię impossibile est uniri ista unione, & non frui.

Duplex unio.

Soluitur 1. Vnionē naturacū uerbo esse maiorē q̄ beaticū Deo. pōt dupliciter intelligi.

Respondet D. ponendo unam distinctionem, & tres propositiones. distinctio est talis. Vnionem naturæ humanę esse maiorem, potest intelligi dupliciter, Vno modo quo ad actum primum, & quo ad esse. Alio modo quo ad actum secundum. Prima propositio, unio naturæ humanæ ad uerbum, maior est illa, quæ est per habitum gloriæ, & hoc quo ad actum primū: quia in illa unione uerbum dat esse naturæ humanæ, & est ibi quædam intima præsentialitas. Secunda propositio de facto, illud quo est unitum ista speciali unione, etiam est unitum ista secunda unione, quæ est per habitum gloriæ. patet, quia natura humana assumpta & si habeat istam unionem, etiam est assumpta per habitum gloriæ. Tertia propositio, si unio naturæ humanæ separetur ab illa, quæ est per habitum gloriæ, dico quòd illa unio quæ est per habitum gloriæ, quoad operari esset maior, quam alia quæ est per unionem quoad esse naturæ humanæ ad uerbum. probatur, quia illa unio quæ est per habitum glorię, includit plura obiecta, quia per uisionem, & per habitum gloriæ in intellectu, & charitate in uoluntate, & in ista unione est solum per unam relationem, scilicet per unionem. Aliter respondetur, quòd istæ duæ unio nes non sunt comparabiles, quia sunt alterius rationis, quia comparatio non habet fieri in his, quæ sunt alterius speciei, ut dicit phylos. 8. Phisicorum quia non dicimus quod nigredo sit nigrior albedine, quia comparatio habet fieri solum in specie specialissima. Ad probationes quæ probāt istam unionem esse maiorem per D. Augustinum, dicit Scotus, quod summa gratia potest sumi dupliciter. Vno modo pro summa gratuita condescensione diuinæ uoluntatis. Exemplum, si Papa dat mihi unum bonum Episcopatum, cum ipse nō cognoscat me, nec ego petam sibi, & ego acciperem, faceret summam gratiam, quia hoc esset ex condescendentia suæ uoluntatis. Alio modo pro habitu gratuito gratum faciente ipsam animam, exemplum, impossibile est aliquem mereri sine gratia gratum faciente. Prima propositio. in ista unione secundum D. Augustinum, est summa gratia & summa condescensio gratuita diuinæ uoluntatis, sic, quod non propter merita præcedentia, Vnde dicit Scotus in quarto in materia de sacramentis in communi, quod Deus fecit, scilicet gratuitè, & quod B. Virgo Maria non meruit incarnationem, nec patres Sancti: quod licet uirgo Maria meruit accelerationem, tamen non meruit incarnationem. Sic ergo ista incarnatio fuit facta ex uoluntate diuina gratuita. Secunda Propositio. ex ui unionis in ista unione non est summa gratia habitualis: quia potest me unire sibi unione simili illi, & tamen possibile esset me assumere sine gratia, ideo posset me assumere dormientem, & existentem in peccato mortali. Tertia propositio. si uelimus intelligere auctoritatem D. Augustini, est summa gratia, de facto est summus habitus, ex beneplacito diuinæ uoluntatis.

Natura humana ē unita uerbo ut sic; vnione de facto.

Quō unio p habitū gloriæ dici posit maior unione hypostatica.

Summa gratia duplicit er.

Quō unio naturæ humanæ cū uerbo sit summa gratia. Tres prop.

Quadruplex unio in diuinis.

Nota, quod in diuinis quadruplex, est unio, quædam est essentialium in essentia, & est identitatis. Alia est essentialium, & proprietatum. Tertia est personarum duarum, ut Patris, & Filii, in productione Spiritus sancti. Quarta est trium personarum unio in creatione, & ista unio fuit maxima in creaturis.

2. arg. prīc.

Secundo principaliter arguitur ex D. Augustino sic, quod minus uidetur inesse & inest, & illud quod magis: sed minus uidetur credibile Deum esse Hominem, filium hominis: ergo magis est credibile filium hominis naturalis factum esse filium Dei.

Soluitur 2.

Pro solutione ponuntur duæ propositiones secundum Scotum. Prima est, quòd ista propositio est uera, quod minus uidetur Filium Dei esse realiter filium hominis, quam filium hominis per gratiam fieri filium Dei, & uniri Deo per fruitionem: tamen utrumque est possibile: sed unum est magis possibile, quàm aliud, & sic est possibile, quod est de sancto, quod filius Dei est filius hominis. Secunda. non est necessarium, si filius Dei sit filius hominis quòd etiam ille idem filius hominis sit filius Dei per gratiam. forte enim negaretur, ideo non sequitur, filius Dei est unitus homini: ergo iste homo est filius Dei per gratiam, licet uerbum sit filius hominis, tamen ille homo nō fuit filius Dei per gratiā sed per naturam, quia non est filius adoptiuus, tamen bene est possibile quòd Deus possit uniri naturæ humanæ. Ideo ad formam, concedo maiorem, & nego minorem, scilicet, sed minus uidetur possibile &c.

3. arg. prīc.

Tertio sic arguitur, si hoc esset uerum, quod natura mea uniretur uerbo, & non frueretur Deo, sequitur quod ego possem peccare, & damnari, & ita uerbum diuinum: sed ista offendunt pias aures: ergo &c.

Soluitur 3. prin.

Respondet Scotus, nolo dicere utrum uerbum posset assumere aliquam naturam quę peccaret; sed dico quod sicut habens lumen glorię, & charitatis, non potest peccare, ita natura humana quę est unita uerbo ista speciali unione, de potentia ordinata non potest peccare. patet de beata Virgine, quę non potest peccare in Paradiso. Nota quòd beatos esse impeccabiles, potest intelligi tripliciter. uno modo sunt impeccabiles per naturam. Secundo modo per habitus quos habent. Tertio modo per manu tentionem. Prima propositio. solus Deus est impeccabilis primo modo per naturam, quia quælibet creatura rationalis est peccabilis. Secunda propositio. dicunt Thomistæ, quòd illi habitus, ut lumen gloriæ, charitas, reddunt potentias impeccabiles. tamen dico, q̄ hoc modo beati non sunt impeccabiles: quia tantam gratiam habuit uirgo quando concepit filium, quantam habet modo, & tamen potuit peccare, ut omnes concedunt. Tertia propositio, beati sunt impeccabiles. Tertio modo, manutentione, sic, quòd Deus non concurrit ad talem actum: quia Deus non concurrit ad peccatum, ideo sunt impeccabiles. sed si Deus de inquereret illos, licet haberent illos habitus, tamen essent peccabiles, & cum iste, qui habet lumen gloriæ non possit peccare, similiter quandocunque Deus unit sibi aliquam naturam rationalem, illa est impeccabilis, quia semper manutenebit.

Beatos esse impeccabiles pōt intelligi tripliciter

Quō beati sint impeccabiles.

Quęro de possibili, utrum sit possibile, quòd natura mea sit unita uerbo, & sit peccabilis, & per hoc soluitur quæstio, utrum uerbum potuit assumere Luciferum in peccato existentem sua obstinatione. Respondeo quòd non est impossibile, uerbum assumere Luciferum in peccato existentem. probatur, quia quælibet entitas creata, est in potentia obedientiali, ut assumatur a uerbo; sed Lucifer est ens creatum: ergo est in potentia obedientiali ut assumatur a uerbo.

Vtrū uerbum potuerit assumere naturā i peccato existentem. Dub.

Contra. sequitur tunc, quod Deus esset Diabolus. item quòd uerbum esset damnatum, quæ sunt absurdissima, & offendunt pias aures. Respondeo quòd duæ sunt uiæ, una est de Candia, & Coraldi monachi, qui dicunt quòd posito q̄ uerbum assumeret diabolū, ista non est concedenda, uerbum est diabolus, & ratio est, quia licet communicatio Idiomatum fiat in prędicatis dicentibus perfectionem, non tamen fit communicatio Idiomatum in prædicatis dicentibus imperfectionem, sicut diabolus, peccare, esse damnatum.

Solut. dub. Opi. de Candia.

Alia est opinio Occham & de Basolis, qui dicunt quòd nō uident repugnantiam, quòd si uerbum assumeret aliquam naturam peccatricem, q̄ uerbum diceretur peccator. & Diabolus, & cum dicitur uerbum diuinū est Deus: ergo non potest peccare.

Opi. Occh. et de Basoli in.

Respondetur aut secundum naturam diuinam. & sic concedo. aut secundum naturam quam assumpsit, & sic nego. Nec istud offendit pias aures: & si dicas, hoc dicere, offendit pias aures, dicoquòd uerum est, non intelligentium & uulgarium. Ideo dico quòd uerbum potest assumere naturam humanam, & natura humana potest uniri uerbo.

Concl. principalis.

Confirmatio soluitur.

Ad confirmationem Anselmi, quod primus homo erat peccabilis: quia non erat Deus: ergo secundus homo non erat peccabilis, quia erat Deus: sed non est impeccabilis nisi per fruitionem essentiæ diuinæ: ergo impossibile est aliquam naturam uniri Deo, & non frui Deo, respondetur quod quando dicit, secundum hominem esse impeccabilē, quia est Deus, potest intelligi dupliciter. Vno modo de necessitate: alio modo de congruo. Prima propositio, secundus homo, quia Deus, non fuit impeccabilis de necessitate, licet esset unitus uerbo. patet, quia posset assumere naturam meam, & tamen natura mea posset esse in peccato. Secunda propositio, secundus homo qui erat filius Dei de congruo fuit impeccabilis. ita quòd postquā facta fuit unio, congruū fuit qđ illa natura habuerit summam gloriam, hoc tamen non est de necessitate.

Secundū ho minem esse impeccabile dupliciter intelligitur

Idioma capitur tripliciter.

Nota quod Idioma capitur tripliciter. Vno modo ut est præter intentionem agentis: & sic dicit Anselmus quòd malum non est aliqua substantia, uel natura. sed subest idioma & euenit præter intentionem operantis. Et isto modo idiomatum communicatio, est communicatio malorum, & ideo dicit Dyonisius. Nullus operatur, ad malum aspiciens, & hoc est principium confusionum Babiloniæ, ubi præter intentionem operantium turrim, uarietas linguarum accessit. Alio modo Idioma est sermo proprius, & hoc modo communicatio Idiomatum est communicatio linguarum. & sic non capitur hic. Tertio modo capitur, prout est proprietas, & sic assumuntur in istamateria, & sic diffinitur. Idioma est proprietas distinctiua unius naturæ ab altera, uel unius suppositi ab altero: uel unius suppositi a natura: Et ista proprietas est triplex, quædam est distinctiua unius naturæ ab altera, ut mortale est una proprietas hominis, per quam distinguit a Deo. Similiter per æternum, & temporale distinguuntur omnes proprietates distinguentes naturam humanam & diuinam. Secunda proprietas est proprietas constitutiua diuinarum personarū. Tertia proprietas est, ut communicabile est proprietas, quæ conuenit naturæ diuinæ: & incommunicabilitas conuenit personæ sic, quòd istæ faciunt differrę personam ab essentia.

Idioma qd sit.

Proprietas triplex.

Nota quod communicatio Idiomatum est distinctarum personarum, diuersarum naturarum, prædicatio unius de altera in concreto, sicut dicit de Candia exemplum. Quia uerum est Christum esse Deum & hominem: ideo proprietates naturæ diuinæ attribuuntur humanæ naturæ, ut sicut ista est uera: Deus creauit, ita ista est uera, iste homo creauit cœlos; iustificauit peccatores. similiter omnes proprietates, quæ dicuntur de natura humana, prædicantur de natura diuina in concreto, ut sicut dicimus, iste homo est risibilis, flebilis &c. ita uerbum diuinum est risibile, flebile, uerbum est mortale, uulneratum &c. similiter si lapis esset assumptus, sicut dicimus quod lapis lædit pedem, frangit caput, componit domū: similiter diceremus, uerbum lædit pedem, frangit caput, componit domum. Et dicitur notanter in concreto, quia non in abstracto, ideo ista est falsa, iste homo est essentia diuina, iste homo est creatio: similiter ista est falsa, Deus est mortalitas.

Quid sit cōiocatio Idiomatum.

Notand.

Nota quod quando dicimus, quòd homo est albus, & uerbum est album, tamen non requiritur quod albedo inhæreat uerbo, sed quòd inhæreat isti homini, & naturæ assumptæ. similiter ista prædicata, uulneratum, crucifixum, mortale. &c. insunt immediate naturæ humanæ, & non sunt in uerbo, nisi quia natura est unita uerbo.

Quatuor regulæ notabiles de cōiocatiue Idiomatum.

Nota quòd adhoc quòd ista communicatio Idiomatum teneat, ponuntur quātuor regulæ. Prima est Scoti, ut per 7.d. tertii soluendo tertium argumentum secundæ quæstionis. Secunda est sancti Thomæ. Tertia est Doct. deuoti. Quarta est Coraldi monachi. Prima regula communicatio Idiomatum non tenet in prædicatis exprimentibus istam unionem naturæ humanæ ad uerbum, ut licet ista sit uera, uerbum est incarnatum, tamen ista est falsa, homo est incarnatus, quia hoc quod est incarnari, est prædicatum exprimens istam unionem. Similiter, licet ista sit uera, filius Dei est incarnatus, non tamē ista, filius Dei est factus filius Dei, ut dicit Scotus in 7.d. huius tertii. Secunda regula est. ista communicatio Idiomatum nō ualet in prædicatis, quæ præsupponuntur isti unioni, unde nota quòd antequam homo uniretur uerbo, homo erat prædestinatus ad uitam æternam. Et ratio est, quia hoc, quod est præ destinatum, est unum prædicatum, quod præsupponitur unioni. Tertia regula est, quòd communicatio. Idiomatum non tenet in prædicatis, quæ destruunt intellectum duarum naturarum, licut est creatura, ut licet ista sit uera, homo est creatura, tamen ista non est uera, uerbum est creatura, quia destruit intellectum uerbi diuini, quia tunc uerbum diuinum non esset ab æterno, & intelligeremus filium Dei habere principium, & non habere respectu eiusdem. Ita regula ista de communicatione idiomatum non tenet in prædicatis dicentibus imperfectionem, ut si uerbum assumeret Luciferum, licet Lucifer esset damnatus, tamen ista communicatio non teneret. Nota tamen quòd de Bassolis tenet oppositum, & similiter dicit quòd sine ista regula potest fieri communicatio Idiomatum, ut si uerbum assumeret Luciferum, ista propositio esset uera, uerbum diuinum est damnatum, uerbum diuinum est peccator. Et ad argumentum, si uerbum assumeret lapidem, uerbum esset lapis &c. Dicit Scotus, quòd si lapis esset in uerbo, lapis prædicaretur de uerbo in concreto, ita quòd istæ essent ueræ: uerbum lædit pedem: uerbum interficit hominem: uerbum diuinum in Lombardia frangit murum: uerbum diuinum perforauit Castrum. Et cum arguitur, sequeretur quòd esset perfectior communicatio, cum quælibet pars lapidis sit lapis: nego. probo, quia uerbum diuinum non est brachium hominis, non est caput hominis, &c. Respondet Scotus negando. Ad probationem dicit Sco quòd licet pars lapidis in quantum est pars homogenea, uel subiectiua lapidis in communi reciperet prædicationem in communi, non tamen reciperet prædicationem huius lapidis. Aduerte quod lapis, potest primo considerari, ut est unum totum integrale. Secundo modo, ut est unum homogeneū. Tertio modo, ut est unum totū uniuersale. Totum uniuersale est, quod habet plures partes subiectiuas. Et dico, quod licet pars lapidis recipiat prædicationem lapidis in communi, uel in quantum est pars homogenea, non tamen recipit prædicationem lapidis, in quantum est unum totum integrale, ut non sequitur, iste paries est domus, & tamen contra conceditur ista, quælibet pars lapidis est lapis. dico quòd ly, lapis, in prædicato accipitur pro lapide in communi, & est uera. uel ut est unum totum homogeneum: sed si ly, lapis, in prædicato sit unum totum integrale, tunc propositio non est uera, ut ista non est uera, ista pars determinata lapidis est lapis iste, ita quod uult habere, quòd si uerbum assumeret naturam humanam sicut fecit, ista est falsa. Verbum diuinum est caput; uerbum est brachium, sicut ista est falsa, pars lapidis est iste lapis: ista pars aquæ, est aqua: iste propositiones sunt falsæ.

Quatuor regulæ notabiles de cōiocatiue Idiomatum.

QVAESTIO SECVNDA.

De termino assūptionis

CIrca secundum. Quæro, utrum uerbum primo & immediate assumpserit totam naturam humanā. Nota quòd antiqui mouebant istam quæstionem, & aliqui dicebant quòd uerbum assumpserat naturam mediāte gratia. Alii dicebant quòd mediāte anima. Pro declaratione terminorum, nota quòd assumere, accipitur dupliciter: uno modo effectiuè: alio modo terminatiuè. Primo modo est facere ipsam unionem. & sic tota Trinitas assumpsit naturam humanam, quia tota trinitas fecit istam unionem. Secundo non solum uerbum assumpsit naturam humanam, quia solum uerbum terminat istam unionem & sic capitur in ista quæstione. Secundus terminus est primo; & accipitur quadrupliciter, secūdum quòd quadruplex est primitas, scilicet generationis, perfectionis, conuertibilitatis, & præcisionis. Vnde primitas generationis est in illo, quod primo generatur. ut forma seminis. similiter singulare, est istud, quod primo cognoscitur, sed primum primitate perfectionis, est illud, quod est perfectius, & sic Deus est primus. similiter homo totalis generatur prius quàm forma seminis, & sanguinis: ex quo sequitur, quod iste duæ primitates se habent per oppositum. quia semen est prius priori tate generationis, & est posterius posterioritate perfectionis. Et iste ordo est ordo euersus. Nota quòd dicit Scotus in 7.d. primi, quòd licet istæ duæ primitates sint oppositæ in creaturis, non tamen in diuinis. Sed primum primitate conuertibilitatis, est ut propria passio, & sic accipitur in primo posteriori tatis. Primum uero primitate immediationis, seu præcisionis, est illud, quod est immediatum, & sic superficies primo, & immediatius inest parieti, quàm albedo: & isto quarto modo accipitur hic ly, primo.

Assūmere dupliciter.

primo accipitur quadrupliciter.

Medium duplex.

Nota quod medium est duplex, s. intrinsecū, & extrinsecū

Universidad de Deusto
Biblioteca

medium intrinsecum est illud, quod est de quidditate. ut rationale est medium inter hominem & risibile. Medium extrinsecum est illud, quod est extra subiectum, ut superficies est extrinseca parieti. & est ratio quia ineſt parieti, & est ratio sine qua non, Et istud medium tam intrinsecum, quàm extrinsecum est duplex, scilicet necessitatis, & congruitatis. Medium necessitatis est sine quo tertium non potest esse in primo: & sic superficies est medium necessitatis, quia est medium sine quo albedo non potest ineſſe parieti. Medium congruitatis est, quando aliquid potest ineſſe alicui mediante illo medio. Exemplum, si quis uelit esse iurisperitus, medium congruum est quòd sit Rhetoricus, non tamen medium necessitatis, quia benè posset acquirere leges sine ea, utpote bonus grammaticus. Et arguit ad oppositum, primo sic. si ista unio fieret primo per partes, ergo non esset unica assumptio. probatur, quia primo esset unio in illa parte, quæ assumeretur, & consequenter in alia, quæ secundo assumeretur.

Vtrunque medium duplex.

Pro solutione nota, quod dicit de Bassolis, quòd in incarnatione fuit tantum una unio, & unica dependentia. Alii tamen tenent quòd fuerunt quatuor. Primo tres unitates ad uerbum, una corporis, alia animæ, tertia unio partium ad uerbum. tamen Doctor dicit quòd fuit tantum una unio, Et cum arguitur de triduo. Item, si uerbum assumpsisset naturam humanam mediâte parte, prius fuit aliquid; item quòd non est medium, quod est gratia.

Opiniones de unione humanitatis ad uerbum.

¶In ista quæstione patet &c.]

Duo articuli quæstionis.

Hic sunt duo articuli. in primo inquirit de medio intrinseco, in secundo de medio extrinseco. Vnde medium intrinsecum est illud, quod est de intrinseca. ratione illius primi cui ineſt tertium, ut rationale inter hominem, & risibile, ut patuit.

Opin. Varr.

¶Quantum Ad primum &c.]

Circa primum articulum dicit Varro, ponendo duas propositiones. Prima propositio. Verbum diuinum assumpsit corpus mediâte anima, sic, quòd anima fuit quoddam medium adhoc, quòd corpus uniretur uerbo, sic quòd in primo instâti, anima fuit unita uerbo: & in secundo fuit unita corpori, tanquam forma: & postea corpus fuit unitum uerbo, mediâte anima ista. Secunda propositio. Verbum diuinum assumpsit tertiam entitatem, & humanitatem, mediantibus illis partibus, sic quòd prius primitate executionis assumpsit partes, & deinde primo primitate intentionis assumpsit totum. pro quo nota quòd illud dicitur primum primitate intentionis, quod primo homo intendit. Sed primum primitate executionis est illud, quod primo exequitur, ut patet de domo componenda, & ita imaginatur Varro, quòd totum fuit unitum ipsi uerbo mediante corpore, & anima.

Quid primũ secundũ intentionẽ, & quid primũ secundũ exe cutionem.

Contra, &c.]

Doct. improbat Varronem, & primo arguit sic, quia sequeretur, quòd Verbum non fuisset primo homo: sed hoc est falsum: igitur. probatur consequentia, & pro probatione capio suum argumentum, quod faciebat ipse Varro; Assumẽs, non est homo, &c. sed istud quod fuit assumptum, scilicet anima intellectiua, non fuit homo, ergo &c. Doct. accipit istud argumentum contra ipsummet Varronem, quia uerbum nõ est homo &c. sed per te uerbum non assumpsit primo nisi animam intellectiuam, quæ non est homo: ergo uerbum diuinum non est primo, & immediatè homo. Sed hoc est falsum, quia omnes Doct. tenent, quòd sicut Sortes primo humanitate est homo, ita uerbum primo est homo, licet sit alius primo hic & ibi, quia cum dicitur, Sortes est homo, ibi est primo per se, & cum dicit uerbum est homo, ibi non est per se, sed per accidens, ut uidebitur inferius.

2. Rõ Sco. cõtra Varr.

Secundo sequeretur quòd Christus non esset homo. probatur, & pono casum quòd accidens sit compositum expartibus essentialibus, quarum una sit actualis, & alia potentialis; & potentialis uocetur, a, & actualis b, Arguitur sic. subiectum non denominaretur ab accidente illo, ex eo quòd denominaretur a, b, quæ est pars formalis, quia si sic, cum a, possit denominari ab ista parte formali, patet hoc, accipio colorem inquantum est unum potentiale, & disgregatiuum, quod est actuale, tunc primo ista est uera, color est disgregatiuus, & sic pars formalis prædicabitur de parte potentiali, & ideo sequeretur quòd a, quæ est pars potentialis, esset subiectum illius partis formalis, quod est falsum. Ita a simili arguitur sic, uerbum se habet tanquam subiectum, & anima tanquam pars formalis; sed si uerbum non assumpsit nisi animam intellectiuam: ergo non dicetur homo, quia uerbum est homo. quia humanitas est unita uerbo.

Pro maiori notitia. Quæro. utrum accidens sit compositum ex materia & forma? Respondeꝰ quòd materia potest capi dupliciter. Vno modo pro altera parte compositi, & sic in quocunque elemento est materia, & sic Angelus non componitur ex materia. & forma. Alio modo pro parte materiali. i. pro aliqua potentiali. & forma pro aliquo formali, scilicet pro quidditate specifica. Respondeꝰ ad istam difficultatem, ponendo duas propositiones; prima. nullum accidens, quodcunque sit illud, est compositum ex materia & forma, accipiendo materiam & formam, pro altera parte compositi contra D. Thomam Anglicum. quia accidens est forma simplex. Secunda propositio, accidentia sunt composita ex materia, & forma, accipiendo secundo modo materiam & formam. Et sic similiter Angelus potest esse compositus ex materia & forma, quæ est compositio metaphysic. quia est compositio ex sua forma quæ est quidditas, & sua materia, & quæ est quædam potentia, quia Angelus est receptiuus accidentis, scilicet intellectionis, & hoc non est inconueniens. similiter albedo componitur ex genere, scilicet colore, & sua differentia est disgregatiuitas.

Materia capitur dupliciter.

Quæro, utrum ponendum sit, quòd accidens sit compositum ex partibus essentialibus? Respondeo aut ex partibus essentialiter distinctis, & sic non: aut ex partibus essentialibus, quæ solum formaliter distinguũtur, & non essentialiter. ut in colore existente in pariete pono duas realitates, scilicet albedinem, quæ est natura specifica, & differentiam individualem. similiter in albedine, pono duas realitates, scilicet genus, quod est color, & differentiẽ specificã, quæ est disgregatiuitas. Nota quòd hic dicitur, quòd homo prædicatur de uerbo, quia natura humana dependet ad uerbum, & unio est ratio talis denominationis. Arguit contra, ego sum dependens ad uerbum, & tamen uerbum non prædicatur de me: ergo nec de illa natura. Respõdetur quòd nos possumus inuenire duplicem dependentiam, scilicet causari ad causam, quæ est causati ad causam in genere causæ efficientis. Alia est dependentia naturæ communicabilis, ad aliud communicabile. Prima propositio. Prima dependentia non sufficit ad uerificandum istam prædicationem. Secunda propositio. Ista specialis dependentia est sufficiens ad uerificandum istam prædicationem. patet de accidente, quod dependet ad subsitãtiam, & ideo dicitur paries albus.

Quo accidẽs possit dici cõpositũ ex materia & forma, & quo non.

Angelus quo possit dici compositus.

Duplex dependentia.

Tertio sic arguit contra Varronem; & pro isto argumento nota, quòd Scotus duo præsupponit, primo præsupponit, quòd de ratione personæ est duplex incommunicabilitas, uidelicet, ut quo, & ut quod. secundo præsupponit, quòd ista incommunicabilitas magis conuenit materiæ, hoc est corpori organico, quàm formæ, & animæ, quia anima est communicabilis ut quo. Arguit sic, materia est magis incommunicabilis & subsistens, quàm forma: quoniam illud cuius est anima, suppositatur. Similiter si anima uniatur alicui, prius unietur corpus, quàm anima.

3. Rõ contra Varr.

Quarto sic, Corpus natum est subsistere in se, sic, quòd non subsistit per informationem animæ: quia & si anima non informaret corpus, tamen corpus subsisteret seipso, tunc sic, anima unitur uerbo: ergo corpus potest uniri patri: & ita idem homo assumeretur a duabus personis, quod uidetur inconueniens. Nota quòd Scotus ostendit isto argumento, quòd una & eadem natura, non possit assumi a tribus personis diuinis, scilicet quòd secundum animam, secundum corpus, & secundum tertiam entitatem, dependet ad tres personas, & hoc non tenet Franciscus de Matthia, & cum arguit contra ipsum, ergo sequitur quod aliquid dependeret a pluribus dependentiis, concedit ipse, & dicit quod eadem natura secundum diuersas partes potest assumi a tribus personis, & hoc est propter diuersa finita, quæ sunt anima, corpus, & tertia entitas.

De opinione circa unitatẽ, uel pluralitatem unionis naturæ humanæ cũ uerbo.

Quinto sic quia sequeretur quod in triduo esset noua assumptio, patet q a nõ erat aia corpori unita, sed solũ corpus. Nota qđ Scotus, & de Bassolis, tenẽt, qđ in triduo una fuit nouã unio, & dicunt quod in instanti concepționis Christi fuit una sola unio, quæ durat usque ad instans mortis, & cum Christus mortuus est fuerunt duæ nouæ uniones, scilicet unio corporis, & unio causæ, & in die Resurrectionis, cum Christus surrexit fuerunt destructæ illæ duæ uniones, & primam unionem quam Christus habebat eum uniret, tunc habuit. Nota qđ Occham & de Maronis, dicunt qđ secundum diuersitatem fundamentorum sunt diuersæ relationes. & dicunt, quod in illo instanti in quo uerbum fuit incarnatum, fuerunt quatuor

1. Opin. Scoti.

uniones. In tertia entitate fuit una unio: in anima fuit alia: in carne fuit tertia: & quarta in unione accidentium. Sed secundum Scotum est ponenda tantum una unio: nam quia humanitas unitur uerbo, consequenter partes, & accidẽtia uniuntur, & sic non sunt multiplicandæ istæ uniones in uerbo.

Duo aĩa sit mediũ unionis naturæ humanæ cũ uerbo.

Scotus respõdet ad articulum. Duplex mediũ quo & quod.

Quantum ad istum articulum. Nota quod Scotus pro isto articulo ponit duas distinctiones, & tres propositiones, & duo corollaria. Prima distinctio. Sicut inter agens & effectum, uel actum, aliquid potest poni pro medio, dupliciter, scilicet ut quo, & quod, ita inter recipiens, & receptum, aliquid potest poni pro medio dupliciter, s. ut quo, & ut quod. pro quo nota quòd inter agens aliquod, & suum effectum duplex potest imaginari medium, scilicet medium quod, & est agens propinquum inter agens remotum, & suum effectum. Exemplum: Ignis est effectus productus, inter solem producentem ignem, & ignem pro ductum mediat ignis producens, qui est agens particulare. Exemplum de medio quo, ut ignis calefaciens aquam, inter ignem producentem, & aquam, mediat calor, tanquam medium quo, quia est medium quo ignis calefacit aquam. Similiter quando graue descendit, medium quo, est grauitas: & ideo inter graue, & descensum, mediat grauitas, tanquam medium quo: ita inter recipiens, & receptum potest imaginari duplex medium, scilicet quod, & illud poterit esse aliquid recipiens inter substantiam, & accidens: ut inter substantiam, & albedinem mediat superficies, quæ recipit albedinem, & est medium quod, sed medium quo inter recipiens & receptum potest esse sicut forma subiecti, ut anima intellectiua quæ est forma hominis specifica, ipsa est medium, quo risibilitas ineſt homini.

Quædã propositiões Sc. Prima propositio.

Prima propositio. In ista unione passiua naturæ humanæ ad uerbum, non fuit medium quod, scilicet quod mediauerit inter naturam humanam & uerbum, ita quòd uerbum prius illud assumeret, & per illud assumeret naturam humanam, consequenter ergo illud quod uerbum sibi immediatè uniuit, fuit natura humana, quæ est tertia entitas. Probatur ista propositio, quia quod est in se primo personale, si in se personaretur, illud idem in alio personatur, quando assumitur: sed tota natura humana est per se primo personabilis si personaretur in se, & non assumeretur, & non pars aliqua. uel partes: ergo tota natura humana est illud, quod primo unitur, & assumitur a uerbo. probatur minor, quia uerbum supplet personalitatem creatam. Item secundo probatur, quia in illo instanti, in quo ista natura assumpta fuisset personata propria personalitate, fuit a uerbo diuino assumpta.

Scõa prop. de medio quo.

Secunda propositio. loquendo de medio, quo anima intellectiua Christi fuit medium quo, inter naturam humanam, & uerbum diuinum, & ista propositio non contradicit primæ. probatur istud. Quod est forma dandi esse alicui naturæ, est medium quo respectu cuiuscunque accidentis, quod ineſt subiecto: sed anima intellectiua est forma dans esse naturæ humanæ: ergo anima est medium, quo natura unitur uerbo.

Pro quo nota, quod in illa probatione ponuntur istæ duæ propositiones. Prima. Anima intellectiua est dans esse, & constituens naturam humanam in esse. Secunda. Anima intellectiua est ratio, quare natura humana est unibilis uerbo, sicut est medium, quo homo est risibilis, Et cum Doct. dicit, quòd non solum anima intellectiua est principium effectiuum respectu risibilis, sed est medium quo, risibile ineſt homini, & est subiectum proximum, Arguit sic, uidetur quòd anima non sit subiectum risibilitatis, quia anima Petri in paradiso non est risibilis. Item, quod dicit quòd anima est principium risibilitatis, Nota quòd tenendo quòd propria passio sit idem cum subiecto, & quòd non causatur ex principiis subiecti, respondet quod anima intellectiua non est principium effectiuum risibilitatis: nec est subiectum proximum: sed Doct. accipit illas propositiones famosas, & communes; & non de mente propria, quia Scotizantes tenent oppositum informa litatibus. Tertia cõclusio. Licet anima sit mediũ, quo inter uerbum & naturam, tamen anima non unitur primo ipsi uerbo, tanquam quod. probatur. Nam licet concedamus quòd anima est medium quo homo est risibilis, tamen anima non est risibilis tanquam quod, & ideo licet anima sit medium quo natura humana assumitur a uerbo, tamen non est medium quod, ideſt quòd anima assumatur primò tanquam quod, & quod per illam natura humana assumatur. Primum corollarium, Ista propositio est uera, assumitur tota natura humana per animam intellectiuam, tanquam per medium quo, ita quod ly per licet notet respectu prædicati circunstantiam sue rationem quasi materialem, respectu unionis tamen denotat quòd suum casuale, scilicet illeaccusatiuus, animam, est medium quo respectu unionis: & dicit causam formalem eius quod unitur.

Not prosolutione.

Nota quòd quando dicitur, tota natura humana assumitur per animam intellectiuam, ibi subiectum est, assumptum est, uel assumpta est, & natura humana est prædicatum, & anima intellectiuam, est medium, quod constituitur cum ly, per. Dicit Scotus quod assumptum est subiectum: & natura humana est prædicatum. Natura humana est subiectum materiale unionis: & anima intellectiua est medium quo, in ista unione. Secundum corollarium. Ista propositio est uera, anima intellectiua est medium quo, mediante corpus unitur uerbo diuino. probatur sic, illud, quod est forma naturæ totalis, istud est medium quo corpus unitur uerbo: sed anima est medium quo tota natura humana unitur uerbo: ergo est medium, quo corpus unitur uerbo diuino.

duplex totũ

Conc. Scoti. de toto essẽtiali physico.

Primæ ratio ad cone.

Sed hic est dubium. Nota quòd istud dubium mouet Scotus in metaphysica sua, & Antonius Andreæ etiam in sua metaphysica, & Canonicus in sua physica. dubium est tale. Dictum est, quòd illud quod assumitur a uerbo, non est anima, nec corpus, sed natura humana. Quæro, utrum ista humanitas, quæ est tertia entitas, sit distincta realiter a suis partibus, seu utrum totum dicat, aliquam entitatem distinctam a partibus simul sumptis. Et ad hoc dicit Commentator, qꝯ nõ: qꝯ totum non est aliud quàm partes suæ cõiũctim simul sumptæ, ideo totum, & partes simul sumptæ sunt idem, ita quod totum, licet distinguatur ab anima quando est separata, & a corpore quando est separatum; tamen quando illæ partes sunt simul unitæ, totum non est aliud quàm ipsæ partes simul sumptæ.

Dubiũ, utrũ totũ sit distinctũ a partibus.

Vnitas sex plex.

Pro decisione huius dubii, ponit doct. tres articulos. In primo quærit, utrum totum, &c. In secundo quærit, utrum illa entitas sit absoluta, uel respectiua. In tertio, utrum istud totum dicat aliquam formam distinctam a forma partis. Nota pro primo articulo, quod duplex est totum, scilicet totum integrale, & est quod habet partes quantitatiuas, uel entitatiuas. Aliud est totum essentiale, quòd habet partes essentiales. & est duplex, scilicet metaphysicum, quod componitur ex genere & differentia, & physicum, quod componitur ex materia & forma, & de isto intellexit Doctor, & dicit quod ista est conclusio totum per se sumptum dicit aliquã entitatẽ realiter, & essentialiter distinctã a suis partibus simul sumptis. Probatur per quinque rõnes. Prima, si nõ esset aliquid distinctum a partibus simul sumptis, sequitur qꝯ istud totum essentiale, non esset magis unum quàm unum aggregatione: sed hoc est falsum: ergo totum dicit aliquam tertiam entitatem. Pro quo nota, quòd sextuplex est unitas, scilicet aggregationis, ordinis, per accidens, per se, simplicitatis, & identitatis formalis. Vnitas aggregationis, est unitas plurium, quæ nullam unitatem habent inter se; ut cumulus tritici. & istud non dicit tertiam entitatem a partibus simul sumptis. Vnitas ordinis, & ista dicit aliquem ordinem ultra unitatem ut patet in exercitu, ibi est ordo, quia omnes habent ordinem ad capitaneum, & etiam ad se inuicem. Vnitas per accidens, est unitas aliquorum diuersorum generum, quorum unum unitur alteri: & istud non dicit tertiam entitatem, nisi præcisè informationis. Vnitas per se, est unitas alicuius totius compositi ex partibus, quarum una est potentialis, & altera actualis, ut homo. Vnitas simplicitatis, est unitas aliquorum plurium, quæ sunt idem realiter, & distinguunt formaliter, ut in diuinis. Vnitas formalis, est quandocunque est unio inter aliqua duo, quorum unum includit alterum in primo modo dicendi per se. & sic homo est idem cum animali: quia homo includit animal in primo modo dicendi per se, & inter unitates est ordo. Arguit sic. Si totum per se sumptum, quod est unum per se, non esset aliud distinctum a partibus, sequeretur quòd non esset magis unum quàm totum per aggregationem. probatur. primo auctoritate Philosophi quia totum per aggregationem non est nisi sue partes. Item secundo probatur ratione. Vnum per se, est magis unum quàm unum per accidens: sed unum per accidens ultra suas partes dicit aliquid, quia dicit informationem, ergo unum per se est magis unum quã per aggregationem: & tamen si tua conclusio esset uera, non esset magis unum, quàm unum per aggregationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Rō Scoti.

Secundo sic: Illud quod est per se terminus totalis generationis, dicit entitatem distinctam a partibus: sed totum essentiale est terminus totalis generationis: ergo dicit aliquam entitatem distinctam a partibus simul sumptis. Pro declaratione nota quòd duplex est terminus generationis, scilicet totalis, & est ille qui accipit esse per generationem: ut ignis genitus. Alius est terminus formalis, & est forma substantialis ignis geniti: probatur minor, quia quando ignis generatur, non tanquàm quòd ipsamet forma generatur, sed aliquid aliud generatur. Ita quando Christus resuscitauit Lazarum, anima erat in limbo, & corpus in sepulchro, & fecit miraculum: ergo produxit aliquod nouum, & non fecit animam, nec corpus: ergo &c. Dicunt nominales, concedendo cp fecit aliquod nouum; sed dico quòd fecit aliter se habere, sed contra nominales arguitur sic. Vel Christus aliquid fecit, uel nihil: si primum, habeo propositum. si secundum hoc non est intelligibile.

Terminus generationis duplex.

Euasio nominalium.

3. Rō Scoti.

Tertio arguit de corruptione, ut in litera. Quarto arguit, in quo nominales sunt stupefacti, & probat istud Capreolus sectator B. Thomæ, tenet enim in suo tertio eandem conclusionem cum Scoto. Si totum essentiale non dicere: aliquam tertiam entitatem distinctam a partibus simul sumptis, sequeretur, quòd istæ partes essentiales, scilicet materia, & forma, nihil causarent. probat, certum est, quòd istæ sunt causæ, scilicet materia, & forma: ergo aliquid causant, & tamen si totum non esset aliquid aliud, quàm suæ partes, nihil causarent. probo, quia non causant seipsas, quia materia nō causat materiam; nec forma, materiam, & formam: ergo illæ partes aliquid causant, & non est aliquid aliud distinctum, nisi ipsa tertia entitas: ergo, &c. Vel sic arguitur. Quodlibet causabile, uel causatum, distinguitur realiter a suis causis, siue extrinsecis, siue intrinsecis: sed homo est aliquid causatum à materia, & forma: ergo oportet dicere, quòd ista humanitas distinguitur realiter ab istis partibus simul sumptis.

4. Rō Sco.

Tres cōditiones principiorū naturalium.

Nota quod secundum philosophum primo physicor. tres sunt conditiones principiorum naturalium; prima, principia non sunt ex alterutris, &c. ita quòd antequam aliqua sint principia, primo requiritur, quod nō fiant ex alterutris. Secūda, quòd non fiant ex aliis. Tertia requiritur, quod omnia entia naturalia fiant ex ipsis, scilicet ex materia & forma. Quia ergo principia nō fiunt ex alterutris, materia non causabit formam; nec forma materiam: ergo materia & forma causabunt istam tertiam entitatem. Quintò, quia si non, sequeretur

5. Rō. Scot. ad idem.

quòd nullum ens esset, cui inesset propria passio, uel operatio: sed hoc est falsum: quia certum est, quòd istæ operationes non conueniunt formæ, nec materiæ: ergo conueniunt toti. quia intelligere est propria operatio hominis, secundum philosophum primo de anima: quia anima non intelligit tanquam quod quandiu ipsa est in corpore, nec corpori conuenit intellgere: ergo &c. Item intellectio est operatio hominis: ergo oportet sibi dare subiectum adæquatum, & non est materia, nec forma: ergo est aliquid distinctum a partibus simul sumptis.

Propria passio, & propria operatio conuenit primo toti.

2. Artic. de tertia entitate.

Pro secundo articulo uidendum est, si illa tertia entitas, sit absoluta, uel respectiua. Sententia ergo doct. principalis, pro isto dubio est ista. Ista tertia entitas, seu natura humana, distincta a partibus simul sumptis, est entitas absoluta, & non respectiua, seu relatiua. Probatur, solus respectus non sufficit ad hoc quòd aliquid sit per se unum: ergo &c. antecedens patet, quia totum per accidens, dicit aliquam entitatem ultra partes, ut homo albus, dicit informationem. tunc sic arguitur, si solus respectus, &c. sequeretur, quod homo albus cum dicat illum respectum, scilicet informationem, esset unū per se. sequeretur etiam si respectus sufficeret, & satis esset, quòd totum essentiale, esset respectus. Item quidditates dissimiles compositæ ex materia, & forma, reponibiles in prædicamento substantiæ, sunt absolutæ; sed istæ quidditates sunt huiusmodi: ergo dicunt aliquam entitatem. Probatur minor, qa nihil reponitur in prædicamento absoluto, nisi sit absolutum & maximè in prædicamento substantiæ. Item quicquid est terminus generationis, est entitas absoluta: sed ista tertia entitas, est huiusmodi: ergo &c. probatur maior, quia generatio est ad substantiam sic, quòd non ad relationem: probatur minor, quia humanitas est id quod generatur tanquam quod. Ité quicquid est terminus alicuius corruptionis, est entitas absoluta: sed ista tertia entitas, est terminus corruptionis: ergo est entitas absoluta. Probatur maior, quia corruptio pro termino a quo, habet substantiam absolutam. probatur minor, quæ philosophum, tertio physicorum, ubi dicit, quod corruptio é de esse substantiali ad non esse substantiale. Tertio sic, causæ absolutæ non causant solum aliquam entitatem respectiuā; sed materia, & forma sunt causæ intrinsecæ, & absolutę: ergo illud quod causat, est absolutum. Item quicquid est subiectum propriæ passionis, uel operationis alicuius, oportet quòd sit entitas absoluta: sed ista tertia entitas est proprium subiectū propriæ passionis: ergo patet maior, quia relatio non potest esse subiectum risibilitatis. Item non uidetur, quòd sit ponenda tanta differentia inter relationes, sicut inter tota essentialia: sed dicimus, quòd homo differt ab asino, & asinus a lapide: ergo &c. & si humanitas non adderet nisi relationem, nō diceretur, quòd tantum distinguerentur illæ relationes. Item arguit sic, nulla relatio est assumpta a uerbo: tertia entitas est assumpta a uerbo: ergo ista tertia entitas non est relatio. probatur maior, quia omnes illam concedunt. minor fuit similiter probata.

3. entitas ē positiua, et absoluta.

Terminus generationis est substantia.

Nota quod nominales habent multas auctoritates, quæ uidentur sonare oppositum de ista tertia entitate. Sed dicit de Bassolis, si tu nominalis dicas, non possum intelligere in homine aliquid esse præter materiam & formam. Respondeo. dicit de Bassolis, ego etiam non possum intelligere, cp sunt aliquæ causæ, & cp nihil causent. Pro ista materia habemus quo modo intelligitur totum distingui a partibus simul sumptis, cum sit multiplex totum. Prima dico, totum capitur dupliciter. Vno modo cathegorematicè. Alio modo syncathegorematicè. Totum syncathegorematicè idem est quòd quælibet pars, & sic totum non distinguitur a partibus simul sumptis, & si sic uolunt intelligere nominales de isto toto, nos sumus cum ipsis, sed ipsi non sic intelligunt. Alio modo capitur totum cathegorematicè, prout est aliquod ens compositum ex suis partibus. & hoc modo disputauimus cum nominalibus. Secunda distinctio. totum cathegorematicè est duplex, scilicet per se, & per accidens. totum per se, est aliquod cōpositum ex partibus eiusdem prædicamenti, quarum una est potentialis, & altera actualis, sicut homo; componitur enim homo ex materia, & forma, quæ sunt in prædicamento substantiæ, saltem reductiuè. Totum per accidens, est illud quòd cōponitur ex rebus diuersorum prædicamentorum, ut homo albus, & sic differt totum, tertio metaphysicę. Tertia distinctio. totum per se est quadruplex scilicet uniuersale, essentiale, integrale, & potestatiuum. Totum uniuersale est quod hēt plures subiectiuas, ut animal. Totum integrale, est quod hēt plures partes integrantes ipsum totum, sicut brachium, domus, &c. Totum essentiale est quod habet plures partes essentiales componentes ipsum, ut homo habet materiam, & formā, tanquam partes essentiales. Totum potestatiuum, est illud, quod est simpliciter in se una essentia, & tamen in se continet pluralitatem potentiarum, quibus mediantibus exit in actus secundos sicut anima intellectiua, quæ licet sit simplex, tamen ipsa continet unitiuè, & intellectum, & uoluntatē, quib. mediantibus, ipsa intelligit, & uult.

Quō totū dīstinguatur à partibus, & quod totum.

Totum dupliciter.

Totū cathegorematicè duplex.

Quid totum per se, et qd totum per accidens.

Totū per se quadruplex

Totū essentiale duplex

Quarta distinctio, totum essentiale est duplex, secundum cp duplex est compositio. s. metaphysica, quæ est ex genere, & differentia; & physica, quæ est ex materia & forma, unde cōpositum essentiale compositione physica dicitur compositū compositione physica, ut homo, inquantum componitur ex materia, & forma. sed illud dicitur compositum compositione metaphysica, inquantum componitur ex genere & differētia. Quinta distinctio, totum integrale, est duplex, quoddam ē compositum ex materia & forma, aliud non. Exemplū de primo, ego qui habeo caput, brachia, & pedes, aliud non, sed magis ex partibus entitatiuis, ut quantitas in Eucharistia. Similiter materia secluſa forma habet partes entitatiuas, & sic materia differt ab angelo, quia licet materia sit simplex sicut angelus, tamen quia habet partes entitatiuas, & non angelus, iō differt ab angelo, & per istas distinctiones faciliter respondetur ad nominales.

Totum integrale duplex.

Distinctio duplex.

Nota ulterius, quòd in isto ponuntur duæ aliæ distinctiones. prima, duplex est distinctio præter operationem intellectus, sicut dicit Occham in suo primo, scilicet formalis, & realis. unde distinctio formalis est illa, quæ cadit inter aliqua, quorum unum non includit aliud in primo modo dicendi per se. & sic homo, & risibile distinguuntur. Sed distinctio realis est illa quæ cadit inter rem, & rem, & ista est duplex, scilicet suppositorum, & naturarum. Suppositorum, quæ stat in eadem natura, ut in diuinis. Naturarum est, quando in aliquibus inueniuntur distinctæ naturæ, ibi est distinctio realis, contra Canonicum, qui

Dist. realis duplex.

dicit quod licet Socrates, & Plato, habeant diuersas naturas, tamen distinguuntur essentialiter.

Dubitatio circa numerum distinctionum. Solutio.

Distinc formalis dupl.

Contra istas distinctiones arguit sic, probando, quòd sunt plures aliæ ponendæ. superius, & inferius, distinguuntur, & tamen non formaliter, quia superius includitur formaliter in inferiori: ergo est ponenda alia distinctio ex natura rei. Respondeo, quòd inferius est idem formaliter cum superiori, & tamen cum hoc stat, cp distinguuntur formaliter. pro quo nota, quòd duplex est distinctio formalis. primo enim accipitur quando inter aliqua unum non includit aliud, sicut homo, & risibile: alio modo pro distinctione, quæ cadit inter aliqua, quorum unum non est aliud adæquatè, & sic homo, & rationale distinguuntur formaliter, quia non sunt idem, sicut definitio, & definitum. Similiter homo, & animal, distinguuntur hoc modo formaliter, & sic istæ duæ distinctiones solum sunt ponendæ, & omnes aliæ reducuntur ad istas duas. Prima conclusio. Totum essentiale compositū ex materia, & forma, distinguitur realiter essentialiter a partibus simul sumptis. patet ex dictis. & etiam concordat cum hoc Capreolus. in 2. distin. 3. quæstio. Similiter Ioan. de Neapoli Sectator B. Thomæ similiter Franciscus de Maronis, & de Matthia

2. Concl.

Contra conclusionē Scoti arguunt nominales. Soluitur argum. contra conclusionē.

Sed contra istam conclusionem arguunt nominales, primo sic auctoritate Boe. Augustini in libro de spiritu, & anima, & per Aristotelem. in quarto Physicor. dicentes, totum ut homo, est anima & corpus. Respondeo primo dicendo, cp Aristoteles non dicit hoc in 4. Physic. quia in 7. Metaphysice, habet oppositum. secundo dico, ad B. Augustinum, quod duplex est prædicatio, scilicet formalis, & causalis, seu per continētiam. Formalis, ut homo est animal rationale, uel homo est homo. Causalis, quādo causæ intrinsecę prædicantur de toto, ut homo est compositū ex materia, & forma. Vel sic, duplex est prædicatio, s. formalis, & per continentiam. Dico, quod illa prædicatio est causalis, homo est quid compositum intrinsece, ex anima, & corpore. Aliter soluitur, dicendo, quòd Augustinus non intellexit, quòd homo sit anima, & corpus causaliter sed per continentiam homo continet corpus, & animam.

Prædicatio duplex.

2. Arg. nominalium.

Secundo sic, quia si sic, sequeretur, quòd diffinitio physica non explicaret essentiam diffiniti, probatur, quia definitio Physica non dicit nisi animam & corpus, & tu dicis, cp ultra est ponenda tertia entitas: ergo oportet dicere, quòd illa definitio, non explicaret totam essentiam diffiniti, scilicet hominis. Respondeo, negatur cōsequentia, & cum probatur, quòd differentia est inter definitionem, & definitum, quia in definitione solum ponuntur partes, & non totum, dico quòd sufficit quod ponantur partes definiti, & non totum: quia ego posſem similiter arguere de animali rationali, quæ definiunt homi nem.

Soluitur 2. argum.

2. Conclusio Scoti.

Secunda conclusio. Totum integrale dicit tertiam entitatem distinctam realiter, & essentialiter a partibus simul sumptis, sicut domus distinguitur realiter a partibus simul sumptis. Et hoc nullt philosophus. 5. Metaphil. 19. ubi dicit, quod bis ter non sunt sex, sed semel sex sunt sex. Item etiam Auicenna 2. metaphys. dicit nouem, & unum non sunt decem; sed decem sunt decem. Item idem dicit philosophus. 7. metaphysice & exemplificat de ab, quia possibile est quod, a, &, b, remaneant etiam simul, & tamen non remanebit ista syllaba, ab, ergo non sunt idem realiter. Antecedens probatur, quia ponatur, b, ante, a, tunc b, &, a, simul sunt, & tamen nō remanet, ab: sed est ba: ergo &c. consequentia probatur, qūia quandocunque aliqua sic se habent, quòd unum remanet aliis non remanentibus, illa non sunt idem realiter: sed sic est hic: ergo totum realiter distinguitur a suis partibus simul sumptis.

Contra secūdam conclusionē arguit nominales.

Soluitur argum.

Contra istam conclusionem arguunt Nominales. primo de toto ætherogeneo, quia sic, sequeretur, quòd duæ semilibræ essent æquales duabus semilibris, & uni librę: sed hoc est mirabile, & contra sensum: ergo &c. Probatur, quia accipio duas semilibras, & ponantur hic, accipiātur ex alia parte tota libra, & duæ semilibræ, tunc sic, istæ duæ medietates tantum ponderant sicut ista libra, & sicut istæ duæ medietates: ergo contra conclusionem. Respondeo distinguendo antecedens, uel illa libra includit illas duas semilibras tanquàm partes integrantes, & tunc illæ sunt æquales, aut illæ duæ semilibræ non includuntur in illa tota, & sic negatur antecedens, quia non sunt æquales. Secundo sic arguunt de toto homo geneo, quia si sic, sequitur cp idem agens naturale poterit idem numero reproducere. Respondet, quòd agens naturale posse idem numero reproducere, potest dupliciter intelligi. Vno modo idem numero ætherogeneum, & sic non poterit produci ab agente naturali. Vel idem numero homogeneum, & sic

2. argum. nominalium.

Soluitur. Agens naturale posse

idem numero reproducere duplicit er.

benè potest produci ab agente naturali, ut patet de aqua, & uino.

Tertia conclusio. Ens per accidens non dicit tertiam entitatem absolutam, ut homo albus non dicit nisi informationē hominis ab albedine. patet: quia si aliquid est coloratum, uel illud est substantia, uel accidens; non substantia, quia tunc accidens quod est unum de partibus, esset de quidditate substantiæ. nec accidens, quia substantia esset de quidditate accidentis:

3. Conclusio Sco. de toto per accidēs.

Quarta conclusio. Totum uniuersale formaliter distinguitur a partibus suis, licet realiter identificaretur cum eis: ut homo respectu sortis, & Platonis: est enim idem realiter cum eis distinguitur tamen formaliter. probatur pars prima, quia illud quod est de quidditate alicuius, est idem realiter: sed totū uniuersale respectu sui inferioris est huiusmodi: ergo &c.

4. Conclusio Scot. de toto uniuersali.

Quinta conclusio. Totum potestatiuū distinguitur formaliter a suis partibus, licet identificetur realiter. patet quia quācunque aliqua sic se habent, quòd continentur unitiue in aliquo, distinguuntur formaliter: sed sic est, quòd intellectus, & uoluntas, continentur in anima: ergo intellectus & uoluntas distinguunt formaliter Sexta. Totum quidditatiuū cōpositum compositione Metaphysica distinguitur formaliter a suis partibus, licet identificeur realiter cum illis: ut homo distinguitur formaliter ab animali, & rationali, patet: qa quodlibet definitum, Metaphysice loquendo, idētificatur cum suis partibus. Et quòd distinguatur, patet, quia quandocunque aliqua sic se habent, quòd unum est notius altero, illa distinguūtur ab inuicem: sed definitum, & definitio, sunt huiusmodi: ergo &c. Ex quo sequitur contra de Marchia in sua Metaphysica, qui dicit, quòd definitio, & definitum non distinguuntur ex natura rei, sed solum penes implicitum, & explicitum.

5. Conclusio de toto quidditatiuo.

Quō definitū & definitio distinguūtur.

Quantum ad tertium articulum. Nota quòd pro isto tertio articulo, ponuntur duæ distinctiones, & quatuor conclusiones. Prima distinctio est hæc, duplex est forma. s. forma partis, & forma totius. Nota ulterius, quòd sicut dicunt Grammatici, duplex est constructio. Quædam est constructio intransitiua, & est quando constructibilia pertinent ad idem, ut creatura solis, idest sol. Alia est tranſitiua, ut Petrus est Francisci. s. filius. Vel tis est Ioannis. similiter quando dicit, forma partis, ibi est constructio intransitiua, idest ipsa pars. & quot sunt partes in me, tot sunt formæ partis. Sed forma totius, est ipsum totum. Et cum in homine sit forma partis, & forma totius, dicendum est quòd in homine est duplex forma, scilicet, forma partis, ut anima; & alia est forma partis, quæ est forma misti. Hic non dubitatur de forma partis, sed quæritur, utrum præter formam partis in homine, sit ponenda forma totius.

3. arti. quid sit tertia entitas.

Duplex forma.

Duplex constructio.

Pro solutione nota, cp aliquam formam totius esse ponendā in toto, potest intelligi quadrupliciter. Vno modo, cp sit ponēda ad istum sensum, sic, quòd sit superueniens ipsi toti præter formam partis, & formam organicam, sicut anima superuenit corpori organico, completiuè componens ipsum totum, & quòd illa forma sit concurrens ad compositionem totius. Alio modo, cp sic intelligatur, aliqua forma, quæ sit medium uniens materiam cum forma, & iste modus distinguitur a primo, quia in isto forma est medium uniens. & in primo erat cō stitues. Tertio modo sic, quòd sit aliqua forma informans materiam, & formam partis, sicut nos dicimus, cp corpus organicum, quod est materia cum forma, est perfectibile ab anima intellectiua: utrum pariter sit ponenda forma perficiens, & informans materiā, & formam. Quarto sic, cp sit idem quod ipsum totum, ut quidditas in abstracto qua suppositum habet esse hoc. sicut dicimus cp album affirmatiuè est album, sic, cp in homine possumus imaginari unam formam, idest humanitatem, qua homo habet esse.

Formam totius esse ponendam in toto quadrupliciter pōt intelligi.

Videamus nunc, & pono quatuor conclusiones. Prima est. Forma totius non est ponenda aliquo modo in toto. primo modo intelligendo sic, cp sit perficiens, & complens ultimatè ipsum hominem. quia aliqui imaginabantur, cp ultra animam intellectiuam, sit ponenda aliqua forma ultimatè complens, & hoc non: quia tunc sequeretur, cp anima intellectiua non esset forma specifica hominis, quod est falsum. quia anima est forma specifica hominis ultimatè complens hominem.

1. Conclu & tertio art.

Secunda conclusio. Forma totius in secundo intellectu non est ponenda in toto, probatur, quia si ista forma totius esset ponenda, quæro, cum illa forma uniatur animæ, si forma, per quam unitur, oporteat, cp per aliam formam totius uniatur, tunc ulterius quæram de illa forma, & sic in infinitum procedendo. Contra, nunquam ex aliquibus duobus sit unum, nisi

2. Conclusio.

Dubitatio tollitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per aliud uniens; ergo oportet ponere istam formam totius, uniens ista duo. Respondetur ꝙ non est imaginandum, quod sit aliqua alia forma uniens. quia tunc esset processus in infinitum.

3. Concl. Tertia conclusio. Forma totius non est ponenda in tertio intellectu, sic, ꝙ sit perficiens materiam, & formam tanquam unum perfectibile. probatur, quia quicquid perficitur ab aliqua forma, habet rationem unius perfectibilis: sed materia, & forma non habent rationem unius perfectibilis: ergo &c. probatur ista minor, quia materia & forma sunt alterius rationis. Secundo, quia materia, & forma sic se habent, quòd materia est unum potentiale, forma est unum actuale, & ex per se actu, & ex per se potentia potest fieri unum tertium, sicut vult Aristoteles.

4. Concl. Quarta conclusio. Forma totius est ponenda, nõ tanquàm aliquid constituens, sed est illud, quo suppositum habet esse in natura, qua mediante, homo habet esse homo. Nota quando dicitur, ꝙ forma est ponenda in toto, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd constituat; & sic non. Alio modo, quòd sit natura in abstracto considerata, & sic in homine est ponẽda forma totius. Nota ulterius, quòd non facio differentiam inter formam totius, & ipsum totum, sicut inter ipsum albũ, & albedinem non est differentia nisi sicut inter abstractum, & concretum. ut homo, & humanitas idem sunt, & ideo differunt sicut abstractum, & concretum. Vnde forma totius nõ est nisi aliqua natura in abstracto considerata, ut est humanitas: quæ non est ratio constituens hominem, sed est ratio, qua homo est homo. Ex quo sequitur, quòd forma totius realiter distinguitur a forma partis. patet, quia forma totius, & totum, idem sunt: sed partes, & totum, realiter distinguuntur: ergo &c.

Nõ differũt forma totius & totum.

Forma totius distinguitur a forma partis.

Secundo sequitur, quòd forma totius est ens perfectius: quàm materia, & forma. probatur, quia illud quod includit aliqua duo, est perfectius illis duobus: sed forma totius est huiusmodi: ergo &c. Tertio sequitur, ꝙ non est inconueniens cõcedi in homine formam perfectiorem anima intellectiua. Et si arguatur, quòd anima sit perfectior, dico, ꝙ anima est perfectior inter formas partis.

Forma totius est perfectior quã forma et materia.

Solu. dubitationis. Sed quæro, cuius est forma illa forma totius? Respondeo quòd ista forma totius est forma totius compositi, ita ꝙ sit constructio intransitiua, forma totius, idest forma quæ est ipsum totum. Nota ꝙ formam totius esse formam, potest intelligi dupliciter. Vno modo quòd forma totius sit forma componens, & sic non. quia tunc idem componeret seipsum. Alio modo, quòd sit forma dans esse, & sic forma totius dicitur forma, quia homo est homo humanitate sua, sicut lapis sua lapideitate: similiter argẽtum est album albedine, & hic concluso ꝙ sit forma totius potest intelligi dupliciter. Vno modo, quod ista forma cum anima intellectiua sit componens aliud totũ, & sic non. Alio modo, quòd sit aliqua forma in abstracto considerata, sicut dicebat Auicenna, ꝙ æquinitas est tantũ æquinitas, sic quod non est materia, nec forma partis, sed est forma illa, quæ est ratio essendi, qua homo est homo, & sic benè.

Formam totius esse formam dupliciter põt intelligi.

De causis tertiæ entitatis. Quæro secundo, quæ sunt causæ ipsius totius, scilicet hominis? Respondeo quòd causæ ipsius hominis sunt suæ partes, scilicet materia, & forma, quæ sunt causæ intrinsecæ: & causæ extrinsecè sunt efficiens, & finalis: quia causa efficiẽs mei sunt deus, sol, & homo, & finis est beatitudo, & qũo potest esse, ꝙ sit aliqua forma, quæ non sit causa? dico quòd possibile est, ut ita sit.

Cur ex subiecto & accidente nõ fit tertia entitas. Quæro tertio. quare ex materia, & forma fit una tertia entitas, ut ex subiecto, & accidente non fit unum tertium? Respondetur quia hoc est hoc: & ista est responsio Scoti in multis locis, & hoc dicit Aristoteles 8. Metaphysices, quãdo quæritur, quare ex materia, & forma fit unum per se, & dicit, quòd hoc est potentiale, & illud actuale, idest tale. Et respondeo ad quæstionem, quia istæ partes substantiales sunt tales, quæ natæ sunt facere unum per se; & substantia, & accidens sunt tales partes, quæ non sunt natæ facere unum per se, quia sunt tales entitates, sicut dat exemplum Scotus, deludo. Ex hoc sequitur, quòd in ista unione nullum fuit medium congruitatis sic, quòd ista tertia entitas fuit illud, quòd immediate fuit assumptum: & anima intellectiua non fuit assumpta per unã unionem, sed ista natura humana, quæ est tertia entitas, fuit primo, & immediatè assumpta, & per istam unionem fuit assumpta anima, & fuit assumptum corpus, & accidentia.

Respondet ad auct. Auerr. Consequenter doct. respondet ad Auerr. qñ dicebat, ꝙ totum non est aliud quam suæ partes simul sumptæ. Respondeo negando Auerrorem, & etiam conclusionem suam, & est dicẽdum, ꝙ errauit hic, sicut in multis aliis locis, ut habet Sco. 43. distin. 4. & 45. ubi dicebat ipse Auerroes, ꝙ omnium hominum est unus intellectus. quia si hoc esset uerum, ego non timerem damnari, si esset unus intellectus omnium, & una anima: & quia anima Christi est in paradiso, ideo ego etiam essem in paradiso, & non timerẽ ire ad infernum. Et ideo benè dicit hic doctor. negando eum. Nota quòd differentia est inter esse per se, & illud, quod necessario concurrit ad esse alicuius: quia ad totum requiritur quòd partes uniantur, tamen ista unio non est de per se ratione hominis. & ideo cum Auerroes dicit, ꝙ totum non est aliud quàm suę partes, ipse non fecit differentiam inter illud, quod est esse per se, & illud quod necessario concurrit ad esse alicuius.

Inconueniẽs sequens ex unitate intellectus. Auerrois.

Causa erroris Auerr.

Nota quòd non est inconueniens, aliquod absolutum præexigere, uel coexigere aliquam relationem. Exemplum, quod libet totum essentiale necessario requirit unionem suarum partium, & ponit Doct. unam regulam generalem. Absolutũ causatum a pluribus causis necessariò requirit unionem illarum causarum, tam intrinsecarum, quàm extrinsecarũ, ideo licet totum requirat unionem illarum partium, tamen ista unio non est per se de ratione illius totius, & propter expositionem ipsius Auerrois, dicendum est ꝙ cum ipse dicit, ꝙ totum nõ est aliud quàm suæ partes simul unitæ, dicit dominus Canonicus in primo physicor. quæstione 5. quòd Auerroes intellexit, quod totum non est aliud quàm suæ partes simul unitæ integratiue; sed uoluit intelligere, ꝙ totum, & partes simul unitæ, sunt idem adæquatè; & hoc est uerum. Quoniam totum, & partes simul unitæ, nõ sunt idem simul adæquatè, licet benè integratiuè sint idem.

Absolutum põt. coexigere relationẽ Reg. Sco.

2. Art. principalis. De medio extrinseco. Opinio D. Bona. & alio rum. Mediũ dupliciter.

Quantum ad secundum articulum &c.] Hic ponitur opinio B. Bonauenturæ. eiusdem opinionis est Henricus de Gandauo, & alii Doctores: & pro ista opinione ponitur hæc distinctio. Aliquid esse medium, potest intelligi dupliciter. Vno modo quod sit medium necessitatis, sicut anima intellectiua est medium necessitatis ad hoc, ꝙ ribilitas insit homini. similiter superficies est medium ad hoc, ꝙ albedo sit in pariete. Alio modo quod sit medium cõgruitatis, & est medium, quo aliud est in alio. ergo licet in ista unione non sit ponendũ medium necessitatis, tamen gratia est medium congruitatis, sic quòd congruum est, ꝙ anima prius habeat gratiam gratum facientem, quàm fuerit unita uerbo.

Sco. arguit cõtra opinionem D. Bonauenturæ.

Contra istam opinionem arguit Doctor. primo sic, ꝙ ista gratia non sit medium congruitatis, immo imaginatur Scot. quòd in primo instanti natura humana fuit assumpta, & in secundo habuit gratiam. Et probat Scotus tripliciter. Primo sic. In illo instanti naturæ in quo natura personaret in se si nõ assumeret, in eodem personata est in alio quando assumpta est: sed si natura fuisset sibi dimissa, prius naturaliter fuisset personata in se, quàm habuisset habitum gratiæ: ergo &c. Nota quòd nolo dicere, ꝙ natura humana fuerit in aliquo instãti tẽporis, in quo fuerit unita. & non habuerit gratiam, & postea in secundo instanti habuerit gratiam: sed tantum dico, quòd est ibi ordo naturæ. Confitmatur, & est probatio minoris primi argumenti: Illud quod ineſt alicui in se, prius ineſt sibi, quàm illud, quod ineſt sibi per accidens: sed sic est in natura Christi, ꝙ esse personale ineſt per se, & gratia per accidens: ergo gratia, seu iste habitus charitatis non est medium congruitatis.

Secundo sic. Naturam humanam uniri uerbo, est proxima ratio congruentiæ ad habendum gratiam: ergo gratia non fuit medium istius unionis. probatur consequentia, quia si esset mediũ unionis, prius intelligeretur ista gratia, ꝙ uniretur natura humana uerbo. probo antecedens. Ioan. 1. Vidimus gloriam &c. Ibi dicit B. Ioan. hoc, quod est naturam humanã uniri uerbo, est ratio quare habet plenitudinem gratiæ: ergo illa gratia non fuit medium unionis naturæ humanæ ad uerbum.

Tertio sic. Vel ista gratia unit naturam humanam uerbo, uel se tenet ex parte dispositionis; sed nullum istorum est dicendum: ergo &c. non secundum: patet, quia natura humana quando personabatur uerbo diuino, quodcunque accidens existens in natura humana mediatè, & accidentaliter uniebatur uerbo diuino: ergo ista charitas non est medium. & sicut albedo non est medium in unione superficiei ad corpus, ita nec charitas, seu gratia fuit medium extrinsecum. immo ista natura humana primo fuit unita, & consequenter gratia.

Argumẽta principalia o unum.

Ad argumenta principalia. Ad primum cum arguitur per Augustinum, & Damas. quòd uerbum assumpsit carnem mediãte anima, Respondeo dicendo, uel mediãte anima tãquam

medium quod, & sic nego. aut tanquam medium quo, & sic concedo.

2. Principale. Secundo sic. pars est prior generatione toto: ergo partes erunt priores toto in ista assumptione. patet antecedẽs, quia partes se habent tanquàm incompletum, & totum sicut completum. modo incompletum uia generationis præcedit completum, secundum commentatorem primo physicorum. Respondeꝰ ponendo regulam generalem, quæ est. Aliquid potest esse in se naturaliter prius alio, & tamen comparãdo ista duo ad tertium, non est prius illo. Exemplum anima est prior homine sic, quòd ipsa est pars constituens hominem. tamen si compares hominem, & animã ad albedinem, homo est prior: quia homo est primo albus, & non anima. Ad propositum, dico ꝙ licet partes sint priores toto uia compositionis, tamen si partes, & totum comparentur ad hoc quod est personari, totum est prius. quia totum personatur, & partes non sunt natæ personari, nisi quia totum personatur. Respondetur ad formam, negando consequentiam, quia licet partes sint priores inter se, quàm totum, tamen si comparentur ad personari, totum est prius.

Regula.

3. Princip. Tertio sic arguit, quod partes prius uniantur uerbo quàm totum, quia prius est a quo non conuertitur subsistendi consequentia: sed partes in ista assumptione sunt huiusmodi: ergo partes sunt priores ipso toto. propter quod, nota quòd consequentia subsistendi est, quando ab aliquo antecedente arguitur cum est de secundo adiacente, ad consequens de eodem de secundo adiacente. Exemplum ut homo est, ergo animal est. & tenet ista consequentia subsistendi, quando licet aguere ab antecedente ad consequens, & econtra, ut homo est ergo rationale est: rationale est: ergo homo est. exemplũ, qã dat philosophus in postprædicamentis cap. de priori est istud. duo sunt: ergo unum est. sed non sequitur, unum est: ergo duo sunt. probatur minor, totum est assumptum: ergo partes sunt assumptæ. sed non sequitur e contra: ergo cum partes sunt priores in consequentia subsistendi, sequitur ꝙ partes præcedunt totum in ista assumptione.

Quid sit conuerti sedm subsistẽdi cõsequentiam.

Soluitur. Pro solutione huius argumenti ponit doct. quatuor solutiones. Prima est. Aliquid esse prius alio intelligitur tripliciter. Vno modo secundum consequentiam; ut animal est prius homine. Alio modo natura, ut partes sunt priores toto. Tertio modo secundum causalitatem, & hoc dupliciter. Vno modo secundum causalitatem in essendo. Altero modo secundum causalitatem in uniendo. Exemplum, anima & corpus. sunt priores in essendo natura humana. Vtrum istæ partes quæ sunt materia & forma sint causæ, ꝙ natura humana uerbo uniturꝰ Respõdeo, quòd non, immo aliquid quod est prius causalitate in essendo, non est prius in uniendo. Et quod dicit Scotus partes non sunt priores toto, intelligitur in uniendo & non in essendo. Ideo pono conclusionem. Licet aliquid sit prius alio secundum consequentiam, & naturam, non tamen oportet quod sit prius alio secundum causalitatem in uniendo. sicut materia & forma sunt prius secundum consequentiam, & secundum naturam, tamen non sunt prius secũdum causalitatem in uniendo: quia partes non fuerunt medium in uniendo naturam humanam uerbo. Respõdeo ad formam, & dico, quòd licet partes sint priores secundum consequentiam & naturam, tamen non sunt priores in uniendo.

3. principale quatuor.

1. Aliquid esse prius alio tripliciter. Prius sedm causalitatẽ dupliciter.

Conclusio.

2. Solutio. Secunda responsio. Aliquid dicitur prius altero dupliciter. Vno modo prioritate executionis, & prioritate causæ materialis. Alio modo aliud est prius prioritate intentionis, & prioritate causæ formalis. Doctor uult habere ꝙ non est inconueniens unum esse prius alio in uno ordine, & esse posterius illo in alio ordine. exemplum in ordine perfectionis, totum est prius partibus: & in alio ordine, partes sunt priores toto. Et ideo ad formam, cum arguitur, partes sunt priores secundum consequentiam: ergo sunt priores in assumendo, nego consequentiam, quia non est inconueniens partes esse priores toto in essendo, & tamen esse posteriores in uniendo, & partes sunt priores prioritate executionis, & totum est prius prioritate intentionis.

3. Solutio. Tertia solutio, & pro responsione pono talem regulam. Sicut non est inconueniens aliquid esse prius causalitate alio, & tamen esse simul secundum consequentiam, ita non est inconueniens aliquid esse prius secundum consequentiam, & esse posterius secundum causalitatem. Exemplum, dicit Aristoteles in capite de priori, qui est quintus modus prioris, quãdoque aliquid est simul secundum consequẽtiam. Exemplum de primo: sicut ista propositio, hominem esse, & ista propositio homo est, ista sunt simul, quia bene sequitur, hominem esse, est uerum, quia est ita a parte rei: ergo ista est uera, homo est. & sic hominem esse, & homo est, conuertuntur secundum consequentiam; & homine m esse, est causa illius propositionis. Exemplum de secundo, ut aliqua substantia necessario habens aliquod accidens, ut ignem, necessario sequitur calidum, similiter autem sequitur calor, ut benè sequitur ignis est, ergo caliditas est, aer est, ergo caliditas est, & econtra, & tamen caliditas est posterior causalitate. In proposito, licet partes, ut anima, & corpus sint priores toto secundum consequentiam sic, quòd bene sequitur, partes sunt unitæ: ergo totum est unitum: non tamen oportet quòd partes sint priores toto secundum causalitatem, & in uniendo. Ad formam cum arguitur, partes sunt priores toto, concedo antecedens, & nego consequentiam propter regulam.

Prius uno mõpũ esse simultanio mõ.

Quarta solutio est, ponendo talem regulam. Eo modo quo partes assumuntur, & totum assumitur, sunt conuertibilia. Doct. imaginatur quòd in illa unione non est ponenda nisi una unio, & si sic, partes assumuntur & totum assumitur, sunt conuertibilia, ut bene sequitur, partes assumuntur, ergo totũ assumitur: quia partes non possunt assumi, nisi totum assumatur: similiter benè sequitur. totum assumitur: ergo partes assumuntur. Et ideo cum arguitur, nego consequentiam: quia eo modo quo partes assumuntur, totum assumitur, quia partes non possunt assumi nisi totum assumatur.

4. Solutio. Regula. Vnica unio ponitur fecidum Sco in assumptiõe.

Quarto sic arguitur. Si uerbum prius assumpsisset istam tertiam entitatẽ, sequeretur quòd in triduo aliquid dimisisset: sed hoc est contra Damas. probatur, quia dicit Damasc. quod semel assumpsit nunquàm dimisit. Item probatur consequentia, quia in triduo illa natura humana fuit destructa: ergo in triduo dimisit illam naturam: ergo aliquid uerbum dimisit.

4. Princip.

Soluitur. Respondeo quòd illam auctoritatem non dicit Damasc. sed dicit nullam naturæ partium quas uerbum assumpsit, dimisit. Prima propositio, Christus quando fuit uere mortuus, aliquam entitatem amisit, quam prius habebat: uel sic, uerbum in morte aliquam entitatem dimisit, quam prius habebat. Cum Christus uiuebat, illa natura erat in Christo, & quando mortuus est, illa fuit destructa, & illam entitatem deposuit. Notandum quòd in morte Christi ista fuerunt amissa, scilicet tertia entitas. secundo illa unio per quam natura humana dicebatur Deus. tertio una relatio naturæ humanæ ad uirginem gloriosam. quarto alia relatio, quæ erat materni tas: quia sicut dicunt Doctores contemplatiui, quod Virgo Maria cognouit se amisisse illam denominationẽ qua dicebatur Mater. Ideo de tali amissi one multum doluit. Sed in resurrectione cum uirgo recuperauit illam maternitatem, magnũ gaudium habuit. Similiter quando resurrexit Christus, illa quatuor prædicta recuperauit. Secunda propositio. Licet uerbum deposuerit aliquam entitatem totam cathegorematicè, non tamen syncathegorematicè, licet uerbum deposuerit naturam humanam, non tamen dimisit partes principales: quia anima erat unita uerbo diuino. Similiter corpus erat unitũ uerbo. Et cum arguitur, quòd semel assumpsit nunquam dimisit &c. Verum est de partibus principalibus, quæ sunt anima & corpus. ita quòd licet illa natura humana fuit destructa cathegorematicè, non tamen syncathegorematicè, quia non quælibet pars.

Christus in morte aliqd dimisit. & quos amisit.

Difficultas soluitur. Sed est una difficultas quia uidetur sequi, quòd si ista tertia entitas fuerit destructa, ergo in morte Christi fuit facta noua assumptio. Adhoc non respondit Doct. Notandum est tamen, quòd aliqui dicunt quòd in instanti incarnationis, fuerunt quatuor uniones ut patuit superius in ista quæstione, post improbationem opin. Varronis, si hoc teneamus. Respondendũ est negando, quia non fuit noua assumptio, sed depositio unionis. tamen quia dictum est quòd solum fuit una unio, tunc respondeo ad argumentum: dicendum est, quòd ibi fuerunt duæ uniones nouæ: nec hoc est inconueniens, & in resurrectione cessauerunt illæ duæ uniones. Et primo sibi uniuit totam naturam humanam, & per consequens animam, & corpus.

Difficultas mouetur.

Vltimo sic arguit, probando, quòd fuerit aliquod medium extrinsecum, arguit sic, si natura humana non potest uniri unione beatifica sine habitu charitatis: ergo ista unio non potuit fieri sine medio extrinseco. patet antecedens, quia nullus beatificatur, sine charitate: quia beatitudo excedit facultatem naturæ, probatur consequentia, quia ista est maior quam alia secundum D. Augustinum. In rebus per tempus ortis &c. Difficulta est, utrum Deus possit dare beatitudinem sine charitate. non est dubium Quando arguitur si: rcespondetur primo ad D. Augustinum, quòd gratia summa potest sumi dupliciter.

Vltimum principale deducitur.

Difficultas mouetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pliciter. Vno modo pro gratuita Dei uoluntate: & sic quandocunq; est aliquod opus, ad quod natura non attingit, Deus illud faciendo, facit merè gratuito. & sic acceditur ad Titum primo, cum dicitur. Apparuit gratia, hoc est gratuita Dei uoluntas. quia gratuitò Deus misit filium suum, & sic ista unio est opus merè gratiæ, sic quòd sine meritis præcedentibus uerbum uoluit incarnari. & sic in ista unione est summa gratia. Alio modo capitur gratia pro gratia habituali, & idem est, quod ipsa charitas. & licet unio fuerit quædam dispositio, & fuerit gratia, non tamen fuit necessarium, quia dictum est, ꝙ uerbum poſset assumere Luciferum damnatum. Et cum arguitur per locum a minori, concedo antecedens, & nego consequentiam. & ratio est, quia uisio beatifica sit perfectum secundum, idest per operationem, ut per uisionem & fruitionem ad istam requiritur charitas in uoluntate, & habitus gloriæ in intellectu. sed in ista unione non est simpliciter necessariũ quòd sit gratia. Nota quòd unio quo ad actum secundum est unio beatifica, quæ est fruitio, sed unio quo ad actum primum, est in ista assumptione. exemplum, uoluntas nostra recipit actum primum, scilicet charitatem, & actum secundum, s. fruitionem, tunc inter illos actus, non mediat aliqua dispositio, quia si sic, esset processus in infinitum. dicit docto. Quando natura & uoluntas nostra recipit actum primum supernaturalem, s. charitatem, non requiritur aliquid inclinãs, disponens ipsam ad hoc, ut recipiat ipsam charitatem. Similiter in ista unione speciali, non est necessarium aliud mediũ. quia sicut uoluntas immediatè recipit charitatem, ita ista natura humana immediatè unitur uerbo.

Gratia summa dupliciter. Incarnatio facta ex gratuito, sine meritis.

QVAESTIO TERTIA.

De ordine inter incarnationẽ, & corporis organizationem. Sex fuerunt in incarnatione.

CIRCA tertiam quæstionem notandum est, quòd in benedicta incarnatione uerbi diuini, fuerunt ista sex. Primo fuit collectio sanguinum uirginis. Secundo sanguinis locatio in matrice uirginis. Tertio organizatio, quia ille sanguis fuit sub forma organizationis. Quarto corporis animatio. Quinto unio sacratissima. Sexto fuit gratiarum collatio, sic quòd in anima fuit gratia summa in uoluntate; lumen glorię in intellectu: & summa dona gratuita fuerunt in anima Christi; & ista sex fuerunt cum uirgine gloriosa, quando dixit, ecce ancilla domini &c.

Prioritas duplex.

Consequenter doct. respondet ad quæstionem distinguendo de prioritate. quod duplex est prioritas, scilicet naturæ, & temporis. Prioritas temporis est, quando aliud est prius alio tempore. Prioritas naturæ est præsuppositio huius ab hoc, non alteritate naturæ; quia prioritas naturæ est inter essentiã diuinã, & essentialia: & tamen ibi non est alteritas naturæ. itẽ in creaturis, risibilitas est posterior natura ipso toto. Non in alteritate naturæ, quia eadem est natura hominis risibilis, & hominis.

Concl. Sco.

Pro primo articulo ponit talem conclusionem. Anima corporis Christi nullo præcessit tempore incarnationem, idest in eodem instanti, in quo anima fuit unita corpori, illa tertia entitas fuit unita uerbo diuino. probatur sic. quia si non, sequeretur, ꝙ ista natura prius fuisset persona ta in se, quàm unita uerbo: consequens est falsum: ergo & antecedens. probatur consequentia, quia quandocunque aliquod corpus animatur anima intellectiua, si non assumitur ab alio, personatur in se: sed illa natura fuisset personata in se: &c. ergo &c.

Prima rõ ad concl.

Consequenter doct. facit aliam consequentiam, si illa natura fuisset prius personata, quàm unita uerbo, sequeretur quòd uirgo non fuisset mater Dei: quia non dicitur mater, nisi quia in illo instanti in quo genuit hominem, fuit unita uerbo diuino: & sic prius non fuisset mater Dei, probatur ista consequẽtia, quia tota eius actio fuisset terminata in tempore præcedenti illud instans, in quo illa natura fuisset personata in se.

2. rõ ad idẽ.

Nota quòd dicit de Bassolis. posito casu quòd illa natura assumpta a uerbo dimitteretur, ut fuit per tres dies, & postea pater reassumeret illam naturam, utrum pater deberet dici filius uirginis? Respondet de Bassolis, quòd iste pater æternus diceretur filius uirginis Mariæ. patet, quia sicut quando illa natura fuit unita uerbo, proprietates eius fuerunt in uerbo, pariter si esset unita patri, proprietates quæ fuerunt in uerbo, essent in patre. Sed cõtra. Virgo non genuit hominem patrem. quia quando uirgo genuit filium naturã, non erat unita patri: Respondet de Balsolis negando consequẽtiam, quia nõ requiritur quòd genuerit ipsum Deum, sed sufficit quod genuerit aliquam naturam, quæ est unita patri, licet nunquã genuerit patrem. Tamen Scotus non tenet istam opinionem. quia ad hoc, ꝙ pater dicatur filius virginis, requiritur primo quòd ista natura unita patri sit genita a Virgine. Secundo requiritur, ꝙ in illo instanti in quo uirgo genuit istam naturam, quòd in isto instanti fuerit unita patri, & ideo licet illa natura in illo casu sit unita patri, tamen pater non diceretur filius uirginis: uel uirgo mater Patris æterni: quia per casum illa natura primo fuit unita uerbo, & postea Pater eandẽ naturam dimissam a uerbo sibi uniuit.

De Bassolis reprobatur ecũdũ Scot.

Quantum ad secũdum hic quærit. Vtrum istud corpus fuerit prius organizatum quàm unitum uerbo diuino. Respondetur quòd organizatio potest capi dupliciter. Vno modo pro inductione formæ organicæ. Alio modo impropriè & dispositiue pro dispositionibus præcedentibus illam formam organicam. Exemplũ de primo membro. Organizatio idem est, quod inductio formæ organicæ. Nota quod triplex est opinio de forma organica. prima est sancti Thome, qui dicit, ꝙ forma organica est anima, seu forma intellectiua. tamen nos nõ solum ponimus animam intellectiuam, sed etiam formam misti corporis, formam organicam, & formam genericam, quæ idem sunt. Nota quòd doct. ponit duas formas tantum. s. animam intellectiuam, & formam organicam, quæ est forma generica, quæ non dicitur generica sic, ꝙ sit in genere: sed quia est in potentia ad recipiendum aliam formam. Vnde organizatio est inductio alicuius formæ immediatè disponentis ad animam intellectiuam. De ista forma organica est triplex opinio, nam aliqui dicunt, quòd est una forma indiuisibilis, quæ informat materiam primam, & facit corpus organicum. Alii dicunt, ꝙ forma organica est formarũ pluralitas, sicut in homine sunt plures formæ ætherogeneæ, secundum ꝙ sunt plures partes ætherogeneæ, tot sunt formæ partiales organicæ. Et istam uidetur tenere Scotus in 4. distinc 11. Alii dicunt, ꝙ forma organica dicit duo: s. capitis, sanguinis, ossis, &c. secũdo dicit formam totalem, & tunc corpus est organicum quando habet omnes istas formas partiales, & istam formam totalem. Sed posſumus dicere, ꝙ forma organica est totalis forma, uel dicere ꝙ in homine forma organica non est nisi pluralitas formarum, sicut sunt distinctæ partes ætherogeneæ, & nõ est una unitate indiuisibili; sed una unitate ordinis. quia omnes ordinãtur ad unã animã intellectiuã. Alio modo sumitur organizatio impropriè dispositiuè, & est quædam trãsmutatio, uel transmutationes ad formam specificam, & antequã anima induceretur in corpore Christi, fuit transmutatio sanguinis ad locum generationis & secundo fuit condenpsatio sanguinum.

Art. 2. de ordine inter organizatiõẽ, & unionem. Organizatio duplex. Triplex Opi. de forma organica. Forma duplex in animato. Forma organica, forma corporis, & generica idẽ sunt. De forma organica diuersæ opiniones.

Quærit seu mouet quidam talem difficultatem. De qua parte fuit ille sanguis de quo fuit genitus Christus? Et respondet probabiliter, ꝙ de corde. quia uirgo Maria cordialiter amauit filium suum. Alii dicunt, quod de capite.

Quid sentiãt auctor.

Dub. sol.

Sed quæritur, sub qua forma fuit reducta materia sanguinis? Respondet Damasc. quòd illa materia fuit expoliata forma sanguinis. Doct. deuotus dicit quod illa materia fuit posita in matrice Matris & virginis sub forma seminis; & ista opinio non tenetur quia habet turpitudinem annexam, & qa incertum est, & in consonũ dictis doctorum. Alia est opinio sancti Thomæ qui dicit, quòd illa materia fuit posita in matrice virginis sub forma menstrui, sic, ꝙ erat nata immediatè ad generationem illam, sed melius est dicere, quod in illo instanti in quo dicit, ecce ancilla domini, &c. quòd transmisit sanguinem a partibus ad locum in quo fuit corpus Christi formatum. Secundo transmutatio fuit præcedens organizationem sicut in nobis sunt plures alterationes, quæ etiam fuerũt in Christo. Si teneamus, quòd forma organica sit pluralitas formarum, dicendum erit, ꝙ ad quamlibet formam fuit una alteratio, & fuit una forma partialis, & quòd illæ sunt ordinatæ in nobis sic, ꝙ alteratio unius formæ præcedit alterationem alterius formæ: sicut dicunt medici sunt tres a. l. bullæ ampullulæ, & primo producitur cor in prima: in secunda cerebrum: in tertia hepar: & sic de aliis partibus.

De forma materiæ ex quæ formatũ est Corpus Christi.

Consequẽter ponit doctor. aliquas propositiones. Prima est. accipiendo organizationem proprie, & primo modo, organizatio præcessit incarnationem tempore, immo in eodem instanti, in quo materia fuit organizata, fuit unita. patet, quia in nobis organizatio non præcedit animationem, quia tunc sequeretur, ꝙ homo non generaret hominem. Nam quando corpus est organizatum, homo amplius non habet actionem: & tunc adhuc non esset homo, quia anima non ineſset. Secũda propositio. Si accipitur organizatio secundo modo, in Christo non fuit organizatio corporis prior tempore, quàm incarnatio, quia ille ordo, qui est in nobis, nõ fuit in Christo, quia

1. Prop. S. De ordine in conceptione Christi.

2. Prop.

quia si illæ partes genitæ fuissent, in se fuissent personatæ, & sic in Christo organizatio non præcessit animationem, & in carnationem. Quæro accipiendo organizationem secundo modo. Vtrum ille dispositiones præcesserint tempore incarnationem sic, ꝙ ista materia fuit transmutata, & fuit alterationis? Respondent aliqui quòd cum Angelus, & uirgo Maria loquerentur, Spiritus sanctus operabatur per motum localem in uirgine, & inducebat sanguines. virginis, & per illũ motum qui placebat sibi, & disponendo ad illam formam organicam. Et dico, ꝙ si ista opinio sit uera, sequitur, quòd organizatio tempore præcessisset incarnationem, quia incarnatio fuit facta in instanti. Et ista dispositio ad organizationem fuit facta in tempore. Si autem ponamus illas transmutationes fuisse in instanti, & illæ dispositiones, si, pro quia, tunc organizatio non præcessisset incarnationem: sed Deus subito in instanti transmutauit illos sanguines ad locum debitum, & consequenter uirgo Maria egit ad organizationem. & sic organizatio non præcessit incarnationem, nec mora intercessit minima, & thalamum uirginalem intrat post illa uerba angeli. ita quod uult dicere, quod in instanti omnia ista fuerunt facta, & qualitercunque accipiatur organizatio, dico, ꝙ organizatio nunquam præcessit tempore incarnationem.

Dubitatio.

Soluitur.

Soluuntur principalia argumẽta.

Quæro utrum prius natura? Respondet Scotus, ꝙ organizatio, & corporis animatio natura præcesserunt istam unionem naturæ humanæ ad uerbum, & licet ista unio fuerit in eo dem instanti, in quo organizatio, & animatio, tamen fuit præ suppositio naturæ. probatur, quia quodlibet fundamentum est prius natura relatione. Ad rationes principales dicendum est, quòd si quæratur de ordine naturæ, organizatio præcessit non autem ordine temporis. Arguitur sic, probando, quòd ista organizatio præcessit incarnationem, per Damasce. quia corpus fuit formatũ per motum, & arguitur sic. corpus Christi est de purissimis sanguinib. B. virginis formatum: ergo occupat minorem locum: ergo in ista organizatione fuit motus localis, quo motu illa materia condensabatur: ergo oportebat quod fieret in tempore, non in tempore post incarnationem: ergo iste motus localis fiebat in tempore præcedente in carnationem. Secundo sic. corpus Christi est alterius figuræ quàm fuerit sanguis: ergo oportet dicere, quòd fuit in alio loco, quam sanguis; quia quãdo aliqua corpora sunt alterius figuræ, sunt in alio loco. Pro solutione istorum duorum. Nota quòd in istis argumentis, præsupponitur esse uerum, ꝙ nullus motus possit fieri in instanti, & in hoc differt a mutatione. Tenet de Bassolis in secundo, quòd motus potest fieri in instanti. Dico tamen, quòd Deus de potentia sua absoluta non potest facere motum in instãti: probo sic, impossibile est Deũ facere aliquid sine eo, quod est de ratione formali illius: sed de ratione motus propriè dicti est quantitas successiua; successio enim est de ratione motus: ergo non potest fieri in instanti. Et respondetur ad de Bassolis, ꝙ Scotus nunquam fuit illius opinionis. immo nos tenemus, quòd motus non potest fieri in instanti. Doctor respondet, dicendo, quòd accipiendo organizationem impropriè, ut est quædam dispositio, ut dictũ est, sicut illæ dispositiones quæ fuerunt factæ in tempore, tunc oportet quod in illis dispositionibus fuerit unus modus localis per se, quo illi sanguines fuerunt translati a corde, cerebro, & capite ad locum matricis, & fuit motus per accidẽs quia in qualibet condensatione, est minor occupatio. cum ergo illi sanguines fuerunt condensati, uenerunt ad figuram ciceris uel fabæ, & iste motus per accidens, fuit ad ubi: & tunc dicimus, quod uirgo Maria habuit actionem. Tamen si tenea mus, si, pro quia, ꝙ organizatio fuit in instanti, dicendum est, ꝙ occupatio minoris loci fuit in instanti, & hoc per subitam mutationem, uirtute Spiritus sancti.

Soluitur primum, & secundum. Motus non potest fieri in instanti.

3. Principale.

Tertio sic arguit probando, quòd ista organizatio præcessit tempore incarnationem uerbi, Omnis substantia generabilis, & corruptibilis, quæ non creatur, producitur per mutationem fui: sed sic est, ꝙ tota natura assumpta, est natura generabilis, & corruptibilis: ergo fuit producta per mutationem: ergo corpus organizatum prius fuit sub priuatione animæ intellectiuæ, non solum natura, sed tempore. probatur, quia impossibile est, ꝙ priuatiuè opposita sint simul in eodem subiecto: ergo pro aliquo tempore istud corpus fuit priuatum anima: ergo in illo priori istud corpus fuit organizatum prius, quàm animatum. Probatur maior. quia uel producitur per creationem, uel per mutationem: non per creationem: ergo per mutationem. Probatur minor, quia illi sanguines fuerunt materia: ergo ista materia fuit producta per mutationem. quia mutari est nunc aliter se habere, quàm prius.

Pro solutione ponitur talis distinctio, Mutatio est duplex, quædam est propriè dicta; & quædam impropriè dicta. Vnde ad mutationem propriè dictam, de Bassolis dicit. dist. 12. q. 1. in 4. quòd tres conditiones requiruntur, prima, ꝙ mutatio fiat inter priuationem, & formam, defectu cuius creatio, quæ fit inter negationem, & formam, non est mutatio. Secunda ꝙ aliquod susceptiuum seu subiectum sit ibi, quod nunc aliter se habeat, quàm prius, defectu cuius in transubstãtiatione corporis Christi, non est mutatio, quia non est ibi subiectum. Item si Deus produceret ignem, non esset mutatio, quia non esset materia quæ præfuisset sub priuatione formæ. Tertia est ꝙ susceptiuum prius tempore habuerit priuationem illius formæ, quàm habeat illam formam: defectu cuius, quando anima producitur in corpore nostro, non est mutatio; quia est in eodem instanti in quo corpus est organizatum, cum anima intellectiua in eodem instanti infundatur illi corpori. ideo non est mutatio. Sed mutatio impropriè dicta est omnis alia, cui deficit aliqua istarum trium conditionum. Consequenter ponuntur aliquæ propositiones. Prima, mutatio proprie dicta est inter opposita priuatiuè, sic, ꝙ ad hoc, ꝙ sit mutatio, requiritur, ꝙ sit priuatio prius, quàm forma. Secunda, mutatio pro priè dicta non est inter negationem, & formam. Ex quo sequitur, ꝙ si Deus produceret formam substantialem de non esse ad esse, non esset mutatio. Tertia, priuatio est ipsamet negatio connotando aliud. Nota quod Canonicus. 10. quæst. uide tur dicere, ꝙ priuatio est entitas positiua, quod est falsum, qa priuatio secundum Scotum. in primo distin. 28. est ipsa negatio, connotando aliquid, quia de principali significato dicit puram negationem: & de connotato dicit subiectum aptum natum, & per hoc differt a negatione in genere, quæ non cõnotat subiectum aptum natũ. Regula Scoti physicalis. Quandocunque aliqua forma producitur simul tempore cum susceptiuo, ad illam formam non est mutatio propriè dicta: & ratio est, quia ad mutationem requiritur, ꝙ susceptiuum precedat formam. Ex quo sequitur, ꝙ si Deus produceret Angelum, & habitum in isto, non esset mutatio. Probatur regula, quia nunquam susceptiuum fuit prius ista forma: ergo non est mutatio: Modo ad istam formam non fuit priuatio, quia non fuit subiectum: ergo ista forma non producitur per mutationem. Secunda regula. Quando forma producitur simul tẽpore cum suo subiecto, non est mutatio ad susceptiuum. Exẽplum nos dicimus, ꝙ ad animam intellectiuam non est mutatio, quia simul producitur cum subiecto: tamen ad corpus fuit mutatio, quia illa materia primo fuit sub priuatione formæ corporalis. Doct. applicat istas duas regulas ad responsionem argumenti, dicendo, ꝙ licet in corpore Christi fuit mutatio, tamen ad animam intellectiuam non est mutatio. similiter forma substantialis non est per mutationem. & ideo cũ arguitur, omnis forma &c. distinguo maiorem, aut per mutationem propriè dictã, cuius illa forma sit terminus: & sic non oportet. Vel per mutationem impropriè dictam, cuius illa forma est terminus, uel susceptiuum eius, & sic concedo nos dicimus quòd ad animam non est mutatio propriè dicta, tamẽ est mutatio impropriè dicta: quia prius non informabat corpus, & nunc informat.

Soluitur tertium. Mutatio duplex. Ad mutationẽ propriè dictam tres requiruntur.

Propositiones demutatione ꝓpriè dicta prima.

2. Prop.

3. Prop. Opinio canonici de priuatione.

1. Regula Scoti.

2. Regula.

Alia responsio. cum arguitur, omnis forma &c. distinguo. Vel per mutationem cuius terminus est ipsa forma: & non oportet. Vel per mutationem impropriè dictam, cuius terminus est aliud, s. susceptiuum. s. corpus organicum, quia illa materia prius fuit priuata forma organica. & sic dico, ꝙ illa forma substantialis fuit producta per mutationem, non ꝙ sit terminus, sed fuit producta per mutationem impropriè dictam, cuius terminus est aliquid illius, scilicet corpus organicum.

2. Respõ ad argu.

DISTINCT. TERTIA.

QVAESTIO PRIMA.

De conceptione virginis agitur.

CIRCA tertiam distinctionem quæro. Vtrũ beata uirgo fuerit contempta in peccato originali. Nota ꝙ fuit, & est controuersia inter Doct. aliquos, differentes de conceptione uirginis Mariæ, utrum fuerit concepta in peccato originali, uel non. dicunt aliqui, ꝙ sic. Cuius tamen oppositũ dictum fuit in concilio Basilien. Dicunt Thomistæ, ꝙ B. uirgo fuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

go fuit conceptâ in peccato originali. tamen nos tenemus oppositum. s. Scotiste, Petrus de Cădia, denegădo, Petrus Ameolus, Franciscus de Maronis, de Aquila, isti omnes tenét, quòd virgo gloriosa non fuit concepta in peccato originali. Nota, quòd doct. quando dicit, B. virgo, uoluit intelligere Mariam quia virgo supponit antonomastice. Ita q̃ licet fuerint plures virgines, tamen B. V. Maria habuit virginitatem præ omnibus, ita quòd licet aliæ virgines imitatæ sint eam, non tamen in conceptione: quia nulla earum fuit concepta sine peccato originali, sicut B. V. Maria: ita quòd de ipsa possumus dicere, multæ uirgines sibi congregauerunt diuitias, tu uero supergressa es uniuersas.

Conceptio tripliciter.

Nota, q̃ conceptio capitur tripliciter. Vno modo pro conceptione seminum. Secundo pro formatione membrorũ. Tertio pro unione animæ ad corpus. Conceptio seminum est, quando duo semina, s. uiri, & mulieris, uniuntur simul. ibi est conceptio primo modo sumpta: quia est mistio seminum. Cõceptio secundo modo, quando semen est in matrice, quia ibi formatur corpus, quia secundum Augustinum, primo est sub forma lactis per sex dies; & per decem sub forma sanguinis: & per 12. fit solidatio membrorum: & per 18. fit complementum corporis humani: & sic sunt 46. dies. Tertio modo conceptio est infusio animæ in corpus. & sic in illo instanti in quo corpus est organizatum, Deus creat animam, & infundit corpori, & sic est ibi conceptio tertio modo. Nota q̃ in ista quæstione quæritur de conceptione tertio modo capta. Nota, quòd in conceptione secundo modo dicta, requiruntur. 46. dies ad corpus organizandum uiri, & mulieris. 83. Christi natura assumpta, non stetit per plures dies, sed in instanti fuit organizatum.

De peccato originali duplex opinio. Opin. prima antiquorũ.

De peccato originali, est duplex opinio, quædam est opinio antiquorum, s. Bea. Thomæ. Ricardi, & Henrici de Gandauo, qui dicebant, quòd peccatum originale erat quædam infectio animæ, tracta a carne, quæ qualitas morbida erat fomes, qui fomes est lex membrorum, & quando anima unitur corpori, a corpore exit infecto, & causatur peccatum originale. exemplum. si habérem manum meam infectam & aliquis daret mihi unum panem, iste fieret immundus. Tamen nos non tenemus hoc, sed peccatum originale est nuditas, siue carentia iustitiæ originalis debitæ, facta ex inobedientia Adæ, ex qua omnes sumus filii iræ. Prima particula est nuditas, & est formale in peccato. Ex quo infero, quòd peccatũ non est qualitas morbida, nec est obligatio ad pœnam ęternam, sicut ipsi dicunt: formale in peccato originali est per quod iustitia originalis deletur. Ex quo infero quòd Angelus non habens iustitiam originalem non habuit peccatum originale. quia non est debitor. Item si esset aliquis homo qui esset in puris naturalibus, & Deus non obligaret illum, ille non esset in peccato originali. Secunda particula est, facta ex inobedientia Adæ.

Pœna peccati originalis ẽ pœna damni, nõ sensus cõtra Greg.

Nota quòd ab Adam fuit deperdita omnis gratia cum peccauit, & fuit peccatũ originale in ipso. Tertia, ex qua omnes sunt filij iræ. Ita quod omnes sumus obligati ad pœnam damni, & non ad pœnam sensus, cuius oppositum dicit Gregorius de Arimino, quod filii decedentes sine Baptismo puniuntur pœna sensus. ly omnes debet intelligi naturaliter propagati de muliere, propter Christum, & uirginem Gloriosam.

Peccatũ duplex.

Nota, quod peccatum est duplex, s. actuale, & originale. Actuale est duplex, s. mortale, & ueniale. Actuale quod fit per actum: originale quod non committit iste sed alius commisit illud. Et illud est peccatum mortale, quod obligat nos ad mortem: & sic originale peccatum est mortale.

Quære punimur propter peccatum Adæ. Tres modi dicendi. Primus. Secundus.

Quæro, quare ero punitus propter Adam, cum filius non habeat portare iniquitatem patris? nec ego. De hoc sunt tres modi dicendi. Primus est, qui dicit, quòd iniquitas patris est duplex, quædam est, ut est persona priuata, & quædam est, ut communis: dico quod Adam erat persona communis, quia Deus dederat sibi pro tota posteritate iustitiam originalem. Et ideo peccatum fuit publicum. Secundus modus est qui dicit, q̃ hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo quo ad pœnã sensus, & sic concedo. Vel quo ad pœnam damni, & sic nego. quia filius nõ patitur propter iniquitatem patris. Tertius modus dicit, quòd ista non est iniquitas patris, sed natura, quia dicit Paulus, quòd omnes in Adam peccauerunt: tamen quia hoc est nimis durum, quia ego non eram tunc. ideo dicendũ est, quod omnes peccauerunt, tanquam in capitaneo, & radicaliter, ideſt a radice.

Tertius modus.

1. Concl.

Prima conclusio. Peccatum originale non est communicatum alicui secundum magis, & minus: quia non est nisi carentia gratiæ: ergo in me non sunt plura peccata originalia, sed in omnibus est æqualis. Ista carentia, est obligatio ad pœnam damni.

2. Concl. Peccatũ originale ẽ unũ in uno quoque.

Secunda conclusio. non sunt ponenda in homine plura peccata originalia, patet, quia peccatum originale non est nisi carentia iustitiæ originalis debitæ: sed in me non est nisi una obligatio: ergo &c. Et si quis dicat, scribitur in Psalmo, Ecce in iniquitatib. conceptus sum, glosa, in peccatis originalib. ergo in me sunt plura peccata originalia. Respõdeo primo, q̃ ibi capitur plurale pro singulari, ideſt sum in peccato originali. Secundo dicitur, q̃ capitur peccatis pro pœnis peccati originalis. Vel tertio modo, dico quòd, ly, ego, non supponit pro se ipso Dauide, sed supponit pro tota natura humana, ita qđ natura humana ibi plangit se.

Tollitur dubitatio ex ps.

Dicitur communiter, quòd sic &c. hic Doct. ponit opin. B. Thomæ, ut patet hic, tamen in alio passu dicit. virginem non esse conceptam in peccato originali. Similiter tenet idem Alexander de ales. tamen in alio opusculo retractauit se, dicendo, quòd non fuit concepta. Nec oportet, quòd ipsi adducãt rationes necessarias ad probandum, quòd uirgo fuit concepta in peccato originali, quia quòd fuit concepta in peccato originali, est unum contingens: sed nullum contingens potest demonstrari ratione necessaria: ergo non possunt ipsi adducere rationes necessarias. Nota quòd quidam Carmelita dicit, quòd Scotus in ista materia est adulator, sed hoc est falsum: quia Scotus non fuit adulator, immo ut uidebitur, dicit quòd uult multum in commendando uirginem super excellere. nec satis potest demonstrare, quòd ipsa caruerit, seu non habuerit peccatum originale. patet, non uidetur uerisimile, q̃ ipsa fuit aliquando obnoxia, & in potestate diaboli. Similiter, q̃ cum ipsa debuerit eleuari super omnes cœlos, non est uerisimile, q̃ fuerit sub potestate diaboli. Similiter cum de ipsa sit scriptum, quòd ipsa debuerit frãgere caput diaboli, quia scribitur, q̃ conteret caput suum. Ideo Sco. dicit quod B. uirgo in sua conceptione non fuit ob noxia peccato. Et probat Scot. per auctoritates, & primo per Beatum Augustinum dicẽtem, cum de peccatis agitur, nullam prorsus mentionem facere intendo de uirgine Maria. tamen aliqui de alia opin. dicunt, de peccatis uenialibus, & actualibus, mortalibus, & non de originali.

B. Thom. in hac materiã uidetur sibi repugnare.

Notatur Bonitanus.

Scot. probat q̃ Virgo maria fuerit cõcepta sine peccato originali.

Arguit Sco. cõtra Euasionem aduersariorum.

Contra istam euasionem arguit sic: Peccatum originale est maius peccato uenali: sed per te uirgo non peccauit uenialiter: ergo nec originaliter: ergo non habuit peccatum originale. Item, peccato uenali non debetur pœna æterna: sed peccato originali debetur pœna æterna: ergo ipsa non habuit peccatum originale. Item probat Scotus per B. Anselmum, ubi dicit, decuit &c. sed si ipsa fuisset i peccato, & postea fuisset purgata non esset maior puritas: ergo &c. probatur minor, quia maior innocentia & puritas potuisset intelligi sine macula peccati, qualis fuit in Christo, quia Christus habuit summam innocentiam, & puritatem in conceptione.

In conceptione D. Thom. ponit quatuor instantia.

His probatis ponitur opinio B. Thomæ, qui dicit, q̃ in primo instanti in quo anima B. Mariæ fuit in corpore, contraxit peccatum originale: quia dicunt ipsi, q̃ Adam ex mala uoluntate causauit quandam maculam in carne sua, quæ cõtrahitur in aliis generatis ex Adam per carnalem copulam; quæ est quædam qualitas morbida. Et quando corpus est organizatum, in primo instanti in quo anima infunditur corpori, reperit illam qualitatem, & sic contrahit peccatum originale. Hoc tamen est falsum; quoniam si Angelus intraret corpus alicuius mulieris, mirabile esset, q̃ macularetur illa macula. Nota ulterius, q̃ in conceptione. B. Thomas, & sui sequaces ponunt quatuor instantia. In primo fuit corpus organizatum. In secundo anima fuit introducta in corpore. In tertio contraxit peccatum originale. In quarto illa anima fuit purgata. prima ratio B. Thomæ procedit ex excellentia filii sui, & est talis. Si B. virgo non fuisset concepta in peccato originali, sequeretur quòd Christus non esset uniuersalis redemptor, sed hoc est falsum, probo, quia bene sequitur, uirgo non est concepta in peccato originali: ergo Christus non aperuit sibi ianuam, probo, quia nulli clauditur ianua per aliud, quàm per peccatum originale. Si uirgo Maria non habuit peccatum originale: ergo &c. Vnde nota, q̃ ipsi intelligunt per uniuersalẽ redemptorem aliquem hominem, qui meruit nobis gratiam & gloriam, s. apertionem ianuæ cœlestis. Nota q̃ illa propositio quam dicunt, s. nulli clauditur ianua &c. est simpliciter falsa; quia B. Ioan. Baptista non peccauit, & tamen quando mortuus fuit, non fuit sibi aperta ianua paradisi. Similiter Adam non peccauit originaliter, quoniam ipse peccauit peccato actuali, & pœnitut per centum annos, & per illos cẽtum non uidit

Quid D. Tho. intelligat uniuersalem redẽptorem.

uidit mulierem suam & mortuus est in gratia: & tamen in illo instanti in quo mortuus est, non intrauit gloriam paradisi, seu ianuam paradisi.

Secunda Thomistarũ

Secunda ratio. Virgo Maria fuit propagata de communi lege.

3. Rõ eorundem.

Nota, quòd ipsi imaginantur, quòd peccatum originale contrahatur ex contactu carnis infectæ, ut quando anima intrat corpus repetit corpus infectum, & contrahit peccatum originale, q̃ est falsum: quia animæ leprosorum haberent a scilicet multa peccata pœnam magnam, cum leprosi habeant carnem infectam.

Tertio sic. Virgini gloriosæ fuerunt pœnæ peccati inflictæ: ergo &c. patet, quia nulli debet dari pœna sine culpa, probatur antecedens, quia passa est sitim, famem, sudorem, languores, tristitiam, mortem &c. & istæ pœnæ sunt inflictæ a Deo propter peccatum, quia non oportet dicere, quòd eas acceperit uoluntariæ. probatur, quia non erat nostra redemptrix: ergo fuerunt sibi istæ pœnæ inflictæ a Deo. ergo ipsa habuit peccatum originale.

Concl. resolutiua contra primam opinionem. Scot. arguit contra D. Thom. Prima rõ.

Contra istam opinionem pono talem conclusionem resolutoriam, virgo gloriosa in conceptione sua nullo modo fuit peccato obnoxia.

Et arguit sic Scotus, contra primam rationem opinionis, D. Thomæ, ex excellentia Christi. Quicunque habet perfectissimum modum mediandi, & est perfectissimus mediator, habuit etiam perfectissimum actum mediandi respectu alicuius personæ: sed cum Christus fuerit perfectissimus mediator, non uidetur magis decens, quòd habuerit perfectissimum actum mediãdi, nisi respectu uirginis: sed perfectissimus actus mediandi est præseruare a peccato: ergo &c.

Duplex modus redimẽdi.

Nota quod duplex est modus redimendi, unus est præseruatiuus, qui est præseruare aliquem, ne cadat in peccato: & sic Christus redemit uirginem Mariam, quia præseruauit eam. Alius est modus redimendi subleuationis, quando aliquis subleuat aliquem qui cecidit in lutum, uel in foueam, & istum modum habuit Christus circa Magdalenam, Petrum, & circa omnes Sanctos, qui peccauerunt, & pœnitentiã egerunt, & circa nos modo.

Probat doctor triplicit er Christũ habuisse pfectissimum modũ redimendi circa B. Virginẽ Mariam.

Consequenter Doctor probat, quod Christus præseruauit Virginem; & quòd circa eam habuerit perfectissimum modum mediandi, & hoc probat tripliciter.

Deus nõ põt dãnare innocentem.

Primo comparando eam ad Deum, cui reconciliat: & ista ratio fundatur in exemplo, quòd ponitur in textu. si esset aliquis rex &c.

Ex illo exemplo arguit sic, sumendo istam maiorem. nullus summè, uel perfectissimè placat aliquem, nisi &c.

Ex secunda uia arguit sic. Perfectissimus mediator meretur amotionem &c.

Nota, quòd de potentia sua absoluta Deus nõ posset damnare uirginem beatam, uel aliquem sanctum, licet Deus de potentia absoluta posset saluare Iudam. patet, quia ad hoc, quòd aliquis sit damnatus, oportet quòd habeat peccatum: sed uirgo non potest habere peccatum, quia ipsa pro nulla re uellet peccare, nec posset Deus cogere uoluntatem eius ad peccandum: ergo non posset eam damnare.

Prop. 1. pro solutione qõnis. quibus declaratur quam grauc sit peccatũ mortale.

Prima propositio. Maxima pœna est, pœna peccati mortalis, & ratio est, quia separat nos a Deo, dicunt prædicatores, & bene, quòd pro nulla re mundi quis debet peccare mortaliter.

Pro declaratione & solutione ponuntur hæ propositiones. Prima. si Virgini Gloriosæ fuisset data electio quid maluisset, uel carentiam uisionis diuinæ, uel peccare mortaliter, per instans, uel esse in peccato originali per instans, respondisset, potius uoluisse carere uisione beatifica, quàm peccare mortaliter, uel esse in peccato originali. probatur, quia duobus malis propositis, maius est fugiendum: sed peccatum originale est maius, quia maxima pœna: & carentia uisionis diuinæ est minor, quia per carentiam uisionis nullus punitur: ergo &c.

2. Prop.

Secunda propositio. Si uirgini fuisset data electio, quid maluisset, uel pati tantam pœnam sensus quantam Lucifer patitur, uel quod esset concepta in peccato originali per instans, Dico quòd maluisset pati tantam pœnam sensus quantam Lucifer patitur, patet, quia de duobus malis, maius est fugiendum: sed esse in peccato originali est maius malum, patet, quia habere tantam pœnam sensus, non facit hominem inimicum Deo, & per peccatum quis est inimicus Deo: ergo uirgo maluisset pœnam illam, quàm esse in peccato originali per instans. Et si arguatur contra, si haberet tantam pœnam sensus quantam habet Lucifer: ergo ipsa habuisset peccatum.

Respondeo, quòd non esset pœna punitiua, & propria.

3. Prop. Quis cũ maxima gratia põt pati infernalem pœnam.

Tertia propositio est. forte quis non crederet secundam propositionem esse ueram, possibile est de potentia Dei absoluta, habere pœnam maximam, & gratiam summam. probatur, quia multi Doctores tenent, quòd Christus passus sit pœnam maiorem, quàm aliquis martyr, uel aliquis damnatus: & tamen Christus habuit tunc summam gratiam. Simili ter licet uirgo haberet tantam pœnam, quantam habet Lucifer, nihilominus haberet plenitudinem gratiæ.

4. Prop.

Quarta propositio. Si fuisset data electio uirgini, quiduis, uel annihilari totaliter, uel peccare mortaliter per instans, di co quòd maluisset annihilari. Et ideo aduertant peccatores, qui ita leuiter peccant. Probatur propositio. de duobus malis maius est fugiendum: sed annihilari est minus malum, patet, quia maxima pœna est peccatum.

Thomistæ p mẽt in uirgine maius peccatũ, & negant minus.

Quinta propositio. Si uirgini fuisset data optio, tu habebis omnia peccata uenialia omnium damnatorum, & omnium qui fuerunt in mundo, & qui sunt: uel tu eris per instans in peccato mortali, dico quòd maluisset habere omnia peccata uenialia. Veniant ergo Thomistæ, qui non posuerunt peccatum ueniale in uirgine, & tamen ponunt peccatum originale; quomodo ponunt maius, & non ponunt minus? & ideo caueant ipsi Thomistæ. Ex omnibus istis propositionibus patet, quòd uirgo cum non habuerit istas pœnas: ergo nec peccatum originale.

2. Rõ Sco. ad idem.

Ex eadem uia Christus præseruauit uirginem a quocunque peccato actuali: ergo ab originali. patet antecedens, quia ipsimet Thomistæ hoc concedunt. patet consequentia. Christus est perfectissimus mediator, & reconciliator, principaliter propter peccatum originale: ergo uirgo non habuit peccatum originale.

Nota, quod Gregorius de Arimino soluit istud argumentum dicẽdo, quòd licet uirgo non habuerit peccatum mortale, habuit tamen ueniale, nec hoc est inconueniens, mentitur, cum Ioannes Baptista qui est minor sanctus quàm uirgo Maria nunquam peccauit in uita sua ueniaIiter: quia cantatur de ipso in suo Hymno. Ne leui saltem maculare uitam faminæ posses. quia ibi per leuem samen intelligitur peccatum ueniale: ergo nec uirgo peccauit ueniaIiter: alioquin sequeretur, quòd Bea. uirgo non fuisset sanctior Ioanne Baptista: ergo a simili licet uirgo non efset deuotior, non tamen sequeretur, quòd efset sanctior, quod est falsum, quia de ea scribitur. Fœlix namque es sancta uirgo Maria, &c. sed non peccasse ueniaIiter est minus: ergo ipsa non contraxit peccatum originale.

3. Rõ Sco.

Ex tertia uia arguit sic ex maxima obligatione quam habet uirgo ad Christum. arguit sic, nulla persona reconciliata, perfectissimè obligatur reconciliatori nisi &c.

Obiicit contra se.

Et quia tu dicis, quòd non fuisset sibi magis obligata: immo dico ego, quòd est sibi magis obligata si concepta in peccato originali, & arguo sic, magis fuisset sibi obligata virgo Maria si concepta fuisset in peccato originali, & postea releuata, & purgata fuisset, quàm si non fuisset peccatrix: ergo &c. Antecedens patet, quia magis est obligata Magdalena, quàm uirgo Maria: ergo. antecedens probatur Lucæ 8. de Simone murmurante, eo quod Christus passus erat Magdalenam intrare, & tamen Christus dicit sibi parabolam, cui plus dimittitur, magis diligit. Tunc sic, plus donauit & magis est remissum Mariæ Magdalenæ, quàm uirgini, ergo a simili sequitur, quòd ille cui dimittitur peccatum, magis obligaretur, quàm ille cui non dimittitur. Respondeo secundum Augustinum, quòd omnia peccata quæ sunt dimissa Magdalenæ fuerũt dimissa Mariæ præseruatiuè, quia omnia peccata quæ virgo potuisset habere, & facere, & non fecit, fuerunt sibi remissa, ac si fecisset, ex eo supple, q̃ Deus præseruarit eam ne caderet. Vnde nota, q̃ donare dupliciter. Vno modo est idem q̃ liberaliter dare: Alio modo idem est, q̃ remittere, ut si aliquis offendat regem, & remittit sibi offensam. hoc habito, si quæras cui plus donauit, uel uirgini Mariæ, uel Magdalenæ? Respondetur uel donare accipitur primo modo, uel secundo modo. Prima propositio, Christus secundo modo plus donauit Magdalenæ, quàm uirgini. imò nihil donauit virgini, quia nunquam peccauit in uita sua ueniaIiter: quia cantatur de ipso in suo Hymno. Ne leui saltem maculare uitam faminæ posses. quia ibi per leuem samen intelligitur peccatum ueniale: ergo nec uirgo peccauit ueniaIiter: alioquin sequeretur, quòd Bea. uirgo non fuisset sanctior Ioanne Baptista: ergo a simili licet uirgo non efset deuotior, non tamen sequeretur, quòd efset sanctior, quod est falsum, quia de ea scribitur. Fœlix namque es sancta uirgo Maria, &c. sed non peccasse ueniaIiter est minus: ergo ipsa non contraxit peccatum originale.

Soluit Sco. obiectionẽ contra se. Peccata nõ commissa dicuntur dimissa. Dimittitur peccatũ dupliciter.

Ex tertia uia arguit sic ex maxima obligatione quam habet uirgo ad Christum. arguit sic, nulla persona reconciliata, perfectissimè obligatur reconciliatori nisi &c.

Et quia tu dicis, quòd non fuisset sibi magis obligata: immo dico ego, quòd est sibi magis obligata si concepta in peccato originali, & arguo sic, magis fuisset sibi obligata virgo Maria si concepta fuisset in peccato originali, & postea releuata, & purgata fuisset, quàm si non fuisset peccatrix: ergo &c. Antecedens patet, quia magis est obligata Magdalena, quàm uirgo Maria: ergo. antecedens probatur Lucæ 8. de Simone murmurante, eo quod Christus passus erat Magdalenam intrare, & tamen Christus dicit sibi parabolam, cui plus dimittitur, magis diligit. Tunc sic, plus donauit & magis est remissum Mariæ Magdalenæ, quàm uirgini, ergo a simili sequitur, quòd ille cui dimittitur peccatum, magis obligaretur, quàm ille cui non dimittitur. Respondeo secundum Augustinum, quòd omnia peccata quæ sunt dimissa Magdalenæ fuerũt dimissa Mariæ præseruatiuè, quia omnia peccata quæ virgo potuisset habere, & facere, & non fecit, fuerunt sibi remissa, ac si fecisset, ex eo supple, q̃ Deus præseruarit eam ne caderet. Vnde nota, q̃ donare dupliciter. Vno modo est idem q̃ liberaliter dare: Alio modo idem est, q̃ remittere, ut si aliquis offendat regem, & remittit sibi offensam. hoc habito, si quæras cui plus donauit, uel uirgini Mariæ, uel Magdalenæ? Respondetur uel donare accipitur primo modo, uel secundo modo. Prima propositio, Christus secundo modo plus donauit Magdalenæ, quàm uirgini. imò nihil donauit virgini, quia nunquam peccauit in uita sua ueniaIiter: quia cantatur de ipso in suo Hymno. Ne leui saltem maculare uitam faminæ posses. quia ibi per leuem samen intelligitur peccatum ueniale: ergo nec uirgo peccauit ueniaIiter: alioquin sequeretur, quòd Bea. uirgo non fuisset sanctior Ioanne Baptista: ergo a simili licet uirgo non efset deuotior, non tamen sequeretur, quòd efset sanctior, quod est falsum, quia de ea scribitur. Fœlix namque es sancta uirgo Maria, &c. sed non peccasse ueniaIiter est minus: ergo ipsa non contraxit peccatum originale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

telligi illud dictum Euangelii. Cum Simon Christo respondit, cui plus donauit magis diligit, intelligebat Simon de duobus qui debebant, ut si unus fecit duo peccata, & alius quatuor, tunc ille cui Deus dimittit quatuor magis obligatur Deo, quàm ille cui Deus dimittit duo, & hoc est uerum, quando donare idem est, quòd remittere. Sed si donare accipiatur primo modo, dico q̃ plus donauit illi qui fecit duo, quàm illi qui fecit quatuor, & ideo, qui fecit duo, plus Deo obligatur primo modo, quia præseruauit a tertio peccato, & a quarto in quibus alius incidit, qui commisit quatuor peccata.

Declaratur locus Euangelij.

Consequenter Doct. persuadet ibi. Videtur etiam &c. Bea. virgo. Quia cũ habuerit priuilegium, scilicet nnocentiam de nunquam incidisse in peccato, & uirgo sit Regina Angelorum, mirabile esset, quòd Regina non haberet aliquod priuilegium, & tamen aliquis sub ea haberet illud: certè hoc nõ est uerisimile.

Respondet Sco. ad primum arg. B. Tho.

Et ideo Doctor respondet ad primum argumentum Beati Thomæ. Pro quo notandum quòd duplex est modus redimendi. Primus est subleuatiuus, & est quando Christus subleuat aliquem postquam incidit in peccatum.

Modus redimendi duplex.

Alius est præseruatiuus, & est modus quo Deus præseruat aliquem a peccato.

Tunc respondetur ad argumentum, sequeretur, quòd non esset uniuersalis redemptor.

Respondeo & dico, aut præseruatiuus, & sic nego. quia Christus perfectissimus, & uniuersalis redemptor. Aut est modus subleuatiuus, & est quintuplex Primus est quando quis incidit in peccatum originale, & postea subleuatur per baptismum, & sic subleuantur pueri.

Modus redimendi subleuatiuus quĩtuplex.

Secundo modo quando quis incidit in peccatum, & postea
2 subleuatur in uentre, per sanctitatem, sicut Hieremias, Ioannes Baptista ut habetur. priusquam te formarem in utero, noui te, & antequam exires de uentre sanctificaui te.

Item quando Elisabeth uisitauit uirginem Beat. Ioannes exultauit in utero matris suæ, & dicunt aliqui Doctores, quòd tunc usus rationis fuit acceleratus in ipso Beato Ioan-
3 ne. Tertius est a peccato mortali, actuali, & iste est in adultis per confessionem.
4 Quartus est a peccato ueniali, & sic Beatus Petrus post receptionem Spiritus sancti, q̃ fuit reprehensus a Paulo, quando peccauit, & postea post detestationem fuit sibi remissum illud peccatum ueniale.
5 Quintus est a peccato sic quòd est per maximum habitum gratiæ, & per confirmationem præseruatur ne amplius pecce, ut quando aliquis incidit in peccatum, & istud deletur, & datur gratia, confirmando in gratia, ut uiuat sine peccato. & sic Apostoli in die Pentecostes fuerunt redempti, quia confirmati in gratia. Similiter hoc modo uirgo Maria fuit confirmata in gratia, quando concepit filium suum in utero.

Pro responsione secundæ rationis Beati Thomæ nota, quòd si teneamus ut dicit Anselmus, quòd peccatum originale est carentia iustitiæ originalis debitæ in esse, &c.

Respondeo & dico, quòd tu præsupponis falsum, scilicet, quòd peccatum originale contrahatur ex contactu carnis infectæ, & cum arguit de pomo, dico quòd non est simile, quia macula, & pomum, sunt duo corpora, & corpus aliquod bene potest maculare aliud corpus, sed anima, quæ est spiritualis non potest maculari macula corporali, quia dicit Scotus in quarto, quòd Deus de potentia sua absoluta non posset facere Angelum album: quia albedo est qualitas materialis, quæ non potest informare Angelum, nec sapientia lapidem, quia sapientia est qualitas immaterialis, quæ non potest informare lapidem materialem. Tamen si aliter uolumus respondere sicut alii dicunt, dicendum est, quòd peccatum originale, est quædam qualitas morbida corporalis, inclinans ad habitum uiciosum in habente usum rationis, possumus dicere, quòd ad peccatum originale, quinque requiruntur. primo requiritur, quod sit causatum ex qualitate morbida.

Soluitur. 2. rõ D. Th.

2. Solu. Ad peccatũ originale si teneatur, q̃ sit qualitas morbida qn que requirũtur.

Ex quo sequitur, quòd peccatum originale non causatur ab accidente. Secundo quod, si morbida sic, quòd inclinet nos ad peccatum. Tertio quòd sit qualitas corporalis.

Ex quo sequitur, quòd illa qualitas non est anima, nec in aliqua potentia animæ. Quarto quod inclinet ad habitum uitiosum, & hoc si sit in habente usum rationis. Et ideo licet sit in pueris, tamen quia non habent usum rationis, ideo non inclinat ad habitum uitiosum. Si itaque uelimus tenere cum istis, dicemus quòd illa qualitas morbida non necessario causat peccatum originale. patet, quia ex quo puer est baptizatus, remanet originale. idem dicendum est de uirgine, licet in instanti suæ conceptionis in eius carne fuerit qualitas morbida, tamen in instanti Deus infudit sibi gratiam. Ibi quatuor fuerunt instantia. Primum corporis organizatio. Secundum animæ productio. Tertiũ gratiæ infusio. Quartũ animatio, & ibi est conceptio, & in nullo istorum habuit peccatum originale.

Nota quòd dicit Doctor deuotus, quòd in uirgine ista qualitas morbida non erat ponenda, quia in tota uita sua nunquam habuit aliquem stimulum carnis, & quòd etiam in nullo respiciente fuit stimulus quo eam concupiscceret. Nos autem cum uidemus mulierem pulchram, delectamur, sed non sic de uirgine, cum ipsa esset pulcherrima inter omnes, tamen nullus uidens eam, poterat concupiscere. immo quemcunque respicientem eam extinguebat in eo stimulum carnis. Ideo de ista dicitur. quasi Cedrus exaltata sum; quia sicut Cedrus facit cadere serpentes, & alios uermes ueneno sos: similiter si aliqua pars cedri ponitur in arcba, nulla poterit ibi esse tinea, ita uirgo habet extinguere stimulum in respicientibus.

Nullus potuit concupiscere B. Virginem.

Cedri apprietas.

Ad aliud argumentum de pœnis inflictis, dico quòd duplices sunt pœnæ, scilicet utiles, quia in illis homo potest mereri sibi, & aliis, ut studia, uigiliæ, ieiunia, orationes, &c.

Solutur. 3. arg. D. Th. de pœnis

Aliæ sunt pœnæ inutiles, in quibus homo non potest mereri, ut sunt peccata, quæ sunt pœnæ peccatorum: quia cum quis peccat, immediatè habet unam pœnam, & tunc dico, quòd pœnæ utiles fuerunt datæ Virgini, non quòd ipsa peccauerit, sed ut mereretur sibi, & nobis. tamen sibi non fuerunt inflictæ inutiles, ut sunt peccatum originale, & mortale.

Pœnæ duplices.

Quæ pœnæ fuerunt datæ B. Virg.

Sed quæritur, quare sibi fuerunt inflictæ pœnæ peccati originalis, ut mors, fames &c. cum non habuerit peccatum originale?

Dub.

Respondetur primo, ut mereretur sibi, & nobis: ex Christi enim meritis, Beatę uirginis, & sanctorum, integratur thesaurus Ecclesiæ. Alius Doctor. dicit, ut manifestaretur misericordia & iustitia. misericordia, in remouendo peccatum originale: & iustitia quia erat filia Adæ. ideo dedit sibi Deus pœnas peccati originalis, quæ tamen sunt utiles, tamen respõsio prima est melior.

Solut. Quare pœnæ peccati originalis remanserunt in uirgine, et quæ. Multæ causæ quare pœnæ sine peccato infligantur.

Alia responsio. refert hoc ad magnalia Dei ostendenda, sicut de cęco nato, qui non peccauit ipse; neque parentes eius. ut cęcus naceretur: sed per gloriã Dei. Secundo ad uirtutum exercitationem, sicut Iob uir iustus, & Deo gratus, qui sine culpa propria maximas sustinuit pœnas: de quo Deus dicit, quòd in omnibus his non peccauit Iob. Tertio ad sanctæ uitæ demonstrationem: sicut Beat. Ioann. Baptista assumpsit pœnam maximam herbas comedendo, non propter aliquod peccatum, quia nullum habuit: sed hoc fecit, ut daret nobis exemplum qualiter debemus facere pœnitẽtiam propter Christum, & Martyres sancti passi sunt. Quarto propter opus redemptionis; & sic Christo fuerunt inflictæ pœnæ maximè, ut uerbera, flagella, crucifixio, &c. non propter peccatum suum, quia ipse peccatum non fecit, neque in ore eius inuentus est dolus: sed propter nostram salutem. Quinto propter peccatum præcedens, sicut in illis, qui suspenduntur in patibulis, qui patiuntur pœnas propter peccata præcedentia.

¶Ad quæstionem ergo &c.]

Resp. Sco ad quæstionem.

Nota, quòd dicunt aliqui Thomistę, quòd Scotus non fuit opinionis, quòd uirgo Maria fuerit concepta sine peccato originali eo, q̃ loquitur solum de possibili: sed hoc est falsum. ideo ponuntur aliquę propositiones.

Prima propositio. Deus potuit facere uirginem peccato non fuisse obnoxiam.

Sco. tenuit B. virg. sine peccato originali conceptã.

Secunda propositio. Deus potuit facere uirginem esse in peccato originali per instans, & in tempore immediatè sequenti esse purificatam.

Tertia propositio. Deus potuit facere uirginem esse per tẽpus aliquod peccato originali obnoxiam, & in instanti termi nante illud tempus esse mundatam.

3. propos. & Sco.

Prima propositio probatur: quia gratia æquiualet iustitiæ originali quo ad hoc, quòd est repugnare peccato originali: quia sicut iustitia originalis non potest stare cum peccato originali, sic gratia ista non potest stare cum peccato originali: sed Deus potuit facere, quòd uirgo Maria in primo instanti sui esset in gratia, & semper: ergo Deus potuit

1 prop. probatur. 1. Ratio.

potuit facere, quòd non fuerit in peccato originali: probatur antecedens, quia etiam Christo fuit data summa gratia.

Dubitatio. Solut. Quo gratia æquiualeat iustitiæ originali, & quo non.

Nota pro illa maiore. Vtrum gratia æquinaleat iustitiæ originali?

Respondeo distinguendo, aut quantum ad acceptionem; & sic dico, quod non: quia Adam nunquam meruisset per iustitiam originalem, si non habuisset gratiam: quia principium merendi est gratia: quia, ad hoc, quòd actus sit meritorius, requiritur, quòd sit bonitas moralis, grata & gratuita; & si illi actus fuissent ab Adam sine habitu gratiæ, non fuissent gratuiti; quia non eliciti a gratia, cum non haberet gratiam.

Sequituropinionẽ magistri dicentis Adamũ nõ fuisse creatum in gratia.

Alio modo quantum ad repugnare peccato. & sic bene uerum est: quia sicut est impossibile nunc, quòd quis habeat gratiam, & peccatum, sic erat impossibile, quòd haberet iustitiam originalem, & peccatum originale.

Solutio quo se habet gratia & origi nalis iustitia.

Quæro quis istorum habituum est nobilior, scilicet gratia, uel iustitia originalis?

2. rõ ad idẽ.

Respondeo, quòd isti duo habitus se habent tanquam excellentia, & excessa: quia comparando quoad meritum, gratia est perfectior: sed comparando quo ad hoc, quòd est subiicere potentias inferiores rationi, sic iustitia originalis erat perfectior: quia quis poterat habere gratiam, & tamen non habebit potentias inferiores subiectas rationi, sicut habebat Adam per iustitiam originalem. ideo D. Paulus dicebat, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.

3. rõ ad idẽ.

Secundo sic probo. qualitas morbida non est causa necessaria peccati originalis: ergo Deus potuit facere, quòd uirgo non contraheret peccatum originale. Probatur antecedens, quia baptizatus habet qualitatem illam morbidam, & non peccatum originale.

Dub.

Item possibile est Deum mundare corpus uirginis, & separare illam qualitatem morbidam, & introducere animam in corpore mundo, & sic non contraxisset peccatum originale, & hoc modo potuit Deus facere, quòd uirgo non contraxerit peccatum originale: & quòd ipsa non fuerit concepta in peccato originali; quia in instanti in quo anima fuit creata, Deus in illo instanti potuit infundere gratiam, & tunc præseruasset &c.

Soluti. An potuit Deus facere Animam B. Virg. sine gratia & sine iustitia originali et q̃ non habuerit peccatũ originale. Deus potuit præseruare Virginem à peccato dupliciter. 2. Conc. Sco. probatur. Agens naturale põt agere in instanti, & in tẽpore, et similiter Deus.

Sed quæro, utrum Deus potuerit creare animam uirginis, non infundendo gratiam, uel iustitiam originalem, & tamen quòd non esset in peccato originali?

Respondeo, quòd hoc non includit contradictionem, probatur. peccatum originale, est carentia iustitiæ originalis debitæ. Tunc sic, Deus potuit remittere istud debitum habendi iustitiam originalem uirginis, non infundendo gratiam: ergo Deus potuit præseruare uirginem a peccato originali, & ideo fuit possibile uirginem præseruari. Dico itaque, quòd hoc dupliciter intelligi potest. Vno modo infundendo gratiam in illo instanti in quo fuit creata.

Alio modo fuit possibile per absolutionem a debito habendi iustitiam originalem, cum enim peccatum originale sit carentia iustitiæ originalis debitæ, tunc potuit illud debitum remittere uirgini, & sic non habuisset iustitiam originalem, nec esset concepta in peccato originali.

Secunda conclusio probatur. Agens naturale potest agere in tempore: ergo etiam Deus, probatur antecedens, & pono casum, quòd aliquod agens incipiat agere in aliquo instanti, ut quod in instanti sit in esse quieto, & postea incipiat mouere, ut aqua fit calida usque ad instans immutationis in tẽpore sequenti agens naturale inducat frigiditatem: ergo etiam Deus potest agere in tempore: quia quomodocunque potest agens naturale agere, potest & Deus: agens aliquod agit in instanti, ut Sol qui illuminat medium in instanti: Similiter agens naturale potest agere in tempore: ergo etiam Deus.

Confirmatur, quòd Beat. Virgo potuerit esse sine peccato in instanti, & in tempore sequenti immediatè sub gratia: quia quandocunque sunt duo opposita, pro quocunque tempore alterum dictorum oppositorum est in subiecto, pro eodem tempore alterum oppositum potuit esse in eodem. Cum ergo gratia, & peccatum de lege positiua sint opposita, sequitur, quòd quando uirgo Maria potuit esse sub peccato, tunc esse potuit esse sub gratia. ergo quando Thomiste dicuat, quòd uirgo fuit sub peccato, sequitur, quòd possibile fuit etiam, quòd in illo tempore, fuerit in gratia sic, quòd Deus dimisit uirginem per instans in peccato, & in tempore immediatè sequenti produxerit in ea gratiam. sicut si Deus crearet solem posset facere, quòd in instanti creationis non illuminaret mundum, & in tempore sequenti illuminaret mundum. Similiter potuit facere de uirgine, quòd in primo instanti non esset illuminata per gratiam, & in tempore sequenti esset illuminata per gratiam.

3. Conc. Sco.

Tertia conclusio. dicit Scotus. istud tertium est manifestum. Sed quod istorum trium sit uerum, Deus nouit dicit Scotus. Et per hoc Scotus docet nos quando est aliqua magna difficultas circa aliquod dubium, quòd non possumus probare per auctoritatem Ecclesiæ, quòd non debemus pertinaciter tenere partem unam: sed tantum probabiliter.

Documentũ ex Sco. in rebus nõ determinatis ab ecclesia.

Tunc dicit Scotus, si auctoritati Ecclesiæ, & Sanctorum, non contradicit, quod est excellentius, est attribuendum Mariæ: sed non contradicit auctoritati Ecclesiæ, quod uirgo non fuerit concepta in peccato originali, ut patet ex Concilio Basilienśi, in quo fuit determinatum ex pluralitate doctorum, quòd uirgo non fuit concepta in peccato originali; & quòd sit concepta sine peccato originali dicit Scotus infra di stinct. 18.

Decernit sacrum Conci. Trid sess v. seruadas ẽ cõstitutiones Sixti 4. qui utrãque partem probabilem iudicat.

Nota, quòd quadruplex est gradus Beatorum, quidam est eorum qui habuerunt tantummodo peccatum originale, ut pueri decedentes post Baptismum. Alii qui peccauerũt actua diter, & mortaliter, ut sancti patres. Alii qui fuerunt præseruati, ut B. Virgo. Et in quarto gradu est Christus.

In extrauagãti de Reliquiis, eccles. sanctorum grauę nimis &c.

Nota, quòd Franciscus de Maronis, Franciscus de Marchia, Landulphus, & Vorrithon, tenent quòd non fuit concepta in peccato originali.

Quatuor gradus beatorum secundum Sco.

Aduerte tamen, quòd dicit Ioannes de Bacconis Carmelita, quòd illi qui tenent uirginem non esse conceptam in peccato originali, sunt adulatores.

Quid senserint diuersi Doct.

Et dicit, quòd duplex est hæresis, scilicet blasphematoria, ut illorum qui dicebant, quòd Christus erat de semine Ioseph. Alia est adulatoria, sicut quòd Christus non assumpsit naturam humanam, quia est nimis uilis, sicut aliqui dicebãt, & sic ista est hæresis adulatoria.

Quid dicat Bacconus.

Sed contra ipsum arguitur sic. non est error: ergo non est error adulatorius. patet consequentia, per locum a parte in modo, ad suum totum. patet antecedens, quia nos celebramus festum conceptionis: ergo non est error. & quia in tempore ipsius Bacconis festum conceptionis non celebrabatur, arguit sic ille. Festum conceptionis non celebratur: ergo est error dicere, quod ipsa non fuisset concepta in peccato originali.

Contra bacconem. Antecedens est Sixti quarti, & Sacr. conci. Trid. & Pij Papæ v.

Sed ego nunc sicut ipse, arguam. Nos celebramus festum cõceptionis uirginis: ergo non est error.

Quid sensẽrit B. Thom. de B. uirgine ẽ quarto.

Nota, quòd B. Thomas in distinctione quarta quæstione tertia. dicit, quòd potest aliquod creatum inueniri in rebus quo nihil purius inueniri potest sine ulla peccati contagione inquinatiua: & talis fuit puritas uirginis.

Tunc sic arguitur. Beat. Thomas dicit in quarto, quòd B. virgo non fuit concepta in peccato originali: ergo oppositum non dicit in tertio. probatur consequentia, quia aliter contradiceret sibi ipsi: sed non est dicendum, quòd contradicat sibiipsi, igitur non dicit in tertio, quòd fuerit concepta in peccato.

Item Doctor deuotus dicit in suo tertio, quòd non: tamen quicquid sit, tenendum est eum sancta Matre Ecclesia. Felix namque es sacra, &c. quare non contraxit peccatum.

¶Contra secundum istorum membrorum &c.]

Arguit Sco. contra se duplici rõne.

Hic Scotus facit duas rationes contra hoc, quod dicit in secundo membro, scilicet, quòd Deus potest creare gratiam in tempore.

Nõales arguunt cõtra Scotum. Primũ arg.

¶Arguit sic. quicquid Deus &c.]

Hic nominales faciunt tria argumenta contra Scotum probando, quòd Deus non causat gratiam in tempore. Primo sic, si crearet gratiam in tempore, signetur illud tempus, quinta pars unius horæ. prima pars uocetur, a, secunda, b, tertia, c, quarta, d, tunc sic, uel gratia producitur in, a, uel in, b, uel in. c, non in, a, quia gratia per te producitur in tempore: nec in, b, patet, quia tunc uirgo esset in peccato originali in, b, nec in c, quia tunc Deus non ageret in a, nec in b, ergo Deus non potest causare in tempore.

Soluitur primũ argu. nominalium. 2. arg. nominalium.

Respondeo, quòd Deus non produxit gratiam; nec in prima parte, nec in secunda, nec in tertia, sed in toto tempore cathegorematicè sumpto, & quòd actio coexistit toto illi tempori. Secundo sic, sequeretur, q̃ alicuius entitatis permanentis, sicut est gratia, non esset dabile primum non esse, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

tempus in quo produceretur illa gratia non haberet primum non esse, quia omne tempus est tempus secundum philosophum: ergo non est dabile primum non esse alicuius entis permanentis, quod est contra philosophum. 8. Physicorum: ergo non est dabilis prima pars gratiæ, quod est falsum. Scotus facit istud argumentum in secundo distinctio. 4. in quodlib. qua quærit. Vtrum operationes Angelorum mensurentur æuo, & arguit. Angelus potest producere unam intellectionem, &c.

Respondeo primo ad antecedens, distinguendo æuum, aut dicit primum instans temporis, & sic concedo. aut dicit instans æui, & sic nego. quia quodlibet ens permanens, sicut est gratia, habet primum instans æui. Vel sic, concedo antecedens, nec est contra Philosophum: quia locutus est regulariter. tamen in casu Deus potest facere, quòd aliqua forma habeat primum instans sui esse, pono Regulas Scoti. Prima. Possibile est Deo, quòd forma permanens ducatur per unum instans, ut patet in 12. quæstione quodlibeti. Secunda regula. Possibile est Deo, aliquam creaturam accipere suũ primum esse in tempore, & in instanti terminante istud non esse. Tertia regula. Possibile est aliquam rem habere esse post tempus, & in instanti terminante illud tempus habere non esse. patet, quia sicut dicimus de homine, quòd habet primum instans in esse, & tamen non habet ultimum instans sui esse, similiter gratia. Quarta regula. Possibile est Deo, quòd aliqua creatura habeat suum primum, & ultimum instans sui esse. Nota, quòd differentia est inter entia permanentia, & successiua, quia successiua non habent primum, nec ultimum instans sui esse, sed permanentia bene habent primum instans sui esse, sed non ultimum sui esse.

Reg. 1. Sco ti. *Regula 2.* *Regu. 3.* *Regn. 4.* *Differentia inter entia permanẽtia & successiua.*

Tertio sic arguunt nominales. Si gratia crearetur in tempore, sequeretur, quòd non crearetur a Deo, consequens est falsum. igitur, & antecedens. probatur consequentia, quia creatura, ut dicit Scotus in 12. quæstione quodlibeti. dicit duo. Primo dependentiam essentialem ad Deum. Secundo dicit ordinem ad non esse immediatè præcedens, sed si sic, non posset dici, gratia nunc est, & ante nunc non fuit, quia per te producitur in tempore, & ante omne tempus est tempus.

3. arg. nominalium.

Pro responsione nota, quòd creare, & conseruare, conueniunt in hoc, quòd dicunt dependentiam essentialem ad Deum, & hoc de principali significato, sed in connotato differunt, quia creare dicit ordinem ad non esse immediatè præcedens: sed conseruare hoc non dicit. Et ideo Respondeo, quòd si Deus produceret gratiam in tempore, tunc gratia crearetur, quo ad principale seruatum de creare, sed quo ad connotatum, scilicet quo ad ordinem ad non esse immediatè præcedens, illo casu posito, gratia non crearetur.

Soluitur 3. argumen.

Secundo sic, aut iustificatio esset mutatio, uel motus, nullum istorum est dicendum: ergo Deus non posset iustificare uirginem in tempore. Nota primum, quia ad mutationem requiritur, quòd forma inducatur indiuisibiliter, & quòd inducatur in instanti. Nec est motus, quia in motu est successio ex parte subiecti, uel formę, uel mediorum. exemplum de primo, ut quando subiectum est diuisibile in alteratione sua. exẽplum de secundo, ut quando in aliquo introducitur qualitas successiuè. exemplum de tertio, ut quando quis uult ire de uno loco ad alium. Hic non fuit successio ex parte animæ, quia anima est indiuisibilis; nec ex parte formæ, quia licet forma simplex habeat gradus, tamen illa forma, seu gratia tota simul producitur; nec ex parte tertii, quia inter priuatiuè oppositа nullum est medium: sed si hæc essent priuatiuè oppositа, scilicet, peccatum originale, & gratia, nullum fuisset medium, sequitur ergo quòd iustificatio non erit motus, nec mutatio: ergo non potest fieri in tempore, & per consequens fieri non potuit, quòd uirgo in aliquo instanti fuerit in peccato, & in alio fuerit in gratia.

2. Instantia Scoti contra se.

Respondetur. dico, quòd loquendo strictè, ista iustificatio non esset motus, nec mutatio, licet habeat aliquid de utroque. Nota, quòd in motu duo sunt. Primo successio temporis mensurantis. Secundo est successio ex parte formæ, quæ acquiritur. In mutatione etiam sunt duo, scilicet instans mensurans ipsam mutationem. Secundo forma, quæ tota simul acquiritur. Et ideo dico, quòd illa iustificatio habuisset aliquid de mutatione, quia gratia producitur tota simul: & habuisset aliquid de motu, quia sicut motus mensuratur tempore, ita iustificatio fuisset in tempore. tamen differt a mutatione, quia esset in tempore. item differt a motu, quia in iustificatione acquiritur gratia tota simul. Exemplum, ponatur mobile, & sit aqua, quæ stabit sub calore, usque ad instans mutationis ad frigiditatem, sic, quòd nunc est calida, & statim incipiet remitti: tunc incipiet frigiditas, & acquiretur una pars post aliam partem: & ponamus, q̃ in tempore toto sequenti, in quo erit frigiditas, q̃ tota frigiditas simul inducatur, hoc esset simile isti iustificationi.

Soluit secundam instantiam. *In motu sũt duo, pariter in mutatione.*

Quæ est causa quare a passione causata ab agente naturali, est motus, uel mutatio, & non ista iustificatio? Responsio, quòd agens naturale, si posset subito agere, in instanti induceret formam, sicut Sol non habet resistentiam ex parte passi, & in instanti illuminat aerẽ: sed non est sic quando calor introducitur in aqua, quia repetit contrarium. ideo calor introducitur in tempore. non sic autem est de Deo, quia Deus est agens liberum. & si uult potest agere in instanti, uel in tempore eo modo quo sibi placet. Ideo potest producere in tempore, uel in instanti, quia si Deus producat formam, est ibi ali quid de motu, & mutatione.

Inquisitio. Responsio.

Prima regula, potse agere in tempore, nullam dicit imperfectionem. patet, quia tunc nos diceremus, quòd esset aliqua imperfectio in Deo, quia certum est, quòd Deus agit in tempore. ut quando causa secunda agit, Deus agit.

1. Regu. Agere in tẽpore non dicit imperfectionem. sed necessariò agere in tpe. Soluũtur argumẽta principalia.

Secunda regula. Necessario agere in tempore, dicit imperfectionem, ideo cum aliqua creatura necessario agit in tempore. hoc est imperfectionis in ea, &c.

Soluũtur primum principale.

Consequenter Doctor soluit argumenta ante oppositum. primo ad primam auctoritatem ad Rom. quinto. Dicit Scotus, quòd quilibet filius Adæ est debitor iustitiæ originalis, quia accipit eam in primo parente: ideo est in peccato originali. tamen si alicui daretur gratia in primo instanti, ille licet ex modo suæ propagationis esset debitor iustitiæ originalis, tamen quia sibi infunderetur gratia, non esset conceptus in peccato originali: ergo esset immunis a peccato, sicut uirgo fuit. dico quòd omnes peccasse in Adam, potest dupliciter intelligi. Vno modo ex modo & ratione suæ propagationis: & sic concedo. Alio modo ex speciali modo, & sic nego: & sic est dicendum de uirgine, quòd ex modo suæ propagationis fuisset concepta in peccato originali.

1. Solutio. Oẽs peccasse in Adã dupliciter pũt intelligi.

Vel sic etiam melius. Aliquem esse conceptum in peccato originali potest intelligi dupliciter. Vno modo radicaliter, & dispositiue: & sic omnes habuerunt unde contraherent peccatum originale. Alio modo, quòd homo fuit liberatus ex aliquo priuilegio, & sic uirgo non fuit concepta in peccato originali.

2. Solut. Aliquẽ esse conceptũ in peccato originali intelligitur dupliciter.

Vel aliter. Aut de iure communi, & sic omnes peccauerunt in Adam: Aut de iure speciali, & sic non, quia fuit priuilegia multa, ut patet de illis, qui steterunt per quadraginta annos qui non receperunt circumcisionem, quia fuit dispensatum cum illis: ergo etiam fuit dispensatum in ista lege communi. Item si fuit dispensatum cum Beato Ioanne Baptista, Hieremia, & Isaia, ut non nascerentur in peccato originali, multo magis est ratio quare fuit dispensatum cum uirgine.

3. Solut.

Nota, quòd aliquis potest legem destruere quadrupliciter. Primo reuocando, sicut lex de circumcisione, quæ fuit reuocata post promulgationem Euangelij. Secundo modo, quoad tempus suspendendo, sicut de circumcisione, ut dictum est. Tertio modo dispensando, ut cum Papa dispensat cum aliquibus de nubendo in gradibus prohibitis, de exeundo religionem &c. Quarto modo priuilegiando, ut quòd scolares non soluant tributa, quando transeunt per aliqua loca, & hoc modo Deus dicitur destruxisse legem cum uirgine, quia Deus dispensauit cum uirgine, & eam priuilegiauit. Item fuit dispensatum in uirgine, ut patet de Salomone dicente in libro sapientiæ. Vnus est introitus hominis ad uitam, & similis exitus, quia sicut intramus in mundum cum dolore, & tristitia, ita eximus cum tristitia. Vnde dicit hic Hieronimus, quòd ista est lex generalis. tamen cum B. Ioann. fuit dispensatum. Item fuit dispensatum, ut patet de consecratione distinctio. 4 firmissime tene, & nullatenus dubites, &c. Ista lex fuit dispensata in Bea. Ioanne, & Hieremia, & Isaia, qui non sunt nati in peccato originali, & si illi fuerunt priulegiati, a fortiori dicendum est, quòd uirgo Maria fuit priulegiata.

Dem̃ quadruplex quo lex nõ cogit subditos sine destruatur. *Cap. 7.*

Alio modo respondetur ad illam auctoritatem. omnes in Adam peccauerunt, & pro solutione nota, quòd Magister sententiarum dicit in 4. distinctio. 44. capite. 5. duplex est uniuersale, s. simpliciter, ut omnis homo est animal. Aliud est uniuersale accommodatum, ut cũ dicitur Ioan. primo, qui illuminat

4. Solut. Vniuersale duplex.

minat omnem hominem uenientem in hunc mundum, per ly, hominem, non intelliguntur Saraceni, & alii hæretici, sed est distributio accõmodata, scilicet pro illis qui suscipiunt legem. Nota iterum, q̃ exclusio est, s. simplex, ut solus Christus est innocens: Alia est accommodata.

Resp ad auctoritates.

Tunc respondetur ad primam auctoritatem, & dico, quòd ly, omnes, est distributio accommodata.

Ad aliam auctoritatem, dico quòd ly solus. non dicit exclusionem singulariter sic, quòd excludat omnes alios: sed est exclusio accommodata.

Ad aliam auctoritatem Damas. dico, quòd uirgo fuit purgata præseruatiuè. & sic cõcedo, aut subleuatiuè, & sic nego. Vel sic, dico quòd uirgo fuit purgata a qualitate morbida carnis, & non fuit purgata ab originali, q̃ non habuit.

Ad auctoritatẽ D. Augusti: *1. Resp.*

Ad aliam auctoritatem Augustini, firmissimè tene &c. Prima responsio: dico, quòd ibi dicit, qui, modo dico, quòd uirgo non est qui, immo, quæ. Ideo Beatus Augustinus uolebat intelligere de uirgine Maria. Secũdo modo dico, quòd in ista auctoritate dicitur, nascitur, sic, quòd D. August. uolebat intelligere de illis qui sunt nati, & nascuntur de muliere. Modo dico, quòd nullus Doct. tenet, quòd uirgo Maria fuit nata in peccato originali, ideo non tenet ista auctoritas in Christo, nec in uirgine. nec in B. Ioan Hierem. Isaia.

2. Resp.

Tertio modo dico distinguendo, Aut de lege communi, & sic concedo. Aut de lege speciali, & priuilegio, & sic nego.

3. Resp.

Ad aliam auctoritatem de Hieronimo, Respondetur. solus Christus per naturam fuit conceptus sine peccato: sed per priuilegium uirgo fuit concepta sine peccato. Ad aliam auctoritatem de consecrat. distinct. 4. c. natiuitas. dicit glossa non est celebranda, quia fuit concepta in peccato originali. Respondeo negando illam glossam, quia habeo auctoritatem Ecclesiæ pro me, quæ est maioris auctoritatis. Vel sic, uerum est q̃ conceptio non est celebranda, hoc est istud festum conceptionis, non computatur inter ista festa distin. 4. Ad auctoritatem Anselm. Respondeo primo, quòd illa uerba non sunt Anselmi, sed sunt uerba discipuli sui, quæ non approbabat, uel sic, quòd Ansel. aliquando tenuit illam opinionem, sed postquam fuit episcopus cantuarien sis, ipse fecit quendam paruum librum, ubi dicit, Non est uerus amator uirginis qui respuit celebrare festum conceptionis. & hoc dicit in quadam Homelia quam fecit.

Ad auctoritatem Anselm. resp.

¶ Per illud patet &c.]

Respõ. Scot. ad rões B. Thom.

Hic respondet Scotus ad rationes B. Thomæ, primo ponit Doct. duas propositiones. Prima. uirgo Maria maximè indiguit Christo Redemptore. Secunda. sicut alii homines indiguerunt Christo, ut per merita ipsius subleuarentur, sic uirgo indiguit Christo Redemptore præseruante, & iste modus redemptionis est excellentior. Et si arguatur probando, quòd uirgo fuit concepta in peccato originali, bene uolo tecum, quòd in illo instanti in quo fuit concepta, habuit gratiam, sed prius fuit in peccato: & sic probatur. Virgo prius fuit filia Adæ, quàm habuit gratiam. patet, quia prius fuit persona, quæ habuit gratiam. tunc sic. in illo priori, uirgo erat nata ut haberet gratiam, & non habebat; ergo uidetur, quòd ipsa fuit priuata gratia: ergo fuit in illo priori concepta in peccato originali.

Soluitur prima ratio. *Esse prius alio dupliciter.* *Prioritas priuatiua, & positiua.*

Respondetur pro solutione. Doctor ponit unam distinctionem, & duas regulas, & consequenter respondet ad formam. Distinctio est hæc. esse aliquid prius alio, potest dupliciter intelligi. Vno modo positiuè: Alio modo priuatiuè; ut priuatio præcedit formam. exemplum. dicimus secundum fidem, quòd materia fuit producta a Deo sub forma substantiali; tamen illa prius fuit sub priuatione, quàm habuerit formam; & ista prioritas dicitur priuatiua. Exemplum de prioritate positiua quæ cadit inter aliqua duo positiua, ut inter substantiam, & accidens, & sic materia dicitur prior natura priuatione, & forma, sic, quòd materia non includit in sua ratione priuationẽ, & formam.

Prima regula S. or.

Prima regula. Quandocunque duo priuatiuè opposita comparantur ad idem, secundum ordinem naturæ, ambo non in sunt simul sed alterum, quod dicitur posterius natura ineſt, & alterum quod dicitur prius natura, non ineſt, hoc non esset, nisi quia aliquod extrinsecum impediret. exemplum. capiamus priuationem, & formam, forma est oppoſita priuatiuè priuationi, & econtra, certum est, quòd priuatio, & forma nunquam sunt simul in materia: & licèt priuatio sit prior natura ipsa forma non tamen semper ineſt, sed semper ineſſet, nisi alterum extrinsecum, scilicet dans formam faceret, q̃ forma ineſſet, & hoc loquendo de prioritate naturæ secundo modo sumpta. Exemplum de alio ordine positiuo. subiectum est prius natura utroque oppoſito, ut materia est prior materia forma, & priuatione, sic quòd non includit in sua ratione formam, uel priuationem.

Alia regula. Licet materia prius natura sit priuata, quàm in ea sit forma, tamen ipsa nunquam est sine forma, accipiendo prioritatem secundo modo, licet priuatio præcedat formam in materia, tamen illa materia nunquam est sine forma, & dicitur priuatio prius natura ineſſe, nõ quòd priuatio insit materiæ, sed quia materia quantum est de se, prius esset sine forma, nisi aliquod extrinsecum agens induceret formam in materia.

2. Reg. *Quo prius dicatur prius natura ineſſe materiæ, quã forma.* *3. Reg.*

Alia regula. Licet materia sit prior primo modo natura, tam priuatione, quàm forma, tamen ipla nunquam potest esse sine aliquo istorum, & ista prioritas non dicit, quod hoc sit sine illo, sed dicit, quòd materia neutrum istorum includit in sua ratione formali. Ad propoſitum applicat Doct. ponendo quatuor regulas. Prima quæ est quarta in ordine, est. Natura anima est prior natura tam iustitia originali, quàm priuatione iustitiæ originalis, & hoc secundo modo. patet, quia illud est prius natura positiuè alio, quòd non includit illud in ratione sua formali: sed natura animæ non includit iustitiam originalem, nec carentiam iustitiæ originalis in sua ratione formali.

Secunda regula est. In ipsa natura animæ prius natura intelligitur priuatio iustitiæ originalis, quàm ipsa iustitia originalis, accipiendo prioritatem priuatiuè, ideſt licet ipsa anima nunquam fuerit sine gratia, tamen nunquam illa priuatio infuisset illi animæ, nisi per agens extrinsecum fuisset producta illa gratia.

Tertia regula. quandiu natura animæ fuerit prius natura gratia, & carentia eius, tamen nunquam fuit siae altera illarum: quia non est intelligendum, quòd anima non fuerit sub uno illorum. &c.

Quarta regula. licet anima uirginis prius natura fuerit priuata iustitia originali, quàm habuerit eam, tamen illa anima nũquam fuit sine gratia, quia ista prioritas est talis, quòd ista anima esset sine gratia, nisi agens extrinsecum introduceret gratiam.

Respõ. Scot. ad formã argumenti.

Consequenter Doctor respondet ad formam, cum arguitur. Prius natura uirgo fuit filia Adæ &c. Dico quòd si accipitur prioritas primo modo, concedo, & cum arguitur, in illo priori habet priuationem iustitiæ originalis. nego, quia sicut non habuit iustitiam originalem, nõ habuit carentiam, quia licet non habuerit iustitiam originalem, tamen nõ habuit carentiam, quia ibi accipitur prioritas primo modo, quatenus natura animæ non includit in sua ratione formali iustitiam originalem, nec priuationem iustitiæ originalis, quia de ratione formali animę uirginis, nõ est iustitia originalis, nec carentia iustitiæ originalis.

Instatur.

Sed si obiicias de alio modo prioritatis, quæ est inter priuationem, & subiectum, quia certum est, q̃ priuatio prius ineſt quàm forma, quia tunc sequitur, carentia iustitiæ originalis est priuatio: ergo prius inerit Matiæ quàm habeat iustitiam originalem. patet, quia priuatio præcedit natura formam. patet etiam, quia priuatio ineſt subiecto ex ratione subiecti, & non forma: ergo priuatio est prior forma. Respon. q̃ duplex est ordo naturę, unus est inter positiua, sicut inter subllãtiam, & accidens. Alius est ordo naturæ inter priuatiuè oppoſita, ut inter formam, & priuationem: dico tunc, q̃ licet carentia iustitiæ sit prior forma, tamen nunquam infuit uirgini: sed est prior hoc modo, quia in fuisset sibi nisi aliquod extrinsecum impediuisset.

Ordo naturæ duplex.

Instatur iterum.

Contra arguitur. Quòd est prius natura, est prius in essendo; sed priuatio est prius natura forma: ergo prius in essendo, & per consequens priuatio prius erit: ergo malè dicis, quòd priuatio ineſſet nisi aliquod impediuisset. Respõdetur, quòd duplex est ordo naturæ, unus est inter priuatiuè oppoſita, & sic dico, quòd capiendo ordinem pro ordine qui cadit inter positiua, licet illud, quod est prius natura, sit prius in essendo, non tamen est prius in essendo, capiendo ordinem inter priuatiua, quia quicquid est prius inter priuatiuè oppoſita, non oportet, quòd sit sic prius. exemplum de priuatione, quæ dicitur prior forma, non, quòd insit natura prius, quàm forma: sed quia materia esset priuata forma, ni si impediretur per aliud extrinsecum dans formam materiæ.

Soluitur in stantia.

Instatur.

Et si arguatur, tu dicis, quòd in illo priori uirgo nõ habuit priuationem, nec ista carentia iufuit Mariæ, arguo sic, bene

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequitur, virgo Maria in illo priori non fuit iusta: ergo in illo priori fuit non iusta. patet ista consequentia a negatiua de prædicato finito, ad affirmatiuam, de prædicato infinito, est bona consequentia. & cum hic sic arguitur, ergo est bona cõsequentia: & ultra. fuit non iusta: ergo non fuit iusta. & per consequens fuit in peccato originali.

Soluitur in instantia.

Respondeo, cum arguitur. Virgo fuit non iusta in illo primo instanti, distinguo de illa regula, uel in prædicatis simplicibus, quę sunt animal, homo substantia, & sic concedo: uel in compositis complexione non distante, ut homo albus, & sic nego. exemplum bene sequitur. in prædicatis simplicibus, uirgo non est iusta: ergo uirgo est non iusta, sed non sequitur in prædicatis compositis, uirgo non est iusta in primo instanti: ergo uirgo in primo instanti est iniusta: quia ibi totum prædicatum consequentis non continebatur in antecedente. Nota quòd illa regula, arguendo a negatiua de prędicato finito, ad affirmatiuam de prædicato infinito, ad hoc, quòd sit uera, duæ conditiones requiruntur. Prima est, quòd totum prædicatum infinitetur sic, ꝙ non arguatur in prædicatis compositis. ideo non ualet consequentia, lapis non est lignum album: ergo lapis est lignum non album, quia totum prædicatum in secunda non infinitatur, sed tantum altera pars. Secunda, ꝙ termini non supponant confuse tantum: & dicunt nominales quòd requiritur, ꝙ ponatur constantia subiecti, ut non sequitur, sortes non est albus: ergo sortes est non albus, nisi ponatur constantia subiecti, & arguit sic, sortes nõ est albus, & sortes: ergo sortes est non albus. Sed pono contra eos, ꝙ non requiritur, nec est necessarium ponere constantiam subiecti, quia forte non existente, uerum est dicere de eo languere, uel non languere, ut dicit Aristoteles in post prædicamentis, & ideo siue sortes sit, siue non sit sortes, est albus, uel non albus.

Limitatio regulæ Aristotel.

Soluit instantiam nominalium.

Et cum arguunt nominales, ad negatiuam non sequitur affirmatiua: ergo illa non est bona consequentia. Respondeo duplex est affirmatiua, s. formalis, in qua copula non negatur, ut dicendo, homo est animal. Alia est affirmatiua formaliter, negatiua æquiualenter; in qua licet prædicatũ non negetur, tamen prædicatũ est infinitum, ut homo est non iustus. quæ licet formaliter affirmatiua sit, est tamen æquialenter negatiua. Et ideo cum arguitur, ex negatiua non sequitur affirmatiua, distinguo aut formaliter, & sic concedo, aut æqualenter, & sic nego. Ideo respondeo ad formam, uirgo gloriosa non fuit iusta &c. dico, ꝙ in secunda totum prædicatum non infinitatur. ideo non ualet consequentia.

Instantia cõtra solutionem. Soluitur.

Contra. in illo priori uirgo gloriosa intelligitur non iusta: ergo in peccato originali. Respondeo negando antecedens, licet in illo priori uirgo non intelligatur iusta, tamen ista est falsa, in illo priori intelligitur non iusta. ut non sequitur, ego non intelligo hominem esse animal: ergo intelligo hominem esse non animal.

Duplex abstractio.

Nota, quod duplex est abstractio, s. præcisiua, quando intelligitur unum obiectum, non intelligendo aliud. ut intelligendo animal, & non rationale. Alia est diuisiua, & est quando intellectus intelligit hoc non esse hoc, ut intelligo hominem non esse asinum.

Consequenter pono aliquas propositiones. Prima. multa sunt inseparabilia secundum esse, quæ sunt separabilia secundam abstractionem præcisiuam, ut possum intelligere hominem. non intelligendo risibile. Secunda. in ista non consistit ueritas uel falsitas, quia est notitia simplex. De secũda abstractione diuisiua prima propositio. Quicquid uerè potest negari ab altero, uerè potest intelligi abstractione diuisiua: ut si uerè possumus negare lignum a lapide, possumus intelligere lapidem non esse lignum. Secunda. Quicquid uerè non potest negari ab altero, non potest intelligi abstractione diuisiua sine illo. Ex quo sequitur, quòd licet possimus intelligere hominẽ sine risibilitate abstracti one præcisiua, non tamen diuisiua, tamen in istis consistit ueritas uel falsitas, sic, ꝙ si ego benè abstraham, ista abstractio erit uera, si malè, est falsa. & de ista nõ loquitur philosophus 4. physicorum.

Quarta, ex abstractione præcisiua diuisiuã inferre est mutare abstractionem ueram in mendacem. Exemplum. ego intelligo hominem, non intelligendo risibile: ergo intelligo hominem non risibilem: similiter hoc non ualet. ego non intelligo uirginem esse iustam: ergo intelligo uirginem esse non iustam.

Ad arg. de apertione ianuæ. Passio Christi

Ad aliud de apertione ianuæ, pro hoc notandum est, quòd passio Christi potest considerari dupliciter, Vno modo, ut præuisa. Alio modo ut exhibita. & ista passio exhibita adhuc dupliciter. Vno modo in actu interiori: Alio modo in actu exteriori. exemplum, Rex uidet hominem fortem ad pugnandum, tunc præuidet merita, habere dicitur merita præuisa, quia tunc constituit illum suum capitaneum. & iste homo quando intrat bellum, habet magnum animum ad pugnandum. iste actus est interior; & consequenter, quando pugnat uiriliter sic, quòd habet uictoriam, talis est actus exterior. sic dicendum est de Christo, quia in instanti suæ incarnationis habuit actum interiorem, & quando passus est, habuit actum exteriorem. Consequenter ponuntur aliquæ propositiones. Prima est ista, Deus uirginem præseruauit per meritũ Christi præuisum. Secunda, Sacramenta ueteris legis habuerunt suam efficaciam a merito passionis præuisæ, Tertia, Sacramenta nouæ legis ante passionem Christi efficaciam habuerunt a passione Christi exhibita in actu interiori. Modo nos dicimus, ꝙ Apostoli baptizabant, & illa habebant efficaciam a passione Christi exhibita in actu interiori. Quarta, omnia Sacramenta nouæ legis post passionem habuerunt efficaciam a passione Christi exhibita in actu exteriori, & interiori. Ideo maiorem gratiam cõferunt post passionem, quàm ante; quia ante ille recepit Baptismum per meritum passionis Christi præuisæ; & post passionem iste per meritum passionis Christi exhibitæ recepit maiorem gratiam. Et ratio est, quia magis acceptamus beneficia exhibita in actu exteriori, quàm ex interiori tantum. Ideo post passionem, Sacramenta nouæ legis habent maiorem efficaciam, quàm ante.

Si potest dupliciter considerari.

De merito Christi. Prop. 1. Prop. 2. Prop. 3.

Prop. 4.

De efficacia sacramentũ ante, & post passionẽ Christi.

Quæritur, si uirgo fuisset mortua post conceptionem suã, uel in instanti in quo fuisset mortua, Vtrum uirgini ianua fuisset clausa? & uidetur quòd non, quia dixisti, quòd ianua non est sibi clausa. Respondet de Aquila, quòd si uirgo fuisset mortua ante passionem, uoluisset ad cœlum; sed ista non est probabilis opinio. Respondet Scotus aliter, quòd uirgo nõ euolasset ad paradisum, sed ad lymbum, quia certum est, quòd sancti patres quando descenderunt ad lymbum, purgati fuerant, ut quando B. Ioan. fuit decapitatus erat in gratia, & tamen descendit ad lymbum: quia Deus decreuerat, quòd nunquam aliquis intraret paradisum, antequam debitum esset solutum propter peccatum originale. Ideo si uirgo fuisset mortua, quia debitum non erat solutum, descendisset ad lymbum, quòd est mirabile, quia non fuisset in ea priuilegium aliquod: sed dico probabiliter, quòd sicut Deus non clausit sibi ianuam, sic si mortua fuisset, ipsa euolasset ad cœlos, licet Scotus non dicat.

Dub. quo adiisset ætia Mariæ vir. si mortua fuisset ante passionem Christi. Solutio.

Sed B. Bernardus dicit, quòd uirgo fuit concepta in peccato originali, in quadã epistola ad Canonicos Lugdunẽses scribens: virgo in conceptione minimè sanctificari potuit imo fuit peccato obnoxia, deinde uirtute Spiritus sancti mundata: ergo sequitur, quòd cum B. Ioan. sit Sanctus, quòd oportet dicere. B. uirginem esse conceptam in peccato originali. Respondet Scotus, quòd uirginem esse sanctificatam, potest intelligi dupliciter. Vno modo ab illo quod infuit: & sic non. Alio modo a peccato originali, quòd infuisset, nisi fuisset præseruata. & sic fuit sanctificata a peccato originali. Solemus dicere liberaui te a morte, non a morte quæ præcesserit, sed quę infuisset, nisi præseruassem. & sic bona est ista glosa, quicquid alij contradicant.

Quid sensorit B. Bern. de conceptione uirginis Mariæ. Respon. Scot. Virginẽ esse sanctificatã intelligitur dupliciter.

Vnde B. Bernardus arguebat sic, uel fuit sanctificata ante conceptionem, uel in conceptione, uel post: non ante, quia non erat adhuc, nec secundum, quia fuit libido: ergo post conceptionem. ergo fuit concepta in peccato originali. Respondeo, cum arguitur, uel fuit sanctificata &c. dico, quòd nec ante, nec post, sed in conceptione sua, quia in illo instãti in quo anima fuit introducta intra corpus, fuit sanctificata. Contra, in illo instanti fuit libido: distinguo, uel intelligendo de conceptione pro conceptione seminum, & sic concedo, & sic nõ celebratur conceptio uirginis. Aut de conceptione pro commixtione naturarum. & sic nego, quia tunc incipit esse peccatum originale, ut patet Genes. 25. Dedit Deus conceptum Rebeccæ, & pueri collidebantur in uentre eius, ita quòd in illo instanti in quo Esau, & Iacob fuerunt animati in uentre Rebeccæ, pugnauerũt ad inuicem. Dicit etiam Sco. posito, ꝙ in mistione fuisset libido, & in illo instãti fuisset producta anima, adhuc nõ cõtraxisset peccatũ originale nec fuisset infecta quia illa qualitas morbida, nõ est causa necessaria infectionis. patet in pueris baptizatis post Baptismum, licet sit fomes, & infectio, non tamen in eis est peccatum originale. sed non est sic de uirgine, quia fuit purgata ab illa qualitate morbida. Et ideo ad argumentum Bernardi dico, quòd fuit concepta in conceptione naturarum. sed in in illo instanti in quo anima uirginis fuit introducta in corpore, possumus imaginari quatuor

Arg. D. Bernardi.

Solnitur.

tuor instantia naturæ. In primo corpus esse organizatum: In secundo aiam esse creatam: In tertio gratiam esse creatam in anima: In quarto animam infundi in corpus, ita quod in illo instanti naturæ, anima fuit introducta in corpus uirginis, & sic in conceptione uirginis fuerunt ista quatuor instantia.

Aparitio B. Bernardi.

Nota quod dicit unus Doct. quòd ipse, B. Bernardus erat deuotus, & ex sua deuotione ausus est Papam reprehendere, dicendo iniuriam Papæ. Respondet Papa. montes Gelboe nec ros, nec pluuia &c. in fine dicit, non omnia nouit Bernardus, non curo de istis iniuriis, sed quòd uirgo fuerit concepta sine peccato originali, reperies in Varrone tertio sententiarum cum Petro de Aquila, & de Candia in tertio. Omnes isti dicunt quòd licet B. Bernardus dixerit quòd uirgo fuit concepta in peccato originali, quòd ipse retractauit se post mortem, quia cum esset charus cuidam religioso, apparuit illi in oratione, qui rogauerat Deum, ut appareret ei, & ostenderet in quo statu esset: statim B. Bernardus apparuit sibi fulgidus, & religiosus iuit, & dicit illi, noli timere, & habebat B. Bernardus quandam maculam in pectore, uel in fronte, tunc ille quæsiuit B. Bernardum, quid habetis in pectore? Respondet B. Bernardus, quòd quia ipse tenuit pertinaciter in uita sua quòd uirgo erat concepta in peccato originali, ideo habeo istam maculam, & dicit illi fratri, quòd non teneat uirginem fuisse conceptam in peccato ueniali, & istam historiam narrant Doctores supradicti. Tamen dicit Capreolus quòd ista est comparatio uetularum, & quod B. Bernardus maledicit, quia dato quòd non fuisset aliqua operatio, tamen quia Ecclesia tenet, tenendum est, Quod autem Christus non fuit conceptus in peccato originali, est duplex ratio. Prima, quia non fuit filius Adæ, Secunda quia in instanti in quo corpus fuit organizatum in uentre uirginis, & anima introducta habuit perfectiones, quia primo charitatem in uoluntate, fruitionem & tentionem essentiæ diuinæ, quia omnes uirtutes non possunt stare cum peccato originali: ergo.

Duplex rõ quare Christus non est conceptus in peccato originali.

Differentia inter Christum et Virginem.

Nota quod differentia est inter Christum & uirginem, primo quia Christus non fuit filius Adæ, sed benè B. Virgo. Secundo quia Christus non contraxit peccatum originale, non propter meritum alicuius, sed quia non erat filius Adæ: Virgo autem non contraxit propter meritum Christi: quia, sicut luna non habet lumen a se, sed a sole; ita virgo quæ comparatur lunæ, non habet ex se illud lumen, sed habet a Christo.

Commendatio Virginis

Ad laudem virginis dicamus aliud de ipsa. Notãdum quòd Hieronymus uidens excellentiam uirginis, dicit. quicquid humanis potest dici uerbis, minimum est ad laudem eius. & hoc dicit Ecclesia cum cantat, Felix namque es sacra uirgo &c. Item alibi, Sancta & immaculata uirginitas ideo laudanda est. Pro cuius declaratione, capio illud quod dicit Luc. 18. non sum sicut cæteri homines, istud namque potest dici de uirgine, quia quæro primo, utrum fuerit concepta in peccato originali B. Virgo? Respondet non. Secundo, utrum fuerit leuata super omnes choros angelorum? Respondet sum. Tertio quero dicatis uirgo, quomodo fuisti concepta? dicit, sicuti cæteri homines. Ex quo sequitur quod non fuit concepta per osculum Ioachim, sicut dicunt uetulæ.

Quatuor cõsiderantur.

Pro prima difficultate uidebimus quatuor. Primo de iustitia originali, & peccato primorum parentum. Secundo de pœnis. Tertio qualiter contrahitur in nobis. Quarto quomodo soluitur. Quinto ponemus tres conclusiones. Primo dico, creauit Deus hominem rationalem, cui dedit iustitiam originalem in uoluntate, & in appetitu charitatem, & gratiam. Per iustitiam ratio erat obediens Deo: & potentiæ inferiores erant subiectæ rationi, ita quòd nihil uolebat, nisi quod ratio uolebat, stando ét in iustitia originali omnia alia habebat, quia bestiæ erant obedientes Adæ, ut testatur psal. omnia subiecisti sub pedibus eius. Consequenter Deus dedit præceptum Adæ, in quo posset mereri, scilicet de fructu ligni quod est in medio paradisi ne comedas. Adam habuit consortium, scilicet coniugem, quam diligebat, & animis. uenit serpens, & aggressus est castrũ maximum, & nõ uenit ad Adam primo, sed ad Euã, quia erat debilior, & quæsiuit mulieri, cur non comeditis de bono? Respondet, ne forte moriamur. & dicit. non moriemini, sed eritis similes Deo, tanquam scientes bonum, & malum, tunc comedit, & dedit Adæ, & comederunt ambo, & sic præceptum fuit transgressum. & sic perdiderunt iustitiã originalem.

De pœnis q̃ secute sunt Adam propter peccatũ eius.

Ad secundum punctum de pœnis, dico quòd octo pœnas incurrit Adam propter transgressionem præcepti, Primo factus est inimicus Dei. Secundo habitũ perdidit iustitiæ originalis, non solum in se, uerum etiam in nobis. Tertio gratiam amisit. Quarto fuit obligatus ad pœnam temporalem, quia dixit eis Deus, non comedatis ne moriamini, si non comedissent, non fuissent mortui. Quinto fuit obligatus ad pœnam æternam, quia dicit Gregorius de Arimino, propter peccatum originale non solum homo est obligatus ad pœnam damni, sed etiam sensus. sed hoc est minus durum; ideo tenendum est cum Scoto, quòd peccatum originale obligat ad pœnam damni tantum, non sensus. Sexto immediatè Adam sensit legem in sensu contrariam rationi, quoniam dicit Adam, sentio legem contrariam legi meæ. Septimo fuit sibi dictum, in sudore uultus tui uescẽris pane tuo. Octauo in muliere fuit pœna, quia sibi fuit dictum, in dolore paries filios.

Quo contrahatur peccatũ originale & quid sit.

Quantum ad tertium. Quomodo contrahitur peccatum originale. Nota quòd peccatum originale est carentia iustitiæ originalis debitæ inesse, in primis parentibus amissę, ex transgressione legis, ex actuali peccato primorum parẽtum, in nobis deriuata, obligans nos ad duplicem pœnam. In qua definitione tanguntur septem. Primum, peccatum est carentia, ita quòd, carentia est suum genus, quia peccatum non est a lege positiua. Ex quo sequitur primo, quòd peccatum originale non est omnis actus uoluntatis, sicut aliqui dixerunt. patet, quia peccatum originale est in paruo puero, & tamen nõ habet actum nec bonum, nec malum. Secundo sequitur, quod non est habitus malus, sicut aliqui dixerunt, quia omnis habitus consequitur ex actibus: sed in puero non sunt actus: ergo. Tertio sequitur, quod peccatum originale non est aliqua inclinatio ad malum in uoluntate, sicut quidam dixerunt, quod non est uerum: quia illa inclinatio est inseparabilis, non autem illud peccatum. Quarto, quòd non est aliqua unio in corpore, contra antiquos, qui dixerunt quòd anima non est peccatum originale, sed unio, quod est falsum: quia illa unio est perpetua. Quinto sequitur quòd peccatum originale non est obligatio ad pœnam damni: & probat Franciscus & arguitur sic. Si Adam fuisset productus in puris naturalibus caruisset iustitia originali: ergo fuisset in peccato originali. Respondeo concedendo antecedens, quòd caruisset iustitia, sed non sequitur quòd habuisset peccatum: quia ad peccatum originale requiritur, quod iustitia sit debita. Sexto sequitur quòd nõ est aliquid causatum ex infectione qualitatis morbidæ in carne materia, sicut aliqui dicunt: quia nullum corporale potest facere immundum aliquod spirituale: sed illa infectio est corporalis: ergo non potest maculare animam. Secunda particula patet, iustitiæ originalis, ut ibi ostenditur, cuius habitus est priuatio. Tertia est debitæ, ex quo sequitur quòd si Deus ex digito meo produceret hominem in puris naturalibus, non esset conceptus in peccato originali, quia tunc non esset filius Adæ, nec debitor iustitię. Quarta est, in primis parentibus amissæ, hoc ponitur ad differentiam iustitiæ originalis, quam perdiderunt angeli; licet Scotus sit dubius an habuerint. Quinta est ex transgressione legis, & ibi tangitur causa propter quam fuit actuale in Adam, & in nobis originale. Sexta est, ex actuali peccato primorum parentum, scilicet Adæ & Euæ. Septima est obligans nos ad pœnam duplicem, scilicet æternam & temporalem, ad Hebreos: statutum est hominibus omnibus semel mori, & etiam ad pœnam damni perpetuò. Nota ulterius quòd peccatum contrahitur in nobis, quia decretum est, quòd quiliber filius naturalis Adæ careat ista, & debet illam habere: & in illa carentia cum illo debito, est peccatum originale.

Peccatũ originale nõ ẽ actus cẽ habitus.

Nota etiam quòd in conceptione sunt quatuor instantia ut dictum est superius. exemplum est de serua, quia in illo instanti in quo habet filium illa est serua ex lege, & filius nascitur seruus, sic & nos, quia caremus iustitia originali, & debemus istam habere, ideo contrahimus peccatum originale. Vnde nota quòd peccatum remittitur sicut aliud debitum soluitur, unde aliud debitum soluitur tripliciter. Vno modo per debiti cessationem. secundo per satisfactionem. tertio per debiti donationem. Exemplum de primo. si aliquid debeam alicui, & nihil habeam ad soluendum, cessat debitum, quia inanis est actio, quia inopia debitoris excludit. ff. de actione cõmodati. De secundo patet, soluendo pecunias quis liberatur a debito. De tertio qñ quis liberaliter dat debitum. Ad propositum dico, ꝙ peccatum originale pro debiti cessatione non soluitur, quia si sic, hoc maximè esset in morte temporali: sed hoc non. quia adhuc sumus obligati ad pœnam æternam. Secundo non soluitur per debiti solutionem, patet, quia nullus nostrum potest soluere nisi propter merita passionis Christi, dico tamen ꝙ tertio modo remittitur per debiti donationẽ: quia Deus æternus præuidens mensam passionis Christi in le

In conceptione quatuor instantia.

Quo remittitur peccatũ originale.

ge

Universidad de Deusto
Biblioteca

geueteri,& nunc uidens exhibitam,donat & remittit peccatum originale nobis,& sic soluitur peccatum originale.Nũc ueniamus ad uirginem, primo ergo uirgo non fuit conceptа in peccato originali:quia in primo instanti corpus fuit organizatum, in secundo anima fuit creata,in tertio gratia infusa in animа, in quarto fuit unio animæ cum corpore.

Ordo inconceptione B. Virg.

Consequenter pono tres propositiones·

Tres propositiones auctoris circa conceptionem B.Virg.

Prima,potuit Deus uirginem præseruare a peccato originali,quia illud est possibile Deo quod non includit contradictionem, patet per istud. Non est impossibile apud Deum omne uerbum: sed uirginem præseruari a peccato non includit contradictionem:ergo &c.minor patet, quia ille qui fecit legem, potest reuocare dispensare, & interpretari legem; sed Deus fecit legem de peccato originali,quòd quicunque nascerетur de Adam, contraheret peccatum.

2.Prop.

Secunda propositio. Decuit uirginem esse immunem a peccato originali.patet,quia quilibet filius tenetur exhibere honorem suæ matri:sed Dei filius æternus futurus erat filius uirginis:ergo debebat sibi tribuere honorem:sed conseruare innocentiam est maximus honos:ergo &c.

Tertia. de facto Virgo Deo mediatore peccato originali non fuit obnoxia. Probatur primo per Prophetas, prophetia est ipsius psal. Dauid,Quæretur peccatum illius,& non inuenietur. Secunda est eiusdem in alio loco, loquens in persona Mariæ,Proiecisti post tergum omnia peccata mea, ibi loquitur uirgo Deo.Tertia est canticorum. 4. Verba sunt Salomonis loquẽtis de uirgine qui dicit, Tota pulchra es amica mea, & macula non est inte. Quarta est sapient. 7. uerba uirginis· candor lucis æternæ,speculum sine macula.

Prophetiæ de puritate Virg.

Secundo probatur figuris. prima figura per columbam de qua legitur Genesis .8.ꝙ post diuuium emisit columbam de arca,quæ non posuit pedẽ super aliquid immundũ sed secunda uice emissa retulit ramum uiridem.Et per columbam, intelligimus uirginem,quæ nunquam cecidit in peccatum. Secunda figura est de Archa, Gen.7.dicit Deus Noe, fac archã, &c.tunc omnia perierunt dempta arca ista; archa est uirgo gloriosa, quia tulit maximum thesaurum quem nec terra non potuit capere,ipsa uirgo ueluti clausit in suo utero.

Figuræ de eodem.

Tertio probatur auctoritatibus,prima est D. Augustini dicentis,cum de peccatis agitur nullam mentionem intendo sacere de uirgine.Secunda est Ansel.dicentis, decuit ut ea puritate &c.Tertia est D Ambrosii super illa uerba Isaiæ, Egredietur uirga de radice Iesse &c.dicit sic, hæc est uirga, in qua nec nodus, nec cortex adhæsit, nodus peccati originalis nec actualis.Quarta est sancti Thomæ in 4.d.4.q. 2. respondendo ad quartum argumẽtum 3.quæstionis.Quinta potest aliquod creatum inueniri in rebus creatis quo nihil purius inueniri potest sine cogitatione;& talis fuit puritas uirginis Mariæ,ut uult Capreolus ibi &c.

Idem probatur auctoritatibus.

Qnarto probatur rationibus. prima est. conceptio uirginis ce ebratur tanquam festum solenne: ergo non fuit cõcepta in peccato originali.antecedens est notum. & consequentia probatur,quia si esset conceꝑta in peccato originali, Ecclesia faceret festum de peccato,istud non est dicendum.ergo &c.quinto probatur per exemplũ,legitur quòd B.Dominicus princeps prædicatorum Hispaniæ oriundus, cum esset Tholosæ cum hæreticis proponentibus tres quæstiones, Prima quòd Christus non erat filius uirginis,Secunda ꝙ non erat in sacramento;Tertia ꝙ B. Virgo fuit concepta in peccato originali, qui non potens resistere hæreticis,dixit ꝙ ratione non ualet probare,miraculo probabo, uos hæretici ponatis quæstiones uestras in papyro,& ego meas in alia papyro,& ponamus super ignem,& uideamus si uestræ quæstiones sint ueræ,& meis ueriores:uel meæ uestris,sic factum fuit, & cum essent positæ in ignem,ignis combussit quæstiones hæreticorum, & quęstiones.B.Dominici non fuerunt læsæ.

Idem probatur rõnibus

Probatur exemplo.

De secundo,Vtrum uirgo fuerit exaltata super choros angelorum.Respondetur sum. probatur ex figura, tertii. Reg. in 2.cap.Vbi legitur ex præcepto Salomonis.Positus est thronus matris eius iuxta tronum suum.&c.secundo probatur figura de arca,ubi dicitur,Requirit super montes, idest Angelos.tertio auctoritatibus,prima.B.Hieron.eleuata est,inquit, Maria,super choros angelorum ut uideret faciem saluatoris. quarto ratione.qui excedit alios in meritis,excedit in beatitudine æterna:sed uirgo excedit angelos in meritis:ergo &c.

De tertio dubio respondet,sicut cæteri homines,& sic firmissime tene ꝙ uirgo nõ fuit concepta in peccato originali.

QVAESTIO SECVNDA.

Quatruplex sactificatio.

QVæritur secundo de sanitate corporis Christi,quare nõ contraxit peccatum originale. Nota quod quatruplex est sanctificatio. Vno modo capitur pro dedicatione latissimè sicut capiebat Moises Gen. 2. & sic non capitur hic. Secundo modo pro perfectione iustitiæ, & sic capitur Leuit. 20. & sic non capitur hic. Tertio modo pro infusione gratiæ,& sic capitur hic,& etiam in multis locis sacræ scripturæ, ut hic,sanctificauit Dominus tabernaculum suum,idest in uirgine.quarto modo pro confirmatione in sanctitate, ut sunt beati in gloria.

DISTINCT. QVARTA.

QVAESTIO PRIMA.

De maternitate Virg. arguitur. Maternitas quid.

IRca quartam distinctionem. Quæro utrum Beatissima Virgo Maria &c. Nota quod pro expeditione terminorum, maternitas est habitudo producentis naturalis,eiusdem speciei cum producto,in natura intellectuali, uel sensitiua, & cum hoc, fœminini sexus. In qua definitione ponuntur plures differentiæ. Prima tangitur pro hoc quòd dicitur, maternitas est habitudo, ex quo sequitur, quòd nullum ens absolutum potest dici maternitas. secundo dicitur producentis naturaliter, ex quo sequitur quòd si mulier solum produceret filium per uoluntatem, sicut mulieres dicunt, utinam possem generare unum filium, non diceretur mater propter illud uelle.tertio dicitur eiusdem speciei, defectu cuius si producatur pediculus producens non est mater pediculi. quarto dicitur, natura intellectuall uel sensitiua. defectu cuius ignis producens ignem non est maternitas. quinto dicitur fœminini sexus: & per hoc differt a paternitate, quia paternitas est in sexu masculino,paternitas uero est habitudo alicuius naturaliter producentis, &c. in masculino sexu, & in hoc solum differunt, in aliis autem conueniunt. consequenter Ad q. dicit Scotus,quòd si des est,quod uirgo fuit uera mater Dei, & hominis,ut patet Luc 1.Concipies &c.Item Matth.1.Cum esset desponsata Maria mater Iesu &c.Item Isaiæ.7.Ecce uirgo concipiet &c. & ibi secundum Magistrum Nicolaum de lira Emmanuel idẽ quòd Deus & homo, & nobiscum Deus.Pro decisione q.dicit Scotus,quòd omnes tenent quod uirgo fuit uera mater Dei, & hominis, ut patẽt.Damasc.in suo textu. Nota ꝙ in Christo erat natura duplex. s. diuina,quæ erat sibi connaturalis,& substantialis: Alia est humana quæ erat sibi aduentitia: & erant illæ duæ naturæ in eodem supposito, quia habuit duas generationes,scilicet æternam, & temporalem; prima producitur a Patre ab æterna sine matre: secundo fuit genitum illud idem suppositum a matre sine Patre generatione temporali,& ideo non est inconueniens, quòd istud suppositum sit genitum duplici generatione secundum diuersas naturas,quia mater non genuit illud suppositum, nisi secundum naturam humanam. Nota ulterius ꝙ ad hoc quòd mulier cuiuscunque dicatur Mater Dei, duo requiruntur.Primo quòd illud quod est productum ab illa muliere, uniatur uerbo diuino.Ideo si mater mea produceret filium, non produceret Deum. Secundo requiritur quòd in illo instanti in quo mater generat aliquam naturam ,quòd illa natura sit unita uerbo diuino.

Paternitas quid sit.

Consequenter Doctor ponit opinionem suam, dicens ꝙ antequam aliqua mulier dicatur mater, est una difficultas, utrum mulier concurrat actiuè, uel tantum passiue cõcurrat in generatione prolis. Istius difficultatis est duplex opinio, prima est sanctorum dicentium ꝙ sic,scilicet ꝙ concurrit actiuè,quia quælibet mater non solum ministrat Materiam, sed etiam concurrit actiuè, & elicitiuè ad producendum filium. Alia est opinio Sancti Thomæ qui dicit, quod mater non se habet actiuè,nec elicitiuè.Et ponit tres propositiones.Prima, solus Pater habet rationem actiui in generatione prolis.patet quia in generatione naturali concurrunt Pater,& Mater:sed pater præcisè habet potentiam actiuam,sic,ꝙ est ille qui generat.Secunda,Mater præcisè habet potentiam passiuã in generatione

Difficultas, quo mulier concurrat ad generatiõe prolis.

Opi. S.Tho.

neratione prolis,patet,quoniam ipsa solum ministrat materiam,si semen.quod est alterativum seminis uiri tertia, in solo semine Patris est uirtus prolis formatiua, ita ꝙ semen matris solum facit alterare semen patris. Et ista opinio probatur primo aliquibus auctoritatibus. Et primo Philosophi dicentis,ꝙ Pater comparatur artifici,& mater stanno in generatione naturali: Sed artifex habet rationem actiui, & stannũ rationem passiui,ita ꝙ lignum se habet pure passiue,ergo mater se habet pure passiuè. Secundo auctoritate D. Augustini, Non fuit Christus productus per rationem seminalem, tunc sic,si uirgo se habuisset actiuè, sequeretur ꝙ Christus fuisset productus secundum rationem seminalem: istud est falsum, & hæreticum.

Scot. impugnat opin. D.Thom.

Pro solutione istius difficultatis primo impugnabo istam opinionem D.Thomę.Secundo ponã resolutionem.Tertio soluam argumenta. Quantum ad primum arguit sic,formæ eiusdem speciei consequuntur potentias naturales eiusdem speciei:sed mater, & pater sunt eiusdem speciei:ergo habent potentiam generatiuam eiusdem speciei, sed in Patre uegetatiuũ consequitur principium actiuum:ergo etiam in matre est potẽtia uegetatiua actiua,patet maior,duo ignes sunt eiusdem speciei, & illos consequuntur duo calores:similiter duo angeli sunt eiusdem speciei,etiam intellectus eorum sunt eiusdem speciei:ergo &c. probatur hic minor. Nota tamen ꝙ alii qui uoluerunt dicere,quòd Pater & Mater differunt specie, & arguunt sic,Pater & mater plus differunt,quàm duæ mulieres simul sed duæ mulieres differunt numero: ergo Pater & mater differunt plus quàm numero, & non nisi specie: ergo.

Instio quorundam. Refellitur.

Respondet ꝙ Pater & Mater sunt eiusdem speciei, & ad argumentum respondeo. Aut in essentialibus, & sic nego,quia cõueniunt in natura humana. Aut in accidentibus, & sic concedo.Cõfirmatur,quia si sic, sequeretur ꝙ anima uegetatiua Patris, & Matris differunt specie sicut actiuum, & passiuum:sed hoc est falsum:ergo &c.Nota propter hoc ꝙ in homine est tãtum una anima quæ dicitur intellectiua: tamen ista continet sensitiuam, & uegetatiuã uirtualiter,quia est principium actiuum & ipsa consequitur potentiam.Cum ergo tu dicis quòd Pater secundũ uegetatiuam est principium actiuum, & potentia uegetatiua matris nõ est actiua:ergo illæ potẽtiæ uegetatiuæ essent alterius speciei, quòd est falsum.

In homine ẽ tantum una anima nẽpe intellectiua.

2. Rõ Scot. ad idem.

Item Pater naturalis plus diligit filium suum quam è conuerso.quia quilibet diligit plus opus suũ quã diligatur abipso, &hoc dicit philosophus in Ethicis,filius est productus a patre, sed sic est,quod Mater magis diligit filium quàm Pater: ergo mater est principium actiuum respectu filii. Tamen pro hoc nota ꝙ duplex est amor,scilicet feruens,& tenerrimus. Nos dicimus quòd Christus diligebat feruentius Petrum quàm Ioann. quia commisit sibi Ecclesiam, amore tamen tenerrimo diligebat magis Ioannem, ideo commisit sibi Matrem suam.Similiter,pater magis diligit filium suum amore feruenti quàm mater:sed mater magis diligit amore tenerrimo:ergo si mater magis diligit, oportet dicere quòd filius sit suus effectus.

Duplex amor.

3. Rõ Scot. ad idem.

Ité aliquãdo uidemus ꝙ filius magis assimilatur matri q̃ Patri:ergo &c.consequentia probatur, quia quælibet causa laborat ad assimilandum sibi effectum: ergo cum filius aliquando assimiletur magis matri quam Patri,patet propositum.

Dubit.quo causa assimilet sibi effectum suis.

Nota propter illam propositionem,scilicet,agens intendit sibi assimilare suum effectum,quòd Deus est causa cuiuscunque rei, & tamen nulla res creata assimilatur Deo: ergo &c. Item sol producit ranam, & tamen non intendit producere sibi similem.Respondeo quod duplex est agens,scilicet uniuocum, & æquiuocum, uniuocum quod est eiusdem speciei cũ producto:aliud est æquiuocum quod non est eiusdem speciei cum producto. Et per hoc dico quod illa propositio est uera de agente uniuoco,& non æquiuoco: & sic soluuntur argumenta in oppositum. Aliter possumus respondere quod duplex est similitudo, scilicet formalis, & uirtualis,formalis est similitudo in uniuocis,ut quando generans & genitum sunt unius naturæ.uirtualis est quando effectus est talis in actu,qualis est causa in potentia, & sic sol est similis ranæ uirtuali, quia talis est rana in actu,qualis est sol in potentia. Et ideo sic debet intelligi illa propositio,agens intendit sibi assimilare effectum.

Soluitur prima.

Duplex agens.

Soluitur 2. Similitudo duplex.

Respondẽt Thomistę ad istud argumentum, ꝙ quia est ibi inobedientia materiæ ideo ista materia assimilatur matri, Cõtra istã euasionẽ arguo argumẽto denegando, quia tunc sequeretur ꝙ Pater & Mater opponerentur, quod est falsum.

Resp. Thomistarum.

Rõ.Scot.

Scotus autem sic arguit,si calidum calefaciat passiuum, &

mu-

Ponuntur septem propositiones de conceptione Christi.

1. Prop. In semine nõ est uirtus attingẽs terminũ generationis.

2. Prop.

3. Prop.

Mater attingit terminũ generationis et nõ pater.

4. Prop.

Dub.

5. Prop.

Dup'ex generans.

Duplex terminus, secundum de Bas solis.

6. Prop.

7. Prop.

mulieris. Tamen dicit de Bassolis, quod ista propositio est nimis cruda, quia communiter tenemus, quod filius est de substantia patris. Et ideo dicendum est, quòd in generatione naturali concurrunt duo semina, scilicet uiri, & mulieris, & consequenter illa duo semina formaliter agunt alterando, & adinuicem corrumpuntur: & postquam corrupta sunt, concurrunt ad generationem sic, ꝙ ego habeo aliquam portiunculam de patre, & de matre.

Ad argumentum D. Thomæ dicitur, quòd pater, & mater concurrunt tanquam duæ causæ ad filium generandum. Notandum tamen, quòd duplices sunt causæ. Quædam sunt ex æquo concurrentes, sicut duo equi trahentes currum. Alię sunt causæ subordinatę, & sunt duplices. Quædam sunt, quarú una accipit uirtutem ab alia, ut baculus mouens pilam, mouetur a brachio, & sic habet uirtutem mouendi a brachio. Aliæ sunt causæ subordinatæ, quarum inferior non accipit uirtutem a superiore; tamen non potest causare, nisi superiore causante. Et isto modo si habent intellectus & obiectum. Ex ista distinctione, pono aliquas propositiones.

Causæ duplices

1. prop. Prima. Pater & mater in generatione naturali non concurrunt sicut duæ causæ ex æquo cõcurrentes, sicut duo equi ad trahendum currum.

2. prop. Secunda propositio. Pater & mater in generatione naturali filii non concurrunt tanquam duæ causæ subordinatæ, quarum posterior accipiat uirtutem suam a priori: quia mater seipsa habet uirtutem generandi ex se, sicut pater.

3. prop. Tertia. Pater & mater in generatione naturali, sunt duę causæ actiuæ, quarú una agit principaliter, altera uero minus principaliter, quia pater est agens principale, & mater minus principale.

Resp. ad argum B. Tho Ad 1. Consequenter respondendum est ad argumenta B. Thomæ. Ad primum pono unam distinctionem, uel quòd mater non sit causa magis principalis, & sic concedo, uel quòd minus principalis, & sic nego. Et ideo bene dicit Arist. quòd mater non concurrit ad generationem filii, tanquam causa principalis. Et si Arist. uoluerit aliter intelligere, nego ipsum, quoniam Galenus, & Auicenna, qui sunt medici, dicunt oppositum, quibus credendum est tanquam magistris expertis.

Ad 2. resp. Ad secundum concedo auctoritatem Augustini. Et cum infertur, quòd non concurrit actiuè, nego consequentiam. quia ille effectus dicitur productus secundum rationem seminalem, qui est totaliter productus a uirtute creata: sed Christus non fuit productus, & formatus totaliter a Virgine Maria, sed a Spiritu sancto. Alius doctor dicit, quòd illud est productum secundum rationem seminalem, quod est productum per propagationem maris, & fœminæ: Christus autẽ non fuit sic productus: igitur, &c.

¶Si autem teneatur secunda pars, &c.]

Hic doctor uult recitare aliam opinionem, si ista teneatur opinio, si pro quia, quia mater concurrit tanquam causa secunda cum patre ad generationem filii.

Sed remanet difficultas, quia si habuerit se passiuè nulla est difficultas, tamen si teneamus quod mater se habet actiuè, difficultas est cum generatio habuerit esse in instanti, & quo modo potest esse, quòd uirtus creata possit agere in instanti? Vnde D. Bonauentura, Varro, Scotus, & alii multi tenent, quòd uirgo habuit actiuitatem, & primo B. Bonauentura, & est sua prima propositio. B. V. Maria ministrauit materiam, in qua erat uirtus formatiua prolis. Imaginantur, quòd in semine est uirtus, & illa materia quam uirgo ministrauit, erat sub forma seminis. Secunda propositio D. Bonauenturæ est. uirtus, seu uis in semine posita, nullam habet actiuitatem, quia est præuenta a Spiritu sancto.

Opi. D. Bonauent.

Ex hoc sequitur, quòd uirgo est uera mater Dei; quia licet non produxerit filium, tamen ministrauit materiam in qua erat uirtus formatiua prolis. & illa uirtus produxisset, nisi fuisset præuenta a Spiritu sancto. Exemplum ponit de uirga Aaron, quæ habebat uirtutem producendi flores, tamẽ in illo instanti in quo debebat producere, non produxit, sed fuit præuenta a Deo: sic in proposito, in materia quam ministrauit uirgo, erat uirtus formatiua, quæ produxisset, nisi præuenta a Spiritu sancto.

Sco. cõtra D. Bouau

Contra istam opinionem arguit Scotus, quia si ignis esset approximatus alicui calefactibili, & haberet uirtutem productiuam in illo, & præueniretur a Deo, certum est, quòd ignis non generaret calorem in illo calefactibili. Vlterius, si ignem generare calorem, esset ignem esse patrem caloris, si non generaret calorem, sequeretur quod ignis non esset pater caloris. A simili, tu dicis, quòd in ista materia erat uirtus, & tamen fuit præuenta: ergo uirgo non fuit mater, quia nulla mulier dicitur mater, nisi concurrat actiuè.

Confirmatur per exemplum prædictum, si arbor diceretur pater fructuũ quos producit, si haberet fœcunditatem, & in illo instanti in quo debebat produci arbor, præueniretur, sequeretur, quòd ista arbor non diceretur pater fructuũ. sic in proposito, quia uirgo fuit præuenta, ideo non fuit mater, sicut illa arbor non dicitur pater, quia fuit præuenta. ita pariter uirgo non diceretur mater Christi, quia fuisset a Spiritu sancto præuenta. Item etiam certum est, quod in illa generatione Christi, fuerũt homines magni, & potentes, qui poterant generare Christum, ut Ioseph, qui habebat uirtutem producendi Christum, & potuisset producere Christum, & tamen non dicitur pater, quia potuit: ita uirgo habuit uirtutem per se, & non habuit actionem. ergo pariter non diceretur mater, quia sicut Ioseph, non quia sua uirtus fuit præuenta, non fuit pater, ita etiam uirgo non fuisset mater, quia sua uirtus fuisset præuenta, ideo illa opinio non est uera.

Refellitur euasio.

Opi. Varr. Secunda opinio est Varronis dicentis, quòd Virgini fuit collata uirtus supernaturalis, per quam poterat agere in instanti, & imaginatur sic, quòd existens in puris naturalibus, non poterat concurrere actiuè ad generationem filii, & ratio est, quia nulla uirtus creata potest agere in instanti.

Reprobatur opi. Var. Contra istam opinionem arguit Scotus sic, ista uirtus est accidens: ergo &c.

Probatur antecedens, quia illud quod aduenit alicui post suum esse completum, est accidens. Et tunc arguit sic. si uirgo per illud accidens potuit corporari: ergo sequitur, quòd ipsa non fuit ita per se mater, sicut aliæ mulieres. Consequentia probatur, quia quandocunque aliquid conuenit alicui per accidens, non ita sibi conuenit, sicut istud quod conuenit alicui per propriam naturam: sed uirgini conuenit generare per istã uirtutem, quæ est sibi accidens: & aliis mulieribus conuenit sibi generare per propriam naturam: ergo &c. Patet per exemplum, labis albus, quia ipsi est per se principium descendendi grauitas, & disgregare sibi conuenit per accidens, scilicet per albedinem, & ideo non ita conuenit per se lapidem disgregare, sicut conuenit sibi per se descendere per grauitatem.

Item arguit. accidens habet subiectum: uel ergo subiectũ illius accidentis est uoluntas, uel intellectus: si sic, ergo non est principium generandi, quia intellectus, & uoluntas non est principium generandi.

Refellitur euasio. Si dicas, quòd est potentia uegetatiua. Contra. mirabile est, quòd illa uirtus uegetatiua sit receptiua uirtutis supernaturalis.

Item, quomodo est possibile, quòd uirtus sit principium agendi in instanti, cum illa uirtus sit creata? Arguitur sic. Natura propria uirginis non potest esse principium agendi in instanti: ergo nec illa uirtus. patet consequentia, quia si illud, quòd est perfectius, non potest esse principium agendi in instanti, ergo nec istud quod est imperfectius.

Exponit se Varro: Item, nullum accidens est principium generandi substantiam: ergo &c. Ideo ponit aliam uirtutem Varro, exponendo se, dicendo quòd illa uirtus non est accidentalis, sed intrinsece uirgini Gloriosæ conuenit, sic, quòd uirtus uegetatiua fuit intensa in uirgine, & prius uirtus uegetatiua uirginis non poterat agere, sed bene modo per illam uirtutem. & sic fuit augmentata uirtus uegetatiua uirginis.

Contra dicit Scot. Hoc esset mirabile, quòd illa uirtus fuerit intensior, quàm si naturaliter genuisset: ergo non potest augmentari.

Item sequitur, quod uirgo esset plus quàm mater. probatur, quia si genuisset naturaliter, certum est, quòd illud erat sufficiens, & si haberet illam uirtutem, ergo haberet aliud ut tra: ergo oportet dicere, quòd illa uirtus uegetatiua fuisset aucta, & sic plus fuisset quàm mater. & istud est mirabile dictum. Similiter quæro, tu dicis, quòd illa uirtus remissa non potest agere. arguo sic, quandocunque sunt duæ formæ eiusdem speciei, quarum una est perfectior, & altera imperfectior, similiter agunt, licet producant effectus inæquales.

Responsio. Capiantur duo lumina eiusdem rationis, ut lumen solis, & candelę, licet non producant effectus æquales, tamen ad hoc, quod est producere lumen in instanti, sunt duo similia. quia utrunque, s. sol & candela in instanti illuminant medium.

Sed sic est, quod illa uirtus antequam esset intensa, non po-

poterat producere pro parte, & tamen postquam est intensa potest agere, igitur, &c.

Item, si ista uirtus posset intendi, sequeretur, quod aliqua substantia posset intendi, & remitti, quòd est falsum: quoniam proprium est substantiæ non suscipere magis, neque minus.

Opin. Scoti. Consequenter doctor ponit suam propriam opinionem, & primo ponit talem propositionem. si ad matrem pertinet agere in instanti, sicut ad causam minus principalem, ponendum est uirginem esse ueram matrem Dei & hominis; patet, quia totam illam actionem quæ potest competere matri, habuit uirgo.

Concl. Sco.

Nota quod dicit Franciscus de Maronis, quòd multo perfectior fuit mater Christi, quam aliæ mulieres sint matres suorum filiorum.

Consequenter ponit unum notabile.

Notabile, de formatione corporis humani. Nota quod in formatione corporis nostri tres concurrunt motus. Primus motus est translatio materiæ debitæ de loco ubi est, ad locum ubi debet fieri generatio, scilicet ad matricem. Secundus motus est localis: & est quædam condensatio seminis, sic, quòd condensatur & consolidatur. Vnde nota quod duplex est motus localis. Quidam est ad maiorem locum, ut in rarefactione. Alius est ad minorem, sicut in condensatione. Tertius motus est quędã figuratio, sic, quòd priusquã materia sit condensata, est figuratio: quia corpus alterius figuræ alteram figuram occupat. unde dictum est secundum medicos, quòd ante quam corpus producatur, stat in uentre 40. dies. Quarta est mutatio, scilicet introductio formæ substantialis organicę, quia post illos. 40. dies, introducitur illa forma organica, de qua est dubium.

Motus localis duplex.

De forma organica quæ dupliciter opinio. Et nota quòd de forma organica est quadruplex opinio. Prima quòd forma organica est forma intellectiua: & organizatio est ipsamet animatio. Nos uero dicimus quòd tunc sequeretur, quòd in triduo non fuisset eadem forma & quòd fuisset aliqua de nouo introducta. Secunda opinio est, quòd forma organica est aliqua totalis forma præcedens animam intellectiuam. Tertia opinio est quod forma organica est pluralitas formarum secundum diuersas partes ætherogeneas: & etiam est una totalis. Quarta opinio est Bruliferi cui adhæreo, quòd ipsa forma organica non est nisi pluralitas formarum partialium, nec est una forma unitate indiuisibilitatis: sed forma organica est una unitate ordinis. & in homine illæ formæ dicuntur una forma organica. Si teneamus secundam opinionem, & tertiam, in organizatione essent tres generationes. primo generatur forma cordis, secunda cerebri, tertia epatis.

Ad propositum dico de uirgine, an isti motus fuerunt in uirgine, quando uirgo genuit Christum, dubium uidetur.

Inquisitio Scoti. Quærit Scotus, quibus motibus in nobis existentibus correspondeant tres motus unionis: quia secundum Doctores aliquos, quando angelus uenit ad uirginem, nulla erat dispositio. Sed de hoc est duplex opinio. prima quod angelus uenit ad uirginem hora sexta de nocte, & incepit disputare cum uirgine, & tunc Spiritus sanctus operabatur, & isti tres motus qui sunt in nobis per 40. dies, fuerunt optimi in uirgine. primo angelus dicit AVE GRATIA PLENA &c.

Duplex opi. de motibus inceptione actiua uirginis.

Et tunc Angelus reuelauit mirabilia, & in illo tempore fecit tres motus, & ad illos uirgo concurrit actiuè. Et si ista opinio sit uera, tunc nullum est maximum miraculum, nisi in hoc, quod illi motus qui sunt in nobis longi, fuerunt breuiores. Et si hoc ponamus, dicemus quòd multæ partes Christi fuerunt prius in se, quam unitæ uerbo diuino, quia non ponimus quòd aliud præcesserit, priusquam fuit unitum, sed præcise præcesserunt illi motus, & nihil præcesit nisi quod erat corrumpendum. scilicet forma sanguinis.

Iterum dicit Scotus, quòd si teneamus istam opinionem, dicemus uirginem non fuisse cooperatam in instanti, sed in tempore, & sic se habuit actiuè ad generationem. Possumus etiam dicere, quòd uirgo se habuit effectiuè ad condensationem, & formationem corporis. & omnia saluantur quæ requiruntur ad hoc, quòd aliqua mulier dicatur mater.

¶Si autem negetur ibi fuisse ille triplex motus &c.]

Hic doctor recitat aliam opinionem, dicendo ꝙ si teneamus quòd ibi non fuerunt tres motus, tamen uirgo potuit habere actionem: quia non ponimus quòd illi fuerunt in instanti, sed in tempore præcedente, quo Angelus loquebatur uirgini, sanguines fuerunt ducti ad matricem, & deinde in instanti, fuit forma, dico quod uirgo potuit cooperari siue ponas ut in prima op. de qua nullus dubitat, siue illi tres motus fuerunt in instanti, qui potius dicuntur mutationes, tunc dico quod uirgo potuit cooperari Spiritui sancto in instanti ad translationem materiæ, ad condensationem, ad figurationem, & ad introductionem formæ organicæ.

Soluitur dnb. Et si dicatur uirtus creata non potest agere in instanti, distinguo, aut se sola, & sic concedo, aut cum alio, ut cum Spiritu sancto, & sic nego. & in eodem instanti fuerunt facta ista quatuor. Primo materia fuit translata de corde, & cerebro, ad matricem. Secundo fuit facta condensatio. Tertio figuratio. & Quarto introductio formæ organicæ, & sic uirgo potuit cooperari Spiritui sancto partialiter ad illas mutationes probatur, quia si non, esset, uel quia non habuit uirtutem generatiuam: uel si habuerit illam uirtutem generatiuam, non habuit tamen isto modo in instanti: tertio uel si sic, tamen fuit præuenta a Spiritu sancto. Sed nullum istorum est dicendum: ergo uirgo potuit cooperari Spiritui sancto in instanti. Primum non dicendum, quia ipsa uirgo habuit uirtutem generatiuam filii, sicut aliæ matres habent uirtutem generatiuam fœtus: ergo uirgo. patet consequentia, quia est eiusdem rationis cum aliis mulieribus. consequens est superius probatum.

Si dicas secundum, quòd licet habuerit uirtutem generatiuam, tamen quia sunt plures formæ partiales in toto, ideo non potuit in instanti ad omnes illas. Contra. omnis causa, etiam non habens terminum adæquatum, potuit simul agere respectu alterius termini: patet ista maior, ideo causa non potest in plures effectus, quia habet adæquatum effectum sibi: ut sol non potest maius illuminare quàm totum mundum, quia totus mundus est sibi adæquatus effectus, & ideo sol potest illuminare in instanti hic unam partem, & aliam partem in Anglia: quia istę partes non sunt adęquatę soli. Sed uirgo non habet unam partem adæquatam: ergo simul poterat producere aliam, & consequenter omnes. ideo non est fugiendum, quia non potest producere omnes illas formas, ideo uirgo nõ potest agere in instanti.

Euasio. Si dicas quòd uirgo non potest agere in instanti, quia non potest agere ad terminos isto modo inductos, ut ignis potest calefacere aquam, non tamen in instanti: sic in proposito, uirgo bene potuit cooperari Spiritui sancto ad generandum Christum, non tamen in instanti.

Refellitur Euasio. Contra. certum est quòd media sunt necessario requisita uirtuti imperfectiori, quæ non sunt necessaria uirtuti perfectiori: ut ego non possum ire ad talem locum, nisi per media: sed uirtus creata subiicitur isti ordini, quia non potest illum transgredi, ut natura ex Aristotele. 10. Ethicorum, non potest facere unum immediate ex aceto. tamẽ Deo ista media non sunt necessaria: tunc sic, quandocunque aliqua media sunt necessario requisita uirtuti imperfectiori, illa non sunt necessario requisita uirtuti perfectiori: sed Spiritus sanctus & uirgo, sunt perfectius agentia, quàm pater, & mater carnalis: ergo illa media non sunt necessario requisita ad producẽdum Christum: imò Spiritus sanctus potest facere, quòd omnes illi termini inducantur in instanti, & quòd uirgo cooperetur illi.

Euasio. Si tu dicas, quòd media non sunt necessaria ex parte Spiritus sancti, sed bene requiruntur ex parte uirginis, quæ habet uirtutem finitam, & creatam.

Reprobatio. Contra arguitur. si per media ista fuisset deuentum ad terminum, scilicet ad formandum corpus Christi, uirgo non egisset nisi per uirtutem suam, & non per uirtutem illorum mediorum: quia in instanti ultimo generationis non sunt, & tamen omnes concedunt, quod uirgo egisset in instanti si præcessissent illa media: ergo etiam in isto casu potest, si Spiritus sanctus faciat, quòd uirgo non transeat per illa media, quæ non sunt ratio necessaria agendi: ergo Spiritus sanctus cum sit uirtus infinita, poterit facere quòd uirgo non transeat per illa media.

Si dicas quòd uirgo in illo instanti, in quo debebat generare, fuit præuẽta a Spiritu sancto. Cõtra, Spiritus sanctus nõ agit necessario ad extra, sed liberè: & ponamus quòd dimittat agere: tunc uirgo habuit suam actiuitatem. Nos enim dicimus quod in beatitudine, intellectus concurrit ad causandam uisionem beatificam: & essentia posset illam causare: Similiter hic, Spiritus sanctus potuit supplere uicẽ patris naturalis, sic, quod

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non egisset nisi secundum quòd agit pater naturalis: & dimittere uirginem agere minus pincipaliter ad generationem filii per suam uirtutem productiuam. Et sic uirgo fuit uera mater Dei, & hominis. Ex his arguitur sic. omnis causa actiua respectu effectus, non præuenta a superiori agente, potest concurrere ad producendum effectum in instanti, in quo debet produci: Maria uirgo fuit talis, si aliæ matres sunt tales, & hoc ut etiá actiua minus principalis: ergo potuit concurrere &c.

Exemplum de igne, qui habet uirtutem actiuam respectu calefactionis, si non præueniatur a Deo: sed uirgo est causa actiua respectu generationis Christi: ergo ipsa est beatissima Mater, & licet habuerit actionem tanquam causa minus principalis, non tamen tanquam causa magis principalis, hoc potest confirmari per Damasc. dicétem. Spiritus sanctus dedit uirgini gloriosæ uirtutem generatiuam. Pro quo nota, Spiritum sanctum dedisse uirtutem generatiuam uirgini, potest intelligi dupliciter. Vno modo remotam, & illam fœcunditatem quæ solet competere aliis mulieribus, & sic non, quia alię mulieres habent illam: ergo pariter uirgo. Alio modo uirtutem propinquam. Vnde nota quod quandocunque sunt duę causæ subordinatæ scilicet inferior, & superior, Inferior non est potentia propinqua ad agendum nisi superior agat. Exemplum. quando tres pueri erant in camino ignis, ignis non erat in potentia propinqua ad agendum, quia Deus non concurrebat ad comburendum illos pueros.

Spiritum S. dedisse uirgini uirtutem generatiuã, dupliciter. Notab. reg.

Ad propositum dico, quod in generatione naturali sunt Pater, & mater, pater est causa superior, & mater causa inferior, mater non est in potentia propinqua ad generandum, nisi pater agat. Et cum Spiritus sanctus suppleuerit actionem Patris in generatione Christi, uirgo nunquam habuit uirtutem propinquam, nisi Spiritus sanctus prius egisset. quia tunc fuit uirgo in potentia propinqua, quando Spiritus sanctus egit, & sic Spiritu sancto dedit uirtutem generatiuam uirgini.

Quo Spiritus S. dederit uiagini potẽtiã susceptiuam uerbi.

Sed quomodo dedit sibi uirtutem susceptiuam? dico quòd sicut illa natura quæ est assumpta a uerbo erat in potentia obedientiali, sic uirgo ad hoc ut susciperet Deum & hominem, quia de se non erat in potetia susceptiua, sed solum fuit in potentia obedientiali ad hoc, ut esset uera Mater Dei, & hominis.

Dub. mouetur

Sed hic, est unum dubium. dictum est in secundo distin. 18. quod ratio seminalis, non est principium generandi terminum productum. Secundo quòd ratio seminalis est præcisè principium alteratiuum, quia solum præcedit in alteratione, & tunc ibi non fuerunt alterationes: ergo uirgo nullam habuit actiuitatem. Notandum est quòd semen est quoddam

Not. p solut.

corpus imperfectum a generante productum, cuius forma non intenditur per se, sed ut ex ipso aliquid generetur, scilicet fœtus. Quid autem sit ratio seminalis, Scotus est dubius:

Quid sit rã seminalis

quia uel est aliqua qualitas consequens semen, uel est forma substantialis seminis. Alius dicit, quòd est quædam qualitas de tertia specie qualitatis, tamen dico quòd ponitur in secunda specie: quia ista habet uirtutem alterandi semen mulieris, quia est naturalis potentia, qua potest alterare semen uiri, & econtra.

1. prop. de rõne seminali.

Consequenter ponuntur aliquæ propositiones.

Prima. ratio seminalis, non est ratio producendi fœtũ productum, qui est imperfectior.

Secunda. ratio seminalis habet uirtutem alteratiuam præcise: ista ergo est necessaria, sed in generatione Christi, non fuit alteratio: ergo ratio seminalis matris nullam habet actiuitatem: ergo si illa uirtus sit seminalis ratio, & non habet nisi rationem alterandi; & cum ibi non fuerint alterationes: ergo uirgo gloriosa non habuit actiuitatem. Et istud dubium mouet doct propter antiquos dicentes, q in semine est quædam uirtus, seu qualitas alteratiua.

De actione maris in conceptũ Christi. 1. prop.

Respondeo. prima propositio. Virgo in generatione non habuit uirtutem actiuam per rationem seminalem, quando dicimus, quòd mater est actiua, quia ministrat materiam in qua est uirtus actiua. patet ista propositio, quia illa ratio seminalis, nullo modo attingit terminum, & effectum.

2. prop.

Secunda propositio. Virgo immediate per uirtutem suam generatiuam, attingit generationem Christi, & non per rationem seminalẽ: quia uirgo erat præsens Christo, effectui suo: ergo cum fuerit sufficienter præsens, potuit agere per fœcunditatem naturalem.

3. prop.

Tertia. Aliæ matres in generatione naturali concurrunt elicitiuè per suam potentiam, quam habent generatiuam in uirtute uegetatiua; & per illam agunt illæ matres. Patet, ponamus, quòd hic esset Embrio qui immediate disponit ad formam organicam, & quòd Deus abstrahat de uentre, si abstrahatur, non generabitur forma organica, & tamen ibi sunt omnes causæ, & non generatur ibi ille effectus, quia non est mater: ergo mater se habet actiuè, & elicitiuè, ad causandum fœtum.

4. prop.

Quarta propositio. ponendo semen patris corrumpi in instanti generationis fœtus, uerius mater agit, quàm pater.

Duæ opi. de sẽe patris.

Nota, quòd doctor recitat duas opiniones de semine patris. Aliqui dicunt, quòd in instanti generationis fœtus, corrumpitur, & est pars fœtus, & formatur forma organica. si teneatur hoc, dicendum est, quòd mater uerius agit, quàm pater: quia pater non agit nisi per semen: & illud semen non est in instanti generationis: ergo in illo instanti pater non agit: ergo mater uerius agit, quàm pater. Et hic dicit unus Scotista, quòd licet prius Scotus dixerit, quòd pater principalius agit, quàm mater, tamẽ hic dicit Sco. quòd mater principalius agit, quàm pater.

Opi. cuiusdã Sco. de Sco. sententia

5. prop.

Quinta. tenendo semen non corrumpi in instanti generationis, dicendum est matrem simul agere cum semine patris ad generationem prolis. Ista propositio non est de mente Scoti.

6. prop.

Sexta. non est inconueniẽs attribuere tantam actiuitatem matri in generatione prolis. Et ratio est, quia omnia quæ cõsequuntur semina post decisionem, se tenent ex parte matris. sed quòd mater sit calida, quòd non sit malè disposita. Ideo dicendum est, quòd licet in generatione Christi nõ fuerint rationes seminales, per quas uirgo genuerit, tamen quia habuit fœcunditatem sicut aliæ mulieres, potuit habere actionem in generatione filii sui, omnipotentis Dei, & hominis.

¶Sed est ne concedendum, &c.]

Hic quærit doct. utrum uirgo fuit naturalis mater Christi. Respondeo, dicit Anselm. quòd generatio fuit miraculosa, & dicit Scotus, quòd in generatione Christi, tria fuerunt in uirgine.

Vtrũ uirgo fuerit naturalis mater Christi

Primo erat inductio potentiæ uirginis ad actum, quæ fuit miraculosa, quia fuit a Deo.

Secundo ordo generationis, scilicet processus fuit miraculosus, quia in aliis mulieribus ille processus fit in tempore: & in uirgine fuit in instanti. & sic in istis duobus modis quantũ ad illa duo, fuit mater miraculose. Sed quoad tertium, quia ipsa habebat fœcunditatem, quia potuit agere, & quantũ ad ipsam fœcunditatem, generatio dicitur naturalis. & non est inconueniens aliquid esse miraculosum, & naturale diuersimode: quia non fuit generatio naturalis, quoad reductionẽ potentiæ uirginis ad actum, & quo ad illum processum, qui ẽ in generatione: sed fuit generatio naturalis, quo ad fœcunditatem suam.

In Christi generatione tria fuerunt in uirgine.

Generatio uirginis fuit miraculosa & naturalis

Ad Argumenta principalia. Ad primum, quando sic arguitur. nulla opposita possunt esse in eadem materia, ut dicitur quarto metaphysicæ; qui a si contraria essent in eodem, ergo & contradictoria.

Soluuntur arg. prin. Soluitur 1. quo uirgin. & maternitas sint simul.

Respondetur. prima propositio. Virginitas, & maternitas, non opponuntur aliqua oppositione formali, unde not. quod Arist. in post prædicamentis, ponit quatuor oppositiones, &c.

Primo probat, quòd uirginitas tantum priuat actionem alicuius causæ superioris naturalis, & hominis. Maternitas ponit illam causam, illius superioris causaliter, tamen nõ necessariò ponit causam causæ superioris. ita quòd ista consequẽtia non ualet. ista mulier est mater: ergo habuit concubitum cũ aliquo uiro: ergo oportet dicere, quòd ista duo nullo modo opponuntur: sed maternitas, & uirginitas sunt quædam disperata, sicut albedo, & dulcedo. & sicut se compatiuntur in eodem ut in lacte, ita etiá maternitas, & uirginitas in eadem muliere.

Ex quo sequitur, quòd si esset aliquis qui suppleret actionẽ patris in muliere, illa mulier esset mater, & non perderet uirginitatem: quia ad matrem, sufficit, quòd pariat filium, sic fuit in uirgine, quia Spiritus sanctus supplebat uicẽ patris naturalis. Exemplum ponitur, quia obiectum creatum mouet intellectum ad notitiam, & possibile est, quòd intellectio cadat ab aliquo superiori, qui suppleat causalitatem obiecti, ut si diceremus intellectum moueri ab obiecto creato esset intellectum corrumpi; diceremus si Deus suppleret actionem obiecti creati, intelligeremus esse uirginem: ita etiam hic est

dicẽdum,

Obiicit contra sol.

dicendum, si mulier haberet actionem cum uiro, perderet uirginitatem: tamen si actio suppleatur per aliud agens superius, tunc non amitteret uirginitatem; sic fuit in uirgine.

Soluitur & declaratur quo uirgo posit parere. 1. prop. 2. prop. Duo corpa ẽ in eodem loco non est impossibile.

Contra arguit sic. Vtrum uirgo potuit parere, & uidetur q nõ: quia nulla manens clausa potest parere: sed uirgo erat clausa: ergo uirgo clausa non potuit parere Christum. Resp. ponendo tres prop. Prima. In generatione Christi fuit nouum miraculum, s. duo corpora esse in eodem loco: quia in apertione est fractio, & est dolor: & sicut fuit miraculum, quando concepit Christum, sic etiam fuit miraculum, quando peperit. Secũda. Aliud miraculum erat istud ab eo, quo uirgo Deum genera uit; tamen aliqui uoluerunt dicere, quod eodem miraculo uirgo genuit Deum, & duo corpora fuerunt in eodem loco: sed hoc non oportet dicere: immo fuerunt duo miracula. Ex quo infero, q non est impossibile duo corpora repletiuè, & circumscriptiuè esse in eodem loco. Et idem dicit de Bassolis in quarto, in materia de beatitudine. Et ideo sicut quãdo Christus intrauit ad Apostolos ianuis clausis, erant duo corpora in eodem loco repletiuè, & circunscriptiuè; & etiam quando ascendit ad cœlos, ita etiam hic.

Quo uirgo potuerit parere Christũ ut pariunt aliæ matres filios suos.

Sed quomodo est possibile, q uirgo peperit Christũ sicut aliæ mulieres pariunt suos filios? Vnde nota, q uirgo debet dici excellentissima mater Christi: quoniam quatuor solent competere matri. Primum est ministrare materiam. Secundũ est generare, uel concipere in instanti generationis. Tertium est nutrire in utero. Vnde dicunt Medici, q matres nutriunt pueros suos in uentre. Nota quod nutrimentum non intrat pos pueri, sed intrat per umbilicum pueri, & tendit ad partes corporis. Quartum est parere filium: & ista quatuor fuerũt in uirgine. & propter ista quatuor aliqua mulier dicitur mater: & ilta habuit uirgo erga corpus Christi, quia primò ministrauit sibi materiam non solum partialiter, sed totaliter: secundo habuit actionem secundum quam generauit: tertio habuit actionem secundum quam Christum nutriuit in uentre sicut aliæ mulieres nutriunt filios suos: quarto habuit actionem, quia peperit filium suum primogenitum.

Dubitatur de mõ pariẽdi uirginis

Sed quomodo, cum uirtus creata non possit expellere unũ corpus, nisi expellendo aliud corpus, & non faciendo fracturã. Et uidetur, q non: quia nulla uirtus creata potest facere duo corpora esse i eodem loco: sed uirtus uirginis, est huiusmodi: ergo &c. Vnde nota q de parturitione est quadruplex opinio. Prima est propter argum. prædictum, q ista expulsio non fuit a uirtute uirginis Gloriosæ, sed uirtute Spiritus sancti, qui fecit istud miraculum, q duo corpora essent in eodem loco. Sed ista opinio non est tenenda, quia esset imperfectio in uirgine. Secunda est, q uirgo, quando peperit, se habuit eodem modo sicut aliæ matres, tamen aliæ matres per nullam uirtutem expellunt corpus. Exemplum. quando pyrum est maturum in arbore, immediate cadit, ita q arbor non habet uirtutem expulsuam, sed quia fructus est maturus, ideo cadit. sed ista opinio non est tenenda. Et arguitur contra istam opinionem. Corpus Christi erat uirtus creata, quia homo, sicut ego sum: ergo non potuit facere, q duo corpora essent in eodem loco. Tertia opinio dicit, q uirgo habuit actiuitatem in ista expulsione, sic, q ipsa habebat uim expellendi illud corpus: sed quæro, quo ageret, ut duo corpora essent in eodem loco? dico, quod cum uirgo peperit Christum, duo fuerunt: primo expulsio: secũdo sub ingressio corporis in aliud corpus, sic, q corpus Christi subintrauit corpus uirginis Mariæ: & sic possibile est aliquam uirtutem creatam aliquid posse ad expulsionẽ corporis Christi, sed non ad intrationem, quia illam fecit Spiritus Sanctus. Et ista est opi. de Bassolis. quæ est multum subtilis, & probabilis. & sic respondendũ est ad argumentum, q illa expulsio fuit a uirgine, & subintratio fuit a Spiritu Sancto.

Quadruplex opi. de parturitione uirginis 1. opin. Reiicitur 1. opin. 2. opin. Reprobatur 2. opin. 3. opin.

Item arguitur secundo per Damasc. &c. Pro sol. not. quod Damasc. disputabat contra hæreticum Nestorium, qui Nestorius dicebat, q licet uirgo esset mater puri hominis, & illum hominem uocabat Christum, non tamen fuit mater Dei: Et contra ipsum dicit Damasc. nos non dicimus uirginem esse matrem Christi, & puri hominis, sed debet appellari Theotocon, quod idem est. q mater Dei: & Christotocó, mater Christi, i. puri hominis. & sic uirgo est Theotocon, i. mater Dei, & Christotocon, i. mater hominis: & sic est mater Dei, & hominis. Et Damasc. noluit communicare cum eo in nomine: tamen auctoritas Damasc. potest intelligi dupliciter. Vno modo, q uirgo non fuit mater Dei, & hominis: & sic Dama. non negauit uirginem esse matrem Dei, & hominis. Alio modo, q non fuit mater Christi puri hominis, & sic concedo. Vnde nota, q istæ propositiones conceduntur, & sunt ueræ; Virgo

2. prin. solꝫ Error Nestorij.

Exponitur auctoritas Dam.

est mater Dei: quia in illo instanti, in quo uirgo generauit naturam humanam, in eodem uerbũ assumpsit illam naturam humanam.

Ad tertium quando arguitur. Actiuum, &c. Respondetur distinguendo, quoniam duplex est actiuum, & passiuũ. Quoddam est in communi: aliud in particulari. In communi sunt illa communia, quæ sunt communia omnibus actiuis, & passiuis. In particulari ut hoc actiuum, ut ignis: & hoc passiuum: ut hæc aqua. Prima propositio. Licet actiuum, & passiuum in communi referantur non tamen actiuum & passiuum in particulari: quia potest esse aliquid, quod supplebit illud actiuum in particulari, & passiuum in particulari, & non actiuum in communi. Tamen ista responsio nihil ualet. Cum arguitur. Actiuum, &c. Nego, dicit de Bassolis, quia relatiue opposita sũt in eodem prædicamento: non sic actiuum, & passiuum: & minorem etiam nego, quia mater se habet ut actiuum, sicut pater: & nego conclusionem, quia actiuum, & passiuum non referuntur. Vnde nota, q licet pater, & filius referantur, nõ tamen pater, & mater referuntur, sed filia refertur ad matrem, & filius ad patrem: & ideo illud argumentum non ualet, sed præsupponit multa falsa.

Soluitur 3. prin. Duplex actiuum, & passiuum.

Pater, & filius ad se inicẽ referũtur non tamen pater, & mater.

Ad quartum, quando arguitur. Mater se habet actiuè, &c. Resp. concedo maiorem, & nego minorem: quia sicut aliæ matres agunt ad generationem prolis, ita & uirgo. Et ad probationem, distinguo; Vel se sola, & sic concedo: Vel cum uirtute Spiritus Sancti, & sic nego: sed Spiritus Sanctus potest facere, quòd ista media non requirantur.

4. prin. solui tur.

Ad quintum quando arguitur. In omni generatione suppositum generatur: sed in ista generatione suppositum non generatur: ergo non est ibi generatio. probatur minor, quia natura humana non erat suppositum nec generabatur suppositum increatum: quia habebat esse ab æterno. Resp. concedo maiorem, & distinguo minorem. Aut secundum naturam increatam, & sic concedo. Aut secundum naturam creatam, & sic nego: quia natura humana acquirebatur uerbo, tanquam subsistens in illo supposito diuino.

Sol itur 5. prin.

Contra hoc arguitur. Quilibet terminus generationis est ens per se unum: sed humana natura, & diuina nõ faciunt aliquod per se unum. ergo. Distinguo maiorem, uel unum unitate singularitatis, & sic non oportet: Vel unum unitate unionis, & sic sunt ibi unum. Contra. nulla relatio est terminus generationis: sed illa unio est relatio: ergo. Concedo maiorem, minorem, & concl. ergo male dicis, q terminus istius generationis est unio: nego consequentiam, quia uerbum diuinum est terminus totalis secundum naturam humanam. Arguitur sic. si uirgo generauit hominem, hoc fuit, quia generauit naturam humanam. concedo. sed hoc non nego. probo, quia quando natura humana generabatur, est terminus generationis: sed natura humana non est terminus totalis generationis: nego minorem, patet, quia tu dicis, q uerbum, & natura humana sunt primus terminus generationis: ergo in natura humana. Resp. distinguo probationem; Vel quando natura non unitur alicui, & sic concedo; Aut quando unitur, & sic nego: quia in ista generatione natura humana fuit unita cum uerbo diuino: & ista est optima solutio. Aliter respondetur dicendo, q non est simile de ista natura, quæ non est persona, & de natura, quæ est persona: quia personalitas creata non dicit nisi duplicem negationem, quæ nihil est. ergo non facit magis terminum generationis, quando est. Concedo, q illa non est causa: Et ideo dico, q quando aliqua natura generatur, & nõ unitur alicui, est totalis terminus: sed quando unitur alicui, non est totalis terminus.

Inſtat contra sol.

Quando natura humana ẽ terminus generationis, & quando uerbum

DISTINCT. QVINTAE.

QVAESTIO PRIMA.

Soluitur dubitatio de assumente, utrũ potuerit esse natura diuina

IRCA distinctionem quintã. Queritur primo, Vtrum natura diuina assumpserit, uel assumere potuerit naturã humanã. Not. q differentia est inter istas duas prop. Virgo meruit incarnationem, & Virgo meruit portare Christũ. Et q meruerit portare intelligit dupliciter; uno mõ de cõdigno, & sic

non:alio modo de cõgruo,& sic benè,propter uirtutes suas, quia uirginitas placuit, sed humilitas concepit, sicut B.Bernardus dicit.Item hoc habetur:quia quem meruisti portare. Sed de prima propositione, utrum meruerit incarnationem, intelligitur dupliciter.Vno modo subsłantiam incarnationis seu unionem:& sic uirgo non meruit incarnationem : patet per D.Aug.In rebus per tempus ortis nulla est maior gratia, quàm quod Deus fieret homo, &c. Et dicit Scotus in operib. uniuersi,& sic fuit. Alio modo quoad circunstantias temporis,quoad accelerationem, & sic uirgo meruit incarnationé, quia etiam sancti patres hoc meruerunt,quòd incarnatio acceleraretur : quia forte si non fuissent merita sanctorum patrum,nunc forsan esset incarnatio,uel in futurum. Et q̃ hoc sit uerum,patet per glossam positam ibi,cum dicitur. Propter miseriam inopum,& gemitum pauperum,nunc exurgam dicit dominus,scilicet,quo ad incarnationem. Vnde nota, q̃ in ista quinta dist. ponuntur duæ quęstiones. Prima est. Vtrum natura diuina. &c. Pro qua,nota primo, quòd natura diuina sic diffinitur:est entitas realis,per se existens,infinita formali ter,& radicaliter,singularis, tribus suppositis diuinis cõmunicabilis. In qua definitione ponitur, entitas realis. Ex quo sequitur,quod natura diuina non est ens rationis.Secundo dicitur ad se,quia non relatio. Dicitur tertio singularis, ideo nullum uniuersale potest dici natura diuina. Quarto dicitur communis,ideo natura creata non potest esse natura diuina.

Virginẽ meruisse incarnationẽ post dupliciter intelligi

Definitio naturæ diuinæ.

Pro prima quæstione ponitur talis conclusio. Natura diuina nullo modo assumpsit naturam humanam.probatur. uerbum assumpsit:ergo non natura diuina. patet consequentia, quia uerbum,& natura aliquo modo distinguuntur. Probatur anteceden:quia cum illis sit communis, ita bene assumpsisset Pater,& Spiritus sanctus sicut Filius.

1. Concl.

2. Concl.

Secunda conclusio .Natura diuina non potuit assumere naturam humanam.probo,quia si sic,quæro ad quam unitatẽ, uel personæ,uel naturæ?non primum, quia natura non est persona:nec secundum,quia ad hoc,quòd uniantur,oportet, q̃ fiant una natura;uel quòd faciant per se unum.Istud argumẽtum est contra doctorem.Ideo respondeo, quòd nec naturæ, nec personæ : sed fuit facta unio ad unitatem unius naturæ cũ alia natura.fuit uerissima unio,& non naturæ, nec personæ. Pro responsione ad primam quæstionem, primo ponitur duas distinctiones,& quatuor conclusiones.

Prosol.1.q̃stio.ponitur 2. dist. & & 4. concl.

Prima distinctio est.Assumere capitur dupliciter. Vno modo effectiuè.Alio modo terminatiuè.

Assumere dupliciter

Secunda distinctio.Naturam diuinam esse terminum unionis.potest intelligi dupliciter.Vno modo de facto.Alio modo de possibili,sic,quod sit possibile ipsam esse terminum istius unionis.unde assumere effectiuè est facere unionem: Sed assumere terminatiuè,est terminare unionem.Consequenter ponuntur quatuor conclusiones.

Dei naturã esse terminũ unionis dupliciter.

Prima. accipiendo assumere,prout est effectiuè, essentia diuina assumpsit naturam humanam.patet.Omnis operatio siue ad extra,siue ad intra, prius conuenit essentiæ diuinæ, q̃ personis, & cum ista unio sit operatio : ergo essentia diuina prius fecit unionem.

1.concl.

Secũda. accipiendo assumere terminatiuè,essentia diuina non fuit terminus formalis istius unionis. Vnde terminus totalis est ipsum uerbum,& terminus formalis istius unionis est formaliter filius.Tunc sic.filiatio fuit terminus istius unionis: ergo in essentia diuina.

2.concl.

Tertia conclusio. essentia diuina potuit esse terminus formalis:unde discordia est inter doctores,scilicet B.Thomam, & Bonauenturam, & dicunt isti, quòd licet aliqua persona possit terminare istam unionem:non tamen essentia diuina, ut præscindit a personis.

3.concl.

Diuersitas inter doct. de termino unionis.

Tamen Scotus tenet, quòd potest esse terminus formalis istius unionis,ut dictum est in prima distinctione huius:quia si ad terminare unionem requiritur,quòd sit singulare, essentia diuina potest esse terminus : si uerò requiritur, quòd sit suppositum incommunicabile, non potest esse terminus. Et quòd possit esse terminus,probatur.Omnisentitas per se subsistens potest esse terminus unionis : sed essentia est huiusmodi:ergo potuit esse terminus unionis:nec est tenendum,quòd ad terminandum unionem requiratur incommunicabilitas.

Quarta conclusio. Essentia diuina mediate assumpsit, & terminauit istam unionem;patet, quia uerbum fuit terminus totalis,ideo essentia,quæ erat in uerbo, mediate assumpsit, & mediante uerbo terminauit istam unionem: quia fuit terminus remotus.

4. concl.

Ad argumenta principalia.

Ad primum,quando sic arguitur. Essentia diuina terminauit unionem de facto. Quandocunque aliqua sunt idem totaliter,si unum terminet unionem, & reliquum:sed essentia diuina,& uerbum sunt huiusmodi : ergo si uerbum terminat istam unionem,etiam essentia diuina:sed uerbum de facto terminauit:ergo essentia diuina.

Soluuntur prin

Respondeo,quod hoc argumentum concludit contra illos qui non ponunt distinctionem inter essentiam diuinam,& relationem:sicut Gregorius de Arimino dicit. Tamen ipse similiter dicit,quòd non sunt idem adæquatè. Dicit Scotus, quòd ipsa incommunicabilitas, præter operationem, distinguitur ab essentia diuina.Et secundum hoc essentia, & filiatio,si comparentur ad tertium, possibile est filiationem esse terminum, & non essentiam diuinam.

Sol.1.arg.

Ad formam argumenti,respondetur ad minorẽ:distinguo, uel si sint adæquatè,& sic concedo: uel si non sint idem formaliter,& sic nego. Sic est de essentia, & filiatione,quæ distinguuntur formaliter.

Ad secundum,quando sic arguitur de possibili; Quælibet entitas infinita per se existens potest supplere uicem suppositi creati.Sed essentia diuina est huiusmodi: ergo.Sed sic est, q̃ si natura creata poset,&c.

Arg.2.soluitur

Probo maiorem:quia continet eminenter perfectionem cuiuslibet entitatis creatæ.

Nota,quod istud argumentum est uerum secundum Scotum:tamen Scotus respondet,quòd ista infinitas non est ratio terminandi,sed magis personalitas independens:si teneamus primam opin.quæ est tenenda quòd ad terminandum unionem sufficit,quòd sit entitas singularis,& sic dico, quòd argumentum est uerum. Si autem teneamus secundam, scilicet B.Thomæ,quòd requiritur incommunicabilitas, respondetur ad maiorem distinguendo eam: uel illa natura est incommunicabilis:& sic concedo.uel est communicabilis,& singularis;& sic nego.

QVAESTIO SECVNDA.

NOTA quod dictum est, quòd natura humana per aliud est singularis,scilicet per differentiam individualem:& p aliud est persona,s.per duplicem negationem. Et ad personã requiruntur tria.Primo,quòd sit natura completa.Secundo, quòd sit natura intellectualis.Tertio, quòd habeat duplicem negationem,s.aptitudinalem,& actualem.defectu primæ negationis,natura nunc assumpta a uerbo non est persona.defectu secundę anima non est persona, quia semper habet inclinationem ad corpus.

Pro responsione sit conclusio.Verbum diuinum non assumpsit personam creatam.patet,quia sequeretur, q̃ in Christo esset duæ personæ,quod est falsum:quia,licet in ipso sint duæ naturæ,non tamen duo suppposita. Consequenter ponitur talis concl.Implicat contradictionem suppositum diuinum assumere personam creatam,in sensu composito.Probatur sic, quia ad personam requiritur duplex negatio,s.actualis,& aptitudinalis:tunc probo conclusionem. ista consequentia est bona.ista natura mea est personata propria personalitate: ergo non dependet ad aliud suppositum increatum extrinsecum. probo,quia ideo dicitur personari,quia habet istam negationem,quæ est non dependere actu. Si autem natura esset assumpta,dependeret:& sic dependeret & non dependeret: & ideo in sensu composito persona increata non potest assumere personam creatam.Et illi,qui dicunt, q̃ personæ constituuntur per aliquod positiuum, oportet, q̃ teneant modum saluandi concl.quam ponit magister sent.Nos autem non dicimus, q̃ constituuntur per aliquod positiuum.

1. concl.

2. concl.

Ad primum arg.dicitur,q̃ assumpta illa maiore ad prędicq̃st.arguitur sic.quandocunque aliqua sunt eadem,si unum potest assumi,& reliquum:personalitas creata,& natura creata sunt eadem:igitur &c.sed sic est,q̃ natura humana fuit assumpta a uerbo diuino:ergo etiam personalitas creata.Resp. concedendo maiorem,& negãdo minorem,& ad probationẽ, quia uel est accidens, & hoc non,quia accidens non est ratio personandi subsłantiã, nec subsłantia,quia uel esset materia, uel forma,uel tertia entitas,sed nullum istorum est dicendũ.

Soluitur 1. prin. 2.q̃st.

Resp.ponendo distinctionem.Natura creata potest capi dupliciter.Vno modo pro entitate positiua personæ creatæ.Alio modo non solum pro entitate positiua,sed etiam pro illa duplici negatione,per quam sic efficitur persona. Primo modo persona creata dicit naturam humanam cum differentia individuali,& nihil aliud.

Natura creata dupliciter capitur.

Quo naturæ creata & p̃sona sint idẽ & quo non.

Prima propositio.primo modo sumpta natura creata identificatur realiter cum persona creata: & tunc est uera maior.

Secunda propositio.si capiatur persona creata, non solum pro entitate positiua,sed etiam pro illis duabus negationibus est aliqua non identificatio inter illa duo,scilicet naturã creatam,& personalitatem.Et ideo ad formam concedo maiorẽ, & nego minorem:uel accipiendo personam creatam pro entitate positiua,& sic concedo : uel accipiendo pro illa duplici negatione,& sic inter illa non est identitas. Et ideo licet persona creata possit assumi in sensu diuiso , non tamen in sensu composito:ut album potest esse nigrum. ista propositio potest esse uera,uel falsa penes sensum compositum, uel diuisũ. sic ista,uerbum diuinum potest assumere personam , potest esse uera in sensu diuiso:quia potest assumere id,quod est persona:sed in sensu composito est falsa : quia non potest assumere personam,ut personam.

Instatur

Et cum quæris;uel istud est accidens,uel subsłantia:dico q̃ nec hoc,nec illud:sed est duplex negatio,quę non est assumptibilis.Et cum arguitur,quælibet natura creata potest assumi a uerbo:sed ista duplex negatio est natura creata : ergo potest assumi.

Soluitur instantiæ.

Respon.concedendo maiorem. & ad minorem dico,negatio non est creata,quia creatio est productio alicuius de nihilo , ut dicit Scotus in secundo:negationes autem non sunt in effectu.

Soluitur 2. arg. 2.q.

Item.persona est entitas, &c.quicquid pertinet ad dignitatem,dicit positiuam entitatem : sed personalitas pertinet ad dignitatem:ergo personalitas dicit entitatem positiuam; ergo potest assumi a uerbo diuino.

Respondeo ad secundum argum.concedendo maiorem,& distinguo minorem. Aut capiendo personam uno modo pro negatione,& sic persona non pertinet ad dignitatem:alio modo materialiter,quia connotat naturam intellectualẽ,in qua est persona:& sic persona benè pertinet ad dignitatem. Quo autem negatio dicatur dignitas, dictum est in d.28.primi : ubi dicit Scotus,quod personalitas pertinet ad dignitatem : primo materialiter:secundo , quia quotiescunque aliqua affirmatio ponit aliquam perfectionem , eius negatio dicit aliquã indignitatem in eo,& è contra. Exemplum.custos porcorum est entitas positiua,quæ dicit imperfectionem.& ideo non custos porcorum dicit dignitatem.

Quo personalitas pertineat ad dignitatem,et quomõ non.

DISTINCT. SEXTAE.

QVAESTIO PRIMA.

IRCA sextam distinctionem.

Christus differt a uerbo

Quero, Vtrum in Christo sit aliud essevel bi ab esse creato. Nota, q̃ Christus secundũ Scotum differt a uerbo,quia uerbũ est una entitas relatiua producta ab æterno : Sed Christus dicit naturam humanam unitam uerbo.Secundo differt,quia uerbum est ab æterno, Christus uero habet esse in tempore. Tertio,quia uerbum nunquam desinet esse,nec potest, nec potuit desinere esse,Christus uero desiit esse , & potest desinere esse: quia licet ista in triduo fuerit uera,Verbum est Verbum,non tamẽ ista, Verbum est Christus:quia de ratione in se falsa nihil dicit uerè. Christus uero dicit humanam naturam unitam uerbo: & de ista quærit quæstio . Nota ulterius,quod duplex est esse in Christo,s.esse creatum,& increatum.& ista quæstio quæritur propter Thomistas. Doct.ponit istam propositionem.In Christo sunt plura esse.probatur per D.Aug.Quia,sicut ab illo, q̃ est sapere,est sapientia,ita ab illo,q̃ est esse,est essentia:sed impossibile est,q̃ sint plures sapientiæ, quin sint plura sapere:ergo pariter impossibile est,q̃ sint plures essentiæ, quin sint plura esse:sed in Christo sunt plures essentiæ,s.creata,& increata:ergo plura esse.Sed contra auctoritatem arguitur: quia cõcretum denominatur ab abstracto,& non è contra.

Desiit.n.in morte quo ad tertiam entitatem.

Duplex esse in Christo Prop. Sco.

Denominatio in concretis ẽ duplex

Pro solutione nota,quòd denominatio in concretis est duplex.Quædam est secundum Grammaticos; unde dicunt Grãmatici,quòd abstractum deriuatur a concreto,& sapientia dicitur a sapere.Quædam est denominatio secundum Logicos, qui dicunt,quòd concretum deriuatur ab abstracto,ut homo ab humanitate;album,ab albedine.Modo dico, quòd Augustinus loquitur secundum opin.Grammaticorum,& non loquitur secundum opin.Logicorum.

Item alia auctoritas est Anselmi.sicut se habet lux & lucere,ita essentia,& esse; Sed impossibile est esse plures luces, quin sint plura lucere:quia multiplicato priori, multiplicatur posterius :Sed in Christo sunt plures essentiæ: ergo sunt plura esse.

Nota,quòd dicit ibi, multiplicato priori multiplicatur posterius : tamen possibile est prius esse immultiplicatum multiplicato posteriori , &c. Consequenter doctor respondet ponendo distinctionem, & tres propositiones, & unam secundum Thomistas. Distinctio est.Ens accipitur quadrupliciter. Quoddam est essentię.Quoddam est esse subsistentię. Aliud est esse unitiuum prędicati cum subiecto.Quartum est esse actualis existentiæ.Esse essentiæ, est ipsamet essentia,quæ nata est exprimi per definitionẽ,ut præscinditur ab aliis. ut humanitas in abstracto,ut præscindit ab animalitate,& a suis passionibus .

Resp Sco. ad quæst. Ens quadrupliciter capitur. Esse essẽtiæ quid.

Esse subsistẽtiæ, est esse incommunicabiliter subsistens;& ad hoc requiruntur duæ conditiones. prima quòd habeat esse essentiæ.& sic figmenta non habent esse.secundo, q̃ incõmunicabiliter existat, idest quòd habeat duplicem negationẽ duplicis dependentiæ.propter primum,accidens non habet esse subsistentię,quia natę sunt dependere. & etiam natura humana assumpta a uerbo non dicitur habere esse subsistentiæ, quia habet actualem dependentiam ad uerbum. defectu primæ negationis, nullum uniuersale est subsistens: quia natum est communicari cuilibet inferiori. Defectu secundæ negationis,s.q̃ sit incõmunicabile ut quo anima intellectiua non dicitur habere esse subsistentiæ.Esse unitiuum prædicati cum subiecto est copula uniens prædicatum cum subiecto. Et sic dicit philosophus i.perhierme. esse quandam compositionem; quam sine extremis non est intelligere.ut dicendo, homo est animal, illa copula est,est unitiuum prædicati cum subiecto. Pro quo nota,q̃ secundum philosophum duplices sunt propositiones.Quædam sunt de est,secundo adiacente, in quib par ticula,est,est prædicatum materiale,ut dicendo homo est. Aliæ sunt de,est,tertio adiacente,in quibus est adiacet inter aliqua duo.Et non dicitur,est tertium adiacens, q̃ adiacet tertio loco,sed quia adiacet post subiectum , quia unit illa duo, quæ sunt subiectum materiale, & prædicatum formale.Nota ulterius, q̃,est,secundum adiacens est partim cathegorema, partim syncathegorema:cathegorema est,quia importat materiale prædicatum.Et cum dicitur Sortes est,i.Sortes est ens, syncathegorema,quia importat,istud uerum esse , quod est copula. Sed,est,de tertio adiacente est purum syncathegorema,quia nihil significat,sed aliqualiter,ipsam 1.unionem prędicati cum subiecto.

Esse subsistẽtiæ quid, & habet tres conditiones

Esse unitiuũ prædicati cũ subiecto,qd

Prop.duplices

Sed esse actualis existentiæ est quidam modus intrinsecus, secundum Franciscum de Maironis idem realiter cum essentia,distinctus ab ea modaliter,seu formaliter. Duplex est existentia,s.creata,& increata.Creata est quæ consequitur essentiam creatam.Increata est,quæ in sequitur essentiam increatam.Existentia in diuinis, est unum prædicatum quidditatiuum dictum de Deo,& non de creaturis. Nota q̃ de ratione existentiæ est duplex opinio.Vna est illorum qui dicũt,ut Frãciscus de Maironis satis probabit, q̃ existentia in creaturis est quidam modus intrinsecus,seu modaliter, entitas positiua.& ideo essentia & existentia distinguuntur formaliter, quia existentia non est nisi quædam entitas positiua , & illa non est anima,nec corpus,nec tertia entitas:sed animam consequitur sua propria existẽtia, & corpus sequitur sua propria existentia.Et breuiter quot sunt essentiæ in aliquo,tot existẽtiæ.Et ideo hoc tenendum est,dicit de Bassolis.

Esse actualis existẽtiæ qu d sit.

Duplex existentia.

Duplex opi. de existẽtia.

Pro ista opinione ponuntur sex propositiones.Prima est.Esse essentiæ, est id,quod natum est exprimi per diffinitionem, sic,q̃ humanitas est id,quod natum est exprimi per diffinitionem hominis.Secunda.Esse existentiæ, est quædã relatio creaturæ ad Deum in genere causæ efficientis, quæ uocatur creatio passiua . Nota quòd ipsius creaturæ ad Deum est duplex dependentia,s.in genere causæ efficientis, & in genere causæ finalis:quia omnia facta sunt propter Deum.Nota tamen, q̃ de Bassolis est dubius,in quo genere sit illa existẽtia.Ad quod dicendum est, quòd esse existentiæ est creatio passiua,quę est relatio passiua in genere causæ efficientis ad Deum, ut ad creantem.

Sex prop. & opin.ista.

2.prop.

Ex quo sequitur,quòd ipsa existentia non est de quidditate essentiæ.patet,quia nulla entitas relatiua,identificatur cũ entitate absoluta:sed ista est huiusmodi:ergo non est de quidditate. Vnde creaturam existere, est creaturam esse creatam

Universidad de Deusto Biblioteca
Biblioteca Facult. Philosophiae Provinciae Loyolensis S.J.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in esse actualis existentiæ, & si formaliter distinguitur ab essentia, identificatur tamen realiter. Vnde doctor in secundo distinct. secunda dicit, quòd creatio passiua identificatur cum creatura, & distinguitur formaliter a creatura: quia quandocunque est relatio cuius fundamentum non potest esse sine termino, illa identificatur realiter cum fundamento: & cũ creatio passiua sit talis relatio: ergo oportet dicere, quòd illa relatio identificatur realiter cum creatura.

Existentia nõ ẽ modus intrinsecus.

Ex quo sequitur, quòd existentia non est modus intrinsecus; patet, quia nulla relatio est modus intrinsecus alicuius absoluti: sed existentia ista est relatio: ergo. Præterea. Quamlibet essentiam consequitur sua propria existentia; patet, quia cum existentia sit dependentia creaturæ ad Deum, & quælibet essentia dependeat ad Deum. ergo quælibet essentia creata habet suam propriam existentiam, & una non inuenitur sine alia.

Ex quo sequitur contra fundamentum de Maironis, qui tenet quòd ab æterno fuit esse essentiæ, & tamen non habebat esse existentiæ. Secundo. sicut nulla existentia fuit ab æterno, ita nulla essentia creata fuit ab æterno. vnde imaginatur Bea. Th. & Franciscus & de Gandauo q essentia est ab æterno, & existentia est in tempore sic, quòd cum Deus creat creaturã, Deus solum dat existere. Probatur propositio, quia tunc sequeretur, quod Deus nihil posset creare, sed hoc est falsum igitur, &c. maior patet. Illud non potest creari, cuius præcessit aliqua entitas: sed per te cuiuslibet rei præcessit aliqua entitas: ergo Deus nihil posset creare. Et contra arguitur. Ista

Instãtia contra prop.

propositio fuit uera ab æterno, antichristus est homo: & non fuit uera pro esse existentiæ: ergo pro esse essentiæ.

Solutur

Respondeo, quòd illa propositio fuit uera pro esse antichristi cognito, quia tantummodo habet esse cognitum: & ex cognitione illorum sequitur ueritas illius propositionis.

6. prop.

Sexta. existentia creaturæ, secundum de Bassolis reperitur in eodem prædicamento cum essentia sua. patet, quia quandocunque aliqua sunt eadem realiter, in quocunque prædicamento ponitur unum, & reliquum: sed essentia, & existentia, sunt idem realiter: ergo. Tamen dicit Sco. in 2. distin. 5. quæst. 2. quòd creatio passiua est transcendens, quia est communis cuilibet enti. & ideo melius dixisset de Bassolis si dixisset, e-

Iudiciũ auctoris. de existentia

xistentia est unum transcendens. quia creatio passiua, est in genere relationis, & ipsa creatura in genere substãtiæ, ex quo sequitur, quòd sicut in quolibet prædicamento sunt plures essentiæ, ita plures existẽtię. In pdicamẽto substãtię sũt plures essentiæ, ita plures existentiæ. Similiter in prædicamento qualitatis quot sunt essentiæ qualitatis, tot sunt existentiæ: immo etiam in continuo sunt infinita puncta in potentia, ita tot sunt existentiæ. & ideo dicendum est, quòd accidens habet esse existentiæ.

In quo pdicamẽto sit existẽtia secundũ utrã que opin.

De istis duabus opinionibus si teneamus primam opinionem, dicendum est, quòd existentia est in eodem prædicamẽto cum essentia. si teneamus secundam opinionem existentia non est in prædicamento, quia est unum transcendens.

Exponitur tex per tres prop.

Pro expositione textus, tres propositiones pono.

2. prop.

Prima, in Christo sunt plura esse essentiæ. Vnde dicit Scotus, quòd essentia, & existentia solum distinguuntur secundũ modum concipiendi. patet propositio, ibi est essentia increata, & creata, quia natura humana: ergo in Christo sunt plura esse essentiæ.

Secunda propositio. In Christo est tantum unum esse subsistentiæ contra quendam hæreticum, qui dicebat, quòd in Christo erant duo suppositа, scilicet creatum, & increatum. Natura autem humana est suppositata supposito diuino, & non supposito proprio.

3. prop.

Tertia propositio. esse quod est unitiuum prædicati cum subiecto, talia esse sunt plura in Christo. patet, quia tot sunt talia esse in Christo, quot sunt prædicata uerificabilia de ipso: sed de Christo sunt plura prædicata uerificabilia: ergo sũt plura talia esse. minor patet, quia Christus est bonus, sapiens, misericors, &c. quæ omnia dicuntur de Christo.

Dub.

Sed de esse essentiæ est dubium, quia de aliis modis esse nõ est dubium. Ideo est difficultas. Vtrum sit aliud esse tale existentiæ actualis aliud ab esse increato. Ad quam respondet Henricus, & B. Thomas, quòd in Christo est tantum una actualis existentia uerbi diuini, quod probatur: quia si hęc natura creata esset in propria personalitate, idem esset esse naturæ & personæ: ergo pariter quando est in uerbo. sed uidetur etiam, quòd esse suppositi, & esse naturæ, sit unum, & idẽ esse naturæ: sed esse diuinum supplet uicem suppositi creati; ergo uidetur, q esse suppositi creati est idẽ eẽ naturę sed esset suppositi increati est idem esse essentiæ suæ.

Soluit doct. arg. Hen. & D. Tho.

Ad istud argumentum respondet doctor. Cum arguitur, si hæc natura &c. transeat: ergo quando ista natura suppositabitur &c. nego. Et cum probatur, quia suppositum increatum, &c. Distinguo, aut quòd suppleat terminando unionem: & sic concedo: uel ponendo identitatem naturæ creatæ cũ supposito increato, & sic nego. quia distinctio est inter naturam creatam, & suppositum increatum. Et ideo quantum ad hoc, non supplet.

Nota quòd dicimus, quòd in creaturis natura, & personalitas ipsa non distinguitur, quia personalitas dicit duplicem negationem, licet natura creata uniatur uerbo, & nõ habeat personalitatem propriam, tamen ibi sunt distincta esse actualis existentiæ: quia natura creata nõn perdit propriam essentiam, ex eo quod unitur uerbo in unitate suppositi, & personæ:

2. arg. Hẽr.

Secundo arguit sic Henricus, si pars aduenirет toti illæ non daret esse toti, sed istud totum haberet relationem ad partes. Tunc. sicut se habet pars ad totum ita natura creata ad suppositum diuinum, sed illa pars de nouo nullum esse dat toti: ergo ista natura creata, quando aduenit uerbo nullum esse actualis existentiæ dat uerbo, ergo &c. Item. nullum accidens dat esse illi cui additur: sed ista humana natura creata est accidens respectu uerbi diuini: ergo &c.

Soluitur arg. Henr.

Resp. negando maiorem. probo, quia si habeo infinitas relationes, quæ habeant propriam existentiam, ergo in me essent plures existentiæ.

Opi. God.

Consequenter Godofredus de fontibus declarat illam opinionem, dicendo quòd in Christo non sunt duæ existẽtiæ. probatur, quia sicut se habet quantitas respectu albedinis, & parietis, ita existentia diuina respectu naturæ humanæ: sed eadem quantitate substantia dicitur quanta, licet diuersimode, quia dicitur substantia quanta formaliter per quantitatem; & albedo per accidens dicitur quanta: ergo pariter illa natura creata, & diuina habebunt idem esse in uerbo diuino.

Soluitur arg. God.

Ad secundum respondeo dicendo, quòd supponit, quòd natura humana sit quodammodo accidens, quod est falsum. quia natura humana est substantia uera, & quòd substantia est quanta per accidens, tamen natura creata non est per accidens in uerbo.

Sco. improbat opi præced. à Christo sunt plures existentiæ.

Doct. improbat illam opinionem, unde nota quod Scotizãtes ponunt in uerbo quatuor existentias. s. animæ, corporis, tertiæ entitatis, & accidentium.

1. rõ Sco.

Prima ratio Scoti est ista, probando quòd in Christo sunt plura esse actualis existentiæ, scilicet esse uerbi diuini, quòd est in creatum, & esse creatum. Arguit sic. In Christo sunt duę generationes passiuæ: ergo duo esse actualis existentiæ: ergo malè dicitur &c. patet antecedens, quia ibi est una generatio æterna. Item est generatio temporalis, per quam natura humana accepit esse: ergo in Christo sunt duo esse. probatur, quia dicit Aristoteles quinto Physicorum, generatio est ad esse, mirabile esset, quòd aliquis generaret, & nihil generaret.

Generatio duplex.

2. rõ Sco.

Secundo sic. In Christo est duplex uita: ergo duplex esse. probatur antecedens, quia ibi est uita æterna, & etiam temporalis. de prima Ioann. 1. sicut pater habet uitam in semetipso sic dedit & filio ut habeat uitam in semetipso. Et ibi capitur uita pro existentia, ut dicit Scotus in sexto quolibeto.

Vita dupliciter.

Erat etiam uita temporalis, igitur. Consequentia probatur, quia uiuere in uiuentibus, est esse. Vnde uita capitur dupliciter. Vno modo pro actu primo. Alio modo pro actu uitali, & sic intelligo, est uita. Ioan. 17. hæc est uita æterna, ut cognoscant, ibi uita accipitur pro actu, quo quis uidet Deum, hic autem accipitur uita primo modo.

Quæ existentia existant accidentia

Item. terminus creationis habet uerum esse existentiæ: sed anima in Christi est uerè terminus creationis: ergo anima Christi habet uerum esse existentiæ: sed istud non est esse uerbi: quia habuit esse ab æterno: ergo anima habet suam propriam existentiam.

Item. quod est productum a tota Trinitate, habet uerissimum esse existentiæ: sed ista natura humana est producta a tota Trinitate: ergo. Probatur maior, Mirabile esset, quòd tota Trinitas aliquid causaret, & terminus esset nihil: licet ergo Maria concurrat partialiter, tamen tota Trinitas illam fecit. Item si ista natura dimitteretur a uerbo, nullum esse communicaretur sibi a uerbo. Tunc sic. Ista natura habet uerum esse existentiæ, & non habet in dimissione a uerbo: ergo nunc habet ueram existentiam ex se.

Probatur maior. quicquid est extra intellectum, & causam, habet uerum esse existentiæ: illa autem natura dimissa, est huiusmodi, conceditur.

Probatur minor, quia dimissio illa non est causa essendi in uerbo: ergo illa natura uerè existit nunc, sicut nos existimus hic. Item. si natura angeli assumeretur a uerbo, non esset eadem existentia cum uerbo: quia in angelis, seu in formis simplicibus, ut dicit Beatus Thomas in libro, quem fecit de esse, & essentia, qui incipit, Quia paruus error i principio magnus est in fine esse existẽtiæ, & esse existẽtiæ non distinguuntur: tamen in aliis rebus naturalibus possibile est. Ergo natura humana quando est unita uerbo, habet propriam existentiam: ergo &c.

Probatur consequentia, quia æque est de intrinseca existentia naturæ creatæ humanæ, sicut naturæ angelicæ.

Item. quodlibet fundamentum relationis præcedit relationem: sed natura humana secundum esse existentiæ, est fundamentum unionis, quæ est ad uerbum: & pro illo priori habet existentiam: ergo illud fundamentum habet suum propriũ esse actuale.

Confirmatur. prius naturaliter anima informat corpus, quàm natura humana sit unita uerbo diuino. igitur dicẽdum est, quòd in incarnatione sint naturæ recollectio, materiæ trãsmutatio, corporis formatio, corporis organizatio, corpo ris animatio, & animæ ad uerbum unio, & gratiæ collatio. prius anima informabat corpus, quàm esset unita: & pro illo priori dat sibi esse actualis existentiæ: & sic in Christo erunt duæ existentiæ.

Arg. cõtra rationes.

Consequenter doctor arguit contra rationes, scilicet, si verbum assumendo naturam humanam non assumeret existentiam, sed præcisè relationem, sequeretur quòd illa esset relatio rationis.

Probatur. quandocunque aliqua relatio non habet terminum realem, est ens rationis, &c.

Item. pars adueniens toti, non dat esse toti: sed magis recipit esse a toto: quia quælibet pars, est in potentia ut recipiat perfectionem totius: quia pars quando est extra totum, est imperfecta, & tunc sic. natura humana quando unitur uerbo nullo modo perficitur a uerbo, quia nullum esse accipit a uerbo: si ergo habeat esse, uel habebit proprium, uel nullum: non est dicendum, q nullum esse habeat nisi quod accipit a uerbo: ergo habet esse, quod est concedendum.

Item contra argumentum de accidente; Accidens quod libet habet proprium esse existentiæ. probatur sic. primo, quia quod est terminus generationis secundum quid, habet uerum esse existentiæ: accidentia sunt huiusmodi: ergo. probatur maior, quia per generationem semper producitur aliquid, siue sit generatio simpliciter, siue secundum quid. Minor est philosophi in pluribus locis. Nota quod duplex est generatio. s. simpliciter, cuius terminus est esse simpliciter. ut substantia quando generatur. Alia est secundum quid, cuius terminus est esse secundum quid, ut quando accidens generatur, accipitur esse secundum quid: ergo cum accidentia possint generari, habebunt esse.

Item in Eucharistia sancta, in transubstantiatione panis in corpus Christi, ibi remanet quantitas cum qualitate, & aliis accidentibus, quæ accidentia nou remanent in subiecto: quia panis non est; nec in corpore Christi, quia corpus Christi non est natum informari illis accidentibus: & tamen uerè existit quantitas, & existunt alia accidentia. Nec est dicendum, quòd acquiratur uirtus, quia non est inducta per aliquam alterationem: nec est substantia, uel accidens illa uirtus, nec est reponibilis in prædicamento, ut dicit Scotus in quarto. tamen benè uerum est, quòd accidentia non existunt existentia simpliciter, sed existunt existentia secundum quid.

Arguo per aliqua argumenta extra textum. Illud quod est obiectum sensus, habet ueram existentiam: sed accidentia sunt obiecta sensus: ergo habent ueram existentiam. Probatur maior. obiectum sensus non est abstractum sed per se existens, ut existens est, quia uisio est existentis, ut existens est.

Probatur minor, q uia color est obiectum uisus: tangibile est obiectum tactus: sapor gustus. Item, quod est principium dispositionum ad corruptionem, habet ueram existentiam. sed calor in nobis, est principium corruptionis. ergo. patet maior, quia quod non existit, non habet uirtutem corrumpendi. Minor est philosophi secundo de anima. Item, quando dicitur q accidens est principium generandi substantiam, arguo sic: Illud quod est principium generandi substantiam, oportet q existat: sed per eos, accidentia sunt principium generandi substantiam: ergo ipsa existunt.

Item contra illam persuasionem de quantitate, dicit Sco. q illa similitudo est falsa, quia a simili, natura humana esset bona bonitate increata, & esset in infinitum diligibilis, quod est falsum, quia est natura creata.

Bonitas duplex.

Vnde notandum, quòd bonitas est duplex, scilicet formális, & radicalis: Bonitas formalis est illa, quæ est unum attributum in diuinis. Bonitas radicalis, seu fundamentalis, est ipsa essentia diuina, sic, quòd si per impossibile omnia attributa diuina essent separata, adhuc essentia diuina esset in infinitum diligibilis, & hic loquimur de bonitate fundamentali, & radicali.

¶ Concedo conclusiones, &c.]

Opi. Sco. 1. prop. Sco.

Hic doctor ponit quatuor propositiones. Prima est. Natura humana in Christo habet uerum esse existentiæ distinctũ ab esse existentiæ istius uerbi. probatur istud. quod non habet esse tantum in intellectu, nec in sua causa, sed habet esse extra suam causam, habet uerum esse existentiæ: sed natura humana assumpta a uerbo est huiusmodi: igitur. Nota, quòd

Aliqua entitas põt habere esse triplici ter

aliqua entitas potest tripliciter habere esse, Vno modo in intellectu, & sic antichristus habet nunc esse in intellectu Dei, & ab æterno habuit esse, quia ab æterno fuit in intellectu diuino. Alio modo in sua causa, & sic rana, quę potest produci a sole, habet esse uirtualiter in sole. Tertio modo, quia iam est producta in sua existentia: & sic quælibet res creata hẽt istud esse existentiæ extra suam causam.

2. prop. Sco. Subsistere dupliciter

Alia propositio. In Christo est tantum unica subsistentia. Vnde nota quòd subsistere accipitur dupliciter. Vno modo idem est, quòd existere. Alio modo incommunicabiliter existere. primo modo quælibet substantia dicitur subsistens, & sic natura humana est subsistens in uerbo. & sic per se est existẽs. Alio modo adhoc, quòd aliquid pse subsistat, requiritur quod sit ens completum in genere substantiæ. Secũdo, quòd habeat duplicem negationem. s. dependentiæ actualis, & aptitudinalis. Ista propositio ponitur contra Nestorium, qui ponebat in Christo personam creatam, & increatam: quod falsum est: quia in Christo est tantum una subsistentia. quia est tantum unum incommunicabile, scilicet uerbum diuinum. Natura autem humana non est incommunicabilis, quia communicatur uerbo, sed incommunicabile est ipsum suppositum uerbi.

Subsistere p prie.

3. prop. Sco.

Tertia propositio. Natura humana in uerbo habet propriã existentiam, distinctam ab existentia uerbi, qua quidem existentia uerbum diuinum subsistit. Notandum, quòd in Christo est duplex existentia, s. increata, quæ est patri consubstantialis, & dat sibi primum esse. Alia est creata, quæ ẽ existentia naturæ humanæ. prima existentia est ratio existendi, & secunda est aduentitia, quia aduenit uerbo post suum esse complet um: quia uerbum diuinum, non solum existit per existẽtiam increatam. ita pariter existit existentia naturæ humanæ. patet per oppositum. pes meus non est existentia, nec dat mihi existere, sed accipit esse existentiæ a toto, & ego sum ratio existendi pedis. Verbum diuinum non est sicut de pede respectu totius: quia uerbum habet naturam humanam, & subsistit per naturam humanam: & ratio existendi uerbo, est natura humana, quia est unita uerbo diuino, per quam uerbum denominatur existens. Per pedem autem ego non dicor existens, sed magis e contra: quia ego existo, ideo pes meus existit. ex quo sequitur, quod uerbum diuinum humanatum est existens dupliciter existentia, scilicet increata Dei, & creata per existentiã naturæ humanæ.

In Christo duplex existentia.

4 prop. Sco.

Quarta propositio. Verbum diuinum simpliciter existit per existentiam naturæ humanæ, sic, quòd non solum natura humana est ratio existendi uerbo, sed simpliciter est sibi ratio existendi. Probatur sic. quælibet existentia simpliciter cuicunque est ratio existendi, est sibi ratio simpliciter existendi: Existentia autem naturæ humanæ est existentia simpliciter. ergo cuicunque est rõ existendi, est rõ simpliciter existendi: ergo etiam uerbo diuino: sed per tertiam propositionẽ &c. probatur maior, licet Sortes, qui est albus existat humanitate, tamen existit per albedinem secundum quid. Not. q duplex est

Duplex existẽtia simpliciter, & secundum qd

existentia, s. simpliciter & secundũ quid. Existentia simpliciter est, quæ consequitur esse simpliciter. s. substantiã, & sicut quęlibet substantia hẽt esse simpliciter, ita hẽt existentiã simpliciter. Existẽtia secundũ quid est, quæ consequitur esse secundũ quid, ut existẽtia accidentis, est existẽtia secundũ quid, sed existentia naturæ humanę est existentia simpliciter. probatur. quia illa est existentia simpliciter, quæ cõsequitur esse simpliciter, sed illa cõsequitur esse simpliciter naturę humanę: ergo uerbũ simpliciter rõne naturę humanæ est simpliciter existẽs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aliquorum solut.

Reprobatio solut.

Aliqui respondent ad istam rationem distinguendo minorem, uel considerando naturam humanam in se, aut comparando naturam humanam uerbo diuino. ista non est existentia simpliciter, sed secundum quid. Contra hoc arguitur. qualis est existentia in se tale esse dat cuicunque communicatur: sed existentia naturæ humanæ est existentia simpliciter secundum se: ergo communicatur uerbo esse existentiæ simpliciter. probatur, quia quale habet esse albedo, tale dat subiecto & istud forte fuit ratio motiua illorum de alia opinione, qui dicebant, quòd licet in Christo sint duæ existentiæ, una secundum quid, & una simpliciter, tamen non erat duplex existentia Christi, quia illa sola debet uocari simpliciter existentia, quæ est prima: sed existentia uerbi est prima: ergo debet uocari existentia simpliciter, & non existentia naturæ creatæ. Dict. improbat, quia non omnis existentia secunda est existentia secundum quid.

Nõ oĩs existẽtia secunda. ẽ existẽtia secundũ quid.

Existentia duplex.

Pro quo nota, quòd existentia est duplex, quædam est primaria, & est illa quæ primo dat esse. Sed existentia secundaria est, quæ secundario dat esse. prima est ipsius uerbi, secunda est ipsius naturæ humanæ. Non enim omnis existentia secundaria est existentia secundum quid: quia existentia secundaria est ita benè existentia simpliciter suo modo, sed si ipsi uelint dicere, quòd secundaria existentia est existentia secundum quid non dans esse simpliciter, falsum est. Et ista opinio confirmatur per Damasc. qui uult, quòd in Christo sunt duo uelle. tunc sic, sicut in Christo sunt duo uelle: ergo sunt duo esse. probo, quia immediatius se habet esse ad essentiam quàm uelle. probo, quia esse & essentia sunt idem realiter, & non essentia & uelle, sed ibi sunt duo uelle: ergo duplex existẽtia, siue esse existentiæ.

Resp. Sco. ad arg. princ.

Consequenter Doct. respondet ad argumenta principalia. Primo arguit sic. ese secundum omnes Doctores constituit ens, sed concedis in Christo duo esse: ergo sunt duo entia. probo. quia ens dicitur ab esse: si sint duo esse: ergo sunt duo entia. Si aliquis diceret, quòd Christus est unum ens, uel est per se, uel per accidens: non per accidens, quia ista vnitas est maxima, & si non possit esse unum ens per se: ergo erunt plura entia. Respondeo negando consequentiam, ad probationẽ quã do dicitur, quod ese constituit ens. concedo, sed in Christo sunt duo esse: ergo duo entia. Respondetur, quòd non ualet consequentia. quia ad pluralitatem concretorum, non sequitur pluralitas abstractorum. Vnde pono talem regulam. Concretum aliquod non numeratur, nisi præcisè ad numerationem suppositi. exemplum, licet habeamus plures scientias, tamen propter hoc non sumus plures scientes: quia istud concretum, sciens, non numeratur nisi numeretur suppositum. ideo non sunt plures scientes, sed tantum unus scie ns. & Socrates licet habeat plures albedines, non tamen sunt plures albi, sed unus albus. Et cum arguitur. esse cõstituit ens: ergo &c. respondeo quod ibi est fallacia consequentis, a destructione antecedentis ad destructionem consequentis, sicut arguendo a singulari ad plurale. fit fallacia consequentis, utrum ibi esse constituit ens: ergo plura esse constituunt plura entia: quia licet in numero singulari ualeat consequentia, non tamen in plurali: quia in plurali includitur negatio, scilicet non unum esse constituit ens: ergo plura esse, non unum esse constituit plura entia. Respondeo, quòd duplex est ens, per accidens, scilicet metaphysicum, quod aggregat res diuersorum prædicamentorum. Aliud impropriè dictum, quod licet non aggreget res diuersorum prædicamentorum, tamen aggregat res, quæ non sunt natæ facere unum per accidens, ut Sortes philosophus, &c. Resp. quòd Christus non est unum accidens primo modo, quia uerbum nullius est prædicamenti; sed secundo modo, Christus est unum per accidens, & ista duo nõ sunt nata face re unum per accidens, quia unum non se habet ut actus, & aliud, ut potentia. Ad auctoritatem Bernardi, dico, quòd quadruplex est unitas in diuinis, scilicet essentialis, & notionalis, duarum personarum in productione Spiritus sancti, & unitas trium personarum in productione creaturarũ ad extra. Dimissa illa unitate, quæ est in diuinis, respõ. aut ꝙ sit aliquorum per priuationem distinctionis: alio modo per maiorem perfectionem extremorum. primo modo illa sũt magis unita, quæ minus distinguuntur. Secundo modo est maxima post illam, quæ est ipsius trinitatis, quia alterum. s. uerbũ est infinitum.

Reg. de concretis, & abstractis.

Quadruplex vnitas in diuinis.

2. prine. soluitur.

Secundo sic. natura humana non unitur: igitur natura humana non dat aliquod esse uerbo diuino. Respondeo cum arguit, natura humana, &c. concedo, immò econtra sic, ꝙ uerbum uidetur esse forma. Dico quòd naturam humanam esse quid potentiale respectu uerbi potest intelligi dupliciter. Vno modo quod sit potentialis, sicut effectus dicitur esse potentialis respectu causæ, & sic natura humana est quid potentiale respectu uerbi diuini. Alio modo, ꝙ natura humana sit vnũ potentiale, quia sit nata coniungi uerbo, & sic non est vnum potentiale. quia licet sit nata coniungi uerbo per unionem, non tamen per informationem.

Natura humana ẽ qd potẽtia. ere spectu uerbi dupliciter intelligi potest.

Tertio sic. Nullum infinitum recipit aliquam perfectionẽ a natura humana: uerbum diuinum est infinitum: ergo non recipit aliquam perfectionem a natura creata, & per consequẽs non recipit existentiam. Respondeo, distinguo maiorem. Aut quod recipiat esse a natura per unionem, & sic concedo. Aut per informationem, & sic nego. & ideo licet uerbum nõ recipiat esse per informationem a natura humana, tamen recipit existentiam naturæ humanæ per unionem.

3 prin. soluitur.

QVAESTIO SECVNDA.

SECVNDO quæro. Vtrum Christus sit aliqua duo. Pro declaratione terminorum. Nota primo, quòd duo capitur tripliciter Vno modo masculinè. Secundo modo fœminine. Tertio modo neutraliter. Primo modo ponit pluralitatem suppositorum, uel personarum, & sic Pater, & Filius, sunt duo masculinè. & sunt duæ personæ, & duo suppositа. Sed duo tertio modo ponit differentiam substantialem circa naturam. & sic nego. & sic ego, & Sortes sumus duo neutraliter, ideſt hẽmus duas naturas. Istis duobus modis potest intelligi qõ. Vtrum in Christo sunt duo esse, & duæ personæ; uel, Vtrum in Christo sint duo esse, & duæ naturę. Pono propositionẽ, ꝙ Christus non est aliqua duo primo modo. Christus est homo, igitur. Itẽ Athanasius in suo symbolo, in Christo non duo tantum, sed unus est Christus, masculinè.

Duo capitur tripliciter.

Prop. prouare

Doctor in ista quæstione ponit quatuor conclusiones. Prima, Christus non est aliqua duo masculinè, contra Nestoriũ, qui dicebat, ꝙ Christus est duæ personæ. Probatur conclusio, qua non est nisi una persona. Secundo, Christus non est aliqua duo neutraliter. patet, quia si sic, maxime esset natura humana, & diuina: sed Christus non est ipsæ duæ naturæ, quia non est natura humana præcisè, nec est præcise natura diuina: quia ista est falsa, Christus est humanitas. similiter, Christus est diuinitas.

Pro sol. 4. cũ eius Sco. 2. Concl.

Tertia, Christus habet in se duo neutraliter: quia Christus habet in se duas naturas. patet, quia Christus habet naturam humanam unitam uerbo diuino, quod est natura diuina: ergo.

3. Concl.

Quarta conclusio, quæ ponitur extra textum, Christus nõ habet in se aliqua duo masculinè: quia non est duæ personæ. Sed contra; uidetur mirabile, quod in Christo non sint aliqua duo masculine & tamen habet in se aliqua duo neutraliter, sicut dicit tertia conclusio. Respon. quod hoc est possibile. patet quia ego habeo aliqua, ut caput brachium, & tamen ego non sum caput, nec brachium. Nota quod Scotus ponit istas tres conclusiones, contra tres rationes Henr. in quibus rationibus Henricus supponebat tria falsa.

4. Concl.

Dubitatur.

Soluitur duobus. Prop. Scoti sunt cõtra rationes Henr.

Soluuntur princ.

Ad argumenta principalia. primo arguit: probando, quòd Christus sit aliqua duo. Christus secundum quod homo, est aliquid: Christus secundum quod homo, est aliquid. Tunc sic. Christus secundum quod homo, est aliquid, uel idem aliquid quod est Deus, uel aliud: Non idem aliquid quod est Deus, quia tunc Christus humanitate esset Deus: sed hoc est falsum, quia non est Deus humanitate, sed diuinitate. ergo Christus secundum humanitatem non est Deus. ergo aliquid aliud. & sic est aliqua duo, scilicet aliud secundum naturam diuinam, & aliud secundum naturam humanam. Respondeo ponendo talẽ propositionem, dicendo, quòd si Christus inquantum homo sit aliquid, & inquantum Deus; Christus tamen inquantum homo, non est illud quod est Deus, nec est aliquid aliud a Deo pro isto nota, quod in ista propositione, ponitur inquantum, quòd potest quadrupliciter accipi, Vno modo præcisiuè. Secundo modo permissiuè. Tertio modo specificatiuè. Quarto modo reduplicatiuè. Primo modo, ut cum dicitur, ens, inquãtum ens, nec est finitum, nec infinitum, & ens ut abstrahit a finito, & infinito, non est finitum nec infinitum. & sic non capitur hic. Secundo modo ut cum dicitur ens, inquantum ens est finitum, & infinitum, ideſt permittit se cum infinito, & finito. Tertio modo ut facit propositionem exponibilem, & potest dupliciter exponi, s. gratia concomitantiæ, & tunc ultima debet esse conditionalis. Alio modo gratia alietatis, & tũc ultima debet esse causalis, & exponitur per quatuor propositiones,

Soluitur 1. prine.

Quo possit cõcedi Christus inquantum homo est.

Inquantum põt quadrupliciter accipi. & quo prop. de inquantũ enunciantur.

Instatur

Soluitur in instantia.

Notab.

4. cõcl. Scoti 1. Concl.

2. Concl.

3. Concl.

4. Concl.

2. prine.

tiones, ut ista hõ inqtm̃ rõnabilis, est risibilis: sic exponitur, hõ est risibilis, hõ est rõnalis: & oẽ rõnale est risibile, & quia aliqd est rationale, ideo illud est risibile. ista ultima est una causalis, & datur intelligi per istam dictionem utinam, ui, est particularis affirmatiua, ti, particularis affirmatiua, a, uniuersalis affirmatiua, sti, particularis affirmatiua. Si exponatur gratia cõ comitantiæ, ultima debet esse conditionalis. Exemplum, ut homo inquãtum est risibilis, est disciplinabilis; sic exponitur, homo est disciplinabilis, homo est risibilis, omne risibile est disciplinabile & si aliquid est risibile, illud est disciplinabile. & si sit uniuersalis, aliter debet exponi, ut ista, omnis homo inquantum rationabilis, est risibilis. sic exponitur sicut præcedens, & debet cognosci per istam dictionem, adamasti. Et iõ ad hoc, quòd propositio sit uera, oportet, quòd illæ exponentes sint ueræ.

Quarto modo capitur specificatiuè, & tunc denotatur, ꝙ illud, supra quod cadit illa dictio non sit ratio inhærendi prædicati cum subiecto. ut ignis inquantum calefacit, i. ignis considerarus sub ista ratione, quæ est caliditas, calefacit, & sic nõ facit propositionem exponibilem: nec illa ens, inquantum ens, est subiectum in Metaphysica, quia propositiones essent falsæ

Ad propositum, ratio conclusionis est, quia arguendo ab in hærentia prædicati superioris, ad inhærentiam prædicati inferioris, cum inquantum, est fallacia consequentis. Exemplũ, cum dicitur, homo inquantum animal est sensibilis: ergo homo animal est risibilis, ibi est fallacia consequentis, quia licet animal sit ratio inhærentiæ sensibilis cum homine, tamen nõ est ratio quare risibilitas inest homini: sic in proposito. Licet Christus inquantum est homo, sit aliud accipiendo aliud, ut est commune, ad hoc quod est Deus, & quod est homo, tamen Christus inquantum est homo, non est aliquid quod est Deus. quia hoc quod est homo, non est ratio huius, quod est Deus, qui est prædicatum inferius. Similiter ex alia parte, Christus inquantum Deus, licet sit aliquid, tamen non est aliquid quod est homo. licet hoc quod est Deus sit ratio inhærentiæ istius prædicati aliquid, quod est commune, tamen non est ratio inhærentiæ istius prædicati. s. homo, qui est inferius. Si accipiatur reduplicatiuè, illa consequentia non ualet.

Et si arguatur contra conclusionem, quia benè sequitur, Christus inquantum homo, non est Deus: ergo est aliquid aliud. Probatur, quia idem, & diuersum, sunt opposita circa quæcunque: ergo cum Christus sit aliquid, & nõ aliquid quod est Deus: ergo aliud a Deo. ergo erunt duo. Respondeo negando consequentiam. pro quo nota, quòd istæ dictiones, idem aliud, differens, & diuersum, quæ sunt opposita, non tenent in istis modificationibus, inquantum, & huiusmodi, ut licet homo sit albus, tamen homo inquantum homo, non est albus, nec non albus. quia tunc sequeretur, ꝙ album & non, aliquando essent de ratione hominis. similiter in proposito.

Consequenter Doct. ponit quatuor conclusiones. Prima, Deitas non est ratio essendi idem homini. patet. quia cũ Deitas sit in Patre, in diuinis, tamen non est ratio essendi idem homini. Secunda, Deitas ipsa non est ratio essendi aliud ab homine: quia tunc repugnaret ei istud, quod est esse hominem, quod est falsum, quia uerbum est homo. Tertia, humanitas non est ratio essendi idem ipsi Deo, probatur, quia si sic, cũ ego habeam humanitatem, ego essem Deus. Quarta, humanitas non est ratio essendi aliud a Deo patet, quia si sic esset, cum natura humana sit assumpta a uerbo, non esset Deus, qd est falsum. Patet, quia per communicationem idiomatũ natura humana est Deus.

Si inquantum capitur specificatiuè, ut dicendo Christus in quantum homo est idem aliquid, quod est Deus, & Christus homo, est Deus, tunc ista potest concedi. Christus inquantum homo, est idem aliquid cum Deo. & tunc non ualet consequẽtia sic arguendo. Christus inquantum homo est idem aliquid, quod est Deus: ergo humanitate est Deus: quia in antecedente, ly, inquantum, tenetur specificatiuè, & in consequente infers, ac li ly, inquantum, teneretur reduplicatiuè. quod est falsum.

Secundo sic. Damasc. dicit Christus non totum autẽ Deus. Christus non solum est Deus; ubi ponit duas propositiones. prima est. Non totum Christus est Deus. Secunda propositio. Christus est non solum Deus. Arguitur sic. Christus est non solum Deus: ergo est aliquid aliud a Deo. & si sic, ergo est aliquà duo. ut bene sequitur, homo currit, & non tantum homo currit: ergo aliquid aliud ab homine currit: ergo a parte prædicati, Christus non solum est Deus: ergo est aliquid aliud a Deo & si sic, ergo est aliqua duo: ergo Christus est aliqua duo. Prima propositio si exponatur, Christus est Deus, & Christus est aliud ab ipso Deo; ut non tantum homo currit, sic exponitur, homo currit, & aliquid aliud ab homine currit.

Pro solu. 2. prin. not.

Pro responsione Doct. dicit quod sic est logica noua. Nota quòd propositio exclusiua, est trip ex. Quædam est de prædicato exclusо. Alia est de subiecto exclusо. Tertia est totalis. Secũda est in qua exclusio cadit supra subiectum, ut tantum homo est animal. sensus est. aliquid quod est tantum homo, est animal. & sic illa propositio est uerade prima, quæ est in qua exclusio cadit supra prædicatum, ut homo est tantum animal homo est animal, & homo non est non animal. De tertia illa est exponibilis ratione de ly, tantum, determinante propositionem. Exemplum tantum homo currit, sic exponitur, nullus non homo currit. Nota ꝙ dicit hic Vorillion ꝙ exclusiua debet exponi per duas propositiones, per unam affirmatiuam, & unam negatiuam. Scotus autem sic exponit, tantum homo currit, & nullus non homo currit.

Prop. exclu siua triplex

Ad propositum, licet communiter non sit tradita logica, de prædicato exclusiuo, & ideo est, quia quælibet exclusio importat negationem, quæ est syncathegorema, & cum negatio non possit destruere præcedens subiectum, & syncathegorema habet uirtutem supra utrunque extremum, ideo forte nõ sint tradita logica de prædicato exclusо tantum, quia tamen sermo est rei subiectus, & non econuerso, ideo non est cura de istis uerbis.

3. reg. Sco. & dictione ex clusiua.

Sed de ista ueritate doct. ponit tres regulas.

Prima. dictio exclusiua addita subiecto aliter excludit, quã addita prædicato. patet de istis duabus, tantum homo currit, & homo est tantum currens.

Secunda regula. dictio exclusiua addita subiecto, excludit a subiecto omne quod non est subiectum, & de quo non dicitur subiectum, siue per se, siue per accidens. Exemplum, tantũ album currit, ly, tantum, additur subiecto, & excludit respectu prædicati omne illud de quo subiectum non dicitur. Ex quo sequitur, ꝙ tantum non excludit, ꝙ musicum currat. & quod quantum currat. quia illud subiectum, potest prædicari de musico. sic respectu prædicati, illud quod est subiectum propositionis exclusiuè, non põt prædicari nec per se, nec per accidens, ut tantum album currit, ergo nigrum non currit, quia nigrum non potest prædicari de subiecto, nec per se, nec per accidens.

3. reg.

Tertia regula. dictio exclusiua addita prædicato: excludit a prædicato respectu subiecti, omne illud quod non prędicatur uere, formaliter, & quidditatiuè de illo prædicato. Exemplũ, ut hoc est tantum album ly, tantum, excludit a prędicato omne illud, quod non prædicatur de prædicato, & tunc est sensus: hoc nullam qualitatem habet nisi albedinem. Aliud exemplũ ut homo est tantum animal; sensus est, homo est præcise animal, & nihil aliud est nisi animal, ita quòd tantum excludit omnia alia, quæ non prædicantur formaliter, & essentialiter de animali. & sic non excludit ens, subsistantiam, corpus, &c.

Ad propositum nostrum, ista propositio, Christus est tantũ Deus, negatur, non quòd aliquid dicatur de Christo, quod nõ dicatur de Deo, sed negatur, quia sensus est, Christus est tantum aliquid, quod formaliter, & quidditatiuè, dicitur de Deo & hoc est falsum, quia Christus est homo, qui nõ dicitur quidditatiuè de Deo. unde ista conceditur, Christus non est tantũ Deus. Et cum arguitur, Christus non est tantum Deus: ergo ẽ aliud a Deo. dico ꝙ consequentia non ualet, quia arguendo a propositione habente plures causas ueritatis, ad alteram illarum, non ualet. exemplum, ut ego non lego, ergo ego nõ sum consequentia non ualet, quia prima propositio, quæ est antecedens, habet duas causas ueritatis: unam habet causam ueritatis, quæ est subiectum non esse. habet aliam, quæ est prædicatum non ineſſe subiecto. & quia arguitur ab illa propositione, ego non lego, quæ habet duas causas ueritatis, ad illã, ego non sum, quæ habet tantum unam causam ueritatis, ideo non ualet consequentia.

Arg. a prop. hẽnte plures cãs ueritatis ad rnã non ualet consequẽtia.

Sic in proposito, ista propositio, Christus non est tantum Deus, habet duas causas ueritatis. una est, Christus est aliqd aliud a Deo: aliam habet, scilicet, Christus præcisè, & formaliter, & quidditatiuè, non est Deus. ideo secunda consequẽtia non ualet, quia a propositione habente plures causas ueritatis, ad unam illarum, non ualet. Vnde ista non conceditur Christus est tantum Deus, quia Christus non est tantum id qđ est formaliter ipse Deus; uel id quod est habens deitatẽ, quia habet humanitatem.

Quare hæc nõ admittitur Christus non est tantum Deus.

Quar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

4. Reg.

Quarta regula. Quod habet concretum, exponitur per suũ abstractum, & participium, habens. Exemplum: Christus est Deus, & Christus est habens Deitatẽ. Christus est homo. Christus est habens humanitatem. illa propositio, Christus est tantum Deus, negatur, quia sensus est, Christus est tantum habés deitatem, quæ est falsa. quia Christus etiam est habens humanitatem. & in illa propositione, exclusio excludit suppositũ, ut sit sensus. Christus non est tantum Deus. si exponitur, illa exclusio circa formale prædicatum, ut sit sensus, Christus non est tantum Deus, Christus non tantum habet deitatem, & hoc est uerum. Exclusio aliter excludit in subiecto, & in prædicato quia in subiecto excludit subiectum, & in prædicato excludit formam. Et subiectum supponit pro suppposito, & prædicatum pro forma. Ideo exclusio, aliter excludit quando ponitur a parte subiecti, & aliter quando ponitur a parte prædicati.

Exclusio aliter excludit in subiecta, & aliter in prædicato.

Et ad aliud quod dicit, Christus non totum autem Deus, & Christus non totus est Deus. Respondeo, quòd totum potest capi dupliciter. Vno modo syncathegoreматicè. Alio modo cathegoreматicè. Si totum capiatur cathegoreматicè, idest quod perfectum, tunc dico quod Christus syncathegoreматicè sumptus, non est totus, quia Christus dicit naturam humanam, & diuinam, & natura humana non est Deus. Alio modo respondetur, distinguẽdo. Vno modo formaliter: Alio modo per communicationem idiomatum. Et ideo, licet Christus non sit totus formaliter, & quidditatiuè: tamen Christus totus, tam natura humana, quàm diuina est Deus per communicationem, ut ista est uera, homo est Deus.

Ad illud argumentum Christus nõ totũ ẽ deus respondes. Totum põt capi dupl.

Tertio sic. Quæcunque differũt &c. sed natura humana & diuina differunt plus quam specie: ergo numero. Nota quod Aristoteles 5. metaphisicę, ponit duas regulas. prima est, quæcunque differunt genere, differunt specie, ut homo & albedo. Secunda, quæcunque differunt specie, differunt numero, ut sortes, & Brunellus. Pro responsione, ponitur prima propositio. In Christo sunt duæ naturæ numero, tamen Christus non est illæ duæ naturæ numero: ut licet in me sit materia, & forma, tamen ego non sum materia, & forma.

3. *Principale deducitur.*

Solutur sertium.

Quarto sic. Vnum sumptum masculinè, importat personã: & unum sumptum neutraliter importat naturam: sed an Christo sunt duæ naturæ: ergo sunt duo neutraliter: ergo oportet dicere quod Christus est aliqua duo neutraliter. Respõdetur concedendo antecedens, & negando consequentiam, quia licet in Christo sint duæ naturæ, tamẽ Christus non est illa duo, quia adhoc quod istud prædicatum duo demonstretur de Christo uel probetur de Christo, & assumatur natura diuina & humana siue in abstracto, siue in concreto, nunquam uere potest probari: quia si illæ duæ naturæ summãtur in concreto, tunc maior falsa. patet arguẽdo, Deus & homo sũt duo: Christus ẽ Deus & homo: ergo Christus est duo. maior est falsa, quia ly duo, stat masculinè, quod importat pluralitatẽ personarum, & Christus non est nisi una persona. si sumatur in abstracto illæ duæ naturæ, minor est falsa, patet sic arguendo. Deitas, & humanitas sunt duo: sed Christus est deitas, & humanitas: ergo Chtistus est duo, patet hic, quomodo minor est falsa. Si uero in maiori sumantur in abstracto, tunc erunt quatuor termini: patet sic arguendo. deitas & humanitas sunt duo: sed Christus est Deus & homo: ergo Christus est duo. ibi sunt quatuor termini: primus deitas, & humanitas: secũdus, Deus, & homo: tertius, Christus: quartus est duo, & sic sunt quatuor termini, ideo non ualet.

4. *Principale soluitur.*

Quinto sic. nos dicimus quod tres personæ diuinæ dicuntur tres & dicuntur unum neutraliter: ergo per oppositum hic sunt duæ naturæ & unum suppositum: ergo erunt duo neutraliter. Respondeo concedendo antecedens, & negando consequentiam, quoniam non est simile de tribus personis respectu essentiæ diuinæ quæ nata est prædicari de tribus personis, siue coniunctim, siue diuisim: tamen natura humana non est nata prædicari de Christo, Christus si esset una natura creata in tribus, illa non prædicaretur de illis: quia nõ est nata prędicari de illis.

5. *Principale.*

QVAESTIO TERTIA.

Quæritur de ueritate opinionũ recitatarum a magistro & quæ sit uerior.

QVAERITVR ultimo, quæ istarum trium opinionum, quas magister recitat in textu, sit tenenda.

1. *Opinio declaratur tribus propositionibus.*

Nota quòd hic Scotus quærit, quæ illarum trium opinionum antiquarum quas magister nunc recitat in textus, sit tenenda. Prima opinio consistit in istis propositionibus. Prima est ista. sicut ex anima & corpore constituitur homo in incarnatione, qui in primo instanti non unitur uerbo diuino, ista

1. *Prop.*

propositio est hæretica, quia tunc sequeretur, quod uirgo nõ esset mater Dei: quia dicit, quòd primo ista natura fuit resultans ex corpore, & anima: & tamen non fuit unita uerbo. Secunda. In secundo instanti, uel tempore sequenti, uerbum diuinum assumpsit hominem. Imaginatur enim quòd natura prius fuit personata, quàm assumpta. Sed ista propositio ẽ hæretica, et Doct. improbat eam. certum est quòd homo stat pro supposito, tunc sic. Verbum diuinum non assumpsit hominẽ: ergo uerbum diuinum non est homo. Item, assumens non est assumptum: uerbum diuinum assumpsit hominem: ergo uerbum non est homo. Sed est difficultas. Vtrum ibi homo possit stare pro aliqua natura singulari: ut album est coloratum: uel pro aliquo supposito. Nos dicimus quòd album stat pro singulari. ut album est coloratum, sed utrum homo possit stare pro aliqua tali natura singulari, de hoc est difficultas. sed postea uidebitur.

2. *Prop. 1. Opinionis*

Difficultas soluitur.

Tertia propositio. Verbum potest prædicari de homine, quia assumpsit hominem, & ẽconuerso, & hoc propter assumptionem: ex quo sequitur, quod Christus est aliqua duo, scilicet uerbum assumens, & ipse homo assumptus.

3. *Propositio eiusdem opinionis.*

Nota quòd secunda opinio consistit etiam in tribus propositionibus. Prima est, sicut ex anima & corpore resultat homo, ita ex uerbo, & natura humana componitur una natura Christi.

2. *Opinio pariter declaratur trib. propositionibus.*

Nota quòd ista opinio non imaginatur sicut præcedens, quia dicit, quòd in illo instanti in quo natura fuit producta, fuit compositio ex anima & corpore. Secunda propositio, Christus non est aliqua duo, sed est tantum unum. quia licet uerbum assumpserit naturam, tamen quia non erat personata personalitate propria, sed personalitate uerbi, ideo erat tantum unum. Ideo dicit Scotus, quod ista opinio est tenenda, tamen oportet glosari, quomodo uerbum sit persona composita. Multæ sunt auctoritates dicentes, uerbum esse personam compositam, ista ergo opinio est uera, quia dicit quòd uerbũ subsistit in duabus naturis, scilicet diuina, & humana, sicut si imaginaremur Sortem subsistere in sua natura, & sua albedine: in propria natura, tanquam sibi propria: sed in albedine tanquam in natura sibi aduentitia.

1. *Prop.*
2. *Prop.*

Sed quia ista opinio dicit unum erroneum, dicendo quòd uerbum est persona composita, & quomodo hoc sit intelligendum, dicit Damasc. non debemus dicere, uerbum esse personam compositam, sicut dicebat Eutices, quod Christus erat tertia entitas compositaex duabus naturis.

Quo natura humana intelligatur facere cõpositionẽ cũ diuina in Christo.

Sed utrum natura humana faciat compositionem cum natura diuina? Notandum est quod compositio dupliciter accipitur, Vno modo propriè, & ad illam requiritur. primo quòd unum componentium se habeat ut actus, & aliud ut potentia: defectu cuius Sortes & Plato non possunt concurrere ad tertium componendum. Secundo quòd etiam ex illis resultet tertia entitas. defectu cuius Sortes, & sua albedo, non faciunt tertiam entitatem. Ex hoc pono talem conclusionem, quòd in uerbo, non est hoc modo compositio. Alio modo potest intelligi naturam humanam facere compositionem cum natura diuina, idest unionem: & sic natura humana, & diuina faciunt compositionem, & unionem, tamen dicit Scotus quòd non debemus uti proprie isto uerbo, cõpositio: quia non bene sonat, immo sonat imperfectionem, & istam opinionem in sequeretur Athanasius. In ista unione est simile cum compositione uera: quia sicut ex anima, & corpore resultat una tertia entitas, ita ex essentia diuina, & natura humana est factum uerbum homo, licet sit magna scilicet differentia difficultas.

Compositio duplex.

Ad propriã cõpositionẽ tria requiruntur.

3. *Prop. Non est dicendũ Christum esse cõpositũ ex natura diuina et humana.*

Tertia opinio consistit in tribus propositionibus: quarum prima est. Verbum non assumpsit humanitatem, sed præcisè animam, & corpus. Vnde nota quòd ista erat opinio cuiusdam fatui Nominalis, quia dicunt Nominales, quòd ex corpore, & anima, non resultat tertia entitas.

3. *Opinio ẽ tribus propositionib. declaratur.*

Secũda. Verbum assumpsit animam & corpus, per modum habitus, ut appareret uisibilis nobis. Vnde imaginatur ista opinio, quòd sicut ego induo habitum meum, sic uerbum assumpsit naturam, ut appareret uisibile.

1. *Prop.*
2. *Prop. 3. opin.*

Tertia. In quantum Christus homo, non est anima, quia anima, & corpus siue humanitas non est nisi quidam habitus, seu quod dã aliter se habere, quia uerbum diuinum nihil assumebat, sed uerbum aliter se habebat. Nota quòd ista tertia opinio est hæretica, tempore magistri non erat hæretica, sed tempore Alexandri fuit condemnata.

3. *Prop. 3. opin.*

Nota quòd naturã humanam esse habitum respectu uerbi, potest dupliciter intelligi. Vno modo propriè, & sic uerbum

Not.

non

non inducit naturam humanam tanquam habitum. Alio modo impropriè, & metaphoricè, & sic natura humana impropriè, & metaphoricè dicitur habitus respectu uerbi. Quod doctor probat duabus rationibus. prima est, quia habens habitũ, non mutatur secundum habitum, licet habitus mutetur: secũda, quia habitus occultat eum qui inducit eum, non autem è contra. sic natura humana potest dici habitus respectu uerbi diuini. probo, quia uerbum diuinum non fuit mutatum, sed natura humana fuit mutata. Secundo, quia natura humana occultauit diuinitatem. licet ergo natura humana sit habitus impropriè, non tamen propriè.

Sco. declaratio de habitu. quo denominatur humanitas Christi.

Prima ratio. quia sicut habitus aduenit alicui post suum esse completum, ita natura humana aduenit uerbo post suum esse completum.

Secunda. sicut habitus, uel tunica mea, est quædam substantia, ita natura humana potest dici uerè habitus, quia est uera substantia.

Tertia ratio. quia sicut habitus non mutat inducntem, immo habitus potius mutatur, ita natura humana non mutat uerbum, immo natura humana mutatur per unionem ad uerbum. De illis tribus opinionibus dico, quod secunda est tenenda, & non prima, nec tertia.

Conuentia trium opin.

Nota quòd istę opiniones in tribus conueniunt.

Primo, quia neutra ponit duplicem personam in Christo, contra Nestorium, qui dicebat, quòd in Christo erat duplex persona.

Secundo, quia dicunt in Christo tres substantias esse, scilicet naturam diuinam, animam, & corpus, contra Euticẽ, qui dicebat, quòd sicut ex anima, & corpore resultat una tertia entitas, quæ non est anima, nec corpus, sic in Christo erat una tertia entitas, quæ nec erat corpus, nec anima, nec homo.

Tertio, quia in eodem instanti fuit anima producta, & in hoc eodem caro, & corpus fuit assumptum contra Origenem, qui dicebat, quòd omnes animæ erant productæ ab ęterno, seu ab initio mundi: dicebat etiam, quòd Deus per aliquod spatium derelinquet animas damnatas in inferno, & postea omnes ibunt ad paradisum. Et dicebat, quòd nulli pauperes sunt in inferno, sed omnes diuites. tenet etiam, quòd animæ erant productæ ab initio mundi. Istæ autem opiniones non dicunt hæc, sed concedunt, qꝫ in illo eodem instanti, in quo anima fuit producta, caro, & corpus fuit unitum, sed clarum est, quòd ista unio fuit facta ex tempore: ergo &c.

DISTINCT. SEPTIMA.

QVAESTIO PRIMA.

De ueritate quarundam propositionũ In qua materia sit ista ꝓp. Deus est homo. Opi. B. Tho.

IRCA distinctionem septimam, &c.

Quæro, utrum ista sit uera, Deus est homo. Circa istam distinctionem quæritur, in qua materia ponatur ista propositio, Deus est homo, quia termini sunt satis declarati ideo non est necesse declarare terminos.

Ad quæstionem, dicit B. Thomas, quòd est in materia naturali, & ratio est, quia licet in ista propositione sit duplex natura, scilicet natura humana, & natura diuina, tamen quia est unitas suppositi, ideo ponitur in materia naturali, tamen hoc non ualet: quia tunc sequeretur, quòd ista homo est albus, esset in materia naturali: quia unum suppositum faceret homo albus. Ad hoc respondet B. Bonauentura dicendo, quòd partim est in materia naturali, & partim in materia contingenti: quia in materia contingenti semper prædicatum est minus excellens, quàm subiectum: ut homo est albus. Similiter prædicatum in materia contingenti non dat esse simpliciter, seu esse primarium subiecto, sed magis secundarium. Sic est in ista propositione, Deus est homo. Item potest poni in materia naturali, quia unio est perpetua. Similiter, quia in instanti suæ creationis fuit ista unio. Alius est doctor. s. Scotus, qui dicit primo, quòd ponitur in materia remota: secundo in materia contingenti: tertio in materia naturali: tamen non est dubium, quin ista sit in materia contingenti, Deus est homo.

3. uer. quæst. dec. ueritate

Circa primum articulum doctor quærit, quæ est causa ueritatis istius propositionis, Deus est homo. Nos dicimus, quòd ista propositio, uerbum est homo, est causa ueritatis istius, Deus est homo: patet. Quandocunque aliquod prędicatum non conuenit superiori, nisi quia conuenit inferiori, illud prædicatum non conuenit primo superiori. Exemplum cum dicitur, homo currit, istud prædicatum currit, primo cõuenit Sorti, uel Platoni, quàm homini: sed sic est, quòd istud prædicatum homo, primò conuenit uerbo: ergo ista primo est uera, uerbum est homo. & consequenter ista, Deus est homo. Nota, quod in ista incarnatione sunt quatuor propositiones: quarum una est causa ueritatis alterius. Prima est, Deus uult uerbum incarnari. Secunda, Natura humana unita est uerbo. Tertia, Verbum est homo. Quarta, Deus est homo.

tis huius ꝓpos. Deus ẽ homo.

4. prop. pendentes ab una earum.

Prima propositio est immediata, & est causa secundæ propositionis: quia enim Deus uoluit uerbum incarnari, natura humana unita est uerbo.

Secunda propositio est causa tertiæ propositionis: quia natura humana est unita uerbo, ideo uerbum est homo.

Tertia propositio est causa quartæ propositionis, quæ est, Deus est homo, est uera, quia uerbum diuinum est homo.

2. ar. quæst: Quo hæc ꝓp. uerbũ est hõ ꝓpositũ ꝑari Veritas pro pos. triplex

Circa secundum articulum quæritur. Vtrum ueritas istius propositionis, Verbum est homo, sit credita: Pro quo nota, qꝫ ueritas propositionis est triplex. Quædam est naturaliter cognita. Alia ex fide. Alia ex fide, & naturaliter.

Prima est illa, quæ cognoscitur actione intellectus, & obiecti: & quæ cognitis terminis cognoscitur, ut ista, homo est animal: ueritas istius propositionis est naturaliter cognita, quia scio animal uniri homini.

Secunda est sicut est ista, Deus est trinus, & unus, quę est mere credita: & ista, corpus Christi est in Sacramento altaris sub speciebus panis, & uini.

Deus ẽ unus est ꝓp. naturaliter & fide nota.

Tertia est sicut ista, Deus est unus: ueritas istius est nota naturaliter, & etiam ex fide. Quòd sit nota naturaliter patet, quia dicit philosophus 12. metaphysicæ, entia nolunt male regi. unus ergo princeps. Item 8. physic. dicit hoc, quòd est unũ primum mouens, & istud non est nisi Deus. Item etiam est credita in symbolo Niceno. Credo in unum Deum. Item in symbolo Apostolorum. Credo in Deum, &c. Similiter Exod. 20. Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est. Videamus ergo utrum ista propositio sit nota naturaliter. dicit Scotus, quod ueritas propositionis non est naturaliter nota: & qđ nullus sine reuelatione speciali potest cognoscere istam propositionẽ, Deus est homo. Probatur. quia aut habemus proprium conceptum de uerbo, & tunc ista propositio est immediate contingens, non nota ex terminis: quia nulla propositio contingens potest cognosci ex terminis: quia ad hoc, quòd propositio sit per se nota, oportet, quòd termini habeant necessariã connexionem: sed uerbum, & homo non habent necessariam connexionem. Vnde duplex est conceptus uerbi, scilicet proprius, quem habent beati: alius est communis, & confusus, quem nos habemus. si nos haberemus proprium conceptum, illa propositio esset uera, contingens, & immediata, & non esset naturaliter nota.

Cõceptus uerbi dup. ex.

Prop. nota duplex.

Nota ulterius, quod duplex est propositio. Quædam est nota ex terminis, quæ cognoscitur terminis cognitis, & ex cognitione terminorum, & unione illorum. Alia est propositio immediata, non nota ex terminis, sed per intuitionem terminorum, ut calidum calefacit: quæ non est per se nota ex terminis; immo si cognoscatur, oportet, quòd cognoscatur ex intuitione terminorum, & unione illorum. Similiter ista, paries est albus, ad hoc, quòd cognoscam istam, requiritur, ꝙ cognoscam utrumque terminum, & unionem illorum per intentionem. Similiter de ista, Verbum est homo, est contingẽs, si non habeamus conceptum uerbi proprium, si pro quia tũc illa est uera contingens immediata, non nota ex terminis. Nos ergo non habemus conceptum, qui est aliquod ens, quod est homo; & est mediata, quia potest probari, sic arguẽdo; Verbum diuinum est homo: Verbum diuinum est aliquod ens infinitum: ergo aliquod ens infinitum est homo. Nec etiam est nota ex terminis; quia nulla propositio contingens cognoscitur ex terminis, sed cognoscitur ex intentione terminorum, & unione illorum.

Secunda propositio responsalis. Ista propositio est merè credita, & deducibilis ex una merè naturaliter cognita, & alia credita: quia omnis conclusio syllogismi, cuius altera præmissarum est credita, conclusio est credita: sicut ex una de necessario, & alia de possibili, sequitur conclusio de possibili: ut patet sic arguendo. Quodlibet suppositum subsistens in natura recipit prædicationem illius naturę in concreto. ista propositio est naturaliter nota: sed Deus subsistit in natura humana per unionem hypostaticam: ista est credita: ergo Deus

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est homo, seu uerbum est homo: Ista conclusio est credita. Patet maior per Damasc. minor probatur; Nam dicit D. Augustinus. Ista unio est talis, ut Deum faceret hominem, & hominem faceret Deum.

In hac ppõne Deus est homo ẽ prædicatio sit.

Tertia difficultas est: qualiter accipitur prædicatio, dicendo, Deus est homo. Vtrum sit prædicatio formalis, uel identifica?

Respondet quidam Archiepiscopus, dicens, istam esse prædicationem per identitatem, sic, quod idem prædicatur de seipso, ut sic sensus: uerbum est suppositum, quòd est homo, sic, quòd est ibi implicatio.

Contra declarationem arguitur.

Contra ipsam arguitur sic. si sic, sequeretur processus in infinitum: sed hoc est falsum: ergo. Probatur. si dicas, quòd a parte prædicati sit implicatio: quæro, uel est prædicatio formalis, uel per identitatem: non primum, ut dicis: ergo secũdum. Tunc accipio totum hoc, quod est homo uel ly, homo, præcise dicit naturam humanam, & tunc dicendum est, quod ẽt est impropria: si dicas, quòd in secunda est implicatio, uerbum diuinum est suppositum, quod suppositum est homo: quæro tunc, uel ly, homo, prædicatur per identitatem, & tunc erit processus in infinitum, quia diceretur, uerbum est suppositum, quod est homo, & sic diceretur de ista propositione ultima, si in ea, ly, homo, prædicaretur per idẽtitatem. Item, quælibet natura prædicatur formaliter de suo supposito: sed natura humana est natura: ergo prædicabitur de uerbo formaliter.

Prædicatio formalis triplex secundum de Bassolis.

Quæro, qualis est prædicatio? dicit de Bassolis, quod triplex est prædicatio formalis. Quædam est per identitatem, Alia per informationem, Alia est prædicatio substãtialis per unionem. Prima est, quando prædicatum est idem cum subiecto. Secũda, quando prædicatum informat ipsum subiectum. Tertia, quando utrunque unitum est substantia. Prima propositio. Ista prædicatio non est per identitatem, quia prædicatum non est de quidditate subiecti. Secunda. Non est formalis quia natura humana non informat uerbum. Tertia propositio. Ista prædicatio est formalis substantialis per unionem; dicit de Bassolis, quòd nunquam philosophus habuit notitiam de ista prædicatione, sicut illam unionem non cognouit.

Alius dicit, quòd ista prædicatio non est formalis, sed est prædicatio per unionem: tamen de Bassolis melius dicit.

Quod prædicatiũ sit hõ in prædicta propositione

Quæro quarto. Vtrum prædicatum quod est homo habeat rationem generis, speciei, differentiæ, proprii, uel accidentis. Et uidetur, quòd speciei; quia quòd prædicatur uniuocè de pluribus differentib⁹ numero &c. Et homo prædicatur de uerbo, & Sorte, & de Platone &c. & prædicatur uniuoce, patet, quia uerbum uniuocè est homo cum Petro, ita quòd idem prædicatum est in istis. Verbum est homo, Petrus est homo: ergo ly, homo, habet rationem speciei.

Soluit difficultatẽ Sco. Differentia est inter prædicatũ uniuocum, & ꝑdicari uniuoce

Respondet Scotus ponendo tres distinctiones. Prima est. Differentia est inter prædicatum uniuocum, & prædicari uniuocè: quia prædicatum esse uniuocum est quando conceptus est unicus, seu quando formalis ratio prædicati est unica: & sic album, siue sit in lapide, siue in ligno, siue in quocunque alio subiecto, est prædicatum uniuocum, quia in illis non habet nisi unam rationem formalem. Sed prædicari uniuocè est prædicari quidditatiue, & ad hoc requiruntur duæ conditiones. Prima, quòd habeat conceptum uniuocum: ideo canis non potest prædicari uniuocè. Secundo requiritur, quòd prædicetur quidditatiue: ideo si Sortes est albus, ly, albus, licet habeat conceptum unum non tamen prædicatur quidditatiuè, & formaliter. Secunda distinctio. Aliud est prædicatum quid,

Prædicari uniuocè duo requirit.

Aliud est ꝑdicatũ quid aliud ꝑdicari in quid.

& aliud est prædicari in quid. Quodlibet prædicatum repositum in prædicamento directè est prædicatum quid: ut color, albedo, & huiusmodi. Et prædicari in quid est prædicari formaliter, & quidditatiuè de suo inferiori. Ex quo infero, quòd ista possunt separari, prædicatum quid, & prædicari inquid, ut calor prædicatur in quid, tamen si comparetur ad Sortẽ, non prædicatur in quid. Tertia distinctio. Istud prædicatum homo, potest considerari dupliciter. Vno modo in se & absolute. Alio modo in habitudine ad subiectum, ut ad uerbum. Pono duas conclusiones de mente Doctor. Prima. Considerando hominem secundum se, habet rationem speciei: quia natura humana nata est prædicari de pluribus. Secunda conclusio. Comparando hoc prædicatum homo ad uerbum, habet rationem accidentis. patet, quia illud, quod aduenit alicui post suum esse completum, fundat intentionem accidentis: sed natura humana aduenit uerbo post suum esse completum, & potest abesse a uerbo: ergo. Ex quo sequitur, quod super eadem re possunt fundari duæ intentiones; ut super homine potest fundari species, & etiam accidens. Accipio istam, Sortes est coloratus, utrum istud prædicatum habeat rationẽ generis, uel speciei? Respondet quod si consideretur in se, habet rationem generis: si comparetur ad subiectum, sic habet rationem accidentis.

Hõ ꝑt dupliciter considerari ut est ꝑdicatum.

1. Con. Sco.

2. Concl.

Dub.

Dictum est quod super homine possunt fundari duæ secundæ intentiones, scilicet speciei, & accidentis. Contra. nunquã habitudo, quę est accidens, potest fundari nisi in accidẽte metaphysicè dicto: sed homo non est accidens metaphysicum: ergo. Nota, quod accidens potest capi dupliciter. Vno modo secundo intentionaliter, & sic est unum prędicabile, & una relatio rationis. Alio modo primo intentionaliter. Et adhuc dupliciter. Vno modo metaphysicè sicut nouem genera accidentium, ut quantitas, qualitas, &c. Alio modo pro omni illo quod aduenit alicui post suum esse completum: & sic aliqua substantia potest dici accidens, ut natura humana in uerbo. Respondeo per propositiones. prima propositio. ita est, ꝙ ista intentio, quę est accidens, non fundatur nisi in accidente in concreto sumpto, & metaphysicè dicto, ut sicut ista secunda intentio, quę est genus, potest fundari in animali, & in colore, sic etiam ista secunda intentio, quæ est accidens, potest fundari in aliqua natura, quæ est substantia. Exemplum de speciebus in sanctissimo Sacramento Eucharistiæ. Si illis aduenret de nouo substantia panis, ista propositio, quãtitas est panis, istud prædicatum, panis, fundaret secundam intentionem, quæ est accidens: patet, quia illud, quod aduenit alicui post suum esse completum, potest fundare secundam intentionem, quæ est accidens: sed panis tunc aduenire quantitati post esse completum: ergo panis posset fundare istam secundam intentionem, accidens. Doct. subtilis dat aliud exemplũ in textu nostro &c.

Soluitur. Accidẽs dupliciter.

Quo aliqua substãtia ꝓt dici accidens.

Qualis sit ꝓdicatio hõis in ꝓdicta ꝓpositione.

Prædicatio triplex.

Quinto uidendum est qualis est ista prædicatio. Nota, ꝙ duplex est prædicatio, scilicet per se, in qua prædicatur prædicatum de subiecto in primo, uel secundo modo dicendi per se. Alia est per accidens, in qua prædicatum prædicatur accidens de subiecto. Vnde dicit philosophus primo posteriorum. Quæcunque neutraliter sunt, per accidens insunt. Cum ergo ista propositio, Deus est homo, sit una prædicatio, quæritur, Vtrum sit prædicatio per se, uel per accidens. Respondetur, quòd non est per se, quia si esset per se, uel in primo, uel in secundo, uel tertio modo dicendi per se: sed nullum est dicendum: igitur &c.

Quatuor modi dicendi per se.

Pro quo nota, quòd quatuor sunt modi dicendi per se. Primus modus continet quatuor gradus. Primus est, quando definitio prædicatur de definito. Secundus, quando pars materialis prædicatur de suo toto, ut homo est animal. Tertius, quando pars formalis prædicatur de suo toto, ut homo est rationalis. Quartus gradus, est, quando idem prædicatur de seipso, licet Aristoteles non dicat, tamen Linconiẽsis dicit: ut ista, homo est homo, est in primo modo dicendi per se secundum Linconiẽsem, licet Aristoteles non fecerit mentionem, quia dicit philosophus, quòd prædicatum in primo modo dicendi per se est de essentia subiecti: sed idem non est de essentia sui ipsius: ergo &c. Secundus modus est, quando passio prædicatur de subiecto. Tertius modus non est modus dicendi, sed essendi, & ad istum modum requiritur, quòd illud, quod est in tali modo, habeat esse solitarium. Dicit Scotus in quod libeto. 9. quòd accidentia in Sacramento Eucharistiæ habent istum modum. Quartus modus est, quando effectus prædicatur de sua causa, ut calidum calefacit: album albefacit: uoluntas uult: intellectus intelligit. Et licet propositiones sint contingentes, tamen sunt immediatè: quia calidum est causa calefactionis. Ad propositum liquet, quòd ista propositio non sit in primo modo dicendi per se: quia homo non est de essentia subiecti, nec etiam in secundo, quia homo non est passio Dei: nec in tertio, quia ille modus non est modus prædicandi: nec in quarto, quia homo non est causa Dei.

Primus modus dicendi per se habet quatuor gradus.

Non est per se ꝓpositio quia idẽ dicitur de se ipso scdm Aris.

Contra hoc Doct. arguit sic: quia dicit, quod ista propositio est contingens: ergo non est per se. contra. ista propositio, calidum calefacit, est contingens, & tamen est in quarto modo &c. Dicit Scotus, quòd ista propositio Christus est homo, non est in quarto modo dicendi per se, quia non est propositio immediata.

Resp. Doct. Ens ꝑ accidens dupliciter. Ens per accidens metaphysicum.

Consequenter Doctor. respondet, & pro textu ponit unam distinctionẽ, & quatuor propositiones. Distinctio est ista. Ens per accidens est dupliciter, secundum metaphysicum, & Logicum, & istam distinctionem ponit Scotus in primo. 26. dist. circa finem quæstionis. Ens per accidens metaphysicum est, quando unum accidit alteri, uel ambo tertio. Exemplum primi; ut homo est albus. exemplum secundi; ut dulce est album est accidens metaphysicum, quia ambo accidunt alicui tertio, scilicet lacti. Ens per accidens logicum, est, quando in subiecto non est ratio inhærentiæ prædicati, ut animal est rationale; ista non est per accidens metaphysicum, quia ambo non accidunt tertio, tamen est ens per accidens logicum, quia animal non est ratio, quare rationabile insit sibi.

Ens per accidens logicum.

Aliquæ sint ꝑ accidens logicè nõ metaphysicè. 2. Prop. Sco.

Ex quo sequitur, quòd non est inconueniens aliqua facere ens per accidens logicè, & non metaphysicè, quod est cõtra Thomistas: ut pateat in ista, animal est rationale, quia ly, rationale non accidit animali, nec ambo accidunt tertio, scilicet homini.

Prima propositio. Ista propositio, Deus est homo, non est per accidens, metaphysicè loquendo. patet, quia homo nõ accidit uerbo, quia quod uerè est, & substantia, nulli accidit: Natura humana est uerè substantia: ergo non facit accidens cum uerbo diuino.

2. prop.

Secunda. Vnio naturæ humanæ ad uerbum, non est unio accidentalis. patet, quia illa unio non est accidentalis, quæ est inter ueras substantias: sed ista est huiusmodi: ergo.

3. prop.

Tertia. Ista propositio, Deus est homo, potest concedi per accidens logicè: quia licet non sit per accidens metaphisicè, tamen est per accidens logicè. patet sic. Illa propositio est per accidens logicè, quando subiectum non est ratio inhærentię prædicati ad subiectum: sed in ista, uerbum non est causa inhærentiæ prædicati ad subiectum: scilicet quòd uerbo insit homo &c.

4. prop.

Quarta. Licet ista unio sit unio substantialis, tamen nõ est unio accidentalis, neque essentialis.

Tripl. ꝛnio.

Pro quo nota, quod triplex est unio, Quædam est essentialis, quando unum unitorum est de essentia alterius, ut homo est animal. Alia est accidentalis, quando unum extremorum informat alterum, ut homo est albus. Alia est unio substantialis, quæ cadit inter illa, quæ sunt ueræ substantiæ, sicut est unio naturæ humanæ ad uerbum.

Ex quo sequitur, quòd ista propositio, Deus est homo, dicitur esse prædicatio formalis substantialis per unionem.

Dixerit de ista propositione Christus est hõ, an sit per se.

Consequenter Doctor quærit, utrum ista propositio, Christus est homo, sit propositio per se. Et arguit, quòd sic; quia qui subiectum includit prædicatum, illa est per se: sed Christus includit hominem: ergo est per se, minor probatur, dicit Damascenus quòd hoc, quod est Christus, dicit naturam humanam, & diuinam: ergo illa propositio est per se.

Nota, quòd dicit Scotus in secundo distin. 3. in responsione principali, & 4. dis. 4 quæstio. 3. in responsione ad tertium argumentum: dicit, quòd ista propositio, superficies est alba, non est per se.

Opinio Varronis.

Hic ponitur opinio Varronis, qui dicit, quòd est per accidens. Et probat, quia subiectum includit implicationem: & propter illam uidetur, quòd sit per accidens: & probat per Priscianum dicentem, quòd inter exigens, & exactum cadit implicatio; & cum Deus sit exigens, & homo exactum, sequitur quòd erit implicatio. Et ideo arguit, quandocunque aliquid includit implicationem, est per accidens: sed sic est de ista: igitur.

Reprobat opinionem Varr.

Consequenter hoc improbat, quoniam substantiuum non exigit adiectiuum, nec econtra; immo constituuntur per constructionem intransitiuam, licet ibi sit implicatio quædam, cum dicitur, capa Sortis, capa quæ est Sortis, tamen quando sunt aliqua constructibilia pertinentia ad idem, non cadit medium, ut ista, homo albus. Sic est de ista, Christus est homo. Item si esset implicatio, esset processus in infinitum, ut dicendo, homo albus. si ibi sit implicatio, diceremus, homo, qui est albus; & consequenter diceremus, homo albus, qui est albus.

Resp. Scot ꝑ tres propos. 1. prop.

Consequenter Doct. respondet per tres propositiones. Prima. Ista implicatio, quam ponit Varro, non includitur in isto termino, Christus. Vnde licet dicendo capa Sortis, includatur implicatio, non tamen dicendo, Christus est homo.

2. prop.

Secunda. Ista propositio non est per accidens, propter implicationem positam in subiecto.

3. prop.

Tertia. Ista propositio, Christus est homo, est per accidens propter hoc, quia de ratione accidentis nihil dicitur uerè per se. & cum Christus dicat per se ens per accidens, sequitur, ꝙ de Christo nihil dicitur per se.

4. prop.

Quarta. Ista prædicatio non est omnino per accidens, quia subiectum includit prædicatum.

5. prop. Ponuntur octo regulæ.

Quinta. Ista non est omnino per se, quia subiectum non includit unum per se.

Notandum, & pono octo regulas. &c.]

1. Regula. Nõ impossibilis quid.

Prima regula est de subiecto, & est talis. Quod est de ratione in se impossibile, nihil dicitur possibiliter: unde ratio in se impossibilis, est ratio aggregans duo, quorum unũ repugnat alteri; ut homo asinus: homo irrationalis. Ideo ista non est uera, homo irrationalis est animal.

2. Regula.

Secunda regula de prædicato. Ratio in se impossibilis, de nullo dicitur possibiliter. exemplum; ut homo est homo irrationalis, ista propositio non est possibilis.

3. Regula.

Tertia regula de subiecto. De ratione in se falsa nihil dicitur uerè. Vnde ratio in se falsa est, quæ aggregat aliqua, quæ non sunt simul unita, licet possint uniri: ut Aethiops albus, ista ratio est nunc falsa, similiter ista non est uera; Coruus albus est animal: & si arguatur; prædicatum est de essentia subiecti: ergo. Respondeo negando consequentiam, quia plus requiritur.

Dub. soluitur.

4. Regula.

Quarta regula. Ratio in se falsa de nullo dicitur uerè. & iõ ista est falsa, iste coruus est coruus albus. Similiter ista, Christus in triduo est Christus.

5. Regula.

Quinta. De ratione per accidens, nihil dicitur per se. Vnde ratio per accidens, est quando unum extremum non habet causam inhærentiæ alterius. Exemplum; Pater in diuinis dicitur unum per accidens Logicè, quia dicit relationem, & essentiam. Similiter Christus, quia Deus, non habet causam inhærentiæ istius prædicati, homo. Ex quo sequitur, quod ista propositio non est per se, Christus est homo, quia Christus importat rationem per accidens.

6. Regula.

Sexta regula. Ratio per accidens de nullo dicitur per se: iõ ista non est per se, homo est Christus; Deus est Pater. Contra arguit. Subiectum includit prædicatum: ergo ista prędicatio est per se. Respondetur, concedo antecedens, & nego consequentiam: Et dico, quòd ad hoc, quòd propositio sit per se, requiruntur duæ conditiones. Prima, quòd prædicatum includatur in subiecto. Ideo ista non est per se, homo est albus. Ité ista propositio, superficies est alba: sed ista, superficies alba est colorata, bene est per se hoc modo. sic intelligebat Scotus in secundo.

Ad propositionem ꝑ se. duæ condiões requiruntur.

Secunda conditio est, quòd subiectum dicat rationem per se unam; Christus autem nõ dicit rationem per se unam, nec superficies alba dicit unam rationem: ideo non sunt per se.

7. Regula. Rõ in secundis quæ sit.

Septima regula. Ratio in se contingens de nullo dicitur necessario. Vnde ratio in se contingens est, quando aggregat aliqua duo, quorum unum contingenter aduenit alteri: ut ista non est necessaria, homo albus est homo. & ratio est, quia ex ratione necessaria non sequitur conclusio de contingenti, sed de necessario: quia ex duabus de necessario non sequitur conclusio nisi de necessario. capio istam, homo albus est coloratus, ista non est de per se, nec de necessario: ut bene sequitur, homo albus est coloratus, ergo coloratum est album.

Item coloratum est homo: ergo homo est coloratus: sed ista homo est coloratus, est contingens: ergo etiam prima, scilicet homo albus est coloratus, fuit contingens.

8. Regula.

Octaua regula. Ratio in se contingens de nullo dicitur necessario, ut homo albus, non prędicatur necessario de Sorte, ut Sortes est homo albus. Ex quo sequitur, quòd ista est contingens, Christus est Christus. Cõtra. Nulla propositio, in qua prædicatur idem de eodem, est contingens: sed ista est huiusmodi: ergo non est contingens. Distinguo maiorem: aut quã do subiectum, & prædicatum dicunt unam rationem per se: & sic concedo: aut quando non: & sic nego. & sic est in propositio.

Instãtia soluitur.

Ad argumenta principalia. Ad primum dico, quòd licet inter Deum, & creaturas sit maxima diuersitas, non tamen maxima repugnantia: quia maxima repugnantia non inuenitur inter Deum, & creaturas. Ista solutio posita est in prima q. huius tertij.

Soluuntur principalia argumenta.

Secundo sic. idem non prædicatur de eodem in concreto, & in abstracto: sed homo prædicatur de uerbo in concreto: ergo nõ in abstracto: ergo ista est falsa, Deus est homo, ex quo non prædicatur de Deo in abstracto.

Scdm dedicitur.

Nota, quòd regula est Aristot. secundo Top. Idem non prędicatur de aliquo in concreto, & in abstracto: sed sic est, quòd ista est uera, Deus est homo: & humanatus est concretum de, homo: ergo homo, quod est abstractum, non prædicatur de Deo, & per consequens ista est falsa Deus est homo.

Prosolutione sunt sex propos.

Pro responsione ponuntur sex propositiones.

1. prop. Hõ nõ est ꝑ se prię abstractum.

Prima. Humanari non est proprium denominatiuum huius, quod est homo. Notandum, quòd licet proprie hoc nomen homo non sit abstractum ultimatè, immo concretum, eo quod concernit suppositum; tamen ab homine potest fieri denomi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

denominatiuum,ſicut albedo non eſt abſtractum ultimatè,ita homo non eſt ultimatè abſtractum , nec ultimatè concretum: tamen humanari non eſt proprium eius denominatiuum.

2. prop. *Humanari cuius ſit denominatiuũ*

Secunda . Humanari eſt proprium denominatiuum huius quod eſt , hominem fieri. Vnde imaginatur Scotus, quòd iſtud denominatiuum,humanari, deſcendit ab hoc, quod eſt hominem fieri.

3. prop.

Tertia propoſitio.Iſtud denominatiuum,quod eſt, humanari,dicitur de eo,de quo dicitur forma in fieri. iſta propoſitio non eſt de textu formaliter,ſed bene probatio eius. Exemplum.capiamus humanitatem: quæro de quo dicitur homine in fieri?

Reſpondeo,& dico,quòd de uerbo; & ſicut uerbum fit homo,ſic uerbum eſt humanatum:probatur , quandocunque eſt aliquod denominatiuum ſignificans formam in fieri , prædicatur de eo,de quo prædicatur forma in fieri : ſed humanari eſt tale denominatiuum:ergo prædicatur de illo,de quo prædicatur forma,& quia homo eſt forma, & prædicatur de uerbo,ita humanari dicitur de uerbo . & ſic uerbum eſt humanatum;& ibi humanatũ prædicatur de uerbo,ſicut dicimus, uerbum diuinum fit homo,ſiue eſt factum homo , & ſicut in inſtanti incarnationis uerbum fit homo, ita verbum eſt humanatum

4. prop.

Quarta propoſitio.Proprium denominatiuum huius,quod eſt humanatum,eſt homo.Notandum, q denominatiua iſtorum duorum,ſ.hominem fieri,& homo,ſunt duo, quia homi nem fieri habet humanitatem pro abſtracto, & humanum habet iſtud abſtractum,quod eſt homo .

5. prop.

Quinta. Abſtractum, quod eſt humanum , non prædicatur de uerbo diuino,ita q,licet iſta ſit uera , uerbum eſt homo, non tamen iſta eſt uera,uerbum eſt humanum.

Ex quo ſequitur , quòd ſecundum argumentum non ualet , quia , licet homo prædicetur de uerbo , non tamen humanum.

6. prop.

Sexta propoſitio.In ſubſtantiis denominantibus ſuppoſita poſſunt accipi aliqua denominatiua, non per informationé, ſed per poſſeſſionem,uel habitudinem alicuius extrinſeci ad talem ſubſtantiam . Notandum eſt,quòd ſicut ab hoc, quod eſt album,accipitur aliud concretum, ſcilicet albeſactum , ſic in propoſito,ab hoc,quod eſt humanum,accipitur aliud concretum,quod eſt humanatum.dicit Scotus , non eſt mirandũ, quia in ſubſtantiis denominantibus ſuppoſita,quæ prædicantur de ſuppoſitis,&c.

Notabile.

Notandum,quod quadruplex eſt denominatio, ſiue prædicatio denominatiua.Quædam eſt per informationem,quando forma q̃nominans informat denominatum , ut homo eſt albus.Alia eſt prędicatio denominatiua,quæ uocatur per mutationem,ut homo dealbatur,iſtud concretum,quod eſt dealbatum,denominat ipſum hominem, non per informationé , ſed per mutationem,homo dealbatus non eſt albus . Tertia eſt per unionem,uidelicet,quando unum eſt unitum alteri , & poteſt prædicari de illo in concreto.exemplum;ut Deus eſt humanatus,humanatum eſt concretum, quod prædicatur de uerbo:quia ſicut homo prædicatur de uerbo,eo,quod eſt unitus uerbo : ſic uerbum eſt humanatum : & iſta eſt prædicatio per unionem:ſic etiam,ſi aliqua natura intellectualis eſſet vnita mihi,ego eſſem humanatus. Quarta eſt per poſſeſſionem , ut dicendo,aſinus eſt Socraticus,ly,Socraticus eſt concretum deſcendens de Socrate denominante aſinum per modum poſſeſſoris,ut aſinus Socraticus,ideſt aſinus, qui eſt Socratis . Et ideo,licet ab homine non poſſint accipi ulteriora concreta denominatiua per modum informationis, tamen bene poterit accipi iſtud denominatiuum, uel per poſſeſſionem, uel per habitudinem alicuius extrinſeci ad ſubiectum,ut ad uerbum diuinum .

Quadrupl. denominatio.

Inſtantia cõtra dicta .

Contra hoc arguitur ſic. Impoſſibile eſt, quòd de eodem prædicentur concretum, & abſtractum : ſed humanatum , eſt concretum huius,quòd eſt hominem fieri: & humanatus prædicatur de uerbo : ergo non hominem fieri . ſed iſta eſt uera , Deus ſit homo:ergo iſta eſt falſa,Deus eſt humanatus .

Soluitur a Baſſolis .

Reſpondet de Baſſolis.cum arguitur iſta eſt uera , uerbum diuinum eſt humanatum,concedo:ergo iſta non debet concedi , Deus ſit homo , nego. Et ad regulam Ariſtotelis dicit de Baſſolis,quòd debet intelligi de ultimatè abſtractis:homo autem non eſt ultimatè abſtractum : & ideo humanatum nó eſt concretum de,homo, ſed de hoc,quod eſt hominem fieri.

Deducitur. 3. principa.

Tertio ſic arguitur.Si uerbum eſt homo, aut homo eſt prædicatum abſolutum,aut relatiuum: non ſecundum, quia homo non habet correlatiuum,ad quod referatur: ergo primũ. Contra.Quodcunque abſolutum additur in diuinis,illud prędicatur de tribus perſonis ſecundum D. Auguſtinum 5. de Trinit.cap.10.ſed homo non prædicatur de tribus perſonis diuinis:ergo non eſt prædicatum abſolutum,& per conſequens non prædicabitur de uerbo.

Soluitur tertium.

Reſpondetur ad antecedens,quòd iſtud prædicatum, homo,dicit aliquod abſolutum, & ad D. Auguſtinum dico , q duplicia ſunt prædicata dicta de Deo,ſ.intrinſeca, & extrinſeca.Intrinſeca ſunt illa , quæ ſunt eadem realiter cum Deo: & talia prædicata eſſentialia prædicantur de tribus perſonis, ut ſapientia,ſcientia &c.

Prædicata dicta d Deo ſunt duplicia.

Alia ſunt prædicata extrinſeca, ut cum dicitur, Deus eſt homo,homo non identificatur realiter cum Deo, & ſic dico, quòd abſolutum , quod eſt in Deo, non prædicatur de tribus perſonis .

Solut. Scoti.

Aliter ſoluit Scotus dicendo ad antecedens , quòd ly, homo , dicit duo, ſcilicet unum abſolutum , uidelicet naturam humanám,& relationem,per quam relationem, ſeu unionẽ, homo prædicatur de uerbo, dicendo, uerbum eſt homo : nec ideo poteſt prædicari de tribus perſonis , quia illud prædicatum non importat præcisè abſolutum , nec præcisè eſt relatiuum ſic,quod ſit ſenſus . Deus eſt homo,ideſt humanitas eſt unita uerbo.

4. principale ẽducitur.

Quarto ſic arguitur.Si iſta eſſet uera,homo haberet rationem alicuius prædicati:ſed hoc non:primo nó eſt genus,quia non prædicatur de Deo in quid:nec ſpecies,nec definitio: qa homo non eſt definitio uerbi : nec paſſio, nec accidens: quia homo eſt uera ſubſtantia; tunc ſic,In omni prædicatione prædicatum habet rationem alicuius prædicati:ſed homo nó habet rationem alicuius prædicati:ergo &c.

4. Principale. Soluitur. Hõ põt dupliciter cõſiderari.idẽ habetur ſupra.

Reſponſio, prima propoſitio.Iſtud prædicatum ,quod eſt, homo poteſt habere rationem ſpeciei, & ſic homo poteſt conſiderari dupliciter.Vno modo in ſe,& ſic habet rationem ſpeciei,quia prædicatur uniuocè de Verbo, Petro,& Socrate.Secunda.Iſtud prædicatum,quod eſt homo,aliquo modo habet rationem prædicati accidentis.patet,quia illud, quod aduenit alicui poſt ſuum eſſe completum,& poteſt abeſſe,habet relationem accidentis.

QVAESTIO SECVNDA.

De propoſito. Deus factus eſt homo.

SECVNDO quęritur.Vtrum iſta propoſitio ſit uera, Deus factus eſt homo.Circa 7.diſt.huius tertii mouet Scot. ſecundo talem quæſt.Vtrum iſta ſit uera, Deus factus eſt homo : & arguit ſic.(quamuis Ariſtoteles eam non concederet) primo habetur in ſymbolo maiori,Et homo factus eſt.Idem Ioan.1. Idem & D.Aug.lib.13.de Trinitate capit.19.Talis fuit illa vnio,quæ Deum hominem faceret,& hominem Deum.

Poſitio D. Bonauentu.

Pro iſta quæſtione recitabitur primo opinio B.Bonauentu ræ.Secundo diſputatio erit.Nota quòd eſt unus dicendi modus,qui fuit D.Bonauenturæ;cum quæritur. Vtrum illa propoſitio ſit uera.Deus factus eſt homo,reſpondet B. Bonauentura,quòd in illa propoſitione iſtud prædicatum,quod eſt,factum,quod denominat factionem , poteſt ad diuerſa referri : & ſic talis propoſitio põt uerificari,& falſificari. Poteſt enim referri, uel ad totam compoſitionem , uel ad alterum extremum; & hoc dupliciter:uel ad prædicatum ſimpliciter,uel ad prædicatum in habitudine ad ſubiectum . Tunc ſic, ponendo exempla de primo,ut Deus factus eſt homo,ſi ly,factus, referatur ad totam propoſitionem,ſenſus eſt:factum eſt, q Deus ſit homo,ſic,quòd ſi ly,factum,referatur ad totam compoſitionem,ſenſus eſt iſte. Si tertio modo Deus factus eſt homo, ſenſus eſt,Deus factus eſt homo,qui eſt factus,& productus homo,ſic quòd factio ponit ſignificatum ſuum circa prædicatum in ſe,& abſolutè Si tertio modo,tunc ſenſus eſt,Deus factus eſt homo, & Deus per aſſumptionem humanitatis factus eſt homo. Vel ſic,& melius.Deus factus eſt homo, & Deus fecit ſe hominem per aſſumptionem humanitatis . ponit tres propoſitiones.

D. Bonauẽ.

Prima.ſi ly, factio,referatur ad totam compoſitionem, illa propoſitio eſt uera,ſed non de uirtute ſermonis: ut iſta eſt uera,Deus factus eſt homo,tamen non de uirtute ſermonis : & illa propoſitio, non uult habere hoc. Secunda ſi factio referatur ad prædicatum,illa eſt uera,ſed non eſt in communi modo loquendi:& ſic non accipiunt Doctores in ſuis diſputationibus.Tertia,ſi ly, factus, referatur ad prædicatum in ordine ad ſubiectum,illa eſt uera de uirtute ſermonis, & de cõmuni uſu loquendi.

Exem-

nem Dei:ergo & peccatum,ſ.quædã difformitas eſt per actionem Dei,quod eſt falſum.ergo illa regula non ualet. Reſp.ad maiorem,dicendo: uel ſi illa ſunt factibilia, & ſic concedo:uel ſi non ſunt factibilia, & ſic nego.Modo dico , q peccatum non eſt aliquid factibile, ſed eſt carentia alicuius rectitudinis,quæ deberet ineſſe actui,Et ſic debet intelligi illa propoſitio.

Soluitur in ſtantia:

Sententia Scoti.

Conſequenter Doctor uult impugnare B. Bonauentu. non quòd male dixerit, ſed propter prolixitatem ſuam. Ideo Scotus ponit iſtam propoſitionem reſolutiuam . Iſta propoſitio, Deus factus eſt homo, eſt ſimpliciter uera. Notandum ut dicunt Grammatici,quòd tria ſunt uerba ſubſtantiua,ſcilicet ſum,& fio,& exiſto.Sed Logici dicunt,quod ſolum ſunt duo ſcilicet ſum, & fio:& iſtud uerbum, eſt, aliquando ſecundum adiacens,ut dicendo,homo eſt: & aliquando tertium , ut homo eſt albus:& dicitur ſecundum adiacens non quòd in primo loco ponatur,ſed quia poſt ipſum nullum prædicatum ponitur:& etiam fio eſt ſecundum adiacens,ut Sortes fit:aliquã do tertium,ut Sortes fit albus.Scotus ponit quatuor regulas;

Quæ ſint uerba ſubſtantiua ſecũdum Grãm. & Logic.

1. Regula.

Prima. Quandocunque iſtud uerbum fio eſt ſecundum adiacens,prædicat factionem ſimpliciter illius de quo dicitur.exẽplum,ut dicendo,Sortes fit,ly,fit,eſt ſecundum adiacens , & prædicat factionem illius de quo dicitur,& requiritur, quòd Sortes non ſit in eſſe; quia ſi Sortes eſſet,iſta non eſſet uera , Sortes fit.

2. Regula.

Secunda regula.Quandocunque iſtud uerbum,fio,prædicatur tertium adiacens,dicit factionem non ſimpliciter,ſed ſecundum quid illius ſubiecti,de quo dicitur.ut Sortes fit albus ibi fit,eſt tertium adiacens,& ly,fit,dicit factionem, reſpectu Sortis,non ſimpliciter, ſed illius quod importatur per ſubiectum.& ſenſus eſt,quòd in Sorte, eſt factio, non ſimpliciter , ſed ſecundum albedinem.

3. Regula.

Tertia.Quotieſcunque iſtud uerbum, eſt, prædicat ſecundum adiacens,dicit eſſe ſimpliciter.ut Sortes eſt, ly, eſt,dicit exiſtentiam actualem.Et quo ſequitur,quòd licet iſta ſit uera nunc, antichriſtus eſt homo, non tamen iſta , antichriſtus eſt. quia ly, eſt,dicit actualem exiſtentiam.

4. Regula.

Quarta regula. Quando illud uerbum,eſt, eſt tertium adiacens,dicit tale eſſe, quale importatur per prædicatum , ut Sortes eſt albus,ly,eſt,dicit eſſe nó ſimpliciter,ſed eſſe tale, ideſt ſorti ineſt iſtud prædicatum, albus.Hoc habito ponit Doctor.

Concl.Scoti.

ſuam principalem concluſionem,quæ eſt. Sicut uerè enunciatur,fieri ſimpliciter quod ab aliquo accipit eſſe ſimpliciter, per actionem alicuius agentis. ita uerè enunciatur eſſe tale , quod ab aliquo accipit tale eſſe:& quod ſicut dicimus, quod iſta eſt uera Sortes fit quando Sortes ponitur in eſſe per actionem alicuius agentis,ita iſta Sortes fit albus, quando per actionem alicuius agentis Sortes fit albus.Probatur concluſio iſta,ſcilicet quòd iſta propoſitio ſit uera . Deus factus eſt homo.Et primo præſupponitur,quòd factio paſſiua,duo includit, primo ordinem facti ad agens . Secundo habitudinem facti,ad non eſſe præcedens . Exemplum dicendo Sortes fit albus,una eſt habitudo Sortis facti albi,ad agens: alia eſt habitudo eſſe albi,ad non eſſe præcedens , & iſta ſe concomitantur ad inuicem.Probatur iſta propoſitio , Deus factus eſt homo. Arguitur ſic.quando eſt aliquod factum,quod habet habitudinem ad agens , & ad non eſſe præcedens , ibi eſt uera factio paſſiua:ſed Deum fieri hominem.ibi ſunt iſta duo, ſcilicet ordo facti ad agens,& habitudo eſſe ad non eſſe præcedens : ergo iſta eſt uera.Deus factus eſt homo.probatur maior per iſtas duas conditiones.Minor probatur , quia certum eſt q Deus eſt homo.item certum eſt,quòd Deus non ſemper fuit homo ſed ex tempore fuit homo:& iſtæ propoſitiones ſunt uerę.Et quòd Deus fit homo per actionem agentis probatur , quia quando aliqua neceſſario concomitantur ſe, ſi unum efficitur per actionem agentis,& reliquum : ſed ſic eſt quod naturam humanam eſſe unitam Verbo,& Verbum eſſe hominem, neceſſario ſe concomitantur: ergo. patet maior.humanitas , & riſibilitas ſe concomitantur , & ſi humanitas fiat à Deo, ita etiam riſibilitas , probatur, quia iſta factio fuit per totam Trinitatem facta : ergo Deus factus eſt homo. Et aliter probatur ſic,quicquid nunc eſt tale , & non ſemper fuit tale , & per actionem agentis fit tale , illud tale fit tale . Exemplum , nunc homo fit albus, & non ſemper fuit albus:ergo.ſed ſic eſt quod Deus eſt nunc homo, & hoc per actionem totius Trinitatis,& non ſemper fuit homo:ergo &c.minor patet, quandocunque aliqua concomitantur ſe, ſi unum eſt per actionem alicuius agẽtis, etiam aliud:ſed naturam humanam uniri uerbo eſt per actionem totius Trinitatis:ergo Deus factus eſt homo per actionem totius Trinitatis.

Factio paſſiua duo includit .

Inſtatur cõtra reg.Sco.

Et quia dicit Scotus,quandocunque aliqua &c. arguo contra , & ſub ſumo ſic. adorare idolum eſt peccatum mortale ſi concomitantur:ſed ſic eſt, quòd adorare idolum eſt per actio

Probat.alterã prop.

Conſequenter Doct.improbat aliam propoſitionem, ſcilicet quòd omnis factio requirit mutationem:ſed in incarnatione nõ eſt mutatio:ergo non eſt factio. & ſic iſta propoſitio , Deus eſt factus homo, non eſt uera.Patet minor, non ex parte naturæ humanæ,quia terminus non mutatur, ſed ſubiectum: nec ex parte uerbi,quia uerbum non eſt potentiale: ergo ſi non inuenitur mutatio ex parte uerbi,nec naturæ,ergo nulla inuenitur factio:Pro reſponſione ponit Doctor unam diſtinctionem , q duplex eſt faciens : quoddam eſt naturale, quod eſt ens creatum,ut ignis:Aliud eſt faciens ſupernaturale,ut Deus.

Faciẽs dup.

Prima propoſitio . Faciens naturale præſupponit paſſum , quod eſt in potentia ad terminum factionis: & terminus factionis eſt forma, quæ informat paſſum ; ut ignis calefacit aquam calidam : ignis præſupponit paſſum , ſcilicet aquam, quæ eſt in potentia : & terminus eſt caliditas , quæ informat aquam,& in talibus uerum eſt,quòd requiritur mutatio .

In incarnatione nõ eſt mutatio.

Secunda. Agens ſupernaturale in incarnatione non præſupponebat uerbum tanquam potentiale , nec naturam humanam tanquam formam informantem uerbum diuinum : ideo non eſt mutatio.Nota quòd ad hoc,quòd in factione ſit mutatio, requiritur quod idem,quod, ſcilicet ſubiectum factionis , ſit potentiale reſpectu termini factionis:defectu cuius,quia uerbum non eſt potentiale,ideo ibi non eſt mutatio.Secunda cõditio eſt,quod terminus factionis ſit forma informãs illud potentiale:Et quia natura humana non informat uerbum, ideo ibi non fuit mutatio.Et qualiter ſaluatur ratio factionis utrobiq; quia licet uerbum non ſit potentiale, & natura nõ ſit forma informans,tamen quia uerbum non fuit homo ſemper ideo non ſequitur , ibi eſt factio:ergo mutatio, tamen in agentibus naturalibus quando eſt factio,eſt mutatio, non tamẽ in propoſito,ubi licet fuerit uera factio,non tamen mutatio .

Inſtat iterũ

Et ideo ad argumentum:in omni factione requiritur mutatio,diſtinguo: Aut factio,quæ fit ab agente naturali, & ſic cõcedo : Aut quando fit ab agente ſupernaturali , & ſic nego : quia accidit factioni, quòd ſit mutatio, & quòd factio ex mutatione fiat . Deus autem bene poteſt facere aliquam factionem ſine mutatione , ut caleſacere aquam ſine igne, & hoc non negatur.

Soluitur ar. factio dupl.

Secundo ſic,probando,quòd hic fuit paſſio. Vbicunque eſt actio realis tranſiens,ibi eſt paſſio: ſed ibi erat uera actio realis Trinitatis:ergo erat paſsio.Sed iſta paſsio non erat in natura humana.quia erat terminus : ergo non poterat eſſe ſubiectum:ergo in uerbo.Sed dicit Scotus.In uerbo nulla fuit paſſio:ergo nulla fuit actio :& per conſequens nulla factio .

1. prop Sco.

Reſpondetur, quòd factio capitur dupliciter . Vno modo formaliter.Alio modo fundamentaliter. Factio fundamentaliter eſt uelle diuinum : ſed formaliter ſumpta , eſt reſpectus rationis uolitionis diuinæ ad rem factam .

2. prop. Sco.

Prima propoſitio.In iſta incarnatione fuit una factio realis,ſic,quòd tres perſonæ per eandem uolitionem ſimpliciter ſumptam uoluerunt incarnationem.

Corol. Scoti. ſoluens quæ ſitũ. Vtrum hõ factus ſit Deus.

Secunda. Illi actioni reali totius Trinitatis correſponderet in natura humana paſſio terminata ad uerbum:Et iſti paſſioni ex parte naturæ correſpondebat una paſſio ex parte uerbi ſecundum dici,uel una paſsio rationis,quæ fundabatur in uerbo,& terminabatur ad naturam humanam.Et iſtius paſſionis idem erat terminus.Et ideo cũ arguitur.cuilibet actioni &c.concedo maiorem,& minorem . Et ulterius cum quæris,ubi eſt illa paſsio? Dico,quòd in natura humana .

Contra.Natura humana eſt terminus,ergo non poteſt eſſe fundamentum.Reſpondetur,quòd licet natura humana ſignificetur tanquam terminus,tamen eſt fundamentum iſtius unionis,ſeu factionis.Et ideo ad argumentum de mutatione Cũ arguitur.in omni factione eſt mutatio:ſed in incarnatione non eſt mutatio.

Reſpondeo,quòd iſta mutatio eſt in natura humana,quæ fuit mutata:quia prius non erat unita, & modo eſt unita:quãdo autem aliquid fit,non eſt neceſſarium, quòd mutatio fiat in illo:Sed ſufficit quòd ſit in termino, uidelicet in natura humana,& non in uerbo.

Conſequenter Doct.infert unum corollarium . Vtrum iſta propoſitio ſit uera,homo factus eſt Deus? Ad hoc dicit Coradus, quòd eſt falſa: quia homo ſupponit pro ſuppoſito diui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

no,& suppositum diuinum non fuit factum homo: dicit etiã de Bassolis,quòd non est uera:quia adhoc, quòd aliquid fiat alterum, requiritur, quòd præcedat terminum factionis: sed natura humana non præcessit Verbum,sed in eodem instanti,Deus fuit factus homo.Respõsio ad Coraldum,quòd licet homo supponat pro suppolito diuino, tamen non secundum naturam diuinam,sed secundum naturam humanam, homo factus est Deus.& ideo nihil contra nos. Ad argumentum de Bassolis,dico,quòd sicut ista est uera, Deus factus est homo, ita ista,homo factus est Deus: patet, quia homo non semper fuit,sed per actionem agentis factus est homo: ergo ista est uera, homo factus est Deus. Alii probant sic. sua conuertens est uera:ergo ista.patet,quia ista, Deus factus est homo: ergo homo factus est Deus: sed hoc est falsum, quia quando est bona conuersio, requiritur, quòd sit conuersio totius subiecti in prædicatum:sed factus est semper ex parte subiecti: ideo non est bona conuersio,nec bene probatur propositum.

Hõ factus est Deus est uera.

Quæ sit primo uera ex duab. prop. Deus factus est hõ, et hõ factus est Deus determinatur.

Quæro,quæ istarum est uera, uel Deus factus est homo,uel homo factus est Deus? Dico,quòd prima. Dicit Scotus,quòd isti, qui tenent,quòd ad hoc, quod fieri prædicetur de aliquo,requiritur,quod subiectum factionis præcedat tempore terminum factionis,& quòd sit mutatio:sed in ista incarnatione Deus factus est homo, ly Deus, non potuit mutari, dicendo,quòd homo factus est homo,ly homo, non præcessit tempore Deum. Exemplum.homo factus est albus,homo mutatur,& præcessit tempore albedinem.

Respondet ponendo duas propositiones. Prima. Ad hoc, quòd aliquid fiat per actionem agentis, non requiritur mutatio,nec requiritur, quòd subiectum mutationis præcedat tempore. Probatur; quia si sic, hoc esset,quia verbum sic requirat subiectum;sed hoc non est uerum,probatur per denominatiuum;quia ubi esset uerum corpus organizatum,& producatur anima, & in eodem instanti tunc est uerum, quòd anima informat corpus. Aliud exemplum. Tẽpus incipit esse dies::tps in eodẽ instanti incipit esse, in quo incipit esse dies.

Et ideo ad hoc,quòd aliquid fiat,& sit terminus factionis, non requiritur,quod subiectum præcedat terminum tempore; & licet homo non præcessit Deitatem,tamen ista propositio est uera per actionem Trinitatis:ut sicut ista est uera,natura humana est unita uerbo,ita ista,natura humana facta est subsistens per actionem alicuius agentis.

Inquisitio.

Responsio.

Quæro,quæ istarum est propria,homo factus est Deus, uel Deus est factus homo? & uidetur quod prima; quia in rota ista materia fuit ista uera,natura humana fuit unita uerbo: sed illa est uerior, qua magis manifestatur unio passiua naturæ humanæ:sed in prima,quàm in ista,Deus factus est homo:ergo est magis propria.Resposio,quòd ista propositio.Natura humana unita est uerbo,est uera:& ex illa sequuntur quatuor Prima,Deus est homo,quæ sequitur ex prima:sequitur secunda,homo est Deus:sequitur tertia, Deus factus est homo: sequitur quarta, homo factus est Deus.Et ideo illa propositio, Deus factus est homo,est primo uera.Nota,q̃ in ista materia sunt sex propositiones per ordinem,quarum una est prima, à qua aliæ dependent,ita q̃ illius primæ nõ est quærẽda causa. Prima propositio. Voluntas diuina uoluit naturam humanã esse unitam Verbo diuino. Secũda. Natura humana est unita uerbo. Tertia. Verbum est homo, uel Deus est homo. Quarta. Homo est verbũ. Quinta. Deus factus est homo. Sexta. Hõ factus est Deus, & inter ista, Deus est factus hõ,est magis ꝓpria.

Notantur sex prop. in hac materia.

3. princip. Soluitur. tertium.

Tertio sic. Si Deus est factus homo : ergo Deus est factus Deus.istud consequens est falsum:ergo & antecedens.Probatur consequentia per communicationem idiomatum: quia omnia prædicata,quæ prædicantur de natura humana, ut homo est passus,homo est mortuus. &c. prædicantur de natura diuina:igitur similiter in proposito dicitur, Deus est factus homo:ergo Deus est factus Deus.Respondeo quod ab ista regula de communicatione idiomatum, excipiuntur ista,quæ exprimunt unionem.Illa regula est, quod proprietates naturæ humanæ prædicantur de natura diuina in concreto.Proprietates sunt,quòd est natura esse, mortuum esse &c. & ista prædicantur de natura diuina.dicit Scotus, quod ab ista regula excipiuntur illa,quæ exprimũt unionem,sic,quòd in illis prædicatis non fit communicatio idiomatum,licet ista sit uera, homo creat animas, Deus est passibilis, Deus est mortuus: tamen ista est falsa, Deus est factus Deus, quia factus exprimit unionem:& quia communicatio idiomatum præsupponit unionem; ut licet bene sequatur,uerbum assumpsit hominem, non tamen sequitur uerbum assumpsit Deum:& hoc ideo est, quia assumere dicit,& exprimit unionem; ista enim est uera,

Limitatio regulæ de cõicatione.

iste homo creat cœlos; quia exprimitur natura humana unita uerbo:tamen in exprimentibus unionem, non est communicatio idiomatum.

QVAESTIO TERTIA.

De prædestinatione Christi agitur. Quid sit prædestinatio.

Tertio quæritur. Vtrum Christus fuit prædestinatus filius Dei. Et uidetur,quòd sic. ad Rom.1. Pro respõsione nota,quòd prædestinatio est præordinatio secundum electionem alicuius naturæ intellectualis ad gratiam, & gloriã. Dicit ad gratiam,quia unio cadit sub prædestinatione : dicit primo, præordinatio secundum electionem, ubi tanguntur duo.Primo actus præscientiæ diuinæ,quando dicitur est ordinatio : nam ipsius intellectus est ordinare : tangitur etiam actus ipsius uoluntatis,quia prædestinatio primo,& principaliter consistit in actu uoluntatis.

Prædestinatio est cõtingens Vide D.41. primi lib.

Ex quo sequitur,quòd prædestinatio est unum contingẽs: quia Deus prædestinat contingenter,& potest non prædestinare.Ideo non debemus timere prædestinationem. quia dicit Augustinus,si non es prædestinatus,fac ut prædestineris.Nota ulterius,quòd prædestinatio est ſpecies præscientiæ;præscientia uero est omnium rerum : sed prædestinatio præcise respicit naturam intellectualem, ideo dicitur secundo,alicuius naturæ intellectualis.

Natura humana a uerbo assũpta est prædestinata. Quæ cadant sub prædestinatione.

Ex quo sequitur, quòd lapis, uel alia natura non intellectualis,non potest prædestinari, & non dicitur persona, quia natura humana assumpta à uerbo est prædestinata, & tamen non est persona:dicitur tertio ad gloriam, & ad illam, ad quã ordinatur:quia ad gloriam,tanquàm ad finem primo, & principaliter ordinatur: & deinde ad consecutionem gloriæ ordinantur media. Vnde quatuor inueniuntur, quæ cadunt sub prædestinatione. Primum est gloria. Secundum est gratia in omnibus aliis. Tertium sunt merita: quia Deus non tantum daret de gloria,nisi tanta haberet merita. Quartum est unio naturæ humanę ad uerbum:quia ista unio ordinabatur ad maiorem gloriam ipsi Christo.

Prop. prosolutione. Vnio naturæ humanæ cũ uerbo, cadit sub prædestinatione.

Ad quæst.ponitur talis propositio. Vnio naturæ humanæ ad uerbum cadit sub prædestinatione.patet, quia certum est, quòd huic naturæ intellectuali,scilicet humanæ, præordinata est gloria:& cum isti non sit data tanta gloria,nisi per unionem: ideo isti naturæ præordinata est ista unio,quæ fuit medium congruitatis,ad hoc ut haberet illam gloriam,quam habet.Et licet unio non cadat sub prædestinatione, sicut meritum,tamen bene tanquam meritum congruitatis. Nota tamen,q̃ aliquid cadit sub prædestinatione dupliciter. Vno modo sicut meritum.& sic opera nostra facta in gratia cadũt sub prædestinatione. Alio modo non tanquam meritum, sed tanquam medium congruitatis, Et sic unio naturæ humanæ ad uerbum cadit sub prædestinatione, ut sicut concedimus præordinatum est istam naturam esse unitam uerbo diuino; ita ꝓdestinatum est Deum esse hominem, & hominem Deum: & bene sequitur,quia quandocunque sunt aliqua,quæ necessario se concomitantur, si unum cadit sub prædestinatione, & reliquum : sed naturam humanã esse unitam uerbo cadit sub prædestinatione:ergo Deum esse hominem, & hominem esse Deum, cadit sub prædestinatione.Similiter, Christus est prædestinatus esse filius, quia dictum est, q̃ naturam humanam esse unitam uerbo cadit sub prædestinatione.

Aliqd cadit sub prædestinatione dupliciter.

Instat cõtra solutionẽ. q̃

Contra hoc arguitur. Quælibet prædestinatio respicit persoam:sed hic non respicit personam non creatã, quia ibi nulla est,nec increatam,quia prędestinatio non cadit in personã increatã:quia prædestinatio dicitur à, præ,quod est ante.ideo cum aliquid prædestinatur, oportet,q̃ illud,quod prædestinatur,prius non sit,sed quod postea sit:modo uerbum fuit ab ęterno, ergo &c. Resp. q̃ falsum est, q̃ prædestinatio semper respicit personã,quia Deus non põt solum diligere suppositũ aliquod,sed etiam naturam:ita Deus potest præoptare aliqd bonum illi naturæ prędoptatę.Sic in proposito;tamen bene uerum est,q̃ in aliis prędestinatis a Christo nunquã prędestinatur natura,quin prędestinetur persona, quia nulla natura est non personata,nisi illa natura assumpta.tamen de illa natura assumpta non est inconueniens, q̃ prędestinetur ad unionem illam.Et ideo cum arguitur.Actus prędestinationis respicit ꝑsonam,disiungo,uel regulariter,& sic concedo, uel in casu singulari,& sic nego:quia non est necessarium ad hoc,q̃ aliquod sit obiectum prędestinationis, q̃ illud sit persona.

Solu. instãs.

Differentia inter Christũ & aliorum prædestinationem.

1. Dubium.

Consequenter Doct.format duo dubia. Primum est, Vtrũ ista prędestinatio prędexigat lapsum naturæ humanæ, sic, quòd priusquam Deus præuiderit naturam humanam uniri uerbo,

uerbo,quòd uiderit Adam casurum. Aliter quæritur.utrum si Adam non peccasset,uerbum assumpsisset naturam humanã. Doctor dicit,quòd multæ auctoritates sonant,quòd si Adam non peccasset,uerbum non assumpsisset naturam humanam: quia dicit D.Gregorius.nihil nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset.Dicit Scotus,dico non temerarie, & sine præiudicio,sed tantum probabiliter:quòd si Adam non peccasset,nõ minus Christus incarnatus fuisset, immò Christus fuisset incarnatus.Patet,quia unusquisque prius prædestinatur,quàm præuideatur peccator, ita quòd prius natura Deus ordinauit omnes quomodo uoluit,uel ad gloriam,uel ad pœnam,& de inde uidit peccatum. Et in ista prædestinatione imaginatur quatuor instantia,ut patet in 1.d.41. In primo offertur Petrus,& Iudas in puris naturalibus: In secundo uult Petro gloriam,& Iudæ non:Et si quæratur,quid uult Deus Iudæ,in illo. secundo instanti?dico,quòd nihil.Et si dicatur,ergo Deus est acceptator personarum:probatur,quia in illo instanti vult Petro gloriam,& per te nihil uult Iudæ.

Resp. Sco.

Si Adã non peccasset, Christus incarnatus fuisset. 4. Instan. in prædestinatione Dub. soluitur.

Deus non est acceptator personarũ, licet Petrũ prædestinauerit, & nõ Iudam.

Respondeo, quòd Deus non est acceptator personarum, quod probo per unum simile.si sint hic aliqui duo quibus nihil debeo,& do uni unum scutum, & alteri nihil,non facio illi,cui nihil do,iniuriam, sed ex mera liberalitate uolo alteri dare scutum.Simile dicendum est de Deo, qui prædestinat cõtingenter,& liberè quem uult.In tertio instanti præuidet Petrum,& Iudam esse casuros,& esse de massa peccati.In quarto instanti uidet Petrum,qui debet surgere a peccato,& Iudam remansurũ in peccato: tunc prædestinat Petrum ad gloriam,& Iudam ad damnationem:tamen infra d.9.dicit,quòd sunt quinque instantia:in primo Deus uidet seim secundo alias creaturas:tertio prædestinat omnes ad gloriã,quos uult, secundum magis,& minus: quarto uidet omnes peccatoros in Adam : in quinto præuidet de remedio sic, quod ordinat Christum moriturum pro redemptione humani generis: Et sic est illa propositio declarata.Et cum natura Christi sit perfectissima, Deus primo ordinat illam ad gloriam,quia ordinatẽ uolens aliqua ad finem, prius uult illud, quod est propinquum fini,& cum illa natura sit perfectissima inter alias naturas,prius illam præordinauit ad gloriam : & deinde ordinauit alias naturas ad beatitudinem.Ideo natura humana assũpta fuit primo prædestinata ad gloriam:deinde prædestinauit B.Virginem:deinde B.Ioãnem,& alios sanctos. Vnde duplex est authoritas.

Natura humana Christi primo fuit prædestinata ad ũmã gloriã

Prima est D.Augustini 1.de tri.12.Christus est caput Ecclesiæ secundum formam serui. Item dicit D. Augustinus super illo uerbo de Euangelio Ioan.Ego sum uitis uera,dicit,quòd Christus est mediator Dei,& hominis,&c.dicit ibi, q̃ Christus est caput Ecclesiæ.Tunc sic,si Adam nõ peccasset, adhuc fuisset Ecclesia:ergo fuisset ipsum caput ecclesiæ: ergo si Adam non peccasset,adhuc habuissemus Christum caput. Sic in proposito,cum ecclesia fuisset, dato quod Adam non peccasset Christus uenisset.Item D.Bernar.super illo passu.Propter me tempestas hæc orta est,dicit.diabolus autem cum uidit naturam humanam uniri uerbo, inuidit,& ex eo tentauit eam. Tunc diabolus inuidit, quia uidit illam unionem futuram:ergo etiam si Adam non peccasset verbum fuisset incarnatum.Item.certum est,quòd si Adam non peccasset, fuissemus æquè beati sicut nunc:quia propter peccatum non est nobis aucta beatitudo, sed nos non potuissemus esse beati sine humanitate Christi:ergo &c.antecedens patet, quia beati habent duplicem beatitudinem,scilicet essentialem, & accidentalem:& habent beatitudinem accidentalem in uidẽdo Christum, & illam non habuissent si Christus non fuisset incarnatus.

Christus caput ecclesiæ Verbum incarnatũ fuisset ẽt si Adã non peccasset

Contra.Dicit Gregorius.Nihil nobis nasci profuit,nisi redimi profuisset.quid dicendum est?ad istud dico, quòd ego teneo hic,quia dicit Augustinus,dictis sanctorum non est assentiendum,quando oppositæ pars est magis rationabilis: & cum oppositæ pars sit rationabilior, quàm istud dictum Gregorii:ergo hoc non est tenendum.Item dicit Grego. O fœlix culpa,& c.etiam non teneo,immo est miserrima. Sed contra B.Gregorius est comprobatus.dico quòd si Ecclesia hoc cantet,hoc est secundum bonum sensum. Ideo glosantes hanc auctoritatem, dicimus, quòd culpa potest considerari dupliciter. Vno modo in se,& sic non fuit fœlix. Alio modo comparando ad culpam angelorum, quæ non habere meruit redemptorem, & sic ista est fœlix : quia meruit habere redemptorem.

Obẽitur cõtra cõcl.

Glos. dictũ D.Greg O fœlix culpa &c.

Culpa põt considerari dupliciter : Soluuntur auct. quidã dicẽtes. Sco.

Quæro,quare dicitur in ecclesia non abhorres peccatores, sinæ quib.tu non fores digna tanto filio?hoc dicitur, de Virgine gloriosa:ergo debemus tenere, quòd si Adam non peccasset,uerbum non fuisset incarnatum.

Respondeo,quod ille,qui fecit illam prosam, malè fecit:& non est tenendus,immo uirgo Maria fuisset mater Christi, si Adam non peccasset.

Quæro quid dicendum est ad auctoritates dicentes, quòd si Adam non peccasset,uerbum non fuisset incarnatum?

Respon.quòd possunt dupliciter intelligi.Vno modo tanquam redemptor.Alio modo tanquam glorificator.

Prima propositio.Si Adam non peccasset, uerbum nõ uenisset ut redemptor.

Redemptor duplex

Secunda.Quamuis Adam non peccasset, tamen adhuc uerbum fuisset incarnatum,ut glorificator.Dicit quidam Scotista,quòd si Adam non peccasset, Christus uenisset Redemptor.Vnde duplex est redemptor,scilicet præseruatiuus,& sic Christus fuit redemptor respectu uirginis.Alius est subleuatiuus,& sic,si Adam non peccasset,Christus non uenisset, ut redemptor subleuatiuus,sed ut præseruatiuus : quia præseruasset nos a malis.

Si Adã etc. filius Dei nõ uenisset ut mortalis. & uenisset quatuor rõnib.

Aliter dicitur,uno modo, quòd uenisset tanquam mortalis & sic non uenisset,si Adam non peccasset:ita q̃ Christus fuisset beatus in corpore,quod tamen non habuit quando redemit:quia non habebat dotes corporis, scilicet agilitatem, & claritatem. tamen si Adam non peccasset, Christus uenisset quatuor modis. Primo,ut caput ecclesiæ. Secundo ut glorificator.Tertio ut redemptor præseruatiuus. Quarto ut impassibilis.

Sed non propter istam solam causam dicit Scotus : quia licet Christus uenerit mortalis,& passibilis, ut redimeret animam,tamen si peccatum non fuisset, de facto uenisset: quia maius bonum est beatitudo gloriæ animæ Christi ,quàm sit beatitudo aliarum animarum,& ideo uenisset. Item non est uerisimile,quòd tantum bonum,quale fuit incarnatio uerbi fuerit tantummodo occasionatum:quod esset,si diceremus; quòd uerbum uenisset propter peccatum. Item non est uerisimile,quòd Deus prius ordinasset Adam ad gloriã, & deinde Christum redemptorem:hoc non est uerisimile; quia Adam est inferior Christo. Item sequeretur absurdius,quòd Deus prædestinauerit Adam ad uitam æternam primo : quia ordinasset Adam ad uitam æternam,deinde uidendo lapsum eius postea ordinasset Christum ad gloriam; hoc non est consonũ fidei,quia Adam erat seruus,& Christus dominus,& caput.

Rões Scot. ꝓ sua cõcl.

Item ponitur prima propositio.Prius natura omnes electi secundum ordinationem ipsorum fuerũt prædestinati ad gloriam,quàm aliquid præuideretur de lapsu,uel de peccato;ita q̃ est regula,q̃ unusquisque electus prius est prædestinatus, quàm uideatur eius casus, seu lapsus : quia prædestinationis nulla est ratio,sed ex mera liberalitate diuina quis prædestinatur:licet bene sit ratio in reprobatione.

1. prop.

Secunda propositio.Nullus est prędestinatus,quia alius prę uisus est lapsurus in peccatum. Dicunt Thomistæ, quod post quam Deus uidit peccatum Adæ, ordinauit Christum ad gloriam;hoc est falsum : quia Deus non ordinauit Christum ad gloriam propter peccatum præuisum. & ratio est, ut nullus gaudeat de lapsu alterius:quia Christus posset dicere.O fœlix culpa,quia si non fuisset illa culpa,ego non fuissem prædestinatus:& Christus congauderet de peccato Adæ,quod est falsum,sicut in curiis mundanis, quia aliquando homines cupiunt lapsum alterius,ut habeant officium suum:non sic autem est in proposito:immo Christus doluit de peccato Adæ: quia propriam uitam dedit.

2. prop.

Opi. Thom.

Prima propositio est ista.si Adam non peccasset, Christus non uenisset ut redemptor.

Prop. resol. quæst.

Secunda.si Adam non peccasset,Christus non uenisset, ut mortalis.

Tertia.si Adam non peccasset,Christus uenisset ut redemptor præseruatiuus:patet,quia potuisset propter merita Christi præseruare nos a peccato,sicut præseruauit uirginem.

Quarta.si Adam non peccasset, Christus uenisset ut caput ecclesiæ:patet,quia nunquã mẽbra corporis debent poni sino capite:& cum ecclesia fuisset,si peccatũ nõ fuisset,patet prop.

Quinta.si Adã non peccasset,Christus uenisset ut glorificator:patet,quia propter peccatum Adæ nihil lucrati sumus.

Sexta.si Adam nõ peccasset, Christus uenisset ut immortalis,& impassibilis:patet,quia non indiguissemus morte eius.

Secundum dubium est. Quando Deus præuidit istam naturam humanam habere tantam gloriam, & esse unitam uerbo,quæro,quid prius præuidebatur isti naturę;uel unio, uel ordo ad gloriam æternam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duplex processus

Respondeo ponendo unam distinctionem; quòd duplex est processus: quidam est in executione, ut quando aliquis exequitur, quod prius intendebat. Alter est processus in intentione, ut quando ædificator primum intendit domum, & posterius exequitur: nam primo intendit, quàm exequatur. Ideo primo est processus in intentione, quàm processus in executione: quia illud quod est finis unius processus, est principium alterius. Tunc respondeo ad dubium. Dico primo, quòd loquendo de processu executionis, prius præuidebatur huic naturæ unio ad uerbum, quam ordo ad gloriam: quia prius de facto ista natura fuit unita uerbo, quam haberet gloriam. Secundo dico, quòd in ordine intentionis, prius natura præuidebatur huic naturæ summa gloria, quàm ipsa unio: quia processus in executione est contrarius processui in intentione: & hoc uoluit Deus, ut angelus non esset sub puro homine: Et sic oportuit naturam humanam esse unitam uerbo: & sic natura angelica non fuit sub puro homine: quia natura angelica est perfectior natura humana.

Quo prius natura humana fuerit præuisa uniri uerbo, q̃ habere gloriã, & quo non.

Solvuntur princ.

Ad argumenta principalia.

Ad primum, quando sic arguitur. Tu dicis, quòd ista est uera, Christus prædestinatus est esse filius Dei.

Arguitur, quòd non: quia si sic, uel secundum quod Deus, uel secundum quod homo: sed neutrum est dicendum: ergo Christus non est prædestinatus esse filius Dei: non inquantum filius Dei: patet, quia prædestinatio respicit præcessionem respectu prædestinati: ita quòd, prædestinatio præcedit prædestinatum: sed actus prædestinationis non præcedit filium Dei: ergo Christus inquantum filius Dei, non est prædestinatus esse filius Dei. Nec inquantum est homo, quia si sic, sequeretur, quòd homo esset filius Dei.

Probatur consequentia: secundum quod aliquid prædestinatur esse aliquale, ipsum est tale: sed per se Christus secundum quòd homo prædestinatur esse filius Dei: ergo conclusio falsa; & minor est principalis in ista quæst. ergo Christus non prædestinatus est esse filius Dei.

Dub de filio Dei an sit p̃ destinatus. D. Bon. opi.

Vnde dubium est, si filius Dei sit prædestinatus. dicit B. Bonauen. quod non, propter tres rationes.

Primo, quia prædestinatio ponit rationem causæ respectu prædestinati.

Secundo, quia ponit rationem respectu acceptationis prædestinati.

Tertio, quia ponit præcessionem: & cum in filio Dei non sint ista tria sequitur, quòd non est prædestinatus. Primo: Benè sequitur, hoc est prædestinatum: ergo hoc est causatum: sed filius Dei non est causatus: ergo non est prædestinatus. Item secundo: Bene sequitur; hoc acceptatum est a Deo: ergo propter gratiam. de tertio patet, quia respectu filii Dei non potest esse præcessio: quia prædestinatio præcedit illum, qui prædestinatur: sed nihil præcedit filium Dei: quia est ab æterno sicut &c. Pater ergo, quòd filius Dei non est prædestinatus esse filius Dei.

Pro resp. ad arg. not.

Respondeo ad argumentum. Et pro responsione dico, quod Christus inquantum homo, siue secundum quod homo, prædestinatus est esse filius Dei, & sic Scotus dat secundum membrum distinctionis factæ in argumento.

Secundũ qd est dictio reduplicativa

Nota quòd ly, secundum quod, est una dictio reduplicatiua, & secundum quod aliter, & aliter determinat, aliter dicitur fieri syllogismus in argumento, quando dicebatur, sed secundum quod aliquid prædestinatur esse aliquale, secundum hoc ipsum est tale: sed per te Christus secundum quòd homo, prædestinatur esse filius Dei: ergo homo est filius Dei. Dicit Scotus: in isto syllogismo ponitur ly, secundum quod, ideo potest esse diuersimode uera, uel falsa. Vel enim potest determinare actum diuinæ prædestinationis, & nullus est actus, qui importatur per istud participium, prædestinatum: uel potest determinare terminum prædestinationis, qui est homo. si primo modo accipiatur, maior est falsa, & minor uera. si secũdo modo, minor est falsa, & maior est uera. Exemplum secundum quod aliquid prædestinatur filius Dei, homo est filius Dei, applicatur sic. Actus diuinæ prædestinationis importatur per hoc uerbum prædestinatur, & tunc sensus est: quando cunque aliquid secundum diuinam prædestinationem prædestinatur esse filius Dei: & tunc homo in rei ueritate non est filius Dei. Ad minorem, Christus secundum diuinam prædestinationem prædestinatus est esse filius Dei: tunc ista minor est falsa. Si ly, secundum quod, determinet terminum prædestinationis, ut sit sensus, quando aliquid secundum aliquam rationem, prædestinatur esse aliquale, ipsum est tale: si ly secundum quod, cadat supra terminum, tunc est falsa: quia homo non est ratio, quare homo sit prædestinatus, quia tũc omnis homo esset prædestinatus. Et cum dicitur, secundũ quod aliquid prædestinatur esse aliquale, secundum istud uidetur esse tale: sed filius Dei, secundum quod homo, prædestinatur esse filius Dei: ergo &c.

Secundũ qd dupliciter sumi potest.

Dico, quòd licet ego concedam, quòd Christus, secundum quod homo, est prædestinatus, debet intelligi, quòd ly secundum quod, capitur specificatiuè.

Quo cõcedãtur Christus secundum q̃ homo est prædestinatus. 2. Sol.

Secunda responsio. Cum arguitur, secundum quod aliquid prædestinatur, &c. dico quòd ly, secundum, est dictio reduplicatiua, quæ potest capi dupliciter. Vno modo reduplicatiuè: Alio modo specificatiuè. Exemplum, cum dicitur ignis secundum quod calidus, calefacit, ly secundum quod, capitur specificatiuè, & cum dicitur, homo secundum quod rationalis, est risibilis, capitur reduplicatiuè. Dico in proposito, quod ly secundum quod, debet capi specificatiuè, ut sit sensus; Christus homo prædestinatus est esse filius Dei, quia est uerum; quia diuina prædestinatio præcedebat naturam humanam et sevnitam uerbo: tamen, si capiatur reduplicatiuè, est falsa: quia seu sus est; humanitas est ratio, quare Christus est prædestinatus esse filius Dei: quia ab inquantum, ad propositionem uniuersalem, est bona consequentia:

3. Sol.

Tertia responsio. Cum arguitur; si Christus esset prædestinatus filius Dei, uel &c. Dico, quod nullum membrorum est dandum: quia hoc, quòd est prædestinari esse filium Dei, dicit duo, scilicet aliquid temporale respectu illius prædestinationis: & secundo dicit aliquid æternum, inquantũ est filius Dei cum a parte subiecti nihil possit esse, quin sit ratio istorũ duorum, æterni, & temporalis. Ideo non est concedendũ aliquod membrorum Capiamus exemplum in Christo. nec diuina natura in Christo, nec humana est ratio, quæ sit ratio inhærentiæ istorum duorum prædicatorum, scilicet æterni, & temporalis; quid si sic, tunc aliquid esset; quod esset causa totius prædicati, scilicet temporalis, & æterni: sed in uerbo nulla inuenitur talis ratio: ergo non est dabile aliquod illorum duorum: & sic patet triplex responsio ad argumentum.

DISTINCT. OCTAVAE.

QVAESTIO VNICA.

De duplici filiatione in Christo.

CIrca istam distinctionem octauã. Queritur, Vtrum in Christo sint duæ filiationes.

Circa istam distinctionem octauam notãdum est primo, quòd Christus dicit duplicem naturam, & secundum illam duplicẽ naturam, duplici generatione generatus est, scilicet æterna, & temporali: Quæritur ergo, Vtrum in Christo sint duæ filiationes. Et pro terminorum declaratione, nota, quòd filiatio sic definitur, Filiatio est habitudo producti naturaliter similis producenti in natura intellectuali, uel sensitiua. In qua definitione quatuor particulæ ponuntur.

Filiatio q̃d sit.

Primo dicitur, habitudo: Ex quo sequitur, quòd nulla filiatio est substantia, qualitas, &c.

Secundo dicitur, producti naturaliter: ex quo sequitur, quod Spiritus sanctus nõ est filius Patris. Similiter dico, quòd si mulier produceret unum filium per uoluntatem, ille talis non esset filius.

Dicitur tertio, similis producenti: Ex quo sequitur, quòd pediculus nõ dicitur filius: quia licet producatur naturaliter, tamen non est similis naturæ producentis: ideo homo non dicitur pater pediculorum.

Filiatio in qua natura reperitur. Auctor determinat & sic et in natura sensitiua

Dicitur quarto in natura intellectuali, uel sensitiua: Propter quod notandum, quòd dubium est, utrum filiatio inueniatur in brutis. Doctor subtilis est ambiguus. Sed ego dico, quòd filiatio non solum inuenitur in natura intellectuali, uerum etiam in natura sensitiua. Probatur primo per Dauid dicentem. Afferte Domino filios arietum. Item Zachariæ 9. Ecce Rex tuus uenit tibi mansuetus sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. Item Matth. 21. Ite in castellum, quod contra uos est, &c. Item Deuter. capitu. 19. Non decoques hedum in lacte matris suæ: ergo capra est mater hedi: ergo filiatio non solum inuenitur in natura intellectuali, sed etiam

etiam inuenitur in aliis naturis sensualibus: sed nõ inuenitur in igne, nec in arbore generante fructum.

Arg. ꝑ partẽ affirmatiuã.

Ad quæstionem arguitur quòd sic: quia si pater solus fuisset incarnatus, pater fuisset filius, non per paternitatem, ergo per nouam filiationem, ergo cum filiatio in diuinis abstrahat ita benè ab omni creatura sicut paternitas, sequitur, q̃ Christus non refertur ad uirginem matrem filiatione increata, ita ut secundum eam dicatur filius uirginis: ergo secundum alteram filiationem: ergo in Christo sunt duæ filiationes.

Item, quinto metaphysicæ dicitur. Impossibile est idem ad plura referri, & eandem relationem habere plures terminos: & tamẽ si filius non haberet nisi unam filiationem, filius Dei eadem relatione diceretur filius Patris, & filius Mariæ, quod est falsum.

Pro responsione ad quęstionem doctor ponit duas opiniones.

Tõc. D. Th. & D. Bona.

Prima est B. Thomæ, & B. Bonauenturæ, & conueniunt in conclusione, quæ talis est. In Christo est tantum una filiatio realis: & illa filiatione dicitur filius ab æterno: & eadem filiatione est filius patris æterni, & matris temporalis, & non noua. Ratio ponitur a B. Bonauentura talis. Quia relationes sũt suppositorum: sed ibi est tantum unum suppositum, ergo una filiatio.

Ratio concl.

Contra istam rationem arguit Scotus. Quia de facto, si repugnat, quòd sunt duæ filiationes in uno suppposito, hoc erit uel inquantum filiatio est, uel inquantum relatio originis, quæ fundatur supra potentiam actiuam, & passiuã i secundo modo relatiuorum: sed neutrum est dicendum: non primum, quia si Christus fuisset albus, uel niger, non fuisset similis alteri albo, uel nigro: sed hoc est falsum: patet de Iacobo, qui erat Christo similis: nec fuisset æqualis patri, nec alteri habenti quantitatem tantam, sicut Christus. Similiter sequeretur, q̃ in suppositis creatis relationes non possent plurificari: quia, si quis haberet plura accidentia, non posset habere plures relationes: sed hoc est falsum, igitur, &c.

Sco. arg. contra concl. & rationem.

Item, nec inquantum relatio originis, quia sunt duæ generationes: ergo duæ filiationes. antecedens patet, quia est origi natio patris, & originatio matris. Vnde in Christo sunt tria.

Primo originatio æterna, & est memoriæ fœcundæ.

Secundo originatio, quia est filius æternus, & generatur æternaliter.

Tertio originatio temporalis, quia temporaliter genitus est a matre.

Arguit sic. Plus repugnant duæ origines, quam duæ filiationes, seu duæ relationes: sed duæ origines non repugnant. ergo nec duæ relationes. patet minor per Damascen. cap. 35. qui dicit. duas generationes Christi ueneramur. Item. Pater est tantum unum suppositum, & tamen in eo suæ duæ originationes actiuæ: una, qua generat filium: altera, qua spiratSpiritum sanctum, ergo sicut ad intra sunt duæ originationes, & unum suppositum, ita ad extra erunt duæ originationes in uno supposito, & per consequens duæ relationes. Item per Damascẽ. sic cap. 53. Certum est, quòd in Christo erant distinctæ operationes: si Christus esset maritatus, & generasset duos filios, tunc habuisset duas paternitates: ergo cum sit generatus duplici generatione, sequitur, q̃ habeat distinctas filiationes. Item. Quod conuenit Christo secundum personam increatã, non conuenit sibi secundum quod homo: sed esse filius æternus conuenit sibi secundum quod æternus est, licet ista sit uera Christus est persona, non tamen Christus inquantũ homo, est persona: ergo si Christus sit filius secundum generationem temporalem, eadem generatione non est filius æternus: ergo oportet ponere aliam filiationem.

Thomistæ dicunt, & arguunt sic, probando, quòd in eodem supposito non sint plures filiationes.

Arg. Thom. q̃ in Christo nõ sint duæ filiationes

Arguitur sic. Plures dispositiones eiusdem rationis nõ possunt esse in eodem subiecto: ergo plures filiationes non sunt in eodem subiecto. Vel sic. Nullæ duæ dispositiones eiusdem rationis possunt esse in eodem supposito: sed filiatio creata & increata sunt duæ dispositiones, & relationes eiusdem rationis: ergo non possunt esse in eodem supposito, seu obiecto. Antecedens illius argumenti patet; quia, quando subiectum est in potentia ad plures formas, non est imaginandum, quòd sit in potentia, nisi quia est in potentia ad unam formam in cõmuni: ut paternitas non est hæc, nisi quando est in subiecto: & si subiectum haberet unam formam, ut paternitatem, & posset accipere aliam, tunc idem esset primo in potentia, & actu respectu eiusdem: Sed istud subiectum habet paternitatem, & est in potentia ad habendam aliam paternitatem; ergo idem est in potentia, & in actu respectu eiusdem dispositionis: sed hoc est inconueniens: ergo &c.

Vnde isti imaginantur duas propositiones falsas. Prima, q̃ subiectum est in potentia ad recipiendam formam in communi, nunquam tamen est in potentia ad recipiendum formam in particulari, ego autem dico oppositum, nunquam subiectũ est in potentia ad recipiendam formam in communi, nisi q̃ a est in potentia ad recipiendam istam formam in particulari. Item imaginantur, quòd forma, quæ aduenit de fe nõ est hęc nisi quia est in hoc, sed est falsum, quia prius hoc est singulare quam informet subiectum: quia dato quòd paternitas nõ in formaret subiectum, adhuc illa esset hæc. Et ideo cum arguitur, subiectum non est in potentia ad recipiendum aliquam formam particularem, nisi quia est in potentia ad recipiendum formam in communi, Dico, quòd nos dicimus totum oppositum.

Imaginatio Thomist.

Soluitur ad gum Thom.

Dicunt Thomistæ, quòd duæ dispositiones non possunt esse in eodem subiecto: patet, quia omnis distinctio habetur vel per uiam distinctionis, uel oppositionis. sed duæ paternitates non distinguuntur per uiam oppositionis: aut per uiam distinctionis: quia esset in eodem subiecto: ergo. maior patet, quia Sortes, & Plato distinguuntur, quia sunt diuisi. Similiter albedo, & nigredo distinguuntur, quia opponuntur. Minor probatur, quia illæ filiationes essent in eodem subiecto.

Respondet ad argumentum de Basolis, quòd illa est falsa; sed hoc ideo est, quia sunt duo disperata, ideo distinguuntur, & non per uiam oppositionis, quia non sunt opposita: nec per uiam distinctionis, quia non distinguunt aliquid. Non dicunt nec scirent dicere, quomodo distinguuntur generatio, & spiratio passiua in patre.

Soluitur ad. liud arg. Thomist.

Secundo arguunt sic: Ideo non possunt esse plures proprietates absolutæ in diuinis, quia non possunt distingui per uiã distinctionis, nec oppositionis. non primo modo, quia esset in eodem fundamento. nec secundo modo, quia non habent oppositionem. Item non debemus ponere plures relationes in creaturis, quia non possunt distingui.

Confirmant Thom. rõé.

Respondet Denogẽto, quòd ubi textus sacræ scripturę me cõpelleret, ostenderem bene, quòd essent plures proprietates absolutæ in diuinis. Et si teneamus, quòd personæ constituantur per proprietates absolutas, dicemus ad argumentũ, quòd licet proprietates illæ non distinguuntur per uiam distinctionis, & oppositionis, tamen distinguuntur formaliter, quia spiratio passiua, & generatio passiua distinguuntur, & non per uiam diuisionis, quia sunt in eodem fundamento, scilicet in essentia diuina, nec per uiam oppositionis, quia non opponuntur.

Soluitur eõ firmatio.

Thomistæ declarant consequentiam, & dicunt, quòd quãdo aliquis pater generat filium, & in illo primo actu generandi habetur paternitas in patre & pater refertur ad filium, in secundo actu generationis respectu alterius filii, patri non aduenit alia paternitas, ita quod licet habeat secundum actum generationis, tamen per eandem paternitatem dicitur pater omnium filiorum. Similiter dicunt de filiatione, quia filius in diuinis, per eandem filiationem est filius patris æterni, & per eandem est filius uirginis.

Declaratio positionis Thom.

Contra hoc arguit sic primo. & accipio unam regulam metaphysicalem, quòd in omni ordine essentiali cum unitate prioris potest stare pluralitas posterioris, non per se, sed per accidens inhærentis. & inadæquati prioris, sed sic est, quòd subiectum, uel fundamentum est prius respectu relationum, & dispositionum: ergo illud poterit esse unum plurificatis illis dispositionibus. Maior patet, & pro probatione, notandum quòd duplex est posterius. Quoddam est quod ineſt priori per se. Aliud per accidens. Posterius quod ineſt per se, ut risibilitas ineſt homini. Posterius quod est inhærens adæquatè, ut unio naturæ humanæ ad uerbum. illa relatio est per accidens, tamen est adæquata, quia stante illa, non potest poni alia. Alio modo inadæquatè, ut sunt plures paternitates. Et dicitur in regula per se, propter risibilitatem, quæ non potest multiplicari, & per accidens inhærentis inadæquatè, propter unionem naturæ humanæ. declaratur etiam. causa potest esse una cum pluralitate effectuũ, ut unus ignis potest generare plures effectus.

Arg. cõtra.

Posterius duplex.

Dicunt Thomistæ, non est simile, quia effectus non inhęret causæ, sed accidentia inhærent illis, quibus insunt. dicit Scotus, hoc non nocet, quia licet causata non inhæreant, causę tamen non est maior repugnantia plures dispositiones esse in eodem subiecto implurificato, quàm plura causata sint ab eadem causa: ergo si plures dispositiones absolutæ possunt esse in eodem subiecto, quare non plures respectiuæ?

Resp. Thom.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item certum est, quòd plures ſpecies phantaſticæ eiuſdem rationis ſunt in eadem parte phantaſiæ: patet de ſpeciebus, per aliam ſpeciem cognoſco illud album, & iſtud, quæ ſunt eiuſdem rationis. patet, quia obiecta a quibus ſunt genitæ, ſunt eiuſdem rationis. & quod ſint in eadem parte organica, patet: quia cum tanta ſit multitudo ſpecierum in phantaſia, & cum illa ſit parua, non eſt dicendum, quòd ipſa ſit diuiſibilis in tot partes organicas, ſic q̃ quælibet pars ſit informata una ſpecie phantaſtica. uel ſic arguitur. Plura phantaſmata poſſunt eſſe in eadem parte organi: ergo plures ſpecies, &c. patet antecedens, quia habeo unum phantaſma de iſto, & aliud de alio. patet, alioquin ſi perderem unum phantaſma, ego perderem alia phantaſmata, quod eſt falſum. & ideo non eſt inconueniens, plura accidentia eſſe in eodem ſubiecto.

Non eſt inconueniens plura accidẽtia numero diſtincta eẽ in eodẽ ſubiecto.

Soluitur dub.

Reſpondeo, quoniam quando in ſubiecto ſunt potentiæ diſtinctæ ad diſtinctas formas, illud ſubiectum non eſt terminatum ſecundum iſtas formas, niſi recipiat aliquam formam continentem omnes illas formas. Et cauſa dubii eſt, quia agẽs naturale ſemper intendit producere formam priorem. Ideo quando inuenitur forma in ſubiecto, ſi producat eandem cũ illa, producit aliquam realitatem cũ priori, & ex illis duabus fit una totalis. Exemplum, ignis reperit aquam calidam in decem, & producit caliditatem in uiginti gradibus, & ex illis duobus decem, & decem, fit una totalis, & tamen non eſt inconueniens, q̃ cum identitate ſubiecti ſint deſtructæ formæ eiuſdem rationis. & ratio eſt, quoniam quando aliquid eſt il limitatum ad plura, poteſt creatura manere imp lurificata, illis plurificatis. patet prima regula. Intellectus meus eſt in potentia ad plures intellectiones, intellectus meus eſt limitatus ad iſtas plures. Secũda regula patet, quia intellectus meus eſt illimitatus reſpectu intellectionum, & poteſt manere immultiplicatus multiplicatis intellectionibus.

Hæc ratio dicta de ordine eſſentiali procedit de formis abſolutis. Et probatur de formis reſpectiuis. Arguitur ſic. paternitas fundatur ſuper genuiſſe. ergo hæc paternitas ſuper hoc genuiſſe, & ſi habuit plura genuiſſe, ergo plures paternitates.

Plures reſpectus numero diſtincti poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto.

Reſp. Thom.

Nota, quòd Thomiſtæ dicunt, quòd paternitas fundatur ſuper genuiſſe. dicit Scotus in 4. d. 6. in materia de charactere. & in primo d. 16. quòd fundamentum paternitatis, uel ratio fundandi proxima, eſt potentia uegetatiua, quæ eſt in anima intellectiua: & fundamentum totale eſt ipſe homo, & nõ ille actus præteritus ſicut dicunt Thomiſtæ.

Fund. paternitatis quid ſit ſecũdum Tho. & Sco.

Item arguitur ſic. in patre ſunt plures paternitates, quia relatiua poſita ſe ponunt, &c. ideo pono, quod unus pater habeat duos filios, moriatur unus, perditur una filiatio: ergo relatio ſibi oppoſita. Tunc ſic, iſte remanet pater per reſpectũ ad filium uiuentem, nec aduenit ſibi aliquid per mortem filii, immo aliquid perdit, & ideo dicunt doctores, quòd uirgo gloriоſa quando Chriſtus mortuus eſt, habuit magnum dolorem, quia perdidit maternitatem, ita quod in maternitate uirginis ſunt quatuor inſtantia, quando dicit: Ecce ancilla, & fuit poſita una relatio ad filium Dei, & in morte quando dicit Chriſtus, conſummatum eſt, amiſit uirgo illam maternitatem, & in die reſurrectionis, recuperauit ſuam maternitatem: in tertio quando uirgo fuit mortua, Chriſtus in cœlo perdidit ſuam filiationem: & quarto quando uirgo fuit reſuſcitata, & aſſumpta in cœlum cum corpore, & anima, filius, puta Chriſtus, recuperauit ſuam filiationem.

Dolor uirginis in morte filii pp amiſſionẽ maternitatis. pertende 4. inſtan. de maternitate uirginis.

Item ſecundo ſic. Quando aliquid per formam eſt ultimate tale, illa forma exiſtente in eo ſemper eſt tale. Exemplum ſi ſuperficies ſit alba per albedinem, albedine exiſtente in ſuperficie, ſemper eſt alba: ergo paternitate exiſtente in aliquo, ſemper dicetur pater: ſed filio mortuo paternitas non exiſtit in patre: ergo oportet, quòd ſit pater per alium filium. Arguit ſic de Baſſolis. Quandocunque aliqua ſic ſe habent, quòd unũ remanet, & aliud non, illa diſtinguuntur realiter: ſed ſi filius moriatur, una relatio perditur: ergo una paternitas diſtinguitur ab alia.

Item ſi pater habens duos filios aliter ſe habet adv nũ, quàm ad alium.

Item ſi pater ſe habeat ad ſuum filium per diſtinctos reſpectus, ſequitur quòd plures relationes ſunt in eodem fundamento.

Euaſio.

Item dicas, quòd falſum eſt, quòd pater referatur per plures reſpectus ad plures filios, & dicas, quòd identificatur relatiõi in qua fundantur.

Reprobatur euaſio

Contra. quando aliqua identificantur, plurificato uno, plurificatur & reliquum; ſed reſpectus per te plurificantur: ergo & relationes.

Item certum eſt, quòd diſtinctio prioris concludit diſtinctionem poſterioris, & cum non ſolum ſuppoſitum ſit prius relatione, ſed etiam fundamentum: & ſi ſint diſtincta fundamẽta: ergo diſtinctæ relationes. ſed in Chriſto ſunt diſtincta fundamenta, ſcilicet natura humana, & diuina: ergo in Chriſto ſunt diſtinctæ relationes. Et hic patet, quod illa propoſitio. Multæ diſpoſitiones eiuſdem rationis & c. eſt falſa. tam de reſpectiuis diſpoſitionibus, quam de abſolutis. & minor quam ipſi dicunt, quòd filiatio creata, & increata ſunt eiuſdem rationis, eſt falſa ſecundum eos, quia filiationi creatæ & increatæ nihil eſt commune uniuocum: ſed ſecundum Scotiſtas, filiationi creatæ, & increatæ eſt aliquid commune uniuocum, ſ. relatio in communi, ita in propoſito.

Concludit contra minorẽ rationis ad terjarioriũ.

Quæro utrum duo accidentia ſolo numero differentia poſſint eſſe in eodem ſubiecto ſimul, & uidetur quòd ſic. ponantur multa alba in medio, oculus exiſtens in quocunque pũcto medii, poteſt uidere omnia illa, quæ habent ſpecies diſtinctas omnium iſtorum: ſed iſtæ ſpecies differunt ſolo numero: ergo, &c.

Vtrũ accidẽtia ſolo numero differẽtia poſſint eſſe in eodẽ ſubiecto etc. Reſpon. ad duo.

Reſpondetur, quod argumentum bene concludit de actib. intentionalibus, non autem de realibus: quia plura accidentia intẽtionalia, benè poſſunt eſſe ſimul, ſed nõ realia. nõ iſtæ ſpecies habent eſſe intentionale.

Contra. Reſponſio iſta ſupponit unum falſum, ſ. quòd iſtæ ſpecies non habent eſſe reale propter duo. primo, q̃ habet actionem realem eſt reale, ſed ſpecies in oculo habent actionẽ realem, quia excellens ſenſibile corrumpit ſenſum ex tertio de anima: ergo &c.

Cõtra reſp. q. ſpẽs in medio habent eſſe reale.

Secundo ſic, ſpecies in medio eſt ſenſibilis: ergo eſt res realis. probatur antecedens. quando radius ſolis tranſit per uitrũ rubeum, & ſpecies uitri rubei poteſt uideri in pariete, iſte autem rubor in pariete eſt ſpecies: quia ſi feratur ibi oculus, per iſtud uidebit ruborem in uitro.

Tertio ſic ad principale. Iſte pater poteſt habere plures filios: ergo ſequitur, quod quando habet, ſunt in eo plures paternitates, ſed iſtæ ſunt eiuſdem rationis, ſeu ſpeciei: ergo, & c. probatur conſequentia dupliciter: primo per Ariſtotelẽ ſecundo metaphyſicæ dicentem, quia pater dicitur pater, q̃ genuit, ſed iſte pater genuit plures filios pluribus actionibus: ergo ſunt in eo plures paternitates. Secundo ſic. Si moretur unus de illis filiis, adhuc iſte diceretur pater: ergo non per eandem paternitatem eſt pater filii mortui, & uiui. Item ponantur duæ candelæ, una hic, & alia ibi, & ſit columna in medio, tunc fierent duæ umbræ: ſi remoueatur illa columna, tunc lumen utriuſque candelæ incidit directe uſque ad locũ ubi erat columna illa, & ſic erunt duo lumina ibi in eodem ſubiecto, uel in eadem parte medii.

Item. duo ignes æquè calidi poſſunt calefacere idem calefactibile. Tunc quæro an ſit duabus actionibus, aut una; non una, quia actio eſt actus actiui in quantum actiuum. 3. phyſic. cum ergo ſint diſtincta actiua, igitur habebunt diſtinctas actiones, & ſic habeo propoſitum, quia tunc erunt duo termini, per duas actiones, ſ. duo calores.

Reſpondetur, quod iſti duo calores faciunt calorem compoſitum.

Contra. pono duo actiua æqualiter, & eodem modo diſpoſita, reſpectu eiuſdem paſſiui, tunc erunt inducti calores æque in actu, & æque in fieri: ſed ex duobus æque in actu non fit unum ex 7. metaph. 49. igitur: In contrarium eſt philoſophus 5. metaph. quæcunque, inquit, in ſubſtantia ſunt, habent differentiam ſpecificam.

Item. oportet receptum denudari ab eo quod recipitur, ex tertio de anima: ergo ſubiectum exiſtens in actu per unã formam, non poteſt recipere alios eiuſdem.

Reſpondeo in iſta quæſtione ſunt duæ opiniones. Vna eſt Henrici, & B. Thomæ, & omnium ferè antiquorum tenentium partem negatiuam, quòd probatur ſic. Ab eodem eſt aliquod ens, & unum tertio metaphyſic. ſed accidens habet ſuam entitatem a ſubiecto: ergo & unitatem: ſed ſubiectum eſt unum: ergo accidens erit unum.

Item, materia primo, & per ſe eſt in potentia ad formam: ſe per accidens eſt in potentia ad hanc formam, uel ad illam: quia ſi materia eſſet primo, & per ſe in potentia ad hanc formam, & illam, tunc materia eſſet potentiæ infinitæ, quod eſt incon-

incopueniens, & tunc ſic arguitur. idem non poteſt eſſe in potentia, & in actu reſpectu eiuſdem: ſed ſi in ſubiecto eſſent plura accidentia eiuſdem ſpeciei ſimul, tunc idem eſſet in potentia, & in actu reſpectu eiuſdem: quia eſſet in actu per formam quam habet, & in potentia ad aliam quam recipere poteſt: ſed hoc eſt falſum.

Arg. contra opi. B. Tho. & Henr.

Contra iſtam opinionem arguitur ſic. Cum primo arguitur. Accidens habet entitatem a ſubiecto, aut intelligitur formaliter, aut cauſaliter, uel materialiter: non formaliter propter duo. primo, quia tunc Deus non poſſet facere accidentia ſine ſubiecto ſi unitas, & entitas actualis eſſent formaliter entitas, & unitas ſubiecti. Secundo ſic, quia tunc duæ albedines eſſent unum numero. patet ſic, uolo quod Sortes nunc ſit albus, & poſſea niger, & iterum albus, tunc ſi albedo ſit una formaliter unitate ſubiecti, cum ſubiectum ſemper maneat unum & idem, ſequetur, quòd iſtæ duæ albedines erunt unũ numero. Si cauſaliter, non ualet ad propoſitum, quia ab eadem efficiente poſſunt eſſe multi effectus ſolo numero differentes. Si materialiter, concedo, q̃ una materia eſt diuerſorũ numero in eadem ſpecie. & ſi accipis oppoſitum, petis principium.

Contra ſecundum motiuum arguitur ſic. Illud eſt in materia primo, quod primo introducitur per motum: ſed illud q̃ primo introducitur per motum, non eſt materia, ſed hęc forma: ergo materia dicitur primo in potentia ad hanc formam. Confirmatur per auctorem ſex principiorum. quia natura occultè operatur in his, ita quod ſecundum eum, natura primo intendit particulare, & conſequenter uniuerſale. Item. in materia ſunt diſtinctæ potentiæ numero ad formas diſtinctas: ergo ſunt plura accidentia, &c.

Probatur antecedens per Ariſtotelem tertio phyſic. dicentem; ſi poſſe ſanari, & poſſe ægrotari ſunt idem: ergo ægritudo eſt ſanitas. Similiter arguitur in propoſito. ſi poſſe dealbari hac albedine, & illa, ſunt idem: ergo iſta albedo, & illa ſunt idem. Secundo quia alias corruptum, poſſet idem numero reparari per naturam: quia quando hæc forma corrumpitur ea deret in eandem potentiam, in qua primo fuit.

Reſol. Scoti

Et ideo dicit Scotus in metaphyſica ſua. Aut loquimur de formis intentionalibus, & ſic conceditur quod plures poſſunt eſſe in eodem ſimul. Aut de realibus dicitur: & hoc uel ſunt reſpectiuæ, & ſic conceditur: quia poſſunt plures formæ reſpectiuæ eſſe in eodem, ſic, quòd in eodem patre ſint plures paternitates, & plures filii. Vel abſolutæ, & ſic diſtinguo, quia aut introducuntur ſine motu, & ſic poſſunt eſſe plures formæ in eodem. ut ſpecies in oculo. Si autem formæ introducantur per motum, & agentia non agant ſimul, tunc plures non poſſunt eſſe in eodem, & ratio eſt, quia motus nõ eſt niſi propter diſpoſitionem oppoſitam formæ. Sed ſi agens inueniat in mobili formam eiuſdem ſpeciei cum forma quam intendit, & non inueniat ipſum ſub forma oppoſita, tunc non mouebit ipſum ſimpliciter, ſed augebit formam præexiſtentem in mobili. Et ideo ad argumentum de ſecundo metaph. dico, quod loquitur de formis introductis per motum. Ad aliud dico, quòd receptum diuiditur a forma recepti, quando ſit receptio per motum, alias non. Aliter dicitur, quòd receptiuum debet denudari a forma recepti, quando per ſe icitur ſecundum ſuam capacitatem. Nunc autem ſi in materia ponantur diſtinctæ potentiæ, tunc illa forma perficit materiam ſecundum totã eius capacitatem.

Soluuntur duo arg. ſuperius facta

Soluitur q̃ a Sco.

¶ Ad quæſt. ergo dico, &c.]

Hic conſequenter ponuntur duæ concluſiones reſolutiuæ. ad quæſt.

1. concl.

Prima eſt. Alia eſt filiatio in Chriſto ad patrem, & alia ad matrem.

2. concl. Duplex filiatio Chriſto

Secunda concluſio. Vtraque filiatio exiſtens in Chriſto, eſt entitas realis. Vbi nota, quòd duplex eſt filiatio in Chriſto, ſicut duplex eſt natiuitas, ſcilicet natiuitas æterna, & temporalis. Ita duplex eſt filiatio, ſcilicet æterna, quæ habet patrem pro termino: & temporalis, quæ habet matrem pro termino. & iſtæ filiationes diſtinguuntur ſex modis.

Filiationes Chriſto quo diſtinguantur.

Prima filiatio æterna, eſt conſtitutiua perſonæ: ſed filiatio temporalis eſt accidens, & non conſtituit perſonam. ſicut albedo eſt unum accidentale, ita iſta filiatio in Chriſto eſt accidentalis: quia aliquando Chriſtus non habuit illam filiationẽ ut quando uirgo mortua eſt. nec eſt inconueniens, quòd Chriſtus perdiderit illam relationem, ſed bene eſſet inconueniens ſi Chriſtus beatus perdidiſſet aliquod abſolutum.

Secunda differentia Filiatio æterna eſt eadem realiter cum ſuo fundamento: ſed temporalis diſtinguitur realiter. patet quia filiatio æterna habet pro fundamento eſſentiam diuinã: & quicquid in Deo eſt, eſt idem realiter cum Deo.

Tertia differentia. filiatio æterna non eſt formaliter finita, nec infinita. q. 5. quodlib. ſed filiatio teporalis eſt finita, quia ponitur in prædicamento relationis.

Quarta differentia. quia filiatio æterna non eſt compoſita ex genere, & differentia, ſed bene filiatio temporalis. patet, quia Deus non ponitur in genere, neque aliquod dictum de Deo: ſed filiatio temporalis ponitur in genere.

Quinta differentia. quia filiatio temporalis componitur ex materia, & forma, capiendo materiam & formam metaph. filiatio æterna non.

Sexta differentia eſt. quia filiatio æterna eſt creatrix identicẽ, ſed filiatio temporalis eſt creata, quia quicquid ponitur in prædicamẽto, eſt creatum: filiatio temporalis ponitur in prædicamento, ut dictum eſt: ergo &c.

Definitur filiatio

Conſequenter doctor ponit definitionem filiationis dicendo. Filiatio eſt habitudo producti naturaliter, &c.

Notandum eſt, quòd ſi filiatio, uel paternitas accipiantur propriè, & ſtrictè tunc ſolum inuenitur in natura intellectuali. Si uero accipiantur largè, ſic inuenitur in natura Bruti ut patet ſupra per quatuor auctoritates.

Qũo filiatio ſit in brutis & quomodo, ſic limitãdus eſt quod ſupra determinauit doct. iſte.

Conſequenter Scotus probando primam concluſionem dicit, quòd in iſta deſcriptione, nihil inuenitur, quòd reſpiciat ſuppoſitum, niſi productio paſſiua. tunc ſi poſſibile eſt idẽ ſuppoſitum diuerſis generationibus generari ſecundum diuerſas naturas: ergo poſſibile eſt idem ſuppoſitum fundare diuerſas relationes, ſeu filiationes. Item ex parte terminorum probatur maior. Impoſſibile eſt unum & idem per eandem relationem referri ad diſtinctos terminos, quinto metaph. ſed ſic eſt, quòd Chriſtus qui eſt unum ſuppoſitum, refertur ad patrem æternaliter, & ad matrem temporaliter: ergo oportet, quod ſit per diſtinctas relationes. Item. Quæcunque proprietas perſonalis diuina, æquè non reſpicit aliquod creatum pro termino: ſi ergo pater eſſet incarnatus, ipſe diceretur filius, & nõ per paternitatem: ergo per filiationem. & cũ illa filiatio, quæ eſt in filio abſtrahat, ſicut paternitas: ergo ſicut pater non poſſet dici filius uirginis per filiationem æternam, ſed per temporalem.

Probat Sco. 1. concl.

Secundo doctor probat ſecundam concluſionem principalem, primo de æterna, quia certum eſt, quod eſt realis: quia illud quod conſtituit uere ſuppoſitum eſt reale: ſed filiatio æterna conſtituit ſuppoſitum in diuinis: ergo eſt realis. Et quòd filiatio temporalis ſit realis, probatur. quia omnis relatio conſurgens ex natura extremorum, eſt realis: ſed iſta filiatio conſurgit ex natura extremorum, ſic, quòd poſita uirgine, & Chriſto, eſt relatio: ergo eſt realis. Vel ſic, omnis relatio habẽs extremã realia realiter diſtincta, eſt relatio realis: ſed iſta eſt huiuſmodi: ergo eſt realis. Maior patet per Thomiſtas qui dicunt, quod ad relationem realem requiruntur tria, & Scotus dicit, quòd ſufficiunt tria. Minor patet, quia inter uirginem, & Chriſtum fuit diſtinctio realis: ergo illa filiatio temporalis eſt realis in Chriſto. Et ſi quis dicat, ad iſtam filiationem realem requiritur opus intellectus: Contra, non minus uirgo ſe habuit actiue ad producendum Chriſtum, quàm ſi produxiſſet purum hominem; ſed ſi produxiſſet purum hominem, produxiſſet actiuè, & ſine operatione intellectus, ſi fuiſſet filius uirginis: ergo nunc Chriſtus eſt filius uirginis Mariæ.

Probat Sco. 2. concl.

Quæro, ponamus caſum, quòd uerbum diuinum dimittat naturam humanam aſſumptam, hoc poſito, quæro, utrũ filius Dei diceretur uerus filius uirginis gloriоſæ.

Mouetur dub.

Reſpondetur cum de Aliaco, quòd illo caſu poſito, filius Dei non eſſet filius uirginis, patet, quia ideo dicebatur filius uirginis, quia erat unitus naturæ humanæ, ſed tunc non eſſet magis unitus: ergo &c.

Soluitur

Ex quo ſequitur primo, quòd iſta conſequentia non ualet. Filius Dei naſcetur de uirgine. Virgo eſt, & filius eſt: ergo filius Dei eſt filius uirginis Mariæ. non ualet conſequentia. Et ratio eſt, quia prius dicebatur mater Dei, propter illam unionem, quę nunc non eſt per caſum.

1. Coroll.

Secundo ſequitur quòd iſta conſequentia non ualet, filius Dei eſt natus de uirgine. & iſte homo dimiſſus eſt natus de uirgine: ergo uirgo eſt mater iſtorum duorum, ſ. filii Dei, & iſtius hominis. iſta conſequentia non ualet: & ratio eſt, quia licet uirgo ſit forte mater, tamen non eſt mater Dei. Ex quo ſequitur, q̃ poſſibile eſt aliquem eſſe filium alicuius, & poſtea matrem remanere, & ipſum remanere, & tamen non eſt filius illius, ut patet de filio Dei per caſum.

2. Coroll.

Secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Altera dubi. soluitur

Secundo quæro, casu isto posito, q̃ natura humana sit dimissa a uerbo, utrum iste homo sit uirginis filius?

Respondetur, ut dicit Coraldus monachus, quòd non, & ratio est, quia genitum a uirgine est Deus, & homo, sed iste homo dimissus non est Deus homo, ergo non est filius uirginis. Petrus de Aliaco, & de Bassolis dicunt isti duo, & probabiliter, quòd isto casu posito, quòd iste homo dimissus esset filius uirginis: patet, quia iste homo est filius, & non est filius nisi uirginis: ergo est filius uirginis. Item. ista natura humana est genita a uirgine, & nutrita: ergo iste homo est filius uirginis. Ad argumentum Coraldi monachi dicendum est, quòd quando uirgo genuit, genuit Deum & hominem, tamen isto casu posito, iste homo non est Deus, & homo. Ideo † ista propositio non debet concedi; quia iste homo non semper fuit Deus, & homo. Et in generatione fuit duplex terminus, scilicet quod, & ille fuit uerbum: & terminus quo, & est natura humana. Et ideo † ista non est filia, seu iste homo non est filius uirginis.

Credo, legẽdum esse ista pp. mõdier concedi. Credo legendũ eẽ affirmatiuè, ista nõ, est filia, &c.

Item. relatio intrinsecus adueniens, est illa quę ponitur, positis termino, & fundamento: sed ista filiatio, est relatio intrinsecus adueniens, sed ibi ponuntur illa extrema: ergo illa filiatio.

Ex quo sequitur primo, quòd licet filius Dei, & iste homo, fuerint nati de uirgine, non tamen sunt fratres, & ratio est, quia cum iste homo est filius uirginis, tunc filius Dei non est filius uirginis. Et ideo non sunt fratres.

Secundo sequitur, quòd licet Christus, & iste homo sint geniti de uirgine, non tamen sunt fratres: patet, quia quando iste homo est, Christus non est: & quando Christus est, iste homo non est, & quando Christus non est, tunc non est homo, i. suppositum creatum non est.

Tertio sequitur, quòd licet iste homo sit filius uirginis, & filius Dei, tamen uirgo non habuit duos filios. patet, quia quãdo iste homo est filius uirginis, tunc filius Dei non est filius uirginis.

Alia dub.

Sed est dubium. utrum ista filiatio realis sit eodem fundamento: Vnde non est dubium de filatione æterna, quin sit eodem fundamento, s. cum essentia diuina, sed de temporali est dubium, & etiam de qualibet alia, & uidetur quòd sic, ut patet in textu.

1. Reg. Sco.

Respondet tamen doctor, quòd non. patet per primam regulam: implicat enim contradictionem aliquid manere in re, non manẽte illo, quod est sibi idem realiter, &c. patet, quia implicat hominem esse sine risibilitate.

2. Regula.

Secunda regula. implicat aliquid idem manere, sine illo cũ quo identificatur realiter: ergo implicat risibilitatem manere sine homine.

3. Regula.

Tertia regula. omnis relatio, cuius fundamentum non potest esse sine termino, est idem realiter suo fundamento: ut dependentia creaturæ ad Deum. Similiter relatio hominis ad animam, & corpus, quoniam homo non potest esse sine corpore, & anima.

4. Regula.

Quarta regula. omnis relatio, cuius fundamentum potest esse sine termino illius relationis, & sine illa relatione, talis relatio distinguitur realiter, & essentialiter a fundamento, ut ista albedo potest esse sine ista albedine, similiter albedo potest esse sine similitudine. patet, quia si albedo corrumperetur, amplius non esset similitudo: ergo remanebit illa albedo, quæ est fundamentum, & tamen similitudo non remanebit

5. Regula.

Quinta regula. sicut implicat contradictionem aliquid manere in re non remanente illo cui idẽticatur realiter, ita implicat aliquid idem esse alicui, & manere sine illo cui idẽtificatur. Patet sic, sicut implicat hominem esse sine risibilitate, ita & e contra.

6. Regula.

Sexta regula. sicut implicat contradictionem relationẽ esse, cuius fundamentum non potest esse sine termino, ita est possibile fundamentum aliquod esse sine termino. Ad dubiũ itaque negatiuè arguitur sic. Omnis relatio cuius fundamentum potest esse sine termino, & relatione, distinguitur realiter a suo fundamento: sed illa filiatio temporalis in Christo, est huiusmodi: ut natura est accepta in Christo per generationem, potest esse sine generatione, & termino. Minor ista patet, quoniam Deus potuit immediate producere istam naturam, & tunc non habuisset relationem ad matrem. Item, potuit esse, q̃ una alia mulier peperisset Christum: ergo ista relatio, quæ est Christi ad uirginem, non ident. ficatur cum Christo, cum Christus potuerit esse sine uirgine.

Arguit Sco. contra sol.

Consequenter doctor arguit sic contra istam responsionẽ, tu bene dicis, quòd filiatio in Christo distinguitur a natura humana, quia illa natura potuit esse sine illa relatione, nihilominus arguo sic. Licet ista natura potuit esse sine ista relatione, tamen postquam ille homo est genitus de uirgine, uidetur quòd sit impossibile habentem istam naturam per hãc generationem esse sine illa filiatione, quia impossibile est quin sit genitus. Similiter posquam est filius, non est possibile qn sit filius: quia ad præteritum non est posse, & per consequens ista natura identificatur cum illa filiatione, postquam habet eam.

Soluit doct. instantiam tripliciter. Triplex opi. de filiatione. Thom. 1.

Respondet doctor tripliciter, & istæ tres responsiones parum ualent, unde triplex est opin. de filiatione. Vna est Thomistarum, quod filiatio est relatio, quæ fundatur super actum præteritum. Et filiatio fundatur super generationem passiuã, sicut paternitas fundatur super generationem actiuam: ita quòd hoc quod est, filius, nihil dicit de præsenti, sed de præterito. Et sicut ista propositio secundum uerba, & secundum compositionem est de præsenti; Sortes est cursurus, tamen æquiualet uni de futuro, ut Sortes curret ita ista similiter Sortes est filius, Sortes est genitus. Et cum arguitur. filiatio postquam transiuit est præterita: ergo nõ est aliqua entitas realis.

Respondent, quod duplex est entitas realis, scilicet simpliciter, & sic non est entitas realis. Alia est entitas realis secundum quid, & sic illa filiatio est entitas realis hoc modo sicut dicunt de antichristo, qui non habet esse reale pro præsenti, sed pro futuro. Et obiectio prędicta fundatur in ista opinione, quia postquam aliquis est genitus, impossibile est quin sit genitus: & postquam est filius, impossibile est quin sit filius. Cõmunis opinio est, quòd licet Deus possit omnia facere, tamen non potest facere quin præteritum sit præteritum, & ita dicunt, quòd licet quis sit mortuus, tamen semper est filius. & ratio est, quia fuit genitus, & impossibile est quin sit genitus.

Reprobatur 1. opin. 1. cõcl. de fũdamẽto paternitatis, &c. 2. concl.

Tamen ista opinio est falsa. Ideo ponuntur duæ conclusiones.

Prima conclusio. Paternitas non fundatur super generationem actiuam, sed super potentiam generatiuam. patet, quia quòd non est, non potest esse fundamentum generationis: sed generatio non est: ergo &c.

Secunda conclusio. Filiatio, siue generatio passiua, nõ fundatur super generationem passiuam præteritam, quia illa nõ est, sed fundatur super naturam acceptam, uel supra existentiam naturæ acceptæ per generationem.

2. opin.

Alia est opinio, quæ dicit, quòd filiatio est relatio fundata super naturam completè acceptam per generationem, sine interruptione, quia ad hoc, quòd filiatio fundetur in aliquo, oportet quòd habeat esse, & quod nunquam habuerit interruptionem. & sic dicunt, quod Christus fuit præcise filius uirginis. Et ad istam filiationem requiruntur ista duo, & sic dicunt illi, quòd post resurrectionem, ego non ero filius patris mei, nec pater meus erit pater meus.

Reprobatur 2. opin.

Sed ista opinio est falsa, quia nos dicimus, quòd uirgo est mater Dei. & tamẽ si ad filiationem requireretur interruptio uirgo non esset mater Dei, q̃ est hæreticum. Et ideo arguitur sic, omnis relatio intrinsecus adueniens ponitur positis fundamento, & termino, sed filiatio est relatio intrinsecus adueniens: ergo si ponacur natura genita, & mater, est filiatio: ergo illa opinio est falsa.

3. opi. & est duplex.

Aliter dicitur, quod filiatio est relatio fundata super existẽtiam naturæ acceptæ per generationem. Vnde duplex est opinio de fundamento filationis. Vna est quod existentia naturę acceptæ per generationem est fundamentum, ut in me sunt duo, scilicet natura mea, & existentia mea. Alia est opinio, quod filiatio est relatio fundata super naturam existentem actualiter, acceptam per generationem, quæ est fundamentũ proximum ipsius filiationis, & ista opinio est uerior.

Resp. Sco. ad arg.

Tunc Scotus respondet ad argumentum cum arguitur, licet ista natura potuit esse sine uirgine, &c. Dico quòd quamuis necessarium sit istam naturam Christi fundare filiationẽ ad matrem existentem, tamen Deus posset facere istam naturam esse sine filiatione: patet, ponamus, quòd uirgo moriatur, tunc Christus non fundat illam filiationem: ergo illa filiatio erat accidentalis. Consequenter doctor respondet ad argumẽtum tactum ad istud dubium quando arguebatur, si relatio creaturæ ad Deum, &c.

Resp. Sco. ad arg. dub.

Respondeo ponendo duas propositiones.

1. concl.

Prima, relatio creaturæ ad uerbum, ut ad primum efficiẽs est consubstantialis, & identica realiter cum natura creata. Vnde nota, quòd ipsius creaturæ ad Deum, est duplex relatio. Quædam est in genere causæ efficientis, quę uocatur creatio, seu conseruatio passiua: Alia est in genere causæ finalis.

Creaturæ ad Deũ duplex relatio.

Ista

2. concl. Triplex relatio in hoie

Ista ergo ponitur in q. 5. 2.

Secunda conclusio. Relatio effectus ad secundum efficiens i. ad secũdam causam, est sibi accidentalis, & distincta realiter.

Nota, quòd in homine est triplex relatio. Prima relatio hominis ad Deum. Secunda ad solem. Tertia ad hominem generantem, & tam secunda, quàm tertia sunt sibi accidentales. quia omnis relatio ad secundum efficiens, distinguitur a termino, patet, quia illa relatio distinguitur a termino, quæ potest esse sine illo: sed ista relatio ad causam secundam, potest esse sine illa causa seconda: ergo, patet minor, quia Deus potest immediate producere fundamentum relationis, & de hoc dictum est in 5. q. 2.

Aliquæ esse distincta possunt intelligi quadrupliciter. Totũ distinguitur, & ẽ aliter a partib. & idem formaliter.

Pro textu sequenti Scotus concedit distinctionem formalem inter creationem passiuam, & naturam creatam, & ponit identitatem realem. Pro quo nota, quòd aliqua distincta esse possunt intelligi quadrupliciter. Vno modo aliqua sunt, quæ distinguuntur realiter, & sunt idé formaliter, ut homo distinguitur realiter ab anima, & corpore, & tamen sunt idé formaliter. patet in primo dist. 2. ubi dicit Sco. quòd illud est idé formaliter alicui, quando illud quod est sic idem, includit illud cui sic est idem, in primo modo dicendi per se. ut homo includit animam, & corpus in primo modo per se: ergo. Secundo aliqua sunt, quæ distinguuntur formaliter, & sunt eadé realiter, ut subiectum. & propria passio. Tertio aliqua sunt, quæ distinguuntur realiter & etiã formaliter. Quarto aliqua sunt, quæ sunt eadem formaliter & realiter, ut Sortes, & homo. qa superius, & inferius sunt idem formaliter, & realiter. quia superius includitur in inferiori, in primo modo dicendi per se.

5. prop. Sco. 1. prop. 2. prop. q̃st 1. cenr.

Ad propositum ponit Scotus quinque propositiones.

Prima. creatio passiua distinguitur formaliter a natura creata, & identificatur realiter cum ea.

Secunda, quæ. est Henrici de Gandauo, ratitudo seu firmitas. & si sit idem realiter fundamento non tamen distinguitur formaliter. Vnde ratitudo dicit Henricus est relatio.

3. prop.

Tertia. ueritas, & bonitas, quæ sunt passiones entis, quamuis sint eędem realiter cum ente, distinguuntur tamen formaliter ab ente.

4. prop.

Quarta. realitas, a qua sumitur genus, & si identificetur realiter cum realitate a qua sumitur differentia, tamen distingnitur formaliter. patet in tertia dist. primi, ubi dicitur, quòd si in homine sint ponędæ plures formæ, oportet dicere quod genus, & differentia distinguuntur realiter, quamuis non formaliter. Tamen dico, quòd in omni genere realitas generis, distinguitur formaliter a realitate differentiæ.

5. prop.

Quinta. quamuis natura communis identificatur realiter cum differentia indiuiduali, tamen distinguitur formaliter ab ea: quia unum non est de quidditate formali alterius. Non igitur est contradictio secundum illum, qui ponit respectum uestigialem, aliquam relationem esse eadem fundamento, & cum hoc stare talem respectum non esse ratitudinem fundamento.

Opin. Henr.

Ideo, nota, dicit Henricus, quòd omnis relatio identificatur cum suo fundamento. Tamen dicit Henricus, duplex est relatio. Quædam substantialis, quæ est ratitudo fundamenti, sicut est respectus ille uestigialis, ita quòd quelibet creatura habet triplicem relationem ad Deum, in triplici genere causæ, s. efficientis, & formalis, & exemplaris. Alia est relatio accidẽtalis, ut similitudo, paternitas, & æqualitas. & licet ista identificẽtur realiter, formaliter tamen non sunt ratitudo fũdamenti. Et isto modo distinguitur respectus uestigialis a similitudine, paternitate, filiatione, &c.

Opi. Sco.

Vnde hic dicit Scotus, concedendo benè quòd est aliqua relatio, quæ est eodem fundamento, tamen quia ipse dicit, quòd aliqua relatio sit ratitudo, & firmitas fundamenti, hoc nõ est uerum. dicit ergo textus. non est contradictio ponere aliquã relationem esse eodem fundamento. & hoc non est esse ratitudinem fundamenti.

Inducitur text. Sco.

¶ Ad argumenta principalia, &c.]

Solumtur prim. arg.

Primo arguitur sic: Filiatio constituit filium: ergo duæ filiationes, duos filios. &c. sed Christus non est duo filii: ergo non habet duas filiationes. patet consequentia, quia si singulare infert singulare: ergo plurale infert plurale.

Prosol. prius prop.

Pro responsione, ponuntur tres propositiones.

Prima. a filatione denominatur filius, sicut pater a paternitate. Et ideo concedo, quòd filiatio constituit filium.

Secunda. non oportet propter plurificationem filiationum filios plurificari, ideo ista consequentia non ualet, in isto sunt duæ filiationes: ergo sunt duo filii: sicut etiam non sequitur, istæ pater habet duas paternitates: ergo est duo patres. patet consequentia, a simili. Iste homo habet duas scientias: ergo est duo scientes. Et ratio est, quia concreta non plurificantur nisi propter plurificationem formarum, & suppositorum. Notã dum quod ad hoc, quod plurificetur concretum, requiritur primo, quod forma plurificetur, & sic non sunt tres dii; quia essentia diuina non plurificatur. Secundo requiritur pluralitas suppositorum, ideo licet in me sint duæ scientiæ, non tamen sunt plures scientes: Et hoc est quod dicit Damasc. quod in Christo sunt duæ uoluntates. & non sequitur, ergo sunt duo uolentes.

Ad pluralitatẽ formarum non sequitur pluralitas, concretorũ. Duo requiruntur ad plurificationem nõ cõcretorũ Duplex consequentia.

Tertia propositio. arguendo a diuisione antecedentis, ad diuisionẽ consequentis uniuersaliter sit falsitas consequentis. Pro quo nota, quod duplex est consequentia. Quædam formalis, quæ tenet in omnibus terminis. Alia est materialis, quę tenet in aliquibus terminis. & ideo licet aliquando arguendo a singulari sequitur singulare, non tamen uniuersaliter, quia arguendo a singulari ad uniuersal e, est fallacia consequentis. quia plurale est una dictio, quæ includit negationem, ut duo homines, tantum ualet sicut, non unus homo.

Ad propositum, cum per filiationem constituitur filius: ergo alia filiatione constituitur alius filius, nego, quia arguitur a singulari ad plurale.

2. arg. prin.

Secundo sic. Anselmus contemplans mysterium incarnationis, quærit, quare pater non fuit incarnatus. Et respondet, ne fieret confusio in proprietatibus, quia duæ proprietates, ut paternitas, & filiatio, prædicarentur de eodem, quia idem esset pater & filius. Tunc sic arguitur. Si essent duæ filiationes, esset confusio proprietatum: quia esset filiatio æterna, & temporalis: sed non est ponenda confusio proprietatum: ergo nõ sunt ponendæ duæ filiationes.

Soluitur 2. prin.

Resp. quòd si pater fuisset incarnatus, fuisset confusio proprietatum, quia de eadem persona fuisset uerum dicere, quòd ista est pater, & filius: sed modo, quando filius est incarnatus, nulla est confusio proprietatum, quia istæ filiationes possunt prædicari de eodem. Tamen istud argumentum non concludit cõtra conclusionem, nec est multum efficax, immo per istud argumentum concluditur oppositum.

Reflectit arg. pro cõcl.

Arguitur sic. Si pater fuisset incarnatus, nõ diceretur filius per paternitatem æternam. igitur tunc arguitur a simili, ex quo filius est incarnatus. si dicatur filius Virginis, oportet qd dicatur per aliam filiationem, s. temporalem, & non per filiationem æternam.

3. prin. deducitur.

Tertio sic. Filiatio realis non requiritur in Christo ad matrem, nisi ex eo, quòd est una relatio realis Christi ad Virginem, quæ fuit destructa in morte Christi, sicut unio fuit destructa, ita filiatio, tunc quando Christus resurrexit, uel habuit illam filiationem, uel non. non primum, quia fuit alia actio in resurrectione ab illa, quæ fuit in incarnatione, ex qua uirgo genuit Christum, & accepit unum esse de nouo: ergo illa filiatio non fuit eadem: ergo non fuit filius uirginis post resurrectionem.

Soluitur 3. prin.

Respondeo, quòd Christus post resurrectionem eadem filiatione fuit filius Virginis, qua fuit ante. quia filiatio est habitudo, &c. Tunc arguitur sic Quandocunque est eadem natura accepta per generationem, & idem terminus, est eadem relatio: sed eadem natura, quæ fuit producta in generatione Christi, fuit producta, in resurrectione, & idem terminus, scilicet eadem mater: ergo fuit eadem relatio. Et hic doctor ponit duas regulas notabiles.

Duæ reg. notab. Sco.

Prima est. Quandocunque illa existentia est eadem, &c.

Secunda est. Quando eadé actione fundamentũ reddit, &c.

Eadẽ actione producitur fundamentum, & relatio.

Quæritur, utrum eadem actione qua producitur fundamentum, producatur relatio?

Respondetur, quòd sic, quia relatio non producitur nisi cõ comitanter, ad productionem extremorum. Aliqui dicunt, q̃ relatio causatur a causante extrema. Alii dicunt, quòd causatur ab extremis, ita quòd in illo instanti, in quo causantur extrema, in eodem instanti ipsa extrema causant relationẽ. Tamen prima opinio est melior, & illam approbat Scotus in textu: ergo ipsius resurrectionis fuit duplex terminus, quia idem est primus, ut humanitas. & cũ arguitur, alia productione fuit reproductus Christus a tota trinitate, quam a uirgine: ergo habet aliud esse.

Respondeo, quòd licet per aliam actionem, tamen non habuit aliud esse. & ibi fuerunt duę relationes, una ad totam trinitatem, & alia ad uirginem, & non fuit eadem filiatio, quæ erat ante.

Quæritur secundo. Vtrum B. Virgo fuit mater naturalis B. Io. Euangelistæ. Vtrum B. Ioan. fuit filius naturalis uirginis.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Soluitur a Franc. de mairon.

ut cum Christus dicit, Ecce mater tua. utrū per illa uerba fuerit effectus filius naturalis uirginis.

Respondent Franciscus de Maironis, & Vorillon, quòd sic. Et istam q. quærit Franciscus in suo tertio. Et prima ratio, quam ipsi duo faciunt, talis est. quoniam tantæ fuerunt uirtutis ista uerba, ecce mater tua, sicut illa, hoc est corpus meum: sed uirtute istorum, hoc est corpus meum, est conuersio panis in uerum corpus Christi; ergo per illa uerba, ecce mater tua, B. Ioan. fuit effectus filius naturalis uirginis. probatur maior, quia ab eodem agente fuerunt prolatæ: ergo tantam habuerunt efficaciam illa uerba quantam & ista.

Secunda ratio, quamlibet entitatem realem distinctam realiter, & essentialiter non repugnantem sibi potest Deus in illo producere, sed ista filiatio naturalis in Io. respectu uirginis, est hmõi: igitur. patet maior, quia Deus non potest me facere asinum, quia illa entitas repugnat mihi. Similiter Deus non potest producere scientiam in lapide, quia repugnat lapidi, quod sit sciens.

Si Adã nõ peccasset, unus finisset genitus ab alio patre, & ab alia matre. Reg. Sco. Alia reg.

Probatur minor. certum est quod B. Ioan. potuit esse filius naturalis uirginis forte si Adam non peccasset. Similiter si Adam non peccasset. ego fuissem filius alterius mulieris, & alterius patris. Declaratur ista propositio, & ponitur regula, quæ assumitur 4. d. huius 3. ubi fuit dictum, quòd illa media, quæ sunt necessaria uirtuti imperfectiori, non sunt necessaria uirtuti perfectiori. Similiter capit aliam regulam. quia aliqua uirtus finita non potest mouere aliquod corpus propter resistentiam mediorum, uirtus infinita potest, patet. Nam nullũ agens naturale, potest facere ex aceto uinum, sed oportet per multa media facere: nec potest facere agens naturale immediatè ex aqua uinum, & istud quod est medium uirtuti finitæ non est necessario requisitum uirtuti infinitæ. Ad propositũ, dicit Franciscus, sed sic est, quòd generatio est unum mediũ requisitum ad filiationem: ergo potuit esse, quòd sine illo medio Deus induceret illam filiationem in B. Ioan. sine ista generatione.

Deducit arg. finum Franc.

Cęsura Frã. & Voril.

Nota, quòd isti duo Doctores fecerunt unam combinationem, & etiam Canonicus, & ponunt quatuor propositiones.

Prima. Possibile est aliquam relationem esse sine fundamẽto, ita quòd sicut Deus potest facere, & ponere unam albedinem sine subiecto, ita paternitatem sine fundamento.

Secunda. Possibile est, duo extrema esse sine relatione.

Tertia. Possibile est relationem esse sine extremis.

Quarta. Possibile est unum corruptum esse sine reliquo, ut quod pater sit sine filio. Et hoc mõ illi bene saluarent B. Io. esse filium B. Virginis, & posset Deus capere filiationem meã, & illam ponere in patre meo. & capere paternitatem, quæ est in patre meo, & illam ponere in me. Et sic dicunt illi, quòd cum Christus dicit: ecce mater tua, produxit maternitatem in uirginem, & dedit filiationem, B. Ioanni. & potuit remouere filiationem a B. Ioan. quam habebat a matre sua, quæ fuit Maria Salome.

Quo ista positio posit sustineri. Aliter dicit Auctor. 1. cœl. aucl.

Ista positio posset sustineri secundum illas quatuor propositiones. Tamen nos aliter dicimus, ponendo tres conclusiones, quarum prima est. possibile fuit de potentia Dei absoluta. B. Ioan. esse filium naturalem uirginis. patet sic, quia si B. Ioan. non fuisset natus a Maria Salome, sed a uirgine, tunc fuisset filius suus naturalis. ista conclusio est uera, quia idem qui nunc est filius unius matris, potuit esse filius alterius matris. Similiter B. Franciscus habuit patrem malum, si Adã non peccasset, fuisset natus ab alio. Similiter dicendum est de B. Barbara.

2. cœl. aucl.

Secunda conclusio. de facto, B. Ioan. non fuit effectus filius naturalis in passione Christi, ipsius uirginis. Probatur, quilibet filius naturalis alicuius necessario est genitus ab eo, uel ab ea, & habet naturam acceptam per generationem, sed B. Ioan. non habuit a uirgine naturam acceptam per generationem: ergo non fuit filius naturalis uirginis. probatur maior, per definitionem filiationis. Probatur minor, quia uirgo genuit Christum unigenitum. Item B. Ioan. fuit genitus de Maria Salome: ergo non de uirgine. Item, relationes secundi modi fundantur super actionem, & passionem, idest præsupponunt necessario actionem, & passionem. sed ista filiatio in B. Io. non præsupponebat actionẽ in uirgine, nec in B. Io. generationẽ passiuã: ergo ĩ B. Io. potuit poni illa filiatio: ergo nõ fuit filius uirginis naturalis. Itẽ arg. sic, nulla relatio intrinsecus adueniẽs, producitur a fundamẽto nisi p passionẽ alicuius absoluti, cum in hoc differt a relatione extrinsecus, sed nulla facta fuit nouitas in uirgine, nec in B. Ioan. quando Christus dixit, ecce mater tua: ergo non fuit ibi producta relatio intrinsecus adueniens.

3. cœl aucl.

Tertia conclusio. B. Ioan. in illo tempore, in quo Christus dixit, ecce mater tua, non potuit generari uirtute diuina ex uirgine Maria; quia iam B. Ioan. erat genitus, & produ&us: ergo B. Ioan non potuit fieri filius naturalis. quia ad hoc, quòd aliqua sit mater alicuius, requiritur quod possit generare. nota, quòd dicit Franciscus in 29. d. q. 1. sui conflatus, quod duplices sunt relationes. Quædam, quæ necessariò ponuntur positis fundamento, & termino, ut duabus quantitatibus positis, ponitur æqualitas. Aliæ sunt, quæ non necessario ponuntur, sed præsupponunt dispositionem præuiã, ut si Deus creasset me, & patrem, ego non fuissem filius patris mei. qui nunc est, nec ipse pater meus. quia istæ relationes non sunt, quę ponuntur, positis terminis, & tunc arguitur sic. istæ duæ relationes, quæ non necessariò ponuntur, sed solum quando præcedat dispositio præuia, sed in uirgine non fuit dispositio præuia, nec in B. Ioan. ergo non fuit filius uirginis.

Solumtur arg. Franc.

Et ad argumen. Francisci. Ad primum argumentum cum arguit, non sunt minoris uirtutis, &c.

Respondeo negando antecedens, quia Christus non intendebat facere hoc, quod est impossibile, sed quando dicit, hoc est corpus meum, intendebat facere hoc, quod est possibile. Sed Christus intendebat facere B. Ioan. filium putatiuum uirginis, & non naturalem. Nam commendauit B. Ioan. quem teneriter diligebat, & uirginem commendauit, nec potuit facere Christus, quòd B. Ioann. esset filius naturalis uirginis, ut patet ex dictis.

¶ Ad aliam rationem. Quamlibet entitatem, &c.]

2. arg Frã. soluitur.

Distinguo, uel si illa entitas sit absoluta, & sic concedo, uel sit respectiua, & sic nego.

¶ Ad argumentum quod est medium uirtutis finitæ, &c.]

3. arg. Frã. soluitur. Medium in duplici differentia.

Respondeo, quod duplex est medium. Quoddam est contingenter institutum a diuina uoluntate, ut quando ego uadam ad talem locum, medium est transire per talem locum. & q mulieres generent per tales motus, sint media communiter requisita. Alia sunt media necessario requisita, ut quantitas est medium ad hoc, quòd anima informet corpus, ita quod non posset informare corpus, nisi esset quantum, & figuratũ. Item albedo informat subiectum mediante quantitate, nec potest albedo informare subiectum, nisi per quantitatem. Et si arguitur, quòd est medium uirtutis creatæ, non est medium uirtutis increatæ, & infinitæ: sed quantum est medium uirtutis finitæ: ergo potest Deus facere, quòd albedo informet subiectum sine quantitate. Respondeo, quòd duplex est mediũ, sicut iam dictum est, scilicet contingenter requisitum: & sic maior est uera. Aliud est medium necessariò requisitum uirtuti creatæ, & increatæ, finitæ, & infinitæ, & sic necessario requiritur tale medium.

¶ Præterea non oportet, &c]

4. prim. deducitur.

Formatur sic argumentum. Deus dicitur uerè, & realiter creator, & dominus creaturæ, & non nisi per relationem rationis: ergo non oportet ponere in Christo relationem realẽ ad hoc, ut dicatur filius uirginis. Patet antecedens, quia esse creatorem, solum dicit relationem rationis. Probatur consequentia, quia ideo ponimus in Christo relationem realem ad uirginem ut uerè dicatur filius eius: sed sine illa relatione realẽ potest esse filius: ergo. &c.

Soluitur 4. princ. 1. prop. Creator dupliciter dicitur

Respondo, ponendo duas propositiones. Prima. Christus non tantum dicitur uerè, & realiter filius uirginis, sicut Deus dicit Dominus, & creaturæ creator, & ratio est, quia Deus dicitur creator præcisè per unam relationem rationis. Vnde creator capitur dupliciter. Vno modo formaliter, & sic dicit relationem Dei ad creaturas. Alio modo fundamentaliter & sic dicit ipsum Deum. Christus autem non dicitur filius uirginis sicut Deus dicitur creator.

2. prop.

Secunda propositio. Christus per unam generationem accepit naturam a matre, quam consequitur filiatio realis. Vnde doct. in 30. primi arguit sic, Deus est realiter creator: ergo per relationem realem. dicit Scotus quod ly, realiter, potest determinare copulam, uel prædicatum; si determinet propositionem, sensus est, Deus est uerè creator, & sic ista est uera. Si prædicatum, sensus est, quod Deus per aliquam relationẽ realem est creator, & sic est falsum. Sic in proposito, Christus dicitur filius uirginis utroque modo, quia per entitatem realẽ existentem in Christo dicitur filius uirginis: & etiam quia est uerè filius uirginis.

5. princ. deducitur.

Quinto sic, probando quòd Christus non debeat dici filius per relationem realem, sed per relationem rationis. arguitur sic Deum esse creatorem, dicit relationẽ rationis: ergo Christum

esse filium uirginis, dicit præcisè relationem rationis. probatur antecedens, quia Deus dicitur artifex, quia illa intellectio diuina terminat relationem omnium creaturarũ. Ideo intellectio dicitur ars, & Pater, & Filius, & Spiritus sanctus dicuntur unus artifex. Item dicitur creator, etiam per relationem rationis inquantum comparatur ad creationem passiuã. Probatur consequentia, quia magis uidetur, q relatio, quæ præcedit factibile sit realis, quàm illa quæ sequitur. sed illa relationis in Deo præcedit istam.

Soluitur 5. principale.

Respondeo, quòd quamuis Deus dicatur creator formaliter per relationem rationis, non tamen dicitur creatiuus, capiendo creatiuum simpliciter, per relationem rationis.

Vtrum sit relatio rõnis Dei ad creaturã duplex opinio Creatiuum dupliciter.

Nota, quòd de isto duplex est opinio, scilicet. Vtrum Dei ad creaturam sit relatio rationis: & dicit doctor in primo, q sic: Alii dicunt, quòd non. & tunc Deum esse creatorem non dicit relationem, sed solum terminare creationem passiuam & hoc per denominationem reductam ad genus relationis. Vnde nota, quod creatiuum capitur dupliciter Vno modo formaliter, & sic est relatio rationis. Alio modo fundamentaliter per illo quod potest creare: & sic dicit Trinitatem. & est uoluntas, quæ est creatiua, & sic dicit absolutum. Et quòd relatio rationis non sit formalis ratio creandi, patet sic; Nulla relatio rationis, est principium producendi aliquid, quod habet actualem existentiam: sed ratio formalis creãdi est relatio rationis: igitur. probatur maior, quia relatio rationis præcisè est in intellectu, & sic est ens diminutum, & dependet ex actuali consideratione intellectus, & quamdiu durat actualis in tellectus consideratio, tam diu durat secunda intẽtio. Minor probatur, quia uoluntas est ratio formalis qua omnia producuntur ad extra.

Relatio rõnis nõ ẽ formalis rõ creandi.

1. Coroll. Ex quo infertur primo, quòd quamuis syllogismus, uel argumentatio, uel modus sciendi, sint subiectum in logica, tamen modus sciendi non causat notitiam sui. patet, quia nulla relatio est causa alicuius, quod est causa existentiæ actualis.

2. Coroll. Sequitur secundo, quod subiectum obiectiuale, non continet suam passionem totaliter.

3. Coroll. Sequitur tertio contra Magistrum Bernardum de monte dicentem, quòd syllogismus continet uirtualiter suas passiones. partialiter uirtualiter, hoc est falsum, quia relatio rationis, nec totaliter, nec partialiter potest esse causa passionis. Et cum dicitur, ab obiecto & potentia paritur notitia. Resp. distinguo. Aut ab obiecto reali, & sic concedo. Aut rationis, & sic nego. Et quid dicendum de logica? a quo causatur? respondeo, a fundamento relationis rationis, uel a speciebus in telligibilibus fundamentorum.

Dubitatio fit.

Et si arguitur contra, scientia debet esse realis, quia fundamentum est reale.

Respon. Aut realis extrinsecè ab obiecto causatiuo. & sic nego. Aut denominatione extrinseca, & ab obiecto terminatiuo, & sic dicitur relationis.

Ad propositum. Deus dicitur creatiuus, inquantum artifex, sed dicitur artifex per relationem rationis: ergo dicitur creatiuus per relationem rationis.

1. Prop. Scientia Dei ex multiplici respectu, multia sortitur nomina

Respondeo. prima propositio. Scientia Dei, qua mediãte dicitur artifex. quæ est perfectio absoluta, est in eo merè ex natura rei.

Nota, quòd scientia Dei, siue notitia, uocatur sapientia, comparando ad obiectum diuinum. Sed comparando ad conclusiones scibiles, uocatur scientia, & comparando ad res factibiles, uocatur ars. Et illa notitia est in Deo ex natura rei.

Secunda propositio. ista notitia absoluta ingenita, dicitur ars, ex eo quod terminat relationes artificiatorum ad istam, & omnium creaturarum productarum inesse cognito ab intellectu diuino.

Ex quo sequitur, quod licet Deus producat creaturas, ut artifex est, accipiendo artificem fundamentaliter, non tamen accipiendo artificem formaliter, quæ est relatio rationis, qua Deus denominatur artifex, & ideo in illo syllogismo est fallacia accidentis, sic arguendo, Deus ut artifex produxit creaturas: sed Deus est artifex per unam relationem rationis, quia aliter & aliter accipitur mediũ in maiori, & in minori. quia in maiori accipitur artifex, fundamentaliter, inquantum habet notitiam essentialem, & in minori capitur formaliter, pro relatione rationis, & concludendo, quòd Deus produxit creaturas per relationem rationis, est fallacia accidentis. patet, calidum potentia calefactiua calefacit: sed potentia calefactiua, est relatio: ergo calidum relatione calefacit. ibi est fallacia accidentis, quia in maiori, accipitur potentia calefactiua pro fundamento, s. pro calore, & in minore, accipitur pro formali. & sic fit fallacia accidentis.

Nota, quòd tu dicis quod in Deo ut artifex est, est notitia. Quæro, utrum illa notitia in Deo dicatur ars, & in notitia practica?

Ars duplex.

Respondet doct. in 35. d. primi. in responsione ad argumentum, quòd ars capitur dupliciter. Vno modo, ut definitur sexto ethicorum. Et dicit, quod ars est recta ratio rerum, &c. & sic in Deo non est notitia factibilium, quia uoluntas Dei non est potentia regulabilis. Alio modo capitur largè, ut est notitia, siue sit directiua, siue non, & sic notitia Dei dicitur ars: non quòd sit directiua uoluntatis diuinæ, sed dicitur ars, quia per illam tres personæ producunt creaturas in esse cognito. Et qualiter illa notitia, dicatur esse, dictum est in primo dist. 35. quia in primo instanti naturæ completur intellectus; & in secundo, producuntur obiecta secundaria in esse cognito, uel sic, illa notitia est ars inquantum comparatur ad creaturas. in tertio intellectus diuinus comparat se ad obiecta secundaria cognita, & sic relinquitur in obiectis cognitis relatio rationis. in quarto est relatio rationis, comparando illam notitiam Dei ad creaturas. Et ideo cum arguitur, Deus dicitur artifex per relationem rationis, negatur.

Vide in primo huius pagina. 332. col. 2.

Item. si Christi ad matrem esset aliqua filiatio, sequeretur, q Christus esset æqualis uirgini: consequens est falsum: ergo & antecedens: probatur consequentia, quia si esset æqualis, omnis æqualitas fundatur supra unitatem unionis: sed inter Christum & uirginem, nulla est æqualitas unionis: ergo inter uirginem & Christum, non est æqualitas.

6. arg. prin.

Pro responsione, concedo quòd Christus est æqualis uirgini, uel excellentior, quod uerius est. hic doctor ponit duas uias, utrum Christus fuerit æquè perfectus sicut uirgo. quidã dicunt, quòd in puris naturalibus Christus erat æqualis uirgini, quod est contra articulum Parisiensem, in quo dicitur, Dicere animam Christi non esse perfectiorem anima Iudæ, error. Pro isto articulo nota, quod duplicia sunt pura naturalia Quædam sunt accidentalia, Quædam essentialia. Essentialia, quæ sunt de essentia substantiæ, ut homo, & corpus. Accidentalia, ut ingeniositas est accidens naturale datum ab instanti suæ creationis. Dico ad argumentum, quòd articulus est uerus in puris naturalibus accidentalibus sed non in naturalibus essentialib. sed dico, quòd ille qui fecit argumentum intelligebat etiam de essentialibus: Et ideo pono talem propositionem, quam ponit Antonius Andreæ in metaphysica sua, quòd substantia suscipit magis, & minus, & anima Christi est perfectior anima Iudæ in essentialibus in puris naturalibus, & tunc fuit inæqualitas inter uirginem, & Christum.

Sol. 6. arg. Vtrũ Christus fuerit æqualis matri Dei simplex. Pro declaratione articuli Parisiensis. de anima Christi.

Tamen teneamus pro argumento, quòd fuit æqualitas. Et ad argumentum dicitur, quòd æqualitas fundatur super unitate unionis, dico, quod ista est falsa, uel ista relatio est eadem cum æqualitate: igitur æqualitatem fundari in unitate unionis, idem erit æqualitatem fundari in æqualitate. Si dicas qđ non, tunc erit processus in infinitum. & ideo ista unitas unionis non est fundamentum æqualitatis.

Dicunt Thomistæ, quòd ista æqualitas unionis, quæ est fundamentũ æqualitatis non est unitas unionis inter materiã & formam, nec aggregationis, &c.

Thomistarũ declaratio.

Sed unitas unionis, quæ est puritas, est fundamentum æqualitatis.

Contra. paritas & æqualitas sunt eadem: ergo idem est dicere, paritas fundatur in æqualitate, & æqualitas in paritate. Tunc expositio unius uocabuli, per aliud uocabulum. Nota, quòd Thomistæ dicunt, quòd æqualitas in diuinis, non est relatio relis, quia non est paritas in diuinis. Dicit Scotus in sexto quodlibeto. Dicere æqualitatẽ unionis non esse in diuinis, quæ non est æqualitas paritas, est dicere idem per idem, quia ut ipsi dicunt, ad hoc quod æqualitas fundetur, oportet, quòd fundamentum bis accipiatur: sed essentia diuina nõ bis accipitur: ergo &c.

Reprobatio declarationis. Opi. Thom. de æqualitate in Diuinis. Opi. Sco.

Contra hoc arguit Scotus. essentia diuina fundat tres relationes originis, uel tres relationes originis fundantur in essentia diuina: & tamen non accipitur bis. igitur. & si dicas, quòd essentia diuina accipitur bis, quia aliter accipitur in patre, & in filio.

Contra. uel per istud bis acceptum tu intelligis diuisionẽ, & sic non, quia non est diuisa, uel inquantum fundat duas relationes, tunc est dicere idem per idem. Et ideo dico, quòd ad hoc, quòd sit æqualitas, non requiritur, quòd fundamentum bis accipiatur, sed sufficit, quòd fondamentum sit unum, dũ tamen extrema sint realia realiter distincta: sicut sunt pater,

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

Triplex fundam. æqualitatis in diuinis

& Filius, quia in diuinis fundamentum remotum est magnitudo, sed fundamentum proximum est unitas, & fundamentum remotissimum est essentia diuina, sed non sic est in creaturis, quia fundamentum æqualitatis proximum est unitas, quæ est passio quanti, ut ego sum æqualis isti. fundamentum est unitas, quæ est entitas passiua, distincta formaliter a natura mea. quia quamlibet entitatem sequitur sua propria unitas. Secundo dico, quod æqualitas in creaturis, & si fundetur

In quo fundatur æqualitas in creaturi.

super unitatem naturæ specificæ non tamen super unitatem ipsius singularis. In sorte enim est unitas singularis, & alia est minor unitate materiali, quæ est unitas specifica, & in ista unitate fundatur æqualitas, & non requiritur, quòd fundamentum bis capiatur, sed quod sit unum fundamentum; & q extrema sint relia.

Et ideo ad argumentum concedo antecedens, & ad maiorem probãs, &c. nego, & dico, quòd æqualitas in Christo fundatur in unitate, & non simpliciter, sed in illa unitate minore unitate materiali: sic æqualitas, quę est in uirgine, fundatur in unitate uirginis, non in unitate simpliciter, & sic sunt duæ æqualitates, una in Christo ad uirginem, & alia in uirgine ad Christum.

DISTINCT. NONAE.

QVAESTIO VNICA.

De adoratio quæ debetur Christo.



IRCA distinctionem nonam. Quæritur, Vtrum Christo debeatur latria. Nota, quod adoratio secundum Rabanum est eum cui sit adoratio tota intentione quærere, ut quando adoramus Deum, nos quærimus Deum tota intentione, & confidimus.

Differunt adorare colere, & orare.

Vnde ista tria differunt, adorare, colere, & orare, secundum Damascen. Oratio est mentis excessus in Deum, ut quando aliquis orat, eleuat mentem in Deum. Sed adorare ultra hoc, addit, scilicet reuerentiam, non solum debitam Deo in actu exteriori, sed interiori, repræsentando illam bonitatem summam, a qua suam accepit. Sed colere, dicit reuerentiam debitam Deo, siue ille cultus sit actus interior, siue exterior. Vnde latria sic definitur, secundum Augustinum 10. de ciuit. Dei. Latria est seruitus, siue cultus soli Deo debitus, & exhibitus, sed dicendum est sic. latria accipitur triplici-

Latriæ defi nitio.

Latriæ tripliciter.

ter. Vno modo pro aliquo actu exteriori, ut reuerentia quã damus Deo tanquam summo Domino, & genuflexiones, eleuatio manuum dicuntur latria.

Ex quo sequitur, quod fatui domini peccant, qui dum intrant Ecclesiam nolunt deponere byrretum, & tamen ante regem mundanum faciunt tres reuerentias, non est dubiũ quin ipsi mortaliter peccent. Secundo accipitur pro actu interiori, scilicet pro actuali uolitione, qua uolo reuereri Deum actu interiori, exaltando Deum tanquam summum bonum, a quo accepi bonitatem meam, & uirtutes meas. Tertio pro quodã

Latria virtus definitur

habitu genito ex actibus interioribus, uel exterioribus: & sic est uirtus moralis. Et sic latria potest definiri, latria est cultus Deo debitus, & illi exhibitus, in qua ponuntur tres particulę. Prima latria est cultus, unde cultus est unum cõmune quod datur Deo, & creaturæ, ut quando facio reuerentiam alicui homini, moueo byrretum.

Triplex cultus

Nota quòd triplex est cultus: primus est, qui habet Deum ut finem præcisè, & non ut obiectum, ut cultus quo colimus Deum in exercitio uirtutum moralium, ut actus iustitiæ quã do refertur ad Deum nõ pro obiecto, sed pro fine: quia actus uirtutum habent Deum pro obiecto, siue pro fine ultimo. Alius est cultus qui habet Deum pro obiecto, ut cultus uirtutum theologicarum, ut fides, charitas, & spes, habent Deum pro obiecto immediato. Alius est cultus qui habet Deum pro

Obiectũ latriæ duplex

obiecto licet non immediato, sed pro fine. Et cultus latriæ, habet Deum pro obiecto, & pro fine, ut cum ego porrigo cultũ latrię, porrigo illum cultum Deo, tanquam pro obiecto, & p fine. Vnde duplex est obiectum latriæ, s. immediatum, & illud non est Deus, quia tunc esset uirtus Theologica. Sed obiectũ mediatum est ipse Deus.

Secũdo dicitur in definitione, soli Deo debitus, quia latria soli Deo debetur tanquam summo domino, & si quis illũ daret alicui creaturæ, diceretur illum furari.

Tertio dicitur illi exhibitus. Ex quo sequitur, quòd si quis exhiberet latriã alicui idolo idololatraretur, & similiter illi qui maiorem porrigunt honorem regi mundano, non præbẽt latriam, sed idololatriam. Similiter illi qui ita diligunt pecunias.

Tria nõt diuini cultus apud latinos, et græcos

Nota, quod iste terminus, latria, habet tres terminos in græco, & tres in latino. In Græco sunt latria, theotebia, & eusebia. latria in græco, idem est quod religio, in latino. Vnde theosebia, a theos, quod est Deus, & sebias, quod est cultus, quasi cultus diuinus. Et Eusebia dicitur ab Eu, quod est bonum, & sebia, quod est cultus, quasi bonus cultus; in latino uocantur, religio, seruitus, & pietas. Vnde dicit Tullius tertio rethoricæ. Religio est, quæ cuidam naturæ quam diuinã uocant, cultum, & ceremoniam affert, ita quod religio ibi idẽ est quod latria. Alio modo uocatur seruitus, ut dicit Augustinus in sua definitione, & hoc dicitur. Mat. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Alio modo uocatur pietas, prout est honor debitus: & illi qui dant istum honorem creaturę, uocantur impii.

Pietas tripliciter.

Nota, quòd pietas accipitur tripliciter. Vno modo pro habitu quo quis se habet erga proximos, & consanguineos, & sic dicit Tullius tertio rethoricæ, pietas est habitus inclinans ad benefaciendum proximis. Alio modo ut compatitur de aliena miseriæ, ut quando aliquis compatitur de aliquo existente in miseria, & facit eleemosinam. Tertio modo accipitur, ut est cultus diuinus, soli Deo exhibitus, & sic capitur hic.

Mia proximi tripliciter.

Dulię spẽs & qd sint.

Dulia. d. de Bassolis, est una species, & sunt tres species, scilicet hyperdulia, super hyperdulia, & dulia. Vnde super hyper dulia, est honor qui debetur humanitati Christi, tanquam naturæ perfectissimæ creatæ. Et hyperdulia, est quæ debetur aliis summis creaturis, ut uirgini, angelis. Dulia est, quæ debet dari regibus, & principibus, secundum diuersos gradus.

Super hyperdulia nõ bẽt gradus, sicut hyperdulia, & dulia.

Super hyperdulia habet solum unum gradum, sed hyperdulia, habet plures gradus, ut débemus honorare uirginem, dein de angelos, & consequenter sanctos. Similiter dulia habet gradus, ita quòd papa est primo honorandus tali honore, consequenter Cardinalis, & sic deinceps secundum ordinem ecclesiasticum. Et similiter in seculari, primo rex, consequenter alii principes. Tamen dicendum est, quòd est duplex dulia, quædam est, quæ uocatur hyperdulia, & ista debetur humanitati Christi, & in isto sunt gradus secundum magis, & minus, ita quòd primo est honoranda humanitas Christi, secundo uirgo Maria, & consequenter angeli, & sancti. Dulia est reuerentia debita, puræ creaturæ, & secundum magis, & minus.

Altera dis. dulię

Quo sit ad oranda humanitas Christi uirg. Mariæ &c.

Et ad quæst. respondetur, ponendo talem propositionem, Christus non solum secundum naturam diuinam est adorandus adoratione latriæ, idest quando adoro Christum, non debeo excludere humanitatem Christi. Hic sunt tria uidenda. Quantum ad primum articulum ponuntur duodecim propositiones.

3. art. p primo sunt in prop. 3. qq. Quãd sit reuereri aliquem

Prima. Reuereri aliquem in actu interiori, est sua bona cõparare parua, in comparatione illius cui exhibet reuerentiã, & est actus laudabilis, ut quando facio reuerentiam alicui, ego reputo bona mea esse parua, in comparatione illius, quem honoro: Sed contra, Aliquando rex honorat aliquem cordigerum, &c.

Oĩs uirtus moralis reducitur ad mã ex quatuor ſ. prudentiã, &c. Iustitia commutatiua quid, & accipitur dupliciter.

Tollitur instan. Bona dupl.

Respondeo, q bona sunt duplicia. Quædam sunt spiritualia, & sic rex reputat sua bona minora illius cordigeri, quia reputat illum sanctiorem. Alia sunt bona temporalia, ista non reputat maiora, & isle actus est actus uirtutis, dum tamen sit bene circumstantionatus, qui uocatur dulia, & debetur creaturæ rationali.

2. prop. pro primo art.

Secunda. extollere in corde bonitatem alicuius tanquam summam, & a quo accepit bonitatem suam, est actus laudabilis, dum tamen honorat obiectum debitum. Exemplum, ut quando ego extollo maiestatem Dei, qui est summus dominus, ista extollentia Dei, est actus laudabilis, & uocatur latria ita quòd sicut reuereri creaturam, & reputare sua bona, ita extollere Deum est actus laudabilis, & dicitur dummodo sit circa debitum obiectum, quia guloſi, quorum dominus uenter est, & saraceni, & pagani, qui adorant idola, ille actus non est laudabilis: quia non tranſit circa debitum obiectum: similiter auari, qui extollunt diuitias.

2. art. hẽt x. prop. 1. oĩs creatura rõnalis tenetur reuereri Deum.

3. prop sum ma reuerentia hẽt poſſe Deũ & pobiles

Tertia. ista reuerentia summa, quæ est extollere aliquem tanquam summam bonitatem, habet Deum præcise pro obiecto debito. patet, quia solus deus est summus dominus, & in eo est summa bonitas, a quo nos accipimus nostram bonitatem;

tatem: & ad istum actum requiritur summa bonitas, & habet summum dominium, & ille qui reueretur accepit bonitatem a Deo. & sic nulla creatura debet hoc modo extolli: quia illa reuerentia illi creaturę non conuenit.

Quarta. huic actui interiori correspondent actus exteriores, qui sunt signa illius actus interioris, ut sunt in ueteri lege sacrificia, decimæ: & in nostra lege, celebratio missæ, dicere officium. Istæ ceremoniæ protestantur subiectionem, & ostendunt bonitatem summam in Deo, & summum dominium.

Quinta. ex istis actibus tam exterioribus, quàm interioribus, frequenter elicitis, causatur habitus in nobis, qui facilitet, & prompte inclinabit ad huiusmodi actus. ut patet. ego sum habituatus ad dicendum missam, & hoc est quod dicit philos. secundo ethic. ex actibus frequentatis habitus generatur.

Sexta. sicut illi actus tam interiores, quàm exteriores bene circumstantionati, erant boni moraliter, i ta iste habitus est bonus moraliter, ut sicut dicimus, actus iustitiæ est bonus moraliter. ita habitus ille qui generatur, est bonus moraliter.

Septima. hoc nomen latria est terminus æquiuocus, & accipitur tripliciter. Vno modo pro actu interiori extollendi Deum, tanquam summum bonum. & hoc modo est in uoluntate. secundo modo pro actu exteriori protestante illum actũ interiorem. tertio pro habitu generato ex actibus interioribus, & exterioribus, & ille habitus uocatur latria. Similiter misericordia proximi potest accipi tripliciter. Vno modo pro misericordia interiori, ut quando pauper uidet alium paupe rem, & compatitur sibi, in isto potest esse habitus misericordię, & si habeat conuenienter pecunias, potest in se generare habitum misericordiæ.

Octaua propositio. Ille habitus generatus ex istis actibus reuerendi Deum est habitus uirtutis. patet, quia ille dicitur uir tuosus, qui est electiuus 6. eth. c. 2. & est consonus rectæ ratio ni: sed iste est huiusmodi: ergo est habitus uirtuosus. patet per Scotum, quia est consonus rectæ rationi: probatur propositio sic. quilibet habitus conformis rationi rectæ, est uirtuosus: sed iste est huiusmodi: igitur est uirtuosus.

Nona. Iste habitus qui causatur ex actibus, non est uirtus Theologica. patet sic, ille habitus non est Theologicus qui non habet immediatè Deum pro obiecto: sed iste habitus nõ habet Deum pro obiecto immediate: ergo non est habitus Theologicus: Maior est nota, & minor probatur: quia obiectũ immediatum latriæ, est actus, & ille honor deferendus, & qui debet dari Deo.

Oĩs uirtus ẽ Theologica, uel moralis.

Ex quo sequitur quòd cum omnis uirtus sit Theologica, uel moralis, oportet dicere, quòd sit moralis, dicit de Bassolis postquam non est habitus Theologicus, sed moralis, nõ tamen est habitus intellectualis, sed est in uoluntate, quia conuenit uoluntati extollere Deum.

Decima. Ista uirtus moralis continetur sub iustitia. Vnde nota, quòd secundum Aristotelem, omnis uirtus moralis reducitur ad prudentiam, uel ad iustitiam, fortitudinem, uel temperantiam. Ideo iste habitus latriæ, reducitur ad iustitiam, &c.

Vndecima, quæ est extra textum, iste habitus continetur sub iustitia commutatiua, & non distributiua. pro quo nota, quod duplex est iustitia, scilicet commutatiua, quæ est inter duos; & distributiua, quæ est inter illos qui distribuunt exemplum, quando ego do aliquid quod debeo sibi, est actus iustitiæ commutatiue: unde iustitia commutatiua accipitur dupliciter. Vno modo propriè, & sic in ordine ad Deum non est iustitia commutatiua. quia in iustitia commutatiua, datur æquialens pro illo quod recipitur: sed nos non possemus reddere æqualens Deo, pro iis quę nobis Deus dat, igitur &c. Alio modo large, & sic in ordine ad Deum, est iustitia commutatiua. Et ita dicit Arist. 9. eth. Vnde ad Deum non est iustitia qua Deus nos excedit.

Duodecima. Latria non accipitur in quæstione nostra pro habitu, sed magis pro actu. patet, quia obligatio seu tentio, quia tendimus in Deum, est actus, & non habitus.

Pro secundo articulo ponuntur decem propositiones.

Prima quælibet creatura rationalis obligatur ex præcepto diuino affirmatiuo, ad reddendum reuerentiam ipsi Deo tanquam summæ bonitati.

Patet, quia rationabile est, quòd una quæque natura intellectualis, recognoscat Deum tanquam summum bonũ, & dominum, quia sicut aliquis puniretur qui non faceret honorẽ regi, a fortiori de Deo.

Secunda. istud præceptum affirmatiuum obligans ad reddẽdum honorem Deo, licet obliget semper non tamen pro semper. Vnde duplicia sunt præcepta. Quædam sunt affirmatiua ut unum cole Deum. Sabbatha sanctifices. Alia sunt negatiua.

Præcepta sunt dupl.

Prima propositio. affirmatiua obligant semper, sed nõ pro semper, utputa primum pro tempore determinato.

Secunda. negatiua præcepta obligant ad semper, & pro semper, ut non occides, non furtum facies.

Tertia. Iste actus reuerendi Deum reducitur ad istud præceptum, non habebis Deos alienos. patet, quia in illo præcepto seu capitulo habetur q non solum non debemus adorare idola, sed debemus adorare Deum.

Quarta. Istud præceptum quod est, non habebis &c. est præceptum partim negatiuum quia prohibens: & est affirmatiuum quia obligans nos, ut patet Matth. 4. Scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, &c. in qua authoritate tangitur præceptum affirmatiuum, & negatiuum, cum dicitur, & illi soli seruies, i. non aliter, quia dictio exclusiua dicit puram negationem.

Præcep. 1ę quatuor actus impletur

Nota, quòd istud præceptum, per quatuor actus uirtutum adimpletur, s. per fidem, spem, charitatem, & uirtutem moralem, quia fides est in Deum.

Secundo per spem adimpletur, quia sperandum est de Deo, & considerantes debemus interrogare de spe.

Tertio completur per charitatem, quia homines tenentur diligere Deum

Quarto completur per latriam, & hoc tangitur cum dicitur, Dominum Deum tuum adorabis.

Et ideo reuerentia debita Deo cadit sub illo præcepto, Vnum cole Deum.

Quinta. Istud præceptum non potest sic continuè imperari quin possit aliquando adimpleri a creatura rationali. Vnde duplicia sunt præcepta. Quædam sunt, quæ impediuntur perpetuo, ut præceptum de reddendo honore parentibus, ut quando quis est captiuus perpetuo in terra aliena, tunc est de obligatus ab isto præcepto. Similiter ille quando non habent parentes, quia sunt mortui: Alia sunt præcepta, quæ non possunt perpetuo impediri, ut est istud præceptum, & sic istam reuerentiam debemus exhibere.

Præcepta ẽ duplici differentia.

Quãdo colendus ẽ Deus.

Et quo tempore debeamus dicendum est, uel quæris de lege Mosaica, & ideo pono.

Sextam propositionem. Quòd tempore legis Mosaicæ determinatio fuit in die sabbathi, in quo Iudæus tenebatur ire ad Ecclesiam, & adorare Deum.

Septima. In lege noua, pro aliquo tempore erat determinatum uacare ab operibus seruilibus, & istud præceptum non stabat in negatione, sed in affirmatione. Dicunt nominales, quòd in sola negatione potest adimpleri præceptum. patet, quia dicunt ipsi quod si ego inueniam unam bursam plenam auro, non capere propter Deum, est adimplere præceptum diuinum. Tamen dicit Scotus hic, quòd nullus adimplet præceptum per negationem, sed affirmationem. pater per definitionem meriti. Meritum est actus potentiæ liberæ, & secundum inclinationem gratiæ elicitus, sed istæ negationes non sunt actus: ergo per negationem non impletur præceptum. Et contra hoc arguit. iste non furando, adimplet præceptũ, ergo &c. Resp. Aut si habeant actum uoluntatis de non furando, dicendo sic, propter honorem Dei, ego non furabor, tunc ibi est actus positiuus, qui est Deum reuereri, etiam est negatio, s. nõ furari, & tunc adimplet: Aut si nullum habeat actum positiuum, & sic non furando, non adimplet præceptum.

Opi nominalium.

Opi Sco nullus adiplet 1. præcep p solam negationem. Soluitur instantia

Octaua. pro tempore legis euãgelicæ determinatus est dies dominicus ad implendum præceptum, ideo nota quod quilibet Christianus debet adorare Deum, & similiter curatus habens curam, tenetur celebrare missam die dominico, & isto actu debet recognoscere quisque Deum, tanquam suum Dominum, & hoc quando uidet corpus Christi, & ipsum tenet ante se, & laici debent audire missas, & similiter adorare, & recognoscere.

Die dominico cẽ implendũ pceptum de colendo Deo.

Circa hoc quæritur. Vtrum aliquis teneatur audire plures missas, & uidetur q sic, quia in illo capitulo dicit, missas, & nõ missam. Ad hoc dico q non, sed intelligitur de omnib. Christianis. Itẽ quæritur, si quis ueniret post chirieleison, uel quando dicitur, utrum adimpleret præceptum? Respon. quòd sic, quia parum distat a principio. Alii quærunt, utrum teneatur audire missam de die? Resp. q non, sed sufficit unam audire. Sed utrum quis teneatur audire distincte uerba missæ? Respõ deo, quòd non primo propter multitudinem populi. secundo propter aliquos sacerdotes bestiales. Tertio pp surdos, qui nõ bene audiunt. Et ita in illo actu exteriori missæ cõsuetudo est

Soluitur alia dub.

Quis nõ tenetur audire distincte uerba celebrantis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Loquêtes dũ missa celebratur & ceruenis nõ seruant præceptam 9. prop.

stare genibusflexis, etiam est bona consuetudo. Sed de actu interiori, dico q; illi, qui loquuntur in ecclesia de negotiis eorũ non adimplent præceptum.

Nona propositio. si sit aliqua necessitas, propter quam aliquis non possit adimplere præceptum, debet in alio recompẽsare, ut dare eleemosinam, uel facere celebrare missam. Quæro, vtrum in aliquo alio tempore, quam in die Dominico, in lege Euangelica teneatur quis audire missam, ut in aliis diebus.

Respondeo, non solum quis tenetur in diebus Dominicis, sed etiam in diebus festiuis sub pœna peccati mortalis. patet per illud capitulum, Pronunciandum, de consec. d. 3. Dicit Scotus, quod dubium est, quia dubium est, utrum ecclesia præcepit audire missam diebus festiuis, ideo Scotus dicit, dubium est. De tertio articulo, hic resp. doct. ad quæst. & ponit ibi duas distinct. & tres propositiones.

3. art. Solũ põtcapi dupliciter

Prima distinctio solum, potest capi dupliciter. Vno modo cathegorematicè. Alio modo syncathegorematicè. Solus, cathegorematicè, idem est, quod solitarius, idest non cum re eiusdem generis, ut dicit B. Thomas: ut si unus cordiger iret ad uillam cũ aliis secularibus, diceretur adhuc ire solus, & sic nõ ponitur in diuinis. & sic Plato est in camera solus, non solitarius. Alio modo capitur syncathegorematicè, & tũc facit propositionem exclusiuam, quãdo determinat totam propositionem, & sic capitur hic, ita q; determinat unum extremum in ordine ad alterum.

Secunda distinctio. Accipiendo solum syncathegorematicè adhuc capitur dupliciter, Vno modo, quod excludat a termino adorationis: Alio modo a ratione formali adorationis; exemplum. quando adoramus, sunt duo termini: primus terminus est id, quod adoramus: & est ratio formalis, propter quam adoramus, quæ est secundus terminus: & totus terminus quem adoramus, est Christus totus: & ratio formalis est natura diuina, quæ est summa bonitas, & est ratio, quare adoramus Christum adoratione latriæ. Ideo ly, solummodo, pôt excludere terminum primo modo, ut sit sensus, sola diuina natura est terminus adorationis: & tunc fit exclusio a termino adorationis, & excludit omne aliud ab essentia diuina. Alio modo potest excludere a ratione formali adorationis, ut Christus est adorandus secũdum naturam diuinam: sensus est q; sola ratio formalis adorationis latriæ, est natura diuina. patet a simili, quando Sortes agit, natura est ratio formalis agendi. & etiam ista est uera, solus Sortes agit.

1. prop. Sco.

Prima propositio. Accipiendo ly, solum modo, cathegorematicè ista est uera, Christo secundum naturam diuinam solummodo debetur adoratio latriæ. quia sensus est, quod naturæ diuinæ solitariè sumptæ debetur latria, patet. Illi naturæ debetur latria, in qua est summa bonitas, summum dominiũ: sed in sola natura diuina est summa bonitas, & summũ dominium: ergo illi naturæ solitariè sumptæ debetur adoratio latriæ.

2. prop.

Secunda propositio. Accipiendo ly, solum, syncathegorematicè, ut excludit a termino adorationis, si. ab essentia, ista est falsa, Christo solummodo secundum naturam diuinam debetur latria: Et ratio est, quia sensus est, q; sola essentia diuina est terminus adorationis latriæ, & alia, quæ non sunt de essentia diuina, excluduntur a latria: sed hoc est falsum, patet, quia nos dicimus, q; tres personæ aliquid addunt ultra essentiam diuinam, & illas relationes, & essentiam diuinam adoramus unica adoratione: ergo aliæ proprietates non excluduntur a latria. In proposito patet, q; humanitas unita uerbo diuino

Humanitas in uerbo est obiectum latriæ.

potest esse terminus adorationis latriæ, & tam natura diuina, quam humana est terminus unius adorationis latriæ. patet, quia totum hoc est adorandum adoratione latriæ, nec debet excludi natura humana: patet per Damasc. Christus perfectus Dens, & perfectus homo, &c. & nos debemus adorare unica adoratione Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, & Christũ. Item alia auctoritas. Adoratur natura diuina, & humana natura in suppposito uerbi, quod est factum suppositum eius, idest naturæ humanæ. Item unam personam uerbi, &c. & simul adoramus duas naturas. Et quando dicimus, uerbum est adorandum adoratione latriæ, ly, cum, quod ponitur ibi, una adoratione cũ incõtaminabili, &c. potest capi dupliciter. Vno modo associatiuè: & tunc sensus est, uerbum habens humanitatem est adorandum adoratione latriæ. Alio modo copulatiue, & tunc sensus est, uerbum est adorandum adoratione latriæ, & non caro.

Nota quod aliquid dicitur esse adorandum latria dupliciter. Vno modo per se, & propter se, & sic sola natura diuina est adoranda adoratione latriæ. Alio modo per se, & non propter se, & sic natura humana unita uerbo est adoranda per se, sed non propter se, sed propter diuinam, cui est unita, & hoc totum confuse adoratur unica adoratione.

4. exemp. ad propositũ declarandum.

Consequenter ponuntur quatuor exempla, dicit Damasc. timeo ferrum ut ignitum, & timeo ignem, ita quod sicut eodem timore timeo tangere ferrum ignitum, quo timeo tangere ignem, ita eodem modo in proposito, eadem adoratione adoro naturam humanam, quia est unita cum uerbo. Item patet de rege, & purpura. Item quando rex ueneratur, non excluditur purpura sua, & corona sua, quia non dicitur, ego facio reuerentiam regi, & non purpuræ; quia ille, qui diceret sic, esset fatuus: ita in proposito, cum natura humana sit quod dam uestimentum Dei, eadem adoratione adoro Deum uestitum, & uestimentum. Item hic est unus homo sapiens, qui habet bonam scientiam, & uirtuosus, habet tamen scabiẽ in corpore: quando sit illi reuerentia, non excluditur corpus, ubi est scabies ab anima, ubi sunt uirtutes, & alia dona. Item facio reuerentiam alicui magno doctori, qui habet forte caput infectum: quando facio sibi reuerentiã, non excludo caput istud immo eadem reuerentia, qua facio reuerentiam sibi, & capiti. Ita & in proposito, quando adoro uerbum, adoro etiam naturam humanam assumptam: unde primum exemplum est bonum ad prædicandum populo.

3. prop. Sco.

Tertia. Accipiendo ly solummodo excluſiuè, ut excludit a ratione formali adorationis, tunc illa est uera. Christo solũmodo, non secundum naturam diuinam debetur latria; quia sensus est: sola natura diuina est ratio formalis quare Christus adoratur adoratione latriæ, ergo natura humana non est rõ formalis adorandi adoratione latriæ, sed solũmodo natura diuina. probatur. illud cui conuenit ratio summi dominii, est ratio formalis adorationis latriæ: sed natura diuina est, cui cõuenit ratio summi dominii, & summæ bonitatis; igitur natura diuina est ratio formalis adorationis latriæ.

Cõtra 3. pp. dubitatur

Contra istam tertiam propositionem doctor arguit sic, pro bando, quòd natura humana in Christo possit esse ratio terminandi adorationem latriæ, siue sit coniuncta, siue sit separata. primo præsupponit doctor, quòd summum dominium cõuenit Deo ratione creationis, sic, quòd per creationem fit dominus, & ante non erat dominus. tunc arguit sic. Tanta ratio dominii debetur redemptori ratione redẽptionis, sicut creatori ratione creationis: ergo sequitur, quòd ipsi redemptori debetur cultus latriæ sicut creatori, ut creator est: sed sic est, quòd Christus secundum naturam humanam fuit redemptor, ergo Christus secundum rationem naturæ humanæ est adorandus adoratione latriæ, probatur antecedens.

Primo dicitur ad Gal. 8. Empti enim estis precio magno: ita quòd ex isto textu habemus, quod sumus serui empti per illud precium: ergo tanta ratio est dominii in redemptore, sicut in creatore.

Item. Nihil nasci profuit, nisi redimi profuisset: ubi uidetur dicere, quòd ratione redemptionis debetur Christo homini summum dominium.

Item, pro redemptione accipimus gratiam, & gloriam, & per creationem solum accipimus naturam: ergo tantum debemus redemptori, sicut creatori: ergo tanta ratio dominii debetur Christo ratione redemptionis, sicut Deo ratione creationis.

Reg. Sco. pulchra. Idẽ põt multipliciter obligari ad summum

Respondeo, ponendo unam regulam, & unam distinctionem. Reg. talis est. Quamuis aliquis non possit obligari ad maius summo, tamen aliquis potest ad idem multipliciter obligari. Vnde nos tenemus, quod Christo fuit collata summa gratia. patet regula, quia non est dabile maius summo: patet per exemplum de religioso, qui primo obligatur in professione ad obseruandum castitatem: deinde suscipit ordines, & item obligatur ad obseruandam castitatem, & non potest ad maius obligari in ordine, quàm ad castitatem: & ideo obligatur dupliciter, & si frangat castitatem, peccat duplici peccato. Item est aliud exemplum, quod aliquis possit pluribus obligationibus obligari, ut cordiger teneatur ieiunare die ueneris ex regula sua; pono q; die ueneris cadant ista, s. ieiunium quatuor tẽporum, & uigilia alicuius Apostoli: tunc ibi sunt plures obligationes ad idem, & non potest obligari ad maius in eodẽ ordine: sed tamen tribus obligationib. obligatur. Et ista regula applicatur ad summam gratiam, & ad summam pœnam.

Obijcit cõtra reg.

Sed contra. & pono, q; Sortes demereatur maximam pœnã per aliqua peccata ab eo facta.

Item uolo, quòd peccet uno alio peccato mortali, & sic in spiritumsanctum, tunc arguo sic. Vel iste punietur de isto ultimo

Soluit instãtiam.

mo peccato, uel non: si primum, contra. non est dabilis alia pœna maior noua, quia non est dabilis maior pœna illa, cum sit maxima: nec potest dici, quod non punietur, quia nullum peccatum impunitum.

Opus creationis tribuitur alicui dupliciter.

Resp. quod sibi non datur talia pœna noua, sed ad illam sum mam pœnam obligatur duabus obligationibus.

Consequenter ponitur distinctio. Aliquem facere opus redemptionis potest dupliciter intelligi. Vno modo principaliter. Alio modo meritoriæ. Deus siue tota Trinitas, fecit opus redemptionis principaliter, Christus autem per merita sua fecit opus redemptionis principaliter, Christus autem per merita sua fecit opus redemptionis; & hoc posito.

Christus ut homo est dẽ ptor meritorius. Duplicẽ uiã aperit Scot. quare Deus sit latria adorãdus.

Respondeo, quòd si concedatur antecedens, scilicet, quòd totum est dominium redemptionis, sicut creationis, trãseat; & distinguo, quoniam duplex est redemptor: quidam est principalis, & de illo est uerum: alius est redemptor meritorius, sicut est Christus, & de illo non est uerum: & tunc Deo debetur summa reuerentia ratione creationis, & ratione redemptionis. Cum arguitur, Christus secundum naturam humanã debet adorari adoratione latriæ, nego.

3. prop. Sco.

Hic Scotus aperit duas uias, vtrum Deo debeatur ratio adorationis latriæ inquantum in eo est summa bonitas, quam communicat nobis. Si teneamus, quòd Deus est adorandus adoratione latriæ, quia creauit nos, & redemit, tunc eum debemus adorare adoratione latriæ, ita quòd si essent duo dii, unus, qui nihil fecisset nobis, & alius nos creasset, & redemisset, tunc iste secundus est adorandus adoratione latriæ, & nõ alius: sed si teneamus, quòd Deo debemus latriã ratione bonitatis summæ in se, ut non communicatæ nobis, tunc si essent duo dii, unus, qui nos creasset, & redemisset, & alius nihil fecisset nobis, ambos debemus adorare adoratione latriæ. si hoc teneatur, licet Christus nos redemerit, tamen, quia non est infinita bonitas, nec summum ens, tunc non esset adorandus adoratione latriæ. Et ideo, cum arguitur, Christus fecit redemptionem, concedo: ergo sibi debetur latria; nego, quia natura humana non est infinita, nec summa bonitas: ideo sibi nõ debetur latria.

Quid de Bass.

Dicit de Bassolis, quòd licet Deus sit summa bonitas, & summũ ens, tamen, si nullam bonitatem communicasset nobis, non esset adorandus adoratione latriæ: esset tamen summè diligendus. Ego autem teneo, quòd Christus est adorandus adoratione latriæ, quia est communicatiuus bonitatis suæ, & non inquantum est summum ens, & summum bonũ. Et ideo cum arguitur, tota ratio dominii debetur redemptori, ut redemptor est, distinguitur, aut accipiendo redemptorem pro redemptore principali, qui est Deus, qui redemit nos non propter nos, sed propter se, & sic concedo, & quia Christus non fuit redemptor principalis, ideo natura humana in Christo, non est causa adorationis latriæ.

Reiicit sententiam de Bass.

Dub.

Sed quæro, quæ reuerentia debetur Christo secundum naturam humanam, in qua exercuit opera nostræ redemptionis. hic non quæritur de termino adorationis latriæ, sed de ratione formali adorationis.

Solutio. Christi humanitati debetur hyperdulia. duplex adoratio.

Respondet doctor, primo secundum naturam humanam tãquam secundum rationem formalem, debetur hyperdulia, patet, quia illa est summa, & excellentissima, quæ debetur creaturæ.

Notandum, quod duplex est adoratio. Quædam est latria. Alia est dulia. Latria est illa, quæ debetur ipsi Deo, quæ est excellentia Dei: & est duplex. quædã est habitualis, quæ est habitus inclinans nos ad exoltendum Deum: Alia est actualis exoltientia, & ista est duplex: actualis interior, quę est uolitio actualis protestatiua subiectionis. Alia est actualis exterior, in qua nos protestamur subiectionem Deo. Dulia est reuerentia quæ debetur creaturæ puræ, & diuiditur in tres species, scilicet in super hyperdulia, hyperdulia, & dulia: tamen non est curandum de ista distinctione, sed est dicendum, quòd est dulia maior, quæ uocatur hyperdulia, quæ debetur naturæ humanæ Christi, & uirgini gloriosæ, quia sunt excellentissimæ creaturæ. Quod tamen potest dupliciter intelligi. Vno modo in donis naturalibus, & sic non, quia minor angelus in paradiso, est excellentior natura humana assumpta a uerbo, & uirgine: sed in donis gratuitis natura humana, & uirgo, sunt maturæ excellentissimæ, quia Christus habet gloriã sum mam, & uirgo habet gloriam maiorem secundũ aliquos, quã aliquis angelus habeat in paradiso.

Dulia humanitatis Christi et Virgo superet oẽs Angelos.

Sed dulia minor est, quæ debetur alicui puræ creaturæ rationali, & sic sancti adorantur, & prælati, & nos ipsi quando facimus nobisipsis reuerentiam, & ista etiam diuiditur in actualem, & habitualem, ut dictum est de latria, & hyperdulia.

Duplex rõ cur Deus sit latria adorandus.

Sed quæro. in Christo sunt gratia, & gloria, & Christus est caput ecclesiæ, & exercuit opera redemptionis. unde propter illa duo, quia est caput ecclesiæ, & est plenus gratia, sicut noster redemptor, Vtrum debeatur sibi duplex hyperdulia.

Duplex rõ cur Christi humanitas sit hyperdulia colenda.

Respondeo, quod sicut latriæ exhibẽdæ potest poni duplex ratio, scilicet quia debetur alicui naturæ infinitæ, siue sit cõmunicatiua bonitatis, siue non, & tunc est ratio latriæ. Vel potest poni, quòd ratio latriæ est bonitas summa Dei inquantum communicatiua, & ista est ratio latriæ. Ita dicendum est quòd istius adorationis hyperduliæ potest poni duplex ratio. Vno modo, quòd natura excellentissima sit ratio adorationis hyperduliæ, siue fecerit bona nobis, siue non. Et tunc dicimus, quòd quia est bonitas creata excellentissima, ideo est ratio hyperduliæ. Alia est ratio, quòd quia exercuit opera redemptionis, duplici ratione sibi debetur hyperdulia. primo quia est natura excellentissima. secundo quia exercuit opera redemptionis, & habet summam gloriam, & est caput ecclesiæ, & hoc est tenendum, quod naturæ humanæ præcise consideratæ non tantus honor sibi debetur, sicut inquantum est natura gratuita, quãm quia etiam exercuit opera meræ redemptionis. Et propter ista duo, uidelicet, quia est natura excellentissima in donis gratuitis, & quia exercuit opera nostræ redemptionis, ideo sibi debetur hyperdulia duplici ratione.

Dub. soluit.

Quæro, quid est tenendum, si illa reuerentia, quæ debetur sibi inquantum est natura excellentissima gratuitaf; utrum sit summaf; Resp. quod non.

Arguit Sco. q; humanitas Christi ẽ adoranda latria.

Doctor arguit, probando quòd debeamus adorare in Christo illam naturam adoratione latriæ, & arguit sic, Maior reuerentia debetur Christo secundum naturam humanam, in quantum in illa natura est summa gloria, & gratia, & exercuit opera meræ redemptionis, quam si præcise esset gratuita, habens tantummodo gratiam, & gloriam, sed si haburisset tantummodo summam gratiam, & gloriam, sibi debuisset adoratio hyperduliæ: ergo cum nunc Christus in illa natura exercuerit opera nostræ redemptionis, uidetur, quòd maior reuerentia sibi debeatur, quam quando esset præcise natura gratuita, habens gratiam & gloriam: sed ista maior, est latria: ergo sibi debetur latria. patet maior de illo qui est Episcopus, & Cardinalis simul, cui debetur maior reuerentia, quàm si solum & simpliciter esset Episcopus.

Prima rõ.

Sol. 1. rõ.

Respondeo, concedo maiorem. ad minorem, si præcise habuisset gloriam, & gratiam debuisset sibi adoratio hyperduliæ: Distinguo, aut in tanto gradu, & sic nego, aut alio gradu minori, & sic concedo.

2. rõ ad idẽ.

Secundo sic, Nos dicimus, quòd Christus est caput ecclesię sicut dicit Augustinus super illum passum: Ego sum uitis uera, uos estis palmites, dicit D. August. quòd Christus dicitur caput propter triplicem conditionem capitis: primo quia caput habet dignitatis excellentiam. secundo habet influere secundum motum. tertio habet dirigere alia membra.

Christus dicitur caput Ecclesiæ propter triplicẽ excellentiã capitis.

Primum conuenit Christo, quia dignitas capitis consistit in tribus. primo in situ, secundo in nobilitate potentiarum, tertio in maxima comprehentione. de primo patet, quia caput est supra. de secundo patet, quia omnes potentiæ hominis sunt in capite, ut intellectus, & uoluntas, & potentiæ organicæ, ut uisus, auditus, odoratus, & tactus, & sensus uirtutis imaginatiuæ, æstimatiuæ, & memoria. Item ibi est potẽtia motiua organica, ita quòd est una nuca in cerebro, ut dicit medici. De tertio patet, quia caput est nobilius in comprehensione.

Duplex opi. de potentia motiua ubi sit.

Vnde nota, quòd duplex est opinio. Quædam est Scoti, & philosophorum, quæ dicit, quod potentia organica est in corde, quia prima pars, quæ mouetur, est in corde. patet in 49. d. 4. q. 14. in materia de agilitate.

Alia est opinio Thomistarum & medicorum, quòd potentia ista motiua organica est in quadam nuca in capite. Alia conditio capitis est nobilitas potentiarum, quia omnes sẽsus sunt in capite, & influit motum. tertia conditio est maxima comprehensio, quia caput dirigit alia membra. Ita Christo cõueniunt omnia ista, quia in Deo est primo situs, quia est Deus super omnes creaturas. secundo Christus est excellentior. est tertio caput, in nobilitate potentiarum, quia habet bona gratuita. habet etiam maximam gloriam, & comprehendit essentiam diuinam, & omnia ista sunt forte melius in Christo ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne diuinitatis in diuinis.secundo Christo influit sensum fidei principaliter inquantum est Deus, & motum charitatis, & influit meritorie,quia per ipsum inquantum est homo, datur nobis spes,fides,& charitas. tertia conditio sibi conuenit, quia Christus dirigit membra, & dicit, qui vult venire post me,abneget, &c.Secundo igitur sic arguitur. maior reuerentia debetur Christo inquantum est caput ecclesiæ, & inquantum habet gratiam & gloriam,quam si præcise haberet gratiam, & gloriam:sed si præcise haberet gratiam, & gloriam deberetur sibi hyperdulia:ergo nunc quoniam est caput ecclesiæ,& habet gratiam,& gloriam, sibi maior debetur reuerentia,sed illa maior est latria:ergo sibi debetur latria.

Deducitur 2.ratio

Solvitur 2.

Respondeo ad maiorem, & distinguo. Vel quod maior reuerentia sibi debeatur,distincta specie,sicut est latria: & sic nego. Vel maior,i.habens plures gradus, & sic concedo, q̃ sibi debetur maior reuerentia.

3.ratio Sco.

Item dicit Beatus Bonauentura: nulla pura creatura rationalis potuit facere reparationem, immo oportuit quod esset Deus & homo,quia si angelus restituisset nos,non essemus restituti ad pristinam nobilitatem, & libertatem, quia essemus debitores ipsi angelo,tunc sic.uel ista ratio aliquid ualet, uel nihil:si aliquid ualet,oportet dicere,quòd ratione reparationis debetur reparatori alia reuerentia,&c.si dicas, quòd illi homini non deberemus nisi hyperduliam: ergo sequitur, q̃ si homo redemisset nos, æque essemus restituti ad pristinam libertatem,& nobilitatem.patet,quia non ueneramur uirginem nisi hyperdulia:ergo oportet dicere,quod debemus Christo maiorem reuerentiam.

Solu.3.rõ. Deus potuit per puram creaturã, et sine redimere genus humanũ,quãuis congruũ fuerit esse Deũ & hominem.

Respondeo.difficultas quæ tangitur est, utrum per purum hominem potuit fieri reparatio.

Respondeo, quòd sic, immo etiam sine creatura rationali potuit Deus redimere genus hominis.secundo dico, quòd cõgruum fuit,quòd ille qui nos repararet, esset Deus & homo. Pro resp̃onsione ponuntur tres propositiones.

1. Prop.

Prima,congruum fuit, quòd illa persona quæ erat redẽptura, esset Deus.patet,quia tunc eidem reddimus latriam, ratione summi dominii:& quia natura humana est illi coniuncta,ideo reddimus illi hyperduliam,patet per simile,quia cõgruit,quòd idem pater sit genitor,& nutritor,ut filius teneatur sibi duplici ratione,scilicet ratione generationis,& ratione nutritionis,si autem filius esset generatus ab uno, & nutritus ab alio, esset obligatus illis duobus ; ideo congruum est magis,ut idem sit genitor,& nutritor.Ita in proposito, est cõgruum,ut eidem debeatur latria, quæ est summa reuerentia debita Deo,& hyperdulia,quæ debetur naturę perfectissimę creatæ.

2. prop.

Secunda propositio.Non minus fuissemus pfectè reparati, si adorationem illam hyperdulię debuissemus alicui puræ creaturæ redimenti nos cui non debemus latriam:ut si angelus nos redemisset per unam bonam uolitionem,tunc illi debuissemus hyperduliam, & tamen essemus restituti in perfectam libertatem,patet,quia uirginem ueneramur hyperdulia,& alios sanctos dulia,& tamen non sumus magis depressi quam in statu innocentiæ,quia si stetisset ille status, debuisse mus Christo istam hyperduliam.

3. prop.

Tertio,nos fuissemus multum depressi, & non perfectè reparati,si alicui creaturę debuissemus latriam,quam debemus soli Deo.patet, quia essemus obligati duplici obligatione.primo de ratione creationis Deo, & angelo ratione reparationis, tamen modo non sumus depressi, sed sumus in illa dignitate, & libertate qua prius. Et ideo ad arg.concedo bene, q̃ congruum fuit, q̃ idem esset homo, & Deus qui nos reparasset,sed hoc fuit non necessarium.

4 võ Scoti.

Quarto sic arguit Anselm. Vita Christi est tantum bonum, quantum omnia peccata sunt mala: ergo uita illius hominis est infinita:ergo adoranda adoratione latriæ:pro probatione antecedentis nota,quòd duplicia sunt peccata. Quædã sunt, quæ immediate committuntur in Maiestatem diuinam, ut blasphemia,infidelitas. Alia sunt,quæ committuntur in proximũ, ut furari, occidere,quæ immediate cõmittuntur in proximũ,& mediate in Deum.probatur ergo antecedens. q̃ uita Christi erat coniuncta ipsi Deo, & dilecta erat tantum bonũ in se,quantum omnia peccata sunt mala:ita quòd si ponatur istud malum est occidere Christum ex una parte, & ex alia omnia peccata, quæ possibilia fuerunt committi: occidere Christum est maius,quã omnia alia peccata:sed peccata,q̃ cõmittuntur in Christum auertunt a Deo:ergo uita illa est magis diligenda,quàm summum bonum,quod est infinitum:igitur illa uita est infinita:ergo sibi debetur latria.

Aliter formatur rõ.

Aliter formatur sic.tantum bonum est uita Christi quantum malum priuatio illius uitæ : sed priuatio uitæ Christi est infinitum malum:quia æquipollet infinitis peccatis,quæ non committuntur in personam diuinam:igitur illa uita est infinita:ergo est adoranda adoratione latriæ.

Solvitur 4o

Respondeo pro ista propositione, tantum bonum est uita Christi.

Not de præstantia vitæ Christi. In quolibet peccato ẽ auersio a Deo

Notandum,quòd ista uita Christi creata, non fuit bonum infinitum formaliter.

1.reg.d gra uitate peccatorum

Ex quo sequitur,quòd non erat summe diligenda: quia illa uita in triduo habuit non esse.Et cum dicitur, illa uita est tantum bonum, &c.dico quòd auerti a Deo in uno, est minus malum,quàm auerti a Deo in alio. patet, quia in quolibet peccato est auersio a Deo.peccata uero,quædam sunt mere carnalia,ut luxuria superbia;quædam sunt mere carnalia, ut luxuria superbia, quædam spiritualia, ut inuidia, infidelitas,&c.prima conclusio. peccata carnalia sunt maioris infamiæ,& minoris culpæ.secunda.peccata spiritualia, sunt maioris culpæ,& minoris infamiæ.patet primum, quia si cordiger loqueretur uni meretrici, illud esset sibi maius dedecus, quàm si uxoraliter per Deum,uel diceret malum de alio.Secunda regula.tanto grauior est auersio a Deo, quanto conuersio ad Deum est nobilior.patet,quando unus inuidet alteri auertit se a Deo,& quando plasphemat Deum,ista auersio est grauior:& etiam maius peccatum est odire Deum,quàm creaturam.Et ideo respondetur ad formam argumenti, diligendo illam naturam assumptam,cum esset unita uerbo, actus diligendi illam naturam propter Deum, erat maximè meritorius : ita etiam auerti a Deo illi coniuncto,& occidere illum hominem,erat grauissimum peccatum:quia Deus illum summe diligebat.

Quo occidere Christum potuerit esse grauius peccatũ omnib. aliis.

Sed quæro,quomodo potuit esse grauius malum omnibus aliis peccatis,dicit hic Scotus, Istud peccatum esse grauius,intelligitur dupliciter.Vno modo intensiuè. Alio modo extensiuè,dico quòd istud non est extensiuè grauius, quàm omnia alia:sed istud peccatum occidere Christum fuit grauius intensiue,quàm omnia peccata : ita quòd si Iudæi occidissent omnes alios homines, non tantum peccassent intensiuè, sicut occidendo Christum.

Hec non est cõprobatiũ q̃ longinus se interfecerit ergo ẽ casus

Quærit Scotus hic unam quæst.& remittit se inferius. quæstio est,uidetur quòd ista propositio sit falsa,scilicet quòd interficere Christum est maius peccatum, quod possit committi. Arguitur sic,si ille Longinus qui uulnerauit Christum,licet aliqui dicant,quòd Christus ante erat mortuus,& postea interfecit seipsum : sed interficiendo seipsum non fecit peccatum,quod sit immediate in personam diuinam: tunc quæro, quando magis peccauit ? dico probabiliter ; quod Longinus magis peccauit occidendo se,quam occidendo Christum;patet,quia ille magis debet se diligere propter Deum,quàm illam naturam humanam uerbo unitam propter Deum. patet per illam regulam, & istud teneo probabiliter, & ideo debet sic intelligi,quòd illa culpa fuit grauior,quam culpa, quæ non committitur in personam diuinam, & personam propriam.

Solumtur prin. arg. Deducitur tria 1.arg.

Et ad argumenta principalia, primo sic arguitur, illi non debetur latria, cui non conuenit ratio summi dominii : sed Christo solum ratione diuina natura conuenit ratio summi dominii:ergo Christo non debetur latria nisi ratione naturę diuinæ, &c.patet maior, Deus, quia latria debetur secundum rationem summi dominii.Secundo sic, Christus secundum naturam humanam orauit Deum: ergo non est adorandus adoratione latriæ.Patet consequentia,quia habet aliquam naturam superiorem : ergo illa natura non est ueneranda summa ueneratione. Tertio sic, nulla natura creata debet uenerari adoratione latriæ, sed natura humana in Christo est creatura: ergo &c.patet minor. quamquam ista sit assumpta a uerbo,semper est creatura.

Solvitur 1a latria arg.

Resp.ad ista tria arg.quæ probant quod solum Christo debetur latria,secundum naturam diuinam:dictum est de ly solum,quomodo capitur, & quando diuersimode capitur tunc propositio est uera,uel falsa. Et ideo rationes bene concludunt,quòd natura humana non est ratio formalis latriæ. Et ratio est, quia si esset separata a uerbo, tunc non esset adoranda adoratione latriæ,ut dicit Aug.non seruio illi homini ser uitio latriæ, sed cõcludunt arg.ista, quod latria debetur Christo per naturam diuinam, & potest exponi illa glosa. Adorate scabellum pedum eius.

Nota

Humanitas nõ Christi nõ esse adorandã adoratione latriæ p̃t intelligi dupliciter. 4.princ.

Nota quòd humanitatem non esse adorandam adoratione latriæ,potest intelligi dupliciter. Vno modo tanquam terminus totalis,sic quòd ipsa natura humana sit terminus illius adorationis,& sic concedo. Aut tanquam terminus partialis illius adorationis,& sic debet adorari.

Soluitur 4. prin.

Quarto sic,quia Christus est adorandus adoratione latriæ secundum quod est summè diligendus: sed Christus secundũ naturam diuinam est summè diligendus: ergo &c. patet maior. rationem enim ultimi finis, consequitur ratio summi domini. Probatur minor,quia Christus secundum naturam diuinam est summa bonitas:ergo secundum illam est summè diligendus.

Respondeo,quòd si quis diceret,quòd ratio quare aliquid est adorandum adoratione latriæ,est summa bonitas intrinseca, tunc respondetur, quòd maior est uera:& ad minorem, distinguo,quia dictum est,quod Christus est adorandus adoratione latriæ,secundum naturam diuinam, quia uel ly solummodo accipitur cathegorematicè,& tunc est uera. si uero capitur syncathegorematicè,& hoc dupliciter.Vel ut excludit a termino,& sic est sensus,solum natura diuina est summè diligibilis,ut terminus,& sic est falsa, quia natura humana unita uerbo est natura summe diligibilis:Alio modo ut excludit a ratione formali,ut sit sensus,natura diuina est ratio formalis quare aliquid est summè diligibile, & tunc minor est uera, & tunc argumentum non est contra me : quia intelligo de ratione,qua aliud est summe diligibile.Sed si teneamus, q̃ natura humana in se non est ratio,quare aliquid debet adorari adoratione latriæ,sed inquãtum est communicatiua suæ bonitatis:tamen si duo essent dii, unus non esset adorandus, s.ille,qui nihil fecisset nobis.

Actus diligẽdi p̃t dupliciter cõsiderari.

Quæro quomodo est possibile,quòd natura humana sit sũme diligibilis,& illa unio,& arguitur sic. illud non est summè diligibile,quòd est unum ens creatum, sed natura assumpta,& illa unio qua illa natura est assumpta,est ens creatum: ergo nullum illorum est summè diligibile.

Respondeo.actus diligendi potest considerari dupliciter. Vno modo secundum unam opinionem,sicut quod respiciat determinate aliquam naturam, & sic dicendum est,quòd natura humana,nec unio,est summe diligibilis, tamen quia ista opinio non est tenenda,quia dilectio eodem modo se habet, sicut adoratio:quia sicut adoramus naturam diuinam, & humanam,ita naturam diuinã, & humanam totum hoc potest esse terminus diligibilis.Patet per exemplum. nos diligimus summè totam Trinitatem,& tamen relationes non sunt summe diligibiles, tamen in confuso adoramus illas,ita hic possumus diligere naturam humanam,& diuinam unica dilectione licet nec natura humana,nec unio sint rationes summe diligibiles, &c. Et uerum est, quod non est quid infinitum.patet, quia nullus debet uelle peccare,ut saluetur illa unio,& ratio est, quia pro nullius creati esse saluando aliquis debet peccare mortaliter:si illa unio est ens creatum : ergo pro saluando illam unionem,nulli licet peccare mortaliter.

1.corol. Declaratur grauitas pcti mortalis sed nõ uidentur cõsentire sequãtia 2.corol.

Ex quo sequitur primo,si Deus diceret mihi,uel tu peccabis mortaliter, uel ego destruam naturam humanam unitam uerbo,& omnes angelos,uel uirginem Mariam, & q̃ omnes diaboli hodie interficerent te dico, q̃ tu non debes peccare mortaliter.ideo aduertant, peccatores.

Secundo sequit, q̃ si Deus esset mutabilis,& posset se destruere,sicut ego possem me occidere,& diceret, uel tu peccabis, uel ego annihilabo me,ego magis debeo peccare quàm dimittere Deum annihilare se,quia Deum debeo magis diligere, quàm meipsum.

EPILOGVS,

DE ADORATIONE.



VAERO primo,qualiter est adoranda essentia diuina cum tribus personis.

Respondetur per talem conclusionem, quod essentia diuina cum tribus personis est adoranda adoratione latriæ, & etiam cum omnibus attributis:patet sic.Istud est adorandum adoratione latriæ, quod habet summam bonitatem:sed essentia diuina,& personę sunt huiusmodi:ergo &c.

Contra.tres personæ diuinæ non habent rationem summę bonitatis:ergo.patet,quia non dicunt nisi relationes,quę non sunt finitæ,neque infinitæ,secluſa essentia diuina.

Relõnes originis in diuinis.possũt considerari dupliciter

Respondeo,quod relationes possunt considerari dupliciter.Vno modo in se,& absolute. Alio modo cum essentia diuina.primo modo non sunt adorandæ adoratione latriæ, sed secundo modo adoramus essentiam, & relationes, eadem adoratione.

Natura humana Christi p̃t cõsiderari dupliciter.

Secundo quæro,qualiter est adoranda natura humana assumpta a uerbo.

Respond. natura humana potest considerari dupliciter. Vno modo in se nõ hẽns respectum ad uerbum. Alio modo ut est unita uerbo.Si primo modo consideretur, dico quòd est adoranda hyperdulia, tanquam terminus totalis adorationis illius:quia hyperdulia est reuerentia alicui creaturę excellentissimę debita:Sed natura humana est natura excellentissima: ergo sibi debetur hyperdulia:secundo modo si consideretur, sic est cum uerbo diuino adoranda adoratione latriæ, sicut uerbum & natura humana,& ipse Christus, & natura humana,est terminus partialis, & non terminus totalis adorationis latriæ.& si quis arguat; maior reuerentia debetur naturę humanæ Christi præcise considerate ut a uerbo, secluſæ, quã uirgini,sed hyperdulia debetur uirgini: ergo illi naturæ debetur maior:sed maior est latria:ergo.

Respondeo,aut maior,idest distinctus honor specie, & sic non,uel maior idem in maiori gradu,& sic concedo, quia in hyperdulia sunt gradus:quia natura humanaChristi est in primo: in secundo est uirgo gloriosa, sicut patet in choris ecclesiarum,ut canonici qui sunt honorandi honore duliæ, tamẽ secundum magis,& minus.

De honore debito virgini Mariæ

Tertio quæro qualis honor debetur uirgini : dicit Varro, quod est adoranda adoratione latriæ ratione pertractationis quia pertractauit membra Christi. Arguitur sic. crux Christi est adoranda adoratione latriæ:ergo uirgo. Tamen dico aliter secundum B.Bonauenturam, quòd uirgo est adoranda adoratione hyperduliæ.patet, quia hyperdulia est debita excellentissimæ naturæ:sed uirgo est huiusmodi.Vnde postChristum,nihil est adorandum adoratione latriæ. Ideo uirgo non est adoranda adoratione latriæ,patet primo. Illud non est adorandum adoratione latriæ,in quo non est ratio summi boni,& summi dominii;sed in uirgine non est ratio summi boni, & summi dominii:ergo &c.

Virgo non ẽ adoranda latria

Item.istud non est adorandum adoratione latriæ, quod aliud adorat tali adoratione,sed uirgo adorat Deum adoratione latriæ:ergo &c

De Adoratio crucis

Quarto quæro,utrum crux Christi sit adoranda latria.

Duplex crux.

Respõdeo.dicit de Aquila,quòd non,sed hyperdulia: quia crux Christi non est summa bonitas.ergo.dicit Richardus,& B.Bonauentura,quòd non est adoranda adoratione hyperduliæ, patet.quia hyperdulia debetur naturæ intellectuali : crux non est huiusmodi:ergo &c. Tamen illi Doctores distinguunt,quia duplex est crux, quædam est crux in qua Christus pependit.Et adhuc potest dupliciter considerari. Vno modo in se,& absolute, & sic non debetur ei hyperdulia,sed aliqua reuerentia tanquam preciosa reliquia, & sic debemus uenerari species in Eucharistia,& sudarium Christi,& clauos, spinas,coronam,instrumenta. &c.Vnde nota ulterius, q̃ duplex est honor,quidam est honor debitus in honorem obsequii, & sic non debet crux uenerari. Et quòd crux non sit ueneranda adoratione latriæ patet,quia illud non est uenerandum,quod non est adorandum: sed illa crux non est adoranda : ergo non est ueneranda . Alio modo potest considerari crux in quantum representat Christum crucifixum, & sic quæcunque crux sue sit illa,in qua Christus pependit,sue alia,debet adorari adoratione latriæ. Aliæ autem cruces nullo modo debent uenerari,ut puta ille,quæ modo fiunt.Et hoc dicit B. Bonauen. adducendo auctoritatem Damasc.honor crucis nõ est honor crucis,sed crucifixi.

Quomodo imago Christi sit adorãda

Quæro quinto, Vtrum imago Christi sit adoranda adoratione latriæ.

Imago Christi duplicit. potest cõsiderari.

Respondeo,quòd imago potest dupliciter considerari.Vno modo in se.Alio modo in habitudine ad Christum. prima propositio.Imago Christi in se,nulla adoratione est adoranda,quia nullum est numen in tali imagine,qua adoratur Christus.Immo sic capiendo, eadem adoratione imagines sunt adorandæ,quali adoramus repræsentata. Et similiter dicatur de omnibus imaginibus omnium sanctorum,quod eadem adoratione sunt adorandæ, quali adoratione uenerantur imagata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contra hoc arguitur, quòd illud non debet poni in ecclesia, quod non est traditum a Christo, nec ab Apostolis, nec habetur a scriptura; sed nec Christus, nec Apostoli tradiderunt, nec habetur a scriptura, quòd imagines sint ponendæ in ecclesiis: ergo.

Sol. D. Bon. Quare imagines ponantur in ecclesiis.

Respondet B. Bonauentura, quòd propter tres rationes ponuntur imagines in ecclesia. prima est propter ingenii ruditatem. secunda propter affectus tarditatem. tertia propter memoriæ labilitatem. de prima patet, quia rustici nesciunt quid fecit Christus, Virgo Maria, Sanctus Sebastianus, & alii Sancti. & cum uident imagines habentes tales picturas dicunt talis fecit hoc, talis fuit sic martyrizatus, talis passus est mortem sic & sic. secunda patet, quia per eos incitamur ad actum deuotionis inflammandum. de tertia patet, quia homo magis recordatur de uisis, quàm de auditis. & quia uidétur imagines in ecclesia, ideo recordamur. Exod. 25. Deus præcepit Moisi, ut faceret imaginem Cherubim, & propitiatorium: ergo in ueteri lege erant imagines.

Sed quæro quare prohibeantur imagines in ueteri lege. Exo 20. Non facies tibi sculptile, &c.

Respondet Richardus primo, quod Christus nondum fuerat incarnatus, ideo natura diuina non poterat depingi.

Presenti dist. 2. q. 2. ad 1. Vide ibi quare fuerint datæ imagines & D. Bonauē. eadē dist. 1. q. 2. Refertur hi storia d imagine Christi data Regi Abagaro in 2. conc Niceno actione 5. ex Euangrij historia

Secundo, quia ille populus erat pronus ad idolatriā. Dico secundo, quòd a Christo sunt nobis datę imagines, dicit B. Bonauentura. & Damascen. refert in lib. de imaginibus, quòd Christus in uita sua dedit imaginem suam regi Abagaro, qui cum audisset uirtutem Christi uocauit eum ad se, ut sanitatem recuperaret, cui etiam misit Christus suam imaginem. Nam ut habet D. Bonauentura misit pictorem, ut haberet picturam suam, qui cum accessisset ad Christum, & respexisset eum, nou potuit depingere propter corruscantem fulgorem, qui exibat de facie eius. Sed tandem dixit pictor, Domine ego sum missus ad te, patere si placet, ut habeam tuam imaginem in pictura, ut portem ad regem Abagarum, qui misit me ad te; tunc Iesus pannum accepit, & tetigit faciem suam, & tunc facta est imago Christi, quæ facies Sanctæ Veronicæ uocatur, & est facies Christi. De Apostolis patet Romæ in conuentu minorum ubi est imago B. Mariæ de picta a Beato Luca Euangelista, qui eam tradidit nobis. Et ideo ad argumentum dicitur, quòd non licet, quia multas traditiones nobis Apostoli tradiderunt, quæ non sunt scriptæ.

An diabolo fit exhibendus honor

Quæro sexto, an diabolus sit adorandus. Respondeo, quòd nulla reuerentia debetur Diabolo, quia est inimicus Dei, & est in peccato mortali, & hoc dicit B. Bonauentura, & formatur quæstio. Vtrum aduersario Christi debeatur honor, ad quam respondet, quod non. Quæro si diabolus transformaret se in Angelum lucis, quo honore esset uenerandus?

Adorare diabolū trāsformatum i Angelū lucis, potest dupliciter intelligi

Respondeo, quod aliquem adorare diabolum transformatum in Angelum lucis, potest intelligi dupliciter. Vno modo absolute, & sine conditione, & sic non. Alio modo sub conditione, & hoc dupliciter. Vno modo sub conditione actuali, ut si tu es uerus Deus, ego te adoro. Alio modo sub conditione habituali, sicut nos adoramus Christum in Eucharistia. Nos enim adoramus Christum, quia credimus, quòd sacerdos protulerit uerba cum debita intentione, & circa debitam materiam, & hoc modo non debemus adorare diabolum, sed sub actuali condi tione, unde ille cui apparet diabolus, habet tria remedia contra diabolum.

Tria remedia cōtra apparitionem diaboli.

Primum est, cogitatio scripturarum, quia scriptum est, q si angelus transformaret se, non debeo credere.

Secundum est, q debeo orare Deum dicendo, domine ostē de mihi uiam ueritatis, & salutis.

Tertium est, quòd homo non debet esse festinus. patet de B. Francisco, quia quando Christus apparuit sibi in forma Crucifixi, non adorauit immediate, sed orauit, & tandem dominus reuelauit sibi, quòd erat Christus, & postea B. Franciscus eum adorauit. Similiter legitur de quodam Heremita, qui cum longo tempore ieiunasset, apparuit illi diabolus in forma Crucifixi, & cum multas adulationes protulisset dicendo, o Heremita plura passus es propter me, nunc ad te uenio, adora me, ego sum Iesus Christus.

Respondet Heremita clandendo oculos suos, nolo uidere Christum in hac uita, sufficit mihi ipsum uidere in alia, & tunc diabolus recessit confusus.

DISTINCTIO DECIMAE.

QVAESTIO VNICA.

QVIRCA distinctionem decimam, queritur. Vtrum Christus sit filius Dei adoptiuus.

Ad istam distinctionem dicit B. Thomas quòd non, quia filiatio consequitur suppositum: sed illud suppositum, quòd est in Christo, nō fuit filius Dei adoptiuus, quia est filius naturalis. Vnde dicit Beatus Thomas in tertia parte quæstio. 23. articulo quarto, quod filiatio est una conditio personæ, uel suppositi: sed in Christo est unum suppositum seu persona, & secundum illud suppositum est filius naturalis non adoptiuus, & non est filius Dei adoptiuus: ergo &c.

Scot. contrā D. Th. Filiatio adoptiua, quid secūdū Sco.

Ad hoc dicit Scotus, quòd hoc est falsum, quia filiatio nō insequitur suppositum, sed etiam insequitur naturam, & quia filiatio fundatur in natura accepta per generationem, dicit Scotus, quòd filiatio adoptiua est habitudo alicuius naturæ intellectualis, quæ est similis creanti, ut imago similitudine naturæ, & similitudine gratiæ, qua aliquis in natura intellectuali potest attingere ad hæreditatem adoptantis, &c. In qua definitione filiationis posita superius, nihil ponitur, quod primo, & per se respiciat suppositum. Vnde nota quod habitudo est duplex. Quædam est entitas realis. Alia est habitudo, quæ est entitas rationis. dicit B. Thomas, ad hoc, quòd aliquis sit filius adoptiuus, requiritur, quòd sit persona, quod falsum est, quia anima non est persona, & tamen potest adoptari a Deo.

Habitudo duplex.

Ex ista definitione patet, quod asinus non potest adoptari, quia non est intellectualis, nec imago est in potentia. Sequitur secundo, quòd peccatores existentes in peccato mortali non sunt filii Dei adoptiui, & ista adoptio æterna multum differt ab adoptione temporali, quia per primam quis ordinatur ad uitam æternam, & per aliam quis ordinatur ad hæreditatem temporalem.

Ad adoptiōē legalem tria requirūtur secundū iuristas.

Et ad istam adoptionem secundum Iuristas tria requiruntur, secundum illam definitionem quam ipsi ponunt, quæ ponitur in textu. filius adoptiuus est qui non est naturaliter genitus, per primam particulam, nepos non dicitur proprie filius adoptiuus, per secundam etiam sequitur, quòd si aliquis cogeretur adoptandum aliquem filium, iste filius non esset proprie adoptiuus: quia oportet, q ex gratuita uoluntate adoptantis aliquis adoptetur.

Concl. quam auctor non tenet.

Ex istis ponitur conclusio, quam ego non teneo, Christus non est filius Dei adoptiuus, patet, quia si sic, uel hoc esset secundum naturam humanam, uel secundum naturam diuinā: sed nullum istorum est dicendum, igitur.

Non secundum naturam diuinam, quia est hæres regni cœlorum, quia est filius Dei naturalis, nec secundum naturam humanam, quia secundum illam, Christus non fuit extraneus, quia ab instanti conceptionis fuit in gratia, & gloria.

Contra 1. cō clusarg.

Scotus non tenet istam conclusionem, sed de Bassolis, & Bruliser dicunt, quòd Christus est filius Dei adoptiuus, & ideo contra illam conclusionem negatiuam, arguitur sic, si requireretur extraneatio peccati, sequeretur, quod uirgo non esset adoptiua, quia ab instanti habuit gratiam, quam Deus proposuerat sibi dare: ergo non esset filia adoptiua quia nulla extraneatio peccati fuit in ipsa. Si dicatur ab aliis, quod uirgo habuit unde contraheret peccatum originale, quia fuit genita per propagationem seminalem, ideo ipsa est filia adoptiua, sed non sic est de Christo, qui non habuit unde contraheret peccatum originale: quia non fuit genitus per propagationem seminalem. item sequeretur saltem, quòd Adam in statu innocentię non fuisset filius adoptiuus, quod est falsum, patet, quia tunc non habuit peccatum, sed gratiam: ergo non requiritur illa extraneatio per peccatum. Item sequeretur, q Angeli qui non ceciderunt, non essent adoptiui: quia nunquam habuerunt peccatum: ergo si extraneū requiratur, angeli non sunt filii Dei adoptiui, quod falsum est. Item. in adoptione humana, quando aliquis adoptat puerum, non pręsupponit in adoptato extraneationem, nec in se, nec in puero. quia inimicus non adoptatur. patet, quia Rex Franciæ nō adoptaret cito filium sui inimici. Tūc sic, sicut est in adoptione humana, sic est in adoptione diuina: sed in adoptione humana non requiritur illa extraneatio peccati: ergo nec in diuina.

Concl uera. Christus secundum naturā humanā est filius Dei adoptiuus.

Et ideo pono conclusionem ueram. Christus secundum naturam humanā, est filius adoptiuus. patet, quia omnia requisita ad adoptionem sunt in Christo secundum naturam humanam: ergo Christus est filius Dei adoptiuus. de prima conditione, patet quia Christus ex modo suæ generationis temporalis caruit iure hæreditatis æternæ, licet enim Christus non sit extraneus per peccatum, tamen bene caruit iure regni, ex modo suæ temporalis generationis. sed non caret per gratiā: ergo Christus secundum naturam humanam est filius Dei adoptiuus. & sic saluatur, quod uirgo, & angeli, sunt filii adoptiui: quia ex modo generationis uirginis fuit ipsa extraneatio: similiter angeli, ex modo suo productionis fuerunt extranei, & postea Deus dedit eis gratiam, & sic fuerunt filii adoptiui. Item nec requiritur, quod natura prius sit producta per aliquod tempus, & postea, quod gratia sit sibi collata ad hoc quod aliquis sit filius adoptiuus. patet de Angelis, quia Bea. Gabriel in eodem instanti in quo fuit creatus, habuit gratiā; & tamen est filius Dei adoptiuus. & ideo nō requiritur aliud nisi cogitare aliqua signa natura, ut quod in uno sit natura, & in alio instanti habeat gratiam, per quam habet ius ad regnum cœleste.

Virgo Maria & Angeli sunt filij Dei adoptiui.

Quæ priorias requirūtur ad hoc, ut quis adoptari possit.

Et hoc sufficit ad hoc, quòd aliquis dicatur filius Dei adoptiuus. & sic saluatur Virginem, & Angelos esse filios adoptiuos; similiter Adam, & Christus. Item dicunt aliqui, sicut de Nogēto, & Vorrillion, quòd non sufficit, quod aliquis primo habeat naturam, & postea gratiam, sed quòd in illo instanti in quo producitur, requiritur, quod sit natura, & in aliquo tempore habeat gratiam. Et quia Christus in eodem tempore habuit naturam, & gratiam, ideo Christus non fuit filius Dei adoptiuus.

Opi. Vorril. & de Nogento.

Contra opi. arguit Sco.

Contra dicit Scotus. hæc ratio non uidetur sufficere, & dico, quod Christus est filius Dei adoptiuus, quia nō requiritur quòd aliquis in priori tempore habeat naturam, & in alio tēpore habeat gratiam, ad hoc, quòd aliquis sit filius Dei adoptiuus, quia tunc Virgo, Angeli, & Adam, non essent filii adoptiui. Sed de Christo quomodo sit filius, dico, quòd duplex est extraneatio. Quædam est per peccatum simpliciter, sicut nos omnes nati sumus in peccato, & sic ista non requiritur. Alia est extraneatio, quæ est carentia iuris naturalis in hæreditate, & ista requiritur in humanis, & ista extraneatio sufficit ad adoptionem. non sic est de Christo, quia ex modo suæ generationis non potuit esse extraneatio per peccatum: ergo non fuit extraneatio. tamen secundum ius naturale, Christus potuit dici filius adoptiuus.

Duplex extraneatio.

Obiicitur cōtra conclus.

Arguunt alii, quod Christus non sit filius adoptiuus. dicit Hieronimus. legi, & perlegi, & nunquam Christum filium adoptiuum esse inueni. Item August. & Magister sententiarum hoc etiam dicunt in textu. Respondeo & dico cum de Bassolis, quod Christus secundum opinionem Magistri, non est filius Dei adoptiuus isto modo, sed ipsi disputabant contra hæreticos, cum quibus nolebant communicare in uocabulo.

Solui. obiec.

Item. nullus filius naturalis est adoptiuus: sed Christus est filius Dei naturalis: ergo non est adoptiuus. Respondeo. transeat maior, & distinguo minorem. uel secundum naturam diuinam, & sic concedo: uel secundum naturam humanam, & sic nego, quia non repugnat, quod ego sim filius naturalis patris mei, & quod ego sim filius adoptiuus Dei.

Item. Quicunque sit filius adoptiuus, tranſit de non filio ad filium: sed Christus nunquam transiit de non filio ad filium: ergo &c.

Respondeo negando maiorem, quia uirgo gloriosa, & Adam, & Angeli sunt filii Dei adoptiui ab instanti productionis.

Item. si Christus esset filius adoptiuus, tunc esset filius Trinitatis: ergo suipsius. Respondeo, quòd esset filius suipsius. Contra nullus potest esse filius suipsius; distinguo aut secundum eandem naturam, & sic concedo, aut secundum aliam naturam, & sic nego.

Nūo quis pt esse filius sui ipsius.

Christus secūdū naturā diuinā ē Dei filius naturalis sedm humanā adoptiuus.

Item. In uno supposito est tantum unica filiatio: sed ipse Christus est unum suppositum, & est filius naturalis Dei: ergo non adoptiuus. Respondeo, distinguo maiorem, uel secūdum eandem naturam: & sic concedo: uel secundum diuersas naturas, & sic nego. sic est de Christo, qui secundum naturam diuinam est filius Dei naturalis, & secundum naturam humanam est filius Dei adoptiuus.

¶Ad argumenta principalia &c.]

Soluuntur principalia. Additio correctoris. Aliter adoptat hō aliuter Deus. 2. princ. solūtur. Duplex dignitas.

Primo sic arguit. Christus est prædestinatus esse filius Dei Ro. 1. ergo est filius Dei adoptiuus, quia prædestinare, est ad hæreditatem adoptare. Respondetur. Differenti modo homo adoptat, & Deus. Quia homo adoptat per nouum actum uoluntatis, quo uult adoptatum habere ius in suam hæreditatē. Sed Deus adoptat per æternum actum uoluntatis, & per nouum effectum quem producit, s. gratiam, si ergo prædestinare est adoptare ad hæreditatem per actum uoluntatis, quodammodo non tamen proprie prædestinatio dicitur adoptatio, sed tamē collatio nouæ gratiæ dicitur adoptatio, quæ correspondet actui nouo ipsius hominis adoptātis aliquem. ideo inquit Sco. nō sequitur. Deus prædestinat: ergo adoptat. sed oportet addere, prædestinat hunc, & ut quando que extraneo confert gratiam, ut habet ius in hæreditatem. hæc ex Scoto. neque hæc solutio repugnat opinioni auctoris.

Ad secundum respondetur, quòd duplex est dignitas. Quædam est supplens indignitatem, ut est adoptio, quia imperfectionis erat, quòd esset extraneus. Alia est dignitas simplex, sicut omnes perfectiones, quæ sunt in diuinis: & sic adoptio nō est talis dignitas, licet etiam, aliquem esse filium adoptiuum sit dignitas supplens indignitatem, quia pręsupponit illum adoptatum natum fuisse extraneum.

3. princ sol.

Tertio sic. Christus secundum naturam diuinam est filius naturalis Dei: ergo etiam secundum naturam humanam est adoptiuus. patet antecedens: quia uerbum accepit naturam per generationem. probatur consequentia, quia manentibus naturis, manent proprietates i tarum naturarum.

Naturæ intellectualis Proprietates sunt duplicis naturæ, in se, & deprauatæ. Angeli secūda Sco fuerunt & facti in gratia sēmiter primi parentes.

Pro responsione Doct. dicit ad istam propositionem, manentibus &c. quòd duplices sunt proprietates. Quædam sunt naturæ intellectualis creatæ, ut quòd sit mortalis, risibilis, & huiusmodi. Aliæ sunt proprietates naturæ intellectualis non quidem in se, sed deprauatæ per peccatum. sicut est adoptio, quæ præsupponit naturam esse extraneam. Et ideo ad argumentum nego consequentiam. & ad probationem distinguo, uel manentibus proprietatibus in se, & sic concedo: uel manent proprietates deprauatæ, & sic nego. Ista responsio mihi ualet. Arguitur sic, Virgo secundum omnes, est filia adoptiua Dei, & tamen nunquam fuit deprauata per peccatum. Item Angeli secūdum Scotum fuerunt producti in gratia, & tamē sunt filii Dei adoptiui: ergo adoptio non pręsupponit naturam deprauatam Item Adam. & Eua fuerunt filii adoptiui, & tamen fuerunt producti in gratia. Item. si Deus produceret nunc hominem, & produceret in illo simul gratiam, ille esset filius Dei adoptiuus. Et ideo melius est tenere aliam opinionem, scilicet, quòd Christus debeat dici filius Dei adoptiuus. Arguitur sic. Ista carentia extraneitatis non conuenit Christo per generationem suam, sed per gratiam habitualem. tūc sic arguitur. propter gratiam habitualem Christus dicitur habere carentiam extraneitatis: sed si Deus produxisset naturā humanam, & nō assumpsisset eam, & dedisset sibi gratiam habitualem, per illam gratiam, iste homo fuisset filius adoptiuus Dei: ergo modo, quando est unita uerbo, ille homo est filius adoptiuus Dei, dicit Scotus, respontionem quære. dico quòd ego non requiro quærere responsionem; sed dico quòd ad adoptionem non requiruntur nisi tria, quæ fuerunt in Christo. Quia primo requiritur extraneitas, non peccati, sed carentia iuris in hæreditate, quæ fuit in Christo ex modo suæ generationis naturalis: & sic Christus est extraneus, quia ex generatione non conueniebat sibi gratia, quia illa natura primo non fuit gratuita: quia in illo primo instanti fuit unita uerbo, & in secundo instanti habuit gratiam. Secundum, quod requiritur ad adoptionem, est mera gratia ex parte Dei adoptantis, quæ fuit ex parte Dei dantis gratiam Christo: quia Christus non meruit sibi gratiam. Tertium, quod requiritur est hæreditas, ad quam ordinatur Christus: & ista tria fuerunt in Christo: ideo teneo, quòd Christus fuit filius Dei adoptiuus: & Scotus in suis reportatis magis se determinat ad hanc partem, & ét hic Scotus uidetur magis consentire, quia semper improbat rationem pro secunda parte, ut patet in fine lectionis: quia facit unam rationem contra alias, & dicit. respontionem quære, quia sum fupple, illius opinionis.

Scot. non solūt hoc arg. nec auctor. Ad adoptiōē tria tūmō requirūtur. quæ fuerunt in Christo.

Quid circa quē sensē ris Scot. determinat hic auctor.

Pro q̄st. de adoratione dictū est sicut dicit de Bass. & Bruliser quod Christus ē filius Dei adoptiuus & si uelimus tenere istā opi. dicimus, quod Christum esse filium adoptiuum potest intelligi dupliciter. Vno modo secundum sensum hæreticorū & sic concedo, quòd non debet dici filius Dei adoptiuus, quia ipsi hæretici dicebant illum esse filium hominis, & purā creaturam. Alio modo ratione naturæ cui dedit Deus gratiam.

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per quam quis habet ius in hæreditate regni cœlestis, & sic est filius adoptiuus. & in Christo fuit carentia iuris in hæreditate superna, ex modo suæ generationis. & ius fuit sibi datũ per gratiam, & non requiritur extraneatio per peccatum, sed solum requiritur extraneatio per carentiam iuris in hæreditate superna, & ista fuit in Christo uera, quòd Christus fuit genitus. secundo natura humana fuit unita uerbo. tertio fuit sibi data gratia, ista enim sunt tria signa imaginanda in Christo, si uelimus tenere aliam opinionem quam tenet Vorrill. B. Thomas, B. Bonauentura, & alii, qui dicũt, quòd Christus non est filius adoptiuus: & ratio quam assignat Brengarius est ista. Ad hoc, quòd aliquis sit filius adoptiuus requiritur, quòd non sit filius naturalis: sicut est Christus, qui est filius Dei naturalis, aliunde Christus non est filius adoptiuus, sed an sit creatura dicit de Bassolis, de Nogento, & Brulifer, dicendo quod Christus est creatura, & hoc per naturam humanam, quia illa natura humana est creatura, & istam probabiliter teneo si teneamus partem negatiuam, ratio est quia adhoc, quod aliquis sit creatura, requiritur quod accipiat suum primum esse de non esse, ita quod non sit de non esse ad esse, sed quia Christus non habuit primum suum esse de non esse. ergo. Item alia est ratio, quia tale denominatiuum, quod est creatura non est denominatiuum suppositi ratione naturæ humanæ.

DISTINCT.

VNDECIMAE.

QVAESTIO PRIMA.

An Christus possit dici creatura.

IRCA distinctionem undecimam. Quero Vtrum Christus sit creatura? cum enim in Christo sint duæ naturæ, s. diuina, & humana, quæritur secundum quam dicitur creatura, Vtrum secundum naturam humanã dicatur creatura, seu ratione naturæ humanæ dicatur creatura.

Est opinio communis, quæ dicit, quòd Christus nõ est creatura, ita quod, licet ista sit uera, Christus est creator, non tamen ista, Christus est creatura. prima ratio est. Omnis creatura rationalis est filius Dei per adoptionem, uel potest esse, sed dominus &c. ut in litera. Item si Christus est creatura &c. arguitur sic. Si Christus est creatura, & Christus est filius Dei: ergo filius Dei est creatura: conclusio est falsa: ergo aliqua præmissarum est falsa, & non minor: ergo maior. & tamen consequentia est bona. Item. nihil creatũ dicitur de Deo: ergo Christus non est creatura, probatur antecedens. quoniam in Christo nihil aliud est nisi natura diuina, & humana. natura humana non dicitur de Christo: ergo Christus non est creatura.

¶Hic dicitur &c.]

Cõcl. B. Bon.

Pro responsione dicit B. Bonauentura. Christus nõ est creatura. probatur, quia communicatio idiomatum non tenet in prædicatis quæ repugnant proprietatibus unius naturæ ad aliam: sed esse creatum dicit proprietatem repugnantem alteri naturæ diuinæ: ergo &c. Vnde B. Bonauentara dicit. ex quo communicatio idiomatum non fit in proprietatibus repugnantibus naturis, hoc quod est esse creatura, non conuenit Christo, quia esse creaturam repugnat proprietatibus filii Dei; quia filius Dei naturalis nunquam incepit esse.

Nota, quòd opinio D. Bonauenturæ non improbatur in cõclusione, tamen quia rationes quas facit sunt falsæ, ideo improbabitur.

Improbantur rõnes D. Bon.
1. rõ contra rõnẽ D. Bon.
2. Ratio.

Contra hoc arguitur. non plus repugnat illi naturæ humanæ incipere esse post non esse, quàm desinere esse post esse: sed ista natura in Christo in triduo, desiit esse, & habuit non esse, post esse: ergo ista debet concedi, Christus, secundum naturam humanam est creatura. Item. Christus secundum diuersas naturas dicitur mortalis, & immortalis: ergo secundum diuersas naturas debet dici creator, & creatura. Probatur consequentia. quia non magis repugnat creator, & creatura, quàm mortale, & immortale: sed ista duo dicuntur de Christo, quia Christus est mortalis, & etiam est immortalis: ergo etiam dicitur creator, & creatura. Item. ita formaliter naturæ humanæ creatæ repugnat esse creatorem, uel æternam &c. ergo Christus non magis dicetur creator ratione naturæ diuinæ: sed nos concedimus illam, Christus est creator: ergo etiam istam, Christus est creatura.

¶Aliter dicitur &c.]

2. opi. D. Bo. 3 ratio.

Alia est Opinio D. Bonauenturæ dicentis, quòd Christus non est creatura. Probatur, quia communicatio idiomatum non fit in negationibus, nec in iis quę dicũt respectum unius naturæ ad aliam. patet primo, quòd non fiat in negationibus quia tunc sequeretur, quòd Christus esset æternus, & non æternus: quia Christus secundum naturam diuinam, dicitur æternus, & non secundum naturam humanam: ergo communicatio idiomatum non fit in negationibus. Dicit Scotus, q ibi fit fallacia secundum quid ad simpliciter. Secundum probat D. Bonauentura de dicentibus respectum unius naturæ ad alteram. licet ista sit uera, natura humana est assumpta, nõ tamen ista Christus est assumptus. &c. arguitur sic. communicatio idiomatum non fit in iis, quæ important negationem, &c. sed creatura importat negationem, & respectum: ergo in eo in quo est creatio non fit communicatio idiomatum. probatur minor, quia creatura, dicit non esse ante esse. secundo dicit, quòd omnis creatura dicit respectum naturæ creatæ ad Deum creantem. cum igitur creatura dicat respectum, & negationem, sequitur q in isto prædicato, quod est creatura, non fit communicatio idiomatum.

Contra istam opinionem arguit sic Scotus. sequitur ergo, quòd Christus non debet dici creator: hoc est falsum: ergo & antecedens. probatur, quia creator dicit respectum uerbi ad creaturam, sicut creatura dicit non esse, ante esse: ita creator dicit non incipere esse post non esse: ergo sicut negas Christum esse creaturam, ita debes negare Christum esse creatorem.

Item ista propositio est uera, Christus est minor patre, & tamen hoc quod est Christum esse minorem, importat respectũ: ergo in respectibus est communicatio idiomatum, & dico, quòd sic dicit Bea. Bonauentura, sed dico, quòd prædicationes, quæ fiunt de Deo, præsupponunt ea, quæ exprimunt vnionem.

3. Opi. Var.

Tertia opinio est Varronis qui ponit duas propositiones, prima est. Ista propositio est uera. Christus est creatura, & est simpliciter concedenda, si bene intelligatur. Secũda. Christus est creatura, negatur a Sanctis, propter hæreses hæreticorum dicentium Christum esse creaturam puram, sicut erat Arrius, qui dicebat, quòd Christus erat minor patre, quia erat pura creatura. & ideo dixerunt Doctores antiqui contra illam hæresim dixerunt, quod Christus non est creatura.

Probat var ro. 1. suã prop.

Prima propositio patet per Damasc. 5. Christus est creatus & increatus. Item secũdum Augustinum, Christus qui uoluit esse creatura potest &c. Item etiam Hieronymus, sed quæro quomodo debet intelligi, quòd Christus est creatura? Respondet, quòd creatura potest capi dupliciter. Vno modo pro illo quod accipit totum suum esse de nihilo immediatè ab ipso Deo, & sic Christus non est creatura: patet quia sola anima, Angelus, & gratia, dicuntur creaturæ. Isto modo filius nõ accepit esse de nihilo. quia corpus eius fuit formatum ex puris sanguinibus uirginis Mariæ, & sic Christus non fuit creatus. Alio modo accipitur creatura, pro omni illo quod accepit aliquod esse substantiale, siue totale, siue partiale, siue media te, siue immediatè ab ipso Deo. Et sic Christus est creatura. patet quia Christus accepit esse à Deo sicut quælibet entitas creata accepit esse a Deo. Item accepit esse de non esse. Item licet ista natura fuerit producta ex sanguinibus, fuit tamen ab ipso Deo. Et ideo Christus est creatura: in Christo est una natura quæ fuit producta a Deo mediãte uirgine gloriosa, & sic debet intelligi illa propositio, & hoc dicit de Bassolis. Et de Nogento dicit istam opinionem esse ueram.

Quo dẽ intelligi Christũ esse creaturã secũdũ Var.

1. Esse dupl.

Creatura capitur dupl.

Respondet auctor ad auctoritates cõtra cõclu. Var. q negare uidetur Christũ esse creaturã. & ad rationes.

Tenendo istam opinionem cui assentio, Respondeo ad authoritates, quòd ipsi negauerunt Christum creaturam esse, & esse puram creaturam. item cum arguitur, quælibet natura rationalis potest esse filius Dei adoptiuus: sed Christus non potest esse filius Dei adoptiuus: ergo. Respondeo, transeat maior, nego minorem.

Solui. 2 rõ.

Ad aliam rationem, cum arguitur, si ista est uera, Christus est creatura: ergo ista debet concedi, filius Dei est creatura. uolo, sed hoc est falsum, quia filius Dei non est creatura, distinguo aut per naturam propriam intrinsecam, & sic concedo, quòd non est creatura, aut per communicationem idiomatum, & sic nego.

Solui. 3. rõ.

Ad tertium, cum ad nihil creatum &c. concedo maiorem, & distinguo minorem. Aut in abstracto, & sic concedo. Aut in concreto, & sic nego. quia ista est uera, Christus est homo licet non ista, Christus est natura humana.

¶Cui

Ponitur opinio Sco. Differunt creari, et fieri.

¶Cui ista opinio placet &c.]

Hic Doct. ponit suam opinionem. & prius dicit, quòd creari est unum fieri, sic, quòd creari habet pro superiori fieri, sicut notã, q creari, & agi siue fieri, se habent per ordinem, sicut superius, & inferius, quia bene sequitur, hoc creatur. ergo fit, & non econtra. Similiter bene sequitur hoc agitur: ergo fit, & non econtra, unde fieri duplicem importat respectum, unum ad faciens, & alterum ad non esse immediatè, ut quãdo ignis facit aquam calidam, est unus respectus ad ignem, & alius ad non esse aquæ calidæ. creari ultra hos, duos respectus addit aliquid, quoniam creari dicit primoordinem ad primum efficiens, ita quod nihil dicitur creari, nisi incipiat immediatè a Deo; item, facio, dicit respectum ad non esse immediatè præcedens, siue illud præcedens sit negatio, siue priuatio, siue cõtradictorium: sed quando aliquid creatur, dicit respectum ad efficientem primum simpliciter: secundo dicit aliquod non esse contradictorium. & ideo ad hoc, quòd aliquid creatur, requiruntur duo, primo, quòd producatur immediatè à Deo. secundo, quòd non esse præcedens, sit contradictorium, & sic illud est creatum, quod est immediate productum a Deo, & de nihilo, & sic pono conclusionem. Christus non est creatura

Concl. Scoti.

patet, quia in Christo sunt duo, s. natura diuina, & humana. & si diceretur, quòd est creatura, hoc esset propter unam illarum naturarum: sed hoc est falsum: ergo. minor patet primo, quia non per naturam diuinam, quia Christus per illam non transiit de non esse ad esse: neque per naturam humanam, quia non fuit immediatè producta a primo efficiente, quia mater sua concurrit actiuè ad producendum illam. similiter illa natura humana non habuit non esse immediatè præcedens, quia illa non fuit producta de nihilo, immo de sanguinibus uirginis fuit formatum corpus Christi, & similiter erat negatio priuatiua corporis Christi in illis sanguinib. Et istæ sunt propriè creaturæ, angelus, anima, gratia, fides, spes, charitas. quia omnia ista fuerũt immediatè producta a Deo, & post omnino nihil, quod est extremum contradictorium. & sic nullus nostrum est propriè creatura, quia nullus nostrum accepit immediatè esse à Deo. nec fumus immediatè producti de nihilo. Alio modo accipitur creari generaliter, & ad hoc requiruntur duo; primo quòd sit a Deo, siue mediatè, siue immediatè. secundo quòd etiam accipiat suum esse post non esse, siue illud non esse sit extremum contradictorium, siue priuatio. & sic pono conclusionem. omnia alia a Deo sunt creatura, & ratio est, quia omnia accipiunt esse ab ipso Deo, licet nos omnes non sumus producti immediate à Deo, tamen ipse Deus concurrit ad generationem omnium, & omne creatum potest comparari ad Deum, & sic dicitur creatura. & hoc non est inconueniens, quòd aliquid dicatur creatura per respectum ad unam causam, & non per respectum ad aliam causam. & sic nos omnes sumus creaturæ, quia accepimus nostrum esse post non esse. Tamen quia dictum est, quòd ad hoc, quòd aliquid dicatur creatura, requiritur, quòd accipiat suum primum esse totum, primum esse potest dupliciter intelligi. Vno modo primum esse totale. Alio modo primum esse partiale. primo modo, primum esse, est esse adæquatum, resultans per unionem partium, & sic humanitas quæ resultat ex unione corporis, & animæ, est primum esse totale hominis. Alio modo primum esse partiale, & sic est primum esse partis, quæ habet esse in toto aliquo: & sic primum esse hominis partiale esset corpus organizatum si per aliquod tempus staret sine anima.

Quo õia alia a Deo sint creata.

2. concl. Sco. Christus nõ est creatura

Secunda conclusio. Christus hoc modo accipiendo creatura, non est creatura. patet, quia nullum esse in Christo fuit immediate a Deo. Arguitur sic, quæcunque creatura generaliter sumpta, accepit suum primum esse a Deo mediatè, uel immediatè, sed Christus non accepit suum primũ esse a Deo mediatè, uel immediatè: ergo non est creatura, probatur maior ex deductione præcedenti: quia dictum est, quòd ad creaturam requiritur quod accipiat suum primum esse à Deo. & ideo nulla creatura inquantum producitur a causa secunda, est creatura. Secundo dictum est, quòd accipiat suum esse totale, uel partiale, post non esse immediate præcedens, & ideo si Deus produxisset corpus organizatum ab æterno, & in instanti, a, produxisset animam, tunc fuisset creatura, quia accepisset primum esse totale post non esse, probatur minor, quia certum est, quòd ex natura diuina, & humana, non est unum totum. & ideo non accepit primum esse totale, nec secundum scilicet accepit esse primarium partiale, quod est esse uerbi diuini, quod sit acceptum post non esse, & sic Christus non est creatura. Et ideo licet natura humana fuerit accepta per generationem, tamen non est sufficiens denominare Christum esse creaturam. sed si Christus accepisset suum primum esse per creationem, tunc Christus diceretur creatura. Et ideo si quis arguat, quòd ego non sum creatura, ut dictum est, & sic solum quatuor fuerunt creata, scilicet natura angelica, materia prima, tempus, cœlum empyreum. Alio modo capitur generaliter, & sic omnes sumus creaturæ. & sic capitur cum dicitur, in principio Deus creauit cœlum, & terram.

Arguit Sco. q Christus sit creatura

Doc. probando, quòd Christus debeat dici creatura, arguit sic. Quicquid potest esse terminus mutationis &c. sed natura humana &c. Vlterius natura humana fuit creata: ergo Christus denominatur creatura per illam nataram. patet maior. Illud quod acquiritur per mutationem, potest etiam acquiri per creationem. Respondeo &c. pro responsione ponit duas propositiones. Prima est. Natura humana in Christo potuit terminare creationem generaliter dictam, & de facto terminauit, & est creatura generaliter dicta. patet, quia habuit suũ esse a Deo mediate, & habuit suum esse post non esse. Tunc sic, Quicquid accipit suum esse post non esse, est creatura: sed natura humana in Christo, accepit esse suum post non esse: ergo natura humana in Christo est creatura.

Resp. ad ar. 1. prop Sco.

Secũda propositio. Licet natura humana in Christo sit creatura, non tamen Christus denominatur creatura, & ratio est, quia esse primum Christi, non est natura humana, sed est esse uerbi. ideo non sequitur, natura humana est creatura: ergo Christus est creatura. quia nec primum esse totale: nec primũ esse partiale uerbi accepit esse post non esse.

2. prop Sco.

Primũ esse Christi est esse uerbi.

Ad secundum argumentum, quod est confirmatio, dico, q ad hoc quod aliquid dicatur creatura, requiritur, q accipiat suum esse primum siue totale, siue partiale, post non esse. patet, quia sicut si natura aliqua produceret tantum a causa secunda: ita quòd si esset aliqua natura genita de non esse ad esse simpliciter, non ideo esset creatura, quia ad hoc, quòd aliquid dicatur creatura, requiritur, quòd non immediatè producatur a causa secunda: ita si esset aliqua natura quæ haberet esse suum, non esset creatura, nisi acciperet suum primũ esse, siue totale, siue partiale post non esse, & quia Christus non accepit esse suum primum, siue totale, siue partiale post non esse, ideo non est creatura. Ideo non sequitur, Christus est genitus a matre: ergo est creatura.

2. Instantia contra se.

Item secundo arguitur. Christus est uerè mortuus: ergo est creatura. patet antecedens, quia fuit priuatus uita. patet consequentia. quia quando aliqua sunt opposita, non magis unũ oppositorum dicit inceptionem primi esse, quod est Christi, quam priuationem: sed hoc quod est esse mortuum, dicit priuationem primi esse: ergo creari dicit inceptionem.

Soluitur.

Respondeo ponendo duas propositiones. Prima propositio. hoc quod est esse mortuum, quamuis priuet esse aliquod simpliciter, non tamen priuat esse primarium; unde differentia est inter esse primarium, & esse simpliciter, quia omne esse primarium est esse simpliciter; non tamen omne esse simpliciter est primarium, quia esse simpliciter est duplex, scilicet primarium, & secũdarium; & ideo licet hoc, quod est mori dicat priuationem esse simpliciter, non tamen esse primarii.

2. Instantia 1. prop Sco.

Secunda propositio. hoc quod est generari in Christo, licet dicat acquisitionem esse simpliciter, non tamen acquisitionẽ esse primarii. patet, quia natura humana in Christo est genita & tamen non est esse primarium, & ideo licet istæ concedantur. Christus est mortuus, sepultus, &c. non tamen ista, Christus est annihilatus, & ratio est, quia ad hoc quod aliquid generetur, sufficit, quòd accipiat esse, siue primarium, siue simpliciter. tamen ad hoc, quòd aliquid dicatur creatura, creatũ uel annihilatum requiritur, quòd non habeat primum esse, & ad hoc, quod aliquid creetur, oportet quòd accipiat suum primum esse.

2. prop Sco.

Dicit Scotus. multi dubitauerunt dare rationẽ, quare Christus non est creatura: tamen prima ratio est, quia primum esse Christi non habuit esse post non esse. Secunda ratio. quia illud denominatiuum, quod natum est denominare generaliter multa, puta totum esse partem, accidẽs, & subiectum, non denominat totum per partem, neque subiectum per accidens patet exemplum de toto & parte. istud denominatum, quod est album, natum est denominare hominem, & partes, ut dentes, non tamen est natum denominare totum per partes: ideo album non est natum denominare totum per partes, quia si dentes sint albi, non tamen sequitur, quòd homo sit albus. patet etiam de subiecto, & accidente. non sequitur, Sortes est vnus, quia albedo est una, & si albedines sint plures, non sequitur,

Reg. notab.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,quòd Sortes sit plures. Ad propositum cum istud denominatiuum creatura,natum sit denominare suppositum, & naturam, nunquam potest dici de supposito per naturam: nisi conueniat supposito propria denominatione. quia ita est, ꝙ non sequitur,istud suppositum habet naturam creatam:ergo est creatura igitur cum Christo non conueniat istud prædicatum,creatura,nisi per naturam humanam, ideo ipsi Christo non conuenit per illam naturam humanam. Dicitur itaque Christus genitus,& non creatura, & ratio ponitur in textu. Tamen non est bona ratio,quia sicut dicit Brengarius, ꝙ ali quis frater posuit istam rationem in textu.

Duplicia sunt denominatiua.

Sed dicamus sic,quòd duplicia sunt denominatiua, Quædam sunt, quæ nata sunt denominare suppositum mediante natura: Alia sunt,quæ non sunt nata denominare suppositū mediante natura,sicut in aliis, Quædam sunt denominatiua quæ nata sunt denominare totum per partes,ut ciuitas. Alia sunt,quæ non sunt nata denominare totum per partes,ut nō sequitur,iste est albus secundum dentes:ergo est albus.Ita ad propositum,quædam sunt denominatiua,quæ nata sunt denominare suppositum mediante natura,sicut est genitum ut bene sequit,natura humana in Christo est genita: ergo Christus est genitus.Alia sunt,quæ non sunt nata determinare suppositum mediante natura,ut est creatura,ut licet natura humana in Christo dicatur creatura, non tamen Christus dicitur creatura,sicut coloratur illa ratio,quæ ponitur in textu, quia hoc quod dicit, scilicet creatura nata est denominare utrumque propria denominatione,destruit hoc quod dictum est,& ideo non est concedendum in bona Theologia, quòd Christus sit creatura.patet,quia quicquid est creatura,habet suum esse primum,siue totale,siue partiale,siue mediate,siue immediate a Deo:sed sic est, quòd Christus non accepit suú esse primum siue totale,siue partiale a Deo:ergo non est creatura.

Nota reg.

Nō ē concēdendum, ꝙ Christus sit creatura.

Secunda ratio est. illud denominatiuum, quòd natum est denominare totum,& partem,nō denominat totum per partem:sed creatura est denominatiuum, quod natum est denominare totum, & partem: ergo non potest denominare totū per partem:ergo si natura humana in Christo dicatur creatura,non tamen Christus dicetur creatura.

Soluuntur args. princ.

Ad argumenta principalia,primo arguitur probādo, quòd Christus sit creatura.quia Christus est creator ratione naturæ diuinæ: ergo est creatura ratione naturæ humanæ,patet cōsequētia,quia sicut istæ duæ naturę sunt in Christo & in cō creto dicuntur de Christo, ita proprietates istarum naturarum dicuntur de Christo: igitur sicut Christus dicitur creator,ita dicitur,& creatura.Respōdeo, & nego consequentiā. & ad probationem dico,quòd duplicia sunt prædicata denominatiua,Quædam sunt,quæ nata sunt denominare suppositum mediante natura,& sic est uerum. Alia sunt,quę nō sunt nata denominare suppositum mediante natura sicut est creatura,quia creatura non est nata denominare Christum mediante natura humana. Dat exemplum. Ista dicitur uera, homo dicitur crispus secundum caput,& tamen propter rotunditatem capitis,homo non dicitur rotundus.sic in proposito, comedere,bibere & huiusmodi,sunt prædicata,quæ sunt nata denominare suppositum mediante natura:tunc respōdeo, quòd repugnantia est in Christo, quòd sit creatura, quia sequeretur,quod primum esse Christi siue partiale, siue totale, esset acceptum post nō esse.Illud autem prædicatum,creator, natum est denominare Christum medianee natura diuina,nō tamen creatura est prædicatum, quod possit denominare suppositum mediante natura,& ponit repugnantiam in Christo scilicet esse Christi acceptum de non esse, siue post non esse: creator autem non dicit talem repugnantiam.

2. princip.

Præterea, cum dicitur Christus est homo, ista prædicatio est in quid:tunc sic,capio prædicatum,quod est homo, aut homo est creatum,uel increatum.Si secundum:ergo idem est dicere,Christus est homo,sicut Christus est Deus. si primum: ergo Christus est homo creatus.

Sol. 2 prin.

Et pro responsione dico primo, cum arguitur,Christus est homo,concedo,quòd homo prædicatur in quid de Christo. Secundo dico,quòd creatum prædicatur de natura humana, quæ est uerissime creatura accipiendo creaturam generaliter sed non ualet,natura humana est creatura: ergo Christus est creatura.Et ratio est,quia ad probandum Christum esse creaturam per naturam humanam, si in maiori natura humana accipiatur in abstracto,& in minori in concreto,sic sunt quatuor termini. patet sic arguendo.natura humana in Christo est creatura; sed Christus est homo:ergo Christus est creatura.hic sunt quatuor termini.ideo syllogismus non ualet:& si in maiori & minori accipiatur natura humana in abstracto, tunc minor est falsa. patet sic arguendo, natura humana in Christo est creatura,ista propositio est uera: sed Christus est natura humana:ergo Christus est creatura. hic minor est falsa,& conclusio falsa.

Sol. 3. prim.

Tertio sic.ista est uera Christus est homo, tūc sic,aut est homo creatus,aut increatus:non secundum, quia tunc esset æternus:ergo est creatus:& per consequens est creatura, a sufficienti diuisione.

Sol. 4. 1. prop.

Respondeo primo cum arguitur.Christus est homo,concedo,& dico, quòd ille duæ propositiones sunt concedendæ, Christus est homo,Christus est homo creatus: sed non sequitur,ergo est creatura,quia est,arguere a dicto secundum quid ad dictum simpliciter.ideo consequentia non ualet,ut sic arguendo.Adam est homo mortuus: ergo Adam est. similiter hic,licet ista sit uera, Christus est homo creatus,non tamen ista,Christus est creatus,uel creatura:quia cum dicitur,Christus est creatus,uel creatura,ly creatus,uel creatura, accipitur simpliciter.

2. Solus.

Respondeo secundo, quòd ista diuisio non est sufficiens. Contra, diuidit quodcunque ens, Respondeo,quòd duplex est ens:quoddā est ens per se, & sic quodlibet ens, uel est ens creatum,uel increatum, Aliud est ens quod includit duo, & non est unum per se,sed per accidens saltem logicum, sicut est Christus:& sic illa distinctio non est sufficiēs,de tali uno, & sic dico,quòd nullum istorum est dandum.quia ratione unius naturæ sibi conuenit prædicatum, quod est creatum, & ratione alterius, sibi conuenit aliud prædicatum,scilicet increatum.

4. princip.

Quarto sic.de quocunque prædicatur inferius, de illo prædicatur superius:siue sit essentiale, siue denominatiuum: sed homo est superius ad Christum,& prædicatur de Christo:ergo creatura quæ est prædicatum denominatiuum hominis, prædicatur de Christo.exemplum.duplex est superius,quoddam est essentiale,quod prædicatur quidditatiue de suis inferioribus: Aliud est accidentale.exemplum primi,ut substantia.exemplum secundi,ut creatura,idem,simile.Istud prædicatum,creatura,prædicatur de quolibet alio a Deo.ité creatura est eadem alteri,uel non:& est similis,uel dissimilis.exē plum,accipio ignem,de igne prædicatur corpus,de illo prædicatur quodcunque superius ad corpus;& quodlibet superius ad creaturam; ut sicut ista uera,ignis est corpus, ignis est substantia,ita ista,ignis est creatura.Sed sic est quod homo est superius ad Christum,& creatura superius ad hominem: ergo sicut homo prædicatur de Christo,ita creatura.

Duplex prædicatū superius.

Pro responsione pono tres propositiones. Prima est. quæcunque quidditas in abstracto pertinens ad quodcunque genus,habet creaturam pro superiori denominatiue.exemplū. humanitas est in prædicamento substantiæ, & albedo in prædicamento qualitatis,istæ duæ habent creaturam pro superiori,de quibus creatura prædicatur denominatiuē,ut humanitas est creatura,albedo est creatura.

2. prop.

Secunda propositio. non quodlibet concretum cuiuslibet generis,habet creaturam pro superiori denominatiue.

3. prop.

Tertia propositio.illud præcise concretum habet creaturam pro superiori denominatiuē, cuius primum esse acceptū est per creationem.

Concreta sunt duplicia.

Nota,ꝙ duplicia sunt concreta:quædam sunt, quorum esse primum est assumptum per creationem, sicut sunt homo, bos,lapis,& ista habent creaturam pro superiori. Alia sunt cōcreta, quorū esse primarium non est acceptum per creationem sicuti est Christus,quia esse uerbi, non est acceptum per creationem,& tale concretum,licet habeat hominem pro superiori,non tamen habet creaturam pro superiori. Et ideo ad formam argumenti,dico,quando arguitur,de quocūque prædicatur &c.illa est falsa, quoniam licet homo prædicetur de Christo, non tamen creatura.quia Christus non accepit suum primum esse per creationem. ideo non habet creaturam pro superiori.Quoniā ad hoc,quod creatura prædicetur de Christo.non sufficit,quod homo prædicetur de Christo,exemplū. licet albedo sit creatura,non tamen ista, album est creatura, nisi primum esse illius, sit acceptum per creationem, sicut si argueretur,si Sortes est albus,albedo est creatum:ergo Sortes est creatura.

Respondeo,quod consequentia non ualet, nisi esse Sortis, fuerit acceptum per creationē. Item Christus ratione corporis est compositus:ergo ratione animæ est creatus. patet cō sequentia, quia non minus denominatur totum a parte principali,

cipali,quam a parte minus principali.

1. prop.

Responsio.prima propositio. Istæ propositiones sunt ueræ, Christus est natus,genitus,conceptus,& huiusmodi, & ratio est,quia ista prædicata nata sunt prædicari de Christo mediāte natura humana.

2. propos.

Secunda propositio.licet istę sunt ueræ. Christus est genitus,conceptus,non tamen ista Christus est creatura, quia requiritur,quod primum esse Christi sit acceptum per creationem,quia esse Christi nō est acceptum per creationem, ideo non est uera,nec creatura nata est dici de Christo toto, mediante natura humana,ideo non debet dici Christus creatura.Vel sic dico,quòd licet istæ sint ueræ,Christus est genitus, non tamen ista,Christus est creatura.& ratio est,quia ad hoc quòd illa sit uera,Christus est genitus,sufficit, quòd aliquod esse,sit genitum:sed istud prædicatum, quod est creatura,dicit,quod esse primum suum sit acceptum per creationem, & quia tale esse Christi non est acceptum per creationem, ideo Christus non est creatura.

QVAESTIO SECVNDA.

An Christus possit dici creatura.

QVæro secundo.Vtrum Christus secundum, quòd homo sit creatura supposito,quòd illa propositio non debeat concedi,Christus est creatura,requiritur. Vtrum ista debeat concedi,Christus secundum,quòd homo, est creatura.

Respondetur,quòd ista,Christus secundum, quòd homo, est creatura,non est uera,si ly secundum quòd accipiatur reduplicatiue.probatur,quia bene sequitur, Christus secūdum quòd homo est creatura: ergo secundum quòd est iste homo, est creatura.probatur,quia si Christus secūdum,quòd est iste homo,sit creatura:ergo est creatura,quia non est homo, nisi quia iste homo:sed secundum quod iste homo, est creatura. probatur ista consequentia,quia de eo,quod sequitur dictionem reduplicatiuam,potest prædicari prædicatum principale illius propositionis. Vnde in qualibet propositione reduplicatiua sunt quatuor, scilicet subiectum, principale prædicatum, dictio reduplicatiua, & terminus reduplicatus.

Exemplum.Sortes inquantum homo,est risibilis,uel homo in quantum rationale,est risibile.ita quòd ista est uera, rationale est risibile.ita in proposito, Christus secundum quòd est iste homo,est creatura: ergo iste homo est creatura, sed istud consequens est falsum:ergo antecedens. patet, quia secundū Damasc.iste homo est creator, quia dicebat. Iste homo creauit Angelos.Item si Christus secundum,quòd homo,est creatura:ergo Christus est creatura, consequens est falsum: ergo & antecedens.probatur consequentia per regulam logicalē, Quotiescunque prædicatum prædicatur de subiecto mediante reduplicatione,enunciatur de eo simpliciter,ut bene sequitur.Sortes inquantum homo est:ergo Sortes est. ergo si dicas quòd Christus inquantum homo est creatum : ergo Christus est creatura, sed consequens est falsum: ergo & antecedens.

Reg. logica.

Et fundatur ista regula in propositione exponibili, quia affirmatiua debet exponi per quatuor propositiones.Exemplum, homo inquantum rationalis, & risibilis sic exprimitur,homo est risibilis,homo est rationalis rationale est risibile, & si aliquid est rationale,illud est risibile.

Affirmatiua ppositio de inquantū quōsit ex ponenda.

Pro responsione Doct ponit duas regulas logicales. prima. Quandocunque aliqua propositio affirmatiua est falsa, ex re pugnantia extremorum,quacunque determinatione addita, quę non tollit illam repugnantiam, nō tollit falsitatem illius. Exemplū, Aethiopi repugnat albedo, ideo propter repugnantiam extremorum ista est falsa, Aethiops est albus, si addas quamcunque determinationem, semper est propositio falsa, ut si dicas, Aethiops secundum quòd animal,est album,semper est falsa,& sicut ista est falsa. Aethiops est albus,ista etiam est falsa, Aethiops inquantum homo, est albus. Et ratio est, quia reduplicatio non est ratio tollendi illam repugnantiam ideo semper remanet falsitas propositionis.

Pro solutione q̄stionis duæ sunt regulæ logicæ. 1. regula.

2. regula.

Secunda regula.si alteri extremo, idest prædicato propositionis addatur determinatio distrahens,per quam tollitur repugnantia illorum extremorum,tunc per talem determinationem distrahentem potest esse uera. Exemplū.ut Aethiops est albus, ista est falsa, si addatur determinatio distrahens ad ly,album,ut dicamus æthiops est albus secūdum dentes, ista determinatio distrahens facit, quod illa propositio sit uera.

Scām ꝙ in ista ppositione Christus solm ꝙ hō ē creatura dr̄ p̄citer.

Ad propositum. In ista propositione, Christus secundum quòd homo,ly,secūdum quòd,potest accipi dupliciter. Vno modo reduplicatiue,ut sit sensus quòd homo est ratio inhærentiæ prædicati ad subiectum,& sic est reduplicatiua. Alio modo specificatiuæ,uel ut est determinatio distrahens posita a parte prædicati.

1. prop. Scī

Prima propositio,si ly,secundum quod, capitur reduplicatiuē,tunc ista est falsa,Christus secundum,ꝙ homo, est creatura.Et ratio est,quia ly,secundum quòd, non distrahit alterum extremorum,nec tollit repugnantiam,quę est inter Christum &,creaturam si qua est,& iō non magis ista est uera,Christus secundum,ꝙ homo est creatura, quàm ista: Christus est creatura.Est igitur ista falsa,Christus secundum,quòd homo est creatura,sicut illa,Christus est creatura.

Nota,quòd caute procedit hic Scotus, quia probabiliter potest teneri,quod Christus est creatura.

2. prop. Sco

Secunda propositio.si ly,secūdum quòd homo, accipiatur tanquam determinatio distrahens,& addatur prædicato, per quam tollitur repugnantia extremorū, tunc potest esse uera, & tunc sensus est.Christus,secundum quòd homo, est creatura,idest Christus secundum humanitatem est creatura: tamē de rigore sermonis ista est falsa,sicut prima. Tamen de bonitate intelligentis est uera,quia sensus Doctoris est, quòd humanitas in Christo est creatura:& ista est uera,quia dictū est, quòd creatura prædicatur de quacunque quidditate cuiuscū que generis,& sic dicebat Brengarius.

Christus est creatura est falsa de rigore licet possit esse uera ad bonū sen sum.

Ex quo sequitur primo,quòd hęc,Christus secūdum quòd homo,est creatura,proprie est falsa.patet,quia ly,secundum quod,non aufert repugnantiam.Secundo sequitur,quòd si ly secundum quòd,accipiatur specificatiuè,tunc est uera, quia sensus est,Christus secūdum humanitatem est creatura: quia humanitas in Christo est creatura.Dat exemplum Scotus, ut æthiops,secundum ꝙ habet dentes,est albus.si ly, secundum quòd accipiatur reduplicatiuè.tunc est falsa:tamen si accipiatur ut determinat prædicatum,tūc est uera. Et sicut dicimus, æthiops est albus secundum dentes,ita, si accipiamus Christū inquantum homo,est creatura,ut ly,secundum quòd, accipiatur specificatiuè,ut dictum est.

¶Ad argumenta principalia &c.]

Sol. princip. 1. Princip. deducitur.

Primo sic arguitur.Christus secundum quòd homo,est aliquid:tunc sic,uel est aliquid creatum, uel increatum:si primū habet propositum.si secundum,ergo idem est dicere,Christus est homo,& Christus est Deus:sed hoc est falsum: ergo Christus,secundum quòd homo,est creatura.

Solu primū.

Resp.primo concedo,ꝙ Christus secūdum,ꝙhomo est aliquid , & ultra quod ista est uera, Christus est creatura secundum quod homo,quia ly,homo, est determinatio distrahens: sed cum infers:ergo Christus est creatus,uel creatura, non sequitur:quia arguere à dicto secundum quid ad dictum simpliciter, est fallacia.

Secunda responsio.Concedo,ꝙ est aliquid.secundo . quod est aliquid increatum secūdum,quod homo:& ratio est, quia ly,aliquid,non stat tantum pro natura humana,sed pro denominatiuo naturæ humanæ: illud denominatiuum est homo, quod denominat suppositum uerbi:ideo ratione illius , quod denominatur a natura humana,potest cōcedi aliquid increatum: & sicut uerbum est aliquid increatum , ita etiam homo denominat aliquod increatum.Nec sequitur, quòd sit idem dicere,Christus est homo,& Christus est Deus, quia de Christo ut Deus prædicatur increatum per se,& essentialiter: sed cum dicitur Christus est homo , ibi increatum prædicat aliquid denominatiuē:ita quòd duplex est increatum.In se,& p se,& illud est Deus.Aliud est increatum denominatiuē,quia denominat aliquid increatum,s.uerbum,& istud est homo,ꝙ denominat uerbum.

Increatum duplex 2. principa.

Secundo sic arguitur.Quandocunque aliquod prædicatum conuenit alicui toti secundum partem, conuenit toti simpliciter:sed esse creatum conuenit Christo ratione naturæ humanæ,quæ est quædam pars Christi : ergo conuenit tibi simpliciter.probatur maior.homini conuenit uidere per oculos: ergo homini conuenit uidere simpliciter,ut patet 5.physicorum.dicitur enim,quod homo sanatur,quia thorax, & corpus sanatur,& sic maior est uera patet minor,quia natura humana est in Christo:ergo Christus,secundum quòd homo, potest dici creatura.

Soluitur sc̄undū prin. Regula log.

Responsio prima,& ponitur una regula logicalis. Quando cunque sunt aliqua opposita,quæ conueniunt alicui toti per diuersas partes,neutrum denominat totum ex ui sermonis. Exemplum.Scutum,cuius una pars sit alba,& alia nigra, ista opposita sunt toti per partes. Et scutum non debet concedi nigrum,nec debet cōcedi album,immo ista est falsa, scutum est album;& ista,scutum est nigrum est falsa.Sed contra Aristot.5.physicorum.dicit,quòd homo sanatur,quia thorax sanatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

natur.dico,quod Arist.non curauit de logica, ideſt non eſt locutus ſecundum rigorem ſermonis,ſed ſecundum ueritatem realem,ponendo,quòd contingit,quod aliquid moueatur tripliciter.Vno modo per accidens. Secundo modo ſecundum partem.Tertio modo ſecũdum totum.De primo dico, quòd muſicum mouetur,quia illud,cui accidit muſicum eſſe,mouetur,ut homo.De ſecundo dico,ꝙ homo ſanatur,quia thorax ſanatur.De tertio dico,ut in alteratione contingit, quòd aliquod totum dicitur alterari,ut aqua approximata igni,& totum poteſt denominari ſecundum partem, non tamen dicit ſecundum rigorem.Tamen Scotus gloſat dicendo,ꝙ duplicia ſunt prædicata denominatiua. Quædam ſunt, quæ determinant ſibi partem aliquam ſubiecti,uel in ſubiecto. Quædam, quæ non determinant partem in ſubiecto. Exemplum primi, ut ſimitas determinat ſibi naſum:ſimiliter criſpitudo determinat ſibi caput:ſimiliter uidere oculum. Exemplum de ſecũdo,ut albedo,ſanitas,coloratum,quantum.De primo prædicato denominatiuo,pono talem propoſitionem.Quandocunque aliquod prædicatum natum eſt ineſſe toti perpartem, quam determinat ſimpliciter, conuenit toti ſubiecto, ratio eſt,quia non poteſt aliter ſibi conuenire; ut Sortes uidet per oculos,quia oculi uident.iſtud prædicatum,quod eſt uidere, conuenit Sorti ſimpliciter,quia non eſt natum conuenire Sorti,niſi per oculos.Vnde aliqua prædicata denominatiua, quæ non determinant partem in ſubiecto,ſunt duplicia.Quædam ſunt,quæ quando informant partem,prædicantur de toto,ex eo,quod informant partem principalem.Exemplum, ut ſanitas,quando informat corpus,quæ eſt pars principalis, prædicatur de toto:ut ſi cor eſt ſanum,& homo eſt ſanus.Alia ſunt prædicata,quæ inſunt parti:& poſſunt in eſſe alii : & illa non ſunt nata denominare totum ſimpliciter:ut ſi ſim infirmus ſecundum digitum,& ſim ſanus ſecundum caput, non debẽt iſta concedi:iſte homo eſt infirmus,iſte homo eſt ſanus; & ratio eſt,quia tale prædicatum non eſt natum denominare totum ſimpliciter:quia tunc duo oppoſita dicerentur de Deo, & ideo ſic exponitur philoſophus.

Aliquid ꝑ moueri trip.

Prædicata denoñatiua ſunt duplicia.

Denoñatiua q̃ non determinant partẽ in ſubiecto duplicia.

Soluitur argum ſcdm.

Ad propoſitum de Chriſto. Chriſtus, ſecundum quod homo, eſt creatura; iſtud prædicatum,creatura,licet conueniat naturæ humanæ,non tamen conuenit Chriſto, niſi natura ſit accepta de non eſſe ad eſſe per creationem, uel eſſe totale. & quia humanitas non eſt primum eſſe Chriſti,immo ſequitur eſſe Chriſti:ideo licet creatura dicatur de humanitate, non tamen põt prædicari de Chriſto ſimpliciter, & eſſe uerbi non eſt acceptum per creationem, Ideo creatura non poteſt prædicari de Chriſto. Et cum arguitur. Quandocunque aliquod prædicatum &c.diſtinguo,uel conuenit toti per partem principalem, & ſic concedo, uel per partem minus principalem, & ſic nego:quia natura humana non eſt pars principalis,ideo non prædicatur de Chriſto.Sed contra. Duo oppoſita prædicantur de Chriſto,ſ. Chriſtus eſt paſſibilis, & impaſſibilis: ergo & iſta, Chriſtus eſt creatura, & Chriſtus non eſt creatura.

Soluitur inſtantia. Oppoſita cõtradictoria nõ prædicãtur de Chriſto.

Reſpondeo nunquam oppoſita contradictoria prædicãtur de eodem,ideo oppoſita contradictoria non prædicantur de Chriſto,nec de quocunque alio, licet bene ratione unius naturæ conueniat ſibi unum oppoſitum, ut ſ. quod ſit æternus: & ratione alterius conuenit ſibi negatio, & non æternum, tamen iſta duo non debent concedi ſimpliciter : ut licet iſtæ ſint ueræ,Chriſtus eſt æternus,Chriſtus eſt temporalis, tamẽ negatiuẽ non debent concedi,ut licet dicamus, Chriſtus eſt æternus,non tamen,Chriſtus non eſt æternus.Similiter, licet dicamus, Chriſtus eſt paſſibilis, non tamen, Chriſtus non eſt paſſibilis.Et ratio eſt,quia paſſibile eſt affirmatio,& ſatis eſt, quòd conueniat ſibi ratione unius naturæ,ſ.humanæ.Et hęc Chriſtus non eſt paſſibilis,licet non neget ſimpliciter pro qua cunque eius natura.Similiter hæc, Chriſtus non eſt æternus, ly, non, negat ſimpliciter æternitatem dici de Chriſto.ideo non eſt concedenda,Chriſtus nõ eſt æternus.Et alia eſt ratio, quia ad hoc,ꝙ dicatur mortalis,ſatis eſt, quòd natura humana ſit in Chriſto:ſed adhoc, quòd Chriſtus ſit creatura, non ſolum requiritur,quòd natura creata ſit in Chriſto, ſed etiã requiritur,quod illa natura ſit accepta per creationem:ſeu ꝙ ſuum primum eſſefuerit acceptum per creationem.

QVAESTIO TERTIA.

De Chriſto an inceperit eſſe.

TErtio quæritur.Vtrum Chriſtus incepit eſſe.Pro declaratione terminorum nota,quod duplex eſt eſſe. Quoddam eſt eſſe ſimpliciter,quod eſt eſſe ſubſtantiale. Aliud eſt eſſe ſecundumquid, & iſtud eſt eſſe accidentale:ſicut duplex eſt ens,

Dupl. eſſe.

ſcilicet ens ſimpliciter,quod eſt ſubſtantia, & ens ſecundum quid,quod eſt accidens. Et ideo dicit Ariſt. quòd accidentia non ſunt entia,niſi quia entis. Secunda diſtinctio. duplex eſt inceptio,ſcilicet ſingulariter,quæ eſt, qua aliquid ſimpliciter incipit eſſe ſecundum eſſe ſubſtantiale. Alia eſt inceptio ſecũdum quid,& eſt,qua aliquid incipit eſſe ſecundum eſſe accidentale; ſicut quando homo incipit eſſe albus. Tertia diſtinctio. Iſtud uerbũ, incipit,poteſt determinari dupliciter in propoſitione:uel per ly,eſt,ſecundum adiacens:& tunc ſi prædicatum ſit accidens,importat inceptionem ſecundum quid: & ſi prædicatum ſit ſubſtantiale,tunc dicit inceptionem ſimpliciter.Et ſic patet,quomodo eſt aliquando ſyncathegorema,ali quando cathegorema.

Inceptio duplex.

Incipit põt dupliciter determinari.

Notandum eſt ulterius,ꝙ Chriſtus tantum ualet,ſicut uerbum homo:ideo Chriſtus dicit ens per accidens.

Chriſtus idẽ quod uerũ homo. Ens per accidens dup.

Pro quo nota,quòd duplex eſt ens per accidens, ſ.metaphyſicum, & eſt illud,quod aggregat res diuerſorum prædicamẽtorum,quarum una informat aliam,& ſic Chriſtus nõ eſt ens per accidens. Aliud eſt ens per accidens logicum,& eſt illud, in quo aggregantur duo,quorum unum non includit rationẽ uel definitionem alterius:quia unum non eſt de intellectu, & conceptu alterius: & hoc modo Chriſtus eſt unum ens per accidens logicè, & non metaphyſicè,quia illæ duæ naturæ in Chriſto non ſunt diuerſorum generum, ſicut homo albus.

Quo Chriſtus ſit ens per accidens.

Dicit Scotus.difficultas poteſt eſſe ex parte ſubiecti reſpectu de ly,incipere,ratione totalitatis, uel ratione partis formalis. Aut præciſe; ideo partis principalis. Et dat exemplum Scotus in illa propoſitione,Chriſtus incepit eſſe,ly, Chriſtus, eſt ens per accidens:ideo difficultas eſt,an ly,Chriſtus, ſecundum ſuam totalitatem incepit eſſe: & utrum Chriſtus, ſecundum ſuum totum eſſe,incepit eſſe : uel utrum incepit eſſe ratione naturæ humanæ,ut ſit ſenſus,Chriſtus incepit eſſe, ꝙ natura humana in Chriſto incepit eſſe.

Dicit Scotus,quòd quando homo albus eſt coloratus,non eſt difficultas de ſubiecto,ſed uidenda eſt ex parte prædicati, de ly,incipere,utrum dicat inceptionem totius, reſpectu totalitatis , uel ratione partis formalis, uel partis principalis.

Dicit Scotus,quòd de ui ſermonis iſtud ſubiectum, Chriſtus,reſpectu incipere eſſe,magis arctatur reſpectu illius prædicati eſſe,quam reſpectu cuiuſcunque alterius, ſic quod ſi accipiatur reſpectu alterius prædicati, dubitatur, utrũ ſit rõne partis formalis,uel materialis,uel totius. Exemplum. ponamus,quod albedo faciat unum per ſe cum homine, tunc homo albus eſt coloratus,in iſta propoſitione, ſubiectũ ſtat pro parte formali.ſ.pro albedine,ita quod ly,coloratus, cõuenit ſolum ſubiecto reſpectu partis formalis. ſ. ratione albedinis, & ſic eſt propoſitio per ſe:tamen iſta nõ eſſet per ſe,homo eſt coloratus,quia a parte ſubiecti aufertur pars formalis, ideo non eſt per ſe.

Et quòd prædicatum aliquando conueniat ſubiecto reſpectu totalitatis,patet,dicendo,animal rationale eſt riſibile,iſta propoſitio eſt per ſe.& ratio eſt,quia riſibile conuenit toti ſubiecto ſecundum ſuam totalitatem:ſed cum dico, animal eſt riſibile, non eſt per ſe; quia riſibile non conuenit ſibi præciſe ratione animalis:ſed ratione totius,ſ.animal rationale. Aliquando etiam prædicatum conuenit ſubiecto ratione partis materialis,ut homo albus eſt animal:ibi animal conuenit ſubiecto ratione partis materialis,ſ.hominis, & nõ ratione formalis,ſ.albedinis. Ad propoſitum de Chriſto, dictum eſt,ꝙ iſtud ſubiectum non magis arctatur reſpectu huius prædicati incipit eſſe, quàm reſpectu alterius prædicati. ita quod iſtud ſubiectum,quod eſt Chriſtus, importat duo,uerbum,homo. ſi ly,incipere,conueniat Chriſto ratione partis formalis,ſcilicet naturæ humanæ,ſimpliciter conuenit eſſe, quòd ſ.natura humana inceperit eſſe.ita dicemus, quòd Chriſtus incepit eſſe, & tunc erit uera, & ſubiectum ratione naturæ humanæ determinabitur per prædicatum, & Chriſtus ſecundum naturam humanam eſt,qui incipit eſſe per generationem in uirgine; ita Chriſtus incepit eſſe:& quia iſta pars formalis incœpit eſſe per generationem temporalẽ,ideo iſta eſt uera, Chriſtus incepit eſſe.Sed difficultas eſt accipienda ex parte prædicati,quia quando ponitur incepiſſe eſſe ex parte prædicati, eſt diſtinguenda:uel dicit inceptionem primi ſubiecti, ideſt Chriſti; uel dicit inceptionem ſubiecti,licet non primi, & alicuius eſſe ſubſtantialis in Chriſto.

Quid ad qũ nõ ẽ dicendũ ſit ſcdm teñes unam exiſtentiam in Chriſto.

Dub.

Sol regula.

Prop. ueræ de Chriſto.

Dub.

Soluitur.

Quid dicẽdũ ad Scot. &c. Chriſtũ incepiſſe eſſe põ duplici ter intelligi

Reſolutio ꝓ tres concl.

Prima concluſio.ſi incipere eſſe ſignificat inceptionem eſſe primi ſubiecti, tunc iſta eſt falſa, Chriſtus incepit eſſe : quia ſenſus eſt, primum eſſe Chriſti incepit eſſe : & cum primum Chriſti ſit eſſe uerbi,& eſſe uerbi ſit ab æterno, ideo illa non eſt te-

1. concl. Scot.

nẽda.Si incipere eſſe, dicat inceptionem alicuius eſſe ſubſtantialis,pono ſecundam concluſionem,quam teneo:tũc iſta eſt uera,Chriſtus incepit eſſe;quia ſenſus eſt,in Chriſto aliquod eſſe ſimpliciter incepit eſſe, quia natura humana in Chriſto incepit eſſe.

Quæro, quæ iſtarum eſt magis de rigore ſermonis : utrum illa,quæ a parte prædicati dicit inceptionem ſui ſubiecti,uel inceptionem alicuius eſſe ſimpliciter? Dico quòd illa, quæ dicit inceptionem alicuius eſſe ſimpliciter; ut ſicut eſt ſecundũ adiacens dicit eſſe ſimpliciter,& non primum eſſe ita incipere eſſe poſitum in propoſitione,dicit inceptionem alicuius eſſe ſimpliciter,licet non eſſe primum.Et cum in Chriſto aliqua uera ſubſtantia inceperit eſſe aliquod eſſe ſimpliciter incepit eſſe,quod prius non erat in Chriſto:quia in Chriſto eſt duplex eſſe,ſcilicet eſſe exiſtentiæ uerbi,quod fuit ab æterno, & eſſe exiſtentiæ naturæ humanæ, quod fuit ex tempore.

Alii tamen ſunt,qui dicunt , quòd in Chriſto non eſt niſi unicum eſſe exiſtentiæ:quam uiam tenendo,oportet dicere , quòd iſta non eſt concedenda ſimpliciter,Chriſtus incepit eſſe,quia cum uerbum non habeat niſi unum eſſe,quod eſt æternum,iſta non erit uera,quæ tamen ſecundum Scotum eſt uera: quia ſenſus eſt,aliquod eſſe ſimpliciter , ſ.naturæ humanæ incepit eſſe,quod non erat prius,& eſt uerum.

Sed quæro,utrum iſta propoſitio ſit uera,Iſte homo incepit eſſe, quia certum eſt,quòd Chriſtus incepit eſſe.

Reſpondet,quod eſt uera,& ponitur regula,quod de ſubiecto demonſtrando ſuppoſitum,quod ſubſiſtit in natura humana,poteſt enunciari iſtud uerbum, incipit, denotãs inceptionem ſimpliciter:quia ly,iſte, demonſtrat ſuppoſitum uerbi, quod ſubſiſtit in natura humana : & de ſubiecto poteſt enunciari iſtud prædicatum,incipit,ut de ly,homine, ut ſupponit pro uerbo,iſtud prædicatum,quod eſt homo , dicit eſſe ſimpliciter,quia eſſe ſubſtantiale,licet non ſit eſſe ſimpliciter, ideſt uerbi diuini. Tamen in illa propoſitione, incipit, poteſt prædicari de ly,homine quia natura humana habet eſſe ſimpliciter,& ſubſtantiale:ideo iſtæ ſunt ueræ , uerbum ſubſiſtens in natura humana incepit eſſe,Chriſtus incepit eſſe,& iſte homo incepit eſſe , & uerbum diuinum exiſtens in natura humana incepit eſſe:ſicut ſi Sortes eſſet ab æterno, iſta eſſet concedenda,Sortes albus incipit eſſe.

Et ſi quis dicat arguendo,iſte homo incepit eſſe, hic ly,homo,ſupponit pro uerbo:ſed uerbum nõ incepit eſſe:ergo iſte homo non incepit eſſe.patet minor,quia eſt ab æterno: ergo ſi uerbum non incepit eſſe,nec iſte homo.

Reſpondetur,concedo antecedens,& nego conſequentiã: quia ly,homo,ſupponit pro ſuppoſito uerbi, non tamen ſimpliciter,ſed prout ſubſiſtit in natura humana:& ideo inquantum ſubſiſtit in natura humana,iſta eſt concedenda, Chriſtus incepit eſſe. Dat exemplum, Sortes albus eſt coloratus,ly,Sortes albus, ſupponit pro Sorte,prout ſubſiſtit in albedine,& nõ ſimpliciter.ita cum dicitur,iſte homo incepit eſſe,ly , homo, non ſupponit pro uerbo ſimpliciter,ſed bene prout ſubſiſtit in natura humana.

Sed quid dicendum ad Scotiſtas,qui dicunt, ꝙ Chriſtus nõ incepit eſſe.

Reſpondeo,quòd Chriſtum incepiſſe eſſe,poteſt dupliciter intelligi.Vno modo ſecundum ſuum priuatum eſſe,& ſic nõ incepit eſſe:& hoc modo dicunt , quod Chriſtus non incepit eſſe.Alio modo ſecundum aliquod eſſe ſubſtantiale,quod incepit eſſe in eo:& ſic iſta eſt uera,Chriſtus incepit eſſe: quia natura humana exiſtens in eo,incepit eſſe.

Hæretici autem dicebant,quòd Chriſtus incepit eſſe ſecũdum etiam ſuum primum eſſe.Et ideo reſoluendo , pono tres concluſiones.

Prima eſt.Iſta eſt uera de rigore ſermonis,Chriſtus incepit eſſe.patet:quia adhoc,quod incipere, poſſit prædicari ſatis eſt quòd incipiat eſſe aliquod eſſe ſubſtantiale:ſed in Chriſto aliquòd eſſe ſubſtantiale incepit eſſe:ergo &c.

Secunda cõcluſio.Iſta eſt uera,Iſte homo incepit eſſe,quia filius Dei incepit eſſe.exiſtens in natura humana.

Tertia concl.Iſta non eſt concedenda,Chriſtus incepit eſſe in ſenſu hæreticorum.

Ad argumenta principalia.

Ad primum,quando arguitur,ſuppoſitum ſubſiſtens in duabus naturis incipit eſſe:ergo Chriſtus incepit eſſe. Probatur antecedens,quia ab æterno non erat in duabus naturis.

Secundo ſic.Quod incepit eſſe ſecundum eſſe ſubſtantiale, incepit eſſe ſimpliciter:ſed Chriſtus incepit eſſe ſecundum eſſe ſubſtantiale,ſcilicet naturæ humanæ:ergo Chriſtus incepit eſſe ſimpliciter.

Tertio ſic. Quod generatur ſimpliciter incepit eſſe : ſed Chriſtus fuit genitus: ergo incepit eſſe ſimpliciter probat maior:quia generatio eſt progreſſio de non eſſe ad eſſe, quinto phyſicorum:ergo.

Generatio duplex.

Pro iſto tertio nota,quòd generatio eſt duplex,ſcilicet tẽporalis,quæ eſt in creaturis:& ſic quicquid generatur temporaliter,incepit eſſe.Alia eſt æterna,quæ eſt in diuinis:&quod generatur generatione æterna,non incepit eſſe.Item. Verbũ incepit eſſe homo:ergo incepit eſſe,probatur conſequentia, quia quando de aliquo ſubiecto dicitur incipere eſſe, cum determinatione a parte prædicati, de illo dicitur cum illa denominatione, incipere eſſe : ut Sortes incipit eſſe albus : ergo Sortes incipit eſſe de illo ſubiecto dicitur,incipere eſſe. Ita a ſimili.Verbũ incepit eſſe:ergo &c.Aliæ authoritates probant quod Chriſtus non incepit eſſe. Io.8.patet.

Reſp.ad õia arg ſimul. Chriſtũ incipere eſſe,& nõ incipere eſſe, põt dupliciter intelligi

Reſpondeo ad omnia illa argumenta, quòd Chriſtum incipere eſſe,& non incipere eſſe,poteſt dupliciter intelligi. Vel ſecundum naturam humanam,& ſic incepit eſſe . Vel ſecundum naturam diuinam,& ſic Chriſtus non incepit eſſe:& quãdo Chriſtus dicit,antequam Abraham fieret, ego ſum loquebatur ſecundum naturam diuinam.

Aliter reſp. ad quæſt. 1. modus dicendi

Nota,quod aliqui ſic reſpondent ad quæſtionem, cum quęritur, utrum Chriſtus incepit eſſe . Vnus modus dicendi eſt talis,quòd quando in uno ſuppoſito ſunt plures naturæ , & ab una ſuppoſitum habet eſſe,& ab alia non,tunc quicquid dicitur de natura,a qua habet eſſe,dicitur etiam de ſuppoſito.Si autem dicatur aliquid de natura a qua non habet eſſe , tunc nõ oportet,quòd dicatur de ſuppoſito:ſed in ſuppoſito Chriſti ſunt duæ naturæ,ſcilicet diuina, & humana:diuina autem habet eſſe,& non ab humana:ſi ergo aliquid dicatur de natura humana,non oportet,quòd propter hoc dicatur de ſuppoſito.Sed cum dicitur Chriſtus incipit eſſe. hoc intelligitur de natura humana:ergo non oportet, ꝙ intelligatur de ſuppoſito Ideo propoſitio eſt diſtinguenda,aut ly, incipere eſſe, intelligitur de natura diuina,& tũc propoſitio eſt falſa: Aut de natura humana,& tunc eſt uera.

2. modus dicendi

Alius modus dicendi eſt, quòd iſta propoſitio non eſt diſtinguenda , quia poteſt conſiderari ex parte ſubiecti,uel ex parte prædicati.Ex parte ſubiecti conſiderantur duo, ſcilicet natura,& perſona.ſi autem accipiatur in ſubiecto natura humana,tunc pro poſitio eſt uera. ſi autem accipiatur perſona, tunc eſt diſtinguenda:quia uel abſolutè, & tunc etiam ſic eſt falſa:uel ratione naturæ aſumptæ, & tunc eſt una ſub hoc ſenſu,Chriſtus incepit eſſe,& habet aliquod eſſe,quod prius non habuit.

Notandum pro principio textus , quod duplex eſt ens per accidens , quoddam eſt metaphyſicum , quod includit naturam diuerſorum prædicamentorum , ut homo albus. Aliud eſt ens per accidens logicum,quod includit diuerſos conceptus,ut homo riſibilis:uel plures naturas eiuſdem generis, ut Chriſtus.

DISTINCT.
DVODECIMAE.

QVAESTIO VNICA.



De impeccabilitate Xpi Impeccabile tripliciter

IRCA diſtinctionem duodecimam.Quæro,utrum Chriſtus potuit peccare.

Nota , quod impeccabile capitur tripliciter , ſcilicet negatiue contrariæ , & uix peccabile.

Primo lapides , & omnia entia uoluntate, & intellectu carentia ſunt impeccabilia.

Secundo contrariè, &hoc dupliciter.Vno modo ſecundum naturam:Alio modo per habitum . Primo modo Deus dicitur impeccabilis contrariè, quia ſecundum naturam non poteſt peccare:quia eſt natura infinita. Per habitum dicitur aliquis impeccabilis.ſicut beati .

Tertio modo dicitur , quomodo uiri perfecti dicuntur in

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccabiles, ideſt uix peccare, quia nolunt blaſphemare Deum nec aliud uitium committere. In quæſt. non quæritur. utrum Chriſtus fuerit impeccabilis negatiuè: nec utrum fuerit uix peccabilis; ſed quæritur, ſi fuerit impeccabilis contrariè. Vnde nota, quòd iſta tria ſe habent per ordinem: impotentia peccandi; impeccabilitas; & non peccare, quoniam primum negat omnem potentiam tam propinquam, quam remotam: & ſic Deus eſt impeccabilis, quia non habuit potentiam peccandi. Chriſtus uero qui eſt Deus, & homo licet, ut dicit Bea. Bonauentura non potuerit peccare propter beatitudinem, tamen habebat potentiam. Sed impeccabilitas negat ordinem immediatum ad actum ad peccandum, ſicut ſunt beati. Sed non peccare negat actum præciſe, ut qui actualiter non peccat.

Impotentia peccandi im peccabilitas & nõ pecca re differũ.

Resp. ad q. 1. propoſ.

¶Ad quæſtionem: ergo &c.

Prima propoſitio. Chriſtus fuit impeccabilis: quod probatur ſic arguendo, quia ſi Chriſtus potuit peccare, ergo damnari: conſequens eſt falſum: ergo &c.

Probatur conſequentia: quia propter peccatum quilibet damnatur. Item arguitur ſic. Chriſtus ab inſtanti conceptionis ſemper fuit beatus: ergo non potuit peccare.

Probatur conſequentia, quia beatitudo priuat actum peccandi: & de potentia ordinata peccatum priuat beatitudinem. tunc ſic; impoſſibile eſt duo contradictoria eſſe in eodem: ergo &c.

Primus art.

Pro reſponſione Doctor. ponit duos articulos. Pro primo nota, quòd dicit Doctor in quarta diſtinctione 49. quæſtione ſexta, in qua quærit de ſecuritate beatitudinis, & in quodam articulo quærit, quomodo Bea. Michael ſit impeccabilis. ad quod dicunt Thomiſtæ, quòd uoluntas beatorum illi obiecto innititur totaliter.

Beatus põt peccare eſt propoſitio mo dalis diſtin guenda.

Conſequenter Doctores ponit hic duas diſtinctiones. Prima: Iſta propoſitio, beatus poteſt peccare eſt modalis. ideo eſt diſtinguenda; quia poteſt facere ſenſum diuiſum, uel compoſitum, ſicut iſta, album poteſt eſſe nigrum: ſed in ſenſu diuiſo eſt uera, & æquiualet iſti, hoc eſt album, & hoc poteſt eſſe nigrum. Similiter iſta, beatus poteſt peccare in ſenſu compoſito eſt falſa, quia ſenſus eſt, iſta propoſitio eſt poſſibilis, beatus peccat. Si capitur in ſenſu diuiſo eſt uera, quia ſenſus eſt. Iſte eſt beatus, & cum hoc, iſte poteſt peccare demonſtrato, Bea. Petro.

Beatũ poſſe peccare põt dupl intelli gi.

Nota ſecundo, quod Bea. Petrum poſſe peccare, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo de potentia, propinqua. Alio modo de potentia remota. Potentia remota beati ad peccandum eſt liberum arbitrium uertibile de bono in malum. Potentia propinqua eſt, quando nullo impedimento poſito illud ad quod aliquid eſt in potẽtia, ponitur in actu, & ſic ignis in fornace caldeorum, non erat in potentia propinqua ad cõburendum tres pueros. ita hic dicendum eſt, ſi intelligimus potentiam remotam, certum eſt, quòd beatus habet potentiam ad peccandum: ſed non habet potentiam propinquam. Sed quæro. Vnde prouenit hoc.

Beatũ eſſe impeccabilẽ põt tripliciter intelligi.

Reſpondeo beatum eſſe impeccabilem, poteſt intelligi tripliciter. Vno modo ſecundum naturam. Alio modo per habitum. Tertio modo ex ordinatione diuina & manutentione. Primo modo beatus non habet impeccabilitatem per naturam, ſed ſolum Deus. Secundo modo per habitum gratiæ, dicunt aliqui, quòd beatus non poteſt peccare per habitum, quia eſt confirmatus in gratia. Si intelligant, quòd ſit ſolummodo ille habitus non uidetur uerum, quia ille ſolus non facit beatum impeccabilem: quia multi ſancti habuerunt tantam gratiam in hoc mundo, ſicut in alio, & tamen erant peccabiles, ut patet de uirgine. Tertio modo beatus dicitur impeccabilis ex ordinatione diuina: Et ſic dicit Scotus in quarto. Iſta impeccabilitas prouenit per uoluntatem diuinam cõtinuantem in eis actum bonum, quia ſic Deus ordinauit. & ſic uirgo fuit confirmata in gratia, & Deus ordinauit, quòd poſt conceptionem filii ſui non peccaret. Similiter diſcipuli poſt penteconſten fuerunt impeccabiles ex ordinatione diuina.

Quõ B. vir. fuerit ipeccabilis in hac uita.

Apoſtoli poſt acceptũ ſpũm ſãctũ fuerunt im peccabiles. Arguitur q ſanctis in patria poſint peccare.

Arguitur, probando, quod beati poſſunt peccare tenendo opinionem Scoti, dimitteudo Occham, de Maironis, &c. Scotus tenet, quòd actus beatitudinis cauſatur ab obiecto, & potentia.

Arguit ſic de Baſſolis, præſupponendo primo, quòd licet inuia teneatur quis diligere Deum ſemper, non tamen pro ſemper: tamen in patria obligatum ſemper, & pro ſemper ſic, quod quilibet beatus tenetur ſemper diligere Deum. Secundo præſuppono, quod actus fruitionis elicitur liberè, & contingenter a uoluntate noſtra. Tunc arguitur ſic. Michael libere elicit actum fruendi: ergo poteſt ſuſpendere illum actũ. patet conſequentia, quia poſſquam libere elicit, poteſt ſuſpẽdere. Si dicas, Deus uult, quòd non ſuſpendat.

Contra. Ad hoc quod eſt ſuſpendere actum, & ceſſare ab actu non requiritur ſpecialis influxus Dei. Tunc ſic, beatus Michael poteſt ceſſare ab actu fruendi: ergo poteſt peccare. Probatur conſequentia, quia ſi poteſt ceſſare: ergo poteſt tranſgredi illud præceptum de dilectione. ergo peccabit: ergo Angelus in patria poteſt peccare.

Solu. argu.

Reſpondeo ſecundum Scotum. cum arguitur, iſte beatus liberè elicit actum fruitionis, concedo: ergo poteſt ceſſare, nego. Et ad probationem, poſtquam liberè elicit, ſequitur, quòd contingenter etiam poſſit ceſſare, nego, & ratio eſt, quia iſta conſequentia eſt neceſſaria, Deus uult iſtum continuare actũ fruitionis: ergo beatus continuat actum fruitionis, & eſt ibi neceſſitas conſequentiæ, licet non conſequentis, quia utraque propoſitio eſt contingens, & ſic ſoluit in quarta diſtinct. 49. quæſt. 6.

2. articul. De Chriſti impeccabili tate.

Pro ſecundo articulo textus de Chriſto, dicunt aliqui Doctores, quòd non, quia erat uiator. Tamen quærit Scotus, cum Chriſtus fuerit uiator, & meruerit nobis, quomodo fuit impeccabilis ſicut beati?

Scot. ponit tres propoſ.

Reſpondet Scotus, ponendo tres propoſitiones. Prima, Chriſtus in primo inſtanti unionis naturæ humanæ ad uerbum fuit perfectiſſimè beatus.

3. Fuerunt in incarnatione.

Notandum, quòd in incarnatione iſta tria fuerũt, primo materiæ de loco ad locum translatio. Secundo corporis formatio. Tertio corporis organizatio, ut dictum eſt. Secunda, Beatitudo iſta in Chriſto abſtulit ab eo omnem poteſtatem propinquam ad peccandum, ſicut abſtulit ab aliis beatis. Tertia, Et ſi Chriſtus fuit perfectiſsimè beatus, tamen ex diſpenſatione diuina potuit mereri in hac uita, & ſic fuit factum, quia meruit nobis gratiam, & gloriam.

Chriſtus licet fuerit B. potuit tamẽ mereri nobis gratiam & gloriã. Beatũ poſſe mereri põt dupl. intelligi.

Nota tamen, quod aliquem beatum poſſe mereri, poteſt dupliciter intelligi. Vno modo regulariter merito de condigno, & ſic nullus beatus poteſt mereri, nec damnari, quia non ſunt in ſtatu merendi. Secundo modo ex diſpenſatione diuina, & ſpeciali miraculo, & ſic Chriſtus ex diſpenſatione diuina meruit nobis. gratiam & gloriam.

Vtrũ Beati poſſint ora te p nobis.

Quæro. Vtrum beati poſſint orare pro nobis. Arguitur quod non, quia beati non ſunt in uia: ergo non poſſunt orare pro nobis, nec mereri, Et ideo quæro. Vtrum beatus aliquis poſſit nobis mereri.

Nullus beatus põt mereri pro ſe, ſed pro nobis.

Reſpondeo quod aliquem beatum poſſe mereri in patria poteſt dupliciter intelligi. Vno modo pro ſe, Alio modo pro aliis.

Pro ſe nullus beatus poteſt mereri, quia iam eſt in termino merendi. Secundo beatus poteſt mereri. patet per exemplum, quia poteſt eſſe unus in curia regis maior omnibus aliis, qui non poteſt eſſe maior, niſi eſſet rex: ille apud regem non poteſt mereri pro ſe, tamen bene pro aliis. Ita dicendum eſt de beatis. ideo bene cantat Eccleſia, Sanctæ Petre ora pro nobis. hoc ſuppoſito. pono concluſionem reſolutiuam. Licet Chriſtus fuerit uiator, & habuerit diſpenſationem merendi, tamen cum hoc ſtat, quòd fuit impeccabilis ſicut beati. patet, quia plenitudo gloriæ, qua fuit coniunctus cum Deo, non minus abſtulit ab eo poteſtatem ad peccandum, quàm aliis beatis: ſed ab aliis beatis gloria aufert poteſtatem peccandi: ergo etiam a Chriſto: ſed Chriſtus habuit ipſam plenitudinem gloriæ: ergo. Et ideo Chriſtus fuit impeccabilis, quia habuit plenitudinem gloriæ.

Concl. reſolu ciua. Chriſtus fuit im peccabilis.

Secundo. Propter beatitudinem quidam dicunt, quod ex ui unionis illa natura humana eſt impeccabilis, tamen, quia nos non tenemus iſtam opinionem, quia dicimus, quòd uerbum potuiſſet aſſumere naturam lapidis. ideo ex ui unionis Chriſtus non dicitur impeccabilis: ſed dicimus, quòd eſt impeccabilis propter plenitudinem gloriæ.

¶Ad argumenta principalia. &c.]

Soluuntur princi. arg.

Primo ſic. Quicunque poteſt mereri, poteſt peccare morta liter, ſed Chriſtus potuit mereri: ergo & peccare.

Probatur minor, quia quicunque poteſt dicere totam conditionalem, poteſt dicere alteram partem: ſed Chriſtus potuit dicere iſtam, ſi dixero quia non noui eum, ſcilicet patrem ſimilis ero uobis mendax &c.

Tunc ſic. potuit illam: ergo potuit dicere partem tantum, ſcilicet non noui patrem, & dicendo illam, peccaſſet: ergo

Soluitur 1. princip.

ergo &c:

Reſpondeo Chriſtus potuit dicere, & dixit illam conditionalem: & potuit dicere partem illius conditionalis, non noui eum: etiam potuit dicere illam, ero ſimilis uobis mendax. patet, quia eſt conſequentia neceſſaria: tamen Chriſtum dicere alteram partem, poteſt intelligi dupliciter.

Chriſtus nõ potuit decipi, nec mentiri.

Vno modo materialiter, proferendo illa uerba: Alio modo aſſerendo alteram illarum partium. ut ego poſſum dicere iſtam propoſitionem, ego non credo in Deum. ſimiliter poſſum dicere, ego audiui, quod rex eſt unus talis.

Prima propoſitio. Chriſtus potuit dicere alteram illarum cathegoricarum materialiter.

Secunda. Chriſtus non potuit dicere, ideſt aſſerere illam eſſe ueram, non noui eum, quia uel intellectus Chriſti etiam deceptus; uel ſignum non correſpondendum ſuo ſignato, quia non eſt ſic a parte rei; quia cognoſcebat Deum. primo repugnat perfectioni intellectus Chriſti, ſcilicet decipi: & ſecundum repugnat bonitati morali, ſcilicet mentiri, & dicere falſum: quia, quòd aliquis dicat aliquid, cuius oppoſitum repugnat rei, repugnat bonitati morali; & iſta non poſſunt ſe comparari in eodem: ſed Chriſtus non potuit decipi, nec dicere mendacium: ergo &c.

2. princip. deducitur.

Secundo hc. Melior eſt natura, quæ poteſt peccare, quàm quæ non poteſt peccare: ſed Chriſtus aſſumpſit naturam noſtram meliorem: ergo &c.

Probatur maior: quia dicit Auguſtinus quod melior eſt natura, quæ poteſt peccare &c.

Soluitur 2.

Reſpõdeo prima propoſitio. Natura, quam uerbum aſſumpſit, erat peccabilis de ſe, & poſſibilis peccare, patet, quia habuit liberum arbitrium uertibile ad bonum, & ad malum. Secunda. Illa natura per beatitudinem ſibi collatam fuit confirmata in gratia ſic, quòd non potuit peccare, & abſtulit ab eo poteſtatem peccandi, ſicut ab aliis beatis. Pro maiori iſta, quia uidetur, quòd non ſit uera, arguitur ſic. Natura diuina eſt melior natura humana, & tamen illa non poteſt peccare: ergo &c.

Vtrũ natura q̃ põt peccare ſit melior ea q̃ nõ põt peccare.

¶Reſponſio quod duplex eſt natura. Quædam eſt creata, ut rationalis creatura. Alia increata, ut Deus.

Dup. natura.

Prima concluſio. Melior eſt natura, quæ non poteſt peccare, quam quæ poteſt peccare: quia hoc conuenit ſibi ex ſua magna perfectione; tamen natura creata, quæ poteſt peccare, eſt melior, quia habet intellectum, & uoluntatem; & natura, quæ non poteſt peccare, non habet intellectum, nec uoluntatem. Vnde Auguſtinus in authoritate allegata comparat unam naturam creatam, ad aliam, ut hominem ad bouem: & clarum eſt, quòd natura hominis eſt melior, quàm natura bouis.

3 princip.

Tertio ſic. quod quis poteſt ſi uult poteſt ſimpliciter: ſed Chriſtus potuiſſet peccare ſi uoluiſſet: ergo potuit ſimpliciter peccare.

Soluitur 3 princip.

Probatur minor: quia uelle peccare non ſolum eſt poſſe peccare, ſed etiam eſt peccare.

Reſpondeo. dicit Doctor. quòd maior eſt falſa. patet, quia illa maior notat unam cathegoricam contingenter ſequi ad conditionalem neceſſariam; modo nunquam ex neceſſariis ſequitur contingens. patet ſic; quoniam in illa maiori conditionali ſunt tres propoſitiones conditionales. Exemplum, quod quis poteſt ſi uult, &c. conditionalis eſt. Iſta, ſi uult peccare, poteſt peccare, quæ eſt neceſſaria, quia antecedens includit conſequens, & concluſio, quæ ſequitur, eſt contingens, ſcilicet: ergo ſequitur, quod poteſt peccare, quæ eſt contingens: qui a contingit, quod aliquis peccat, quando aliquis habet propẽtiam propinquam ad peccandum ſicut uiator, alius non, ſicut uirgo, quæ nunc non poteſt peccare, & ante poterat peccare: ergo cum ex neceſſario non ſequatur contingẽs, idẽo illa maior eſt falſa: quia iſta conditionalis eſt neceſſaria, ut dictum eſt, eo quòd antecedens includit conſequens: ut bene ſequitur, iſte uult peccare. ergo poteſt peccare. Ideo conſequentia eſt neceſſaria, & tamen illud quod ſequitur, eſt contingens. Sed faciamus, quòd illa maior ſit uera, & determinetur accidens illius cõditionalis totalis hoc modo. Quod quis poteſt ſi uult, & debet, uel poteſt illud uelle, poteſt illud ſimpliciter. & tunc bene ſequitur illa contingens, poteſt peccare: alias illud conſequens nõ ſequitur, niſi ex ſuppoſitione illius impoſsibilis: & quando aliquid eſt poſsibile ex ſuppoſitione alicuius impoſsibilis, illud ẽ impoſsibile ſimpliciter: ut ſi ego non poſsim eſse aſinus niſi ſim rudibilis, ſequitur, quòd ſimpliciter non poſſum eſſe aſinus. Ad minorem, ſed Chriſtus poteſt peccare ſi uult, & debet uelle peccare: ergo poteſt peccare: tunc minor eſt falſa, & concluſio bene ſequitur, & non eſt inconueniens, quòd concluſio ſit falſa, quando una præmiſſa rum eſt falſa.

An uerbũ poſsit generare.

Nota, q̃ ita poſſet ſolui illud argumentum de uerbo in diuinis, an poſsit generare, cum in eo ſit memoria fœcũda, quæ eſt principium generandi, & etiam de Deo, quod poſsit peccare, ſi fiat argumentum, & etiam de ſpiritu Sancto ſi quis uelit arguere, quòd poſsit ſpirare.

Vel ſic poteſt reſponderi ad illud argumentum, quòd illa reſponſio parum ualet.

1. propoſ. eſt ſophyſma.

Nota, quòd illa maior eſt uerum ſophyſma, quia per ſimile probabo quòd homo ſit aſinus. patet ſic. Omnis propoſitio, ſi eſt neceſſaria eſt uera, ſed ſi iſta propoſitio, homo eſt aſinus eſt neceſſaria, eſt uera: ergo. Reſponſio prima Buridani ad iſtud argumentum eſt talis, diſtinguendo, quòd maior eſt diſtinguenda, quia ponitur ſi, quæ eſt nota conditionalis, quia uel talis maior eſt conditionalis, uel de conditionato extremo: ſi primum, tunc eſt uera ſed tunc nihil ſequitur, quia tũc maior eſt hypotetica: modo ex hypotetica non fit ſyllogiſmus hypoteticus: ſed illa proprie non eſt maior, quia ſenſus eſt, ſi omnis propoſitio eſt neceſſaria, omnis propoſitio eſt uera: ſi autem ſit de conditionato extremo, adhuc eſt diſtinguẽda: quia uel eſt de conditionato ſubiecto, & ſenſus eſt, de quocunque uerum eſt dicere, ſi eſt propoſitio neceſſaria, de illa eſt uerum dicere, quod eſt uera, & ſic eſt falſa: quia de illa propoſitione, homo eſt aſinus, eſt uerum dciere, quòd eſt propoſitio uera, ſi eſt neceſſaria: & tamẽ falſum eſt dicere, quòd eſt propoſitio uera, & ideo illa maior noſtri argumenti eſt falſa, quia denotatur contingens ſequi ex neceſſario: quia contingens eſt, quòd propoſitio ſit uera, & tunc maior eſt falſa.

Sol. tantum Buridanũ. Prop. mqua eſt ſi, ſit eſſe coditionalis uel de extremo conditionato.

Vel poteſt eſſe de conditionato prædicato, & tunc illa maior eſt uera, & minor falſa: quia ſenſus eſt, quòd omnis propoſitio ſi eſt uera, eſt neceſſaria, quæ maior ẽ uera, & minor quę eſt, ſed homo eſt aſinus, eſt propoſitio, quæ etiam eſt uera: ergo homo eſt aſinus eſt uera, ſi eſt neceſſaria, & ſic bene ſequitur concluſio: ſed nihil mali ſequitur, quia maior, & minor, & concluſio ſunt propoſitiones ueræ. iſta applicanda ad propoſitum, & arguitur quandocunque poteſt &c.

Dico ad illam maiorem diſtinguendo, quia uel illa eſt hypotetica conditionalis, & ſic concedo illam: ſed tunc dico, quòd ſyllogiſmus non ualet, quia non poteſt eſſe maior ſyllogiſmi. Vel eſt de conditionato extremo, & tunc iterum diſtinguendum eſt, uel de conditionato ſubiecto, & ſic dico, quod tunc eſt falſa: quia ſenſus eſt, de quocunque uerũ eſt dicere, quòd poteſt peccare, ſi uult peccare, poteſt peccare: & ſic eſt falſa, quia falſum eſt dicere de Deo, quòd poteſt peccare ſimpliciter. Ita de Chriſto, & ad minorem dico, quòd eſt uera, & concluſio falſa: quia maior eſt falſa. Si de conditionato prædicato, tunc bene ſequitur, & nihil mali ſequitur, & tunc ſensus eſt; quicunque eſt potens peccare ſi uult, poteſt peccare; ad minorem, ſed Chriſtus eſt potens peccare ſi uult: ergo Chriſtus poteſt peccare ſi uult peccare; quia oportet, quod illud, quod eſt prædicatum maioris, ſit prædicatum concluſionis: & minor eſt falſa, & hæretica: ideo non ſequitur concluſio.

DISTINCT. TERTIAEDECIMAE.

QVAESTIO PRIMA.

De gratia Chriſto collata. Gratia qua drupliciter.



IRCA diſtinctionem decimamtertiam. Quæro primo. Vtrum Chriſto potuit conferri ſumma gratia. Nota pro quæſt. quòd gratia capitur quadrupliciter. Vno modo pro aliquo habitu inhærente animæ, de quo Paulus primæ ad Corinthios 13. ſcribit. Si linguis hominum loquar &c.

Gratia idẽ, qd Charitas & q̃o diſtiñguantur.

Prima propoſitio. Gratia iſto modo ſumpta idem eſt, quod charitas. Vnde dicit Scotus in ſecunda diſtinctio. 27. quòd gratia, & charitas ſunt idem habitus, tamen diſtinguuntur per connotata: quia gratia dicitur inquantum habitus ille reddit nos gratos Deo. At charitas dicitur quia reddit nobis Deum charum, & diligendum tanquam ſummum bonum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gratia necessaria est ad merendū.

Secunda propositio. Iste habitus gratiæ est necessarius ad actum meritorium de lege positiua, quia nullus potest mereri sine gratia, id est nisi prius habeat gratiam contra Pelagium, qui dicebat, quòd ex puris naturalibus quis potest mereri.

Quadruplici de cā gratia ponitur in anima.

Vnde nota, quòd gratia ponitur in anima quadruplici ratione. Primo propter authoritatem sacræ scripturæ; si linguis hominum loquar &c. Secundo propter decorem potentiæ. Tertio propter intensionem actus: ita quod cæteris paribus potentia mediante gratia elicit interiorem actum quam sine gratia. Quarto ad acceptionem actus meritorii, quia Deus ordinauit, quòd nunquam acceptabit actus nostros, nisi fuerint facti secundum inclinationem charitatis.

Tertia propositio. Licet de lege positiua gratia sit necessaria ad actum meritorium, tamen Deus de potentia absoluta potest acceptare actum sine charitate. patet, quia charitas est ens creatum, & non necessitat Deum ad acceptandum.

Gratia gratis data.

Secundo modo capitur gratia pro gratia gratis data, quæ est donum datum a Deo.

Prima propositio. Possibile est aliquem habere gratiam gratis datam, tamen esse formaliter inimicum Dei: patet, quia per talem gratiam intelligo unum donum. Exemplum. Num. 24. de Balaam. Item Ioann. 12. Caiphas impius prophetauit, & etiam uidemus hodiernis temporibus, quòd illi, qui habent maiora dona, sunt maiores peccatores.

Gratia subsistens.

Secunda propositio. Istæ gratia potest stare simul cum gratia gratum faciente de qua dictum est. Tertio modo capitur pro gratia existente, assistente, uel subsistente, & sic capitur in distinctio. 17. primi, quando Magister sententiarum dicit, quòd ad actum meritorium requiritur gratia in existens, quæ est motio spiritus Sancti, & sic capitur, cum dicitur, quòd Eucharistia significat gratiam subsistentem, quæ est corpus Christi uerissimum.

Gratuita uoluntas dicitur gratia.

Quarto modo capitur pro gratuita uoluntate alicuius, ut cum aliquis dat beneficium alicui, facit gratiam sibi, & sic loquitur Augustinus, cum dicit. In rebus per tempus ortis hæc est summa gratia &c. Hic loquitur de gratia primo modo dicta, quæ est gratia habitualis.

Frui qd sit. Actu uoluntatis dupl.

Nota, quòd fruitio, seu frui, est amore alicui inhærere propter se. Vnde actus uoluntatis est duplex, scilicet uolitio, & nolitio. & sunt actus contrarii, & sunt ambo actus positiui, seu uelle, & nolle: & uelle diligere, amare, sunt termini synonimi: & odire, & nolle, & detestari ex alia parte, sunt etiam termini synonimi.

Velle dupl.

Aduerte ulterius, quòd duplex est uelle, scilicet amicitiæ, quod est uelle aliquid propter se: Aliud est uelle concupiscentiæ, quod est diligere non propter se, sed propter aliud, sicut diligimus uinum non propter se, sed propter nos ipsos. Prima propositio. Actus fruitionis non pót esse nolle, quia quod libet nolle respicit ad malum. Secunda. Actus fruitionis non est uelle concupiscentiæ, quia uelle concupiscentiæ præsupponit actum amicitiæ. Tertia. Actus fruitionis, est uelle amicitiæ: & sic beati fruuntur Deo, & nos etiam in uia, & iste actus sic debitæ circunstantionatus est nobilissimus actus.

Pro ueritate ad primam quæstionem arguitur, quòd possibile fuit summam gratiam conferri animæ Christi, & arguitur sic. Ista natura assumpta a uerbo, assumit ad summam unionem; quo ad actum primum: igitur & quo ad actum secundū: sed summa unio quo ad actum secundum non est, nisi per summam gratiam habitualem: ergo &c.

Vnio dupl.

Notādum, quòd unio, quo ad actum primum, est unio quo ad esse. sed unio quo ad actum secundum est unio quo ad operari. Item naturæ intellectuali conuenit, quod sit capax gratiæ inquantum est imago Dei: sed possibile fuit istam naturam assumptam fuisse summam imaginem Dei. igitur esse capacē summæ gratiæ: ergo potuit sibi conferri summa gratia.

QVAESTIO SECVNDA.

Quæritur de facto.

PRo secunda quæst. Animæ Christi collata est summa gratia. patet per Augustin. Item Ioan. primo. Vidimus gloriam eius. idest gratia, quæ fuit data animæ Christi, fuit data, qualis decet unigenito; sed summa est, quæ est sibi debens: igitur &c.

QVAESTIO TERTIA.

De summa uoluntate an

PRo tertia quæstione. Prima propositio. Possibile fuit uoluntatem Christi habere summam fruitionem. Probatur, quia ista anima potuit habere summam gratiam: ergo summam fruitionem. patet, quia actus naturaliter elicitus ab aliqua forma, æquatur illi in perfectione: sed actus fruitionis est elicitus a gratia naturaliter. quia gratia non est forma libera, quare secundū perfectionem gratiæ, erit perfectio fruitionis.

QVAESTIO QVARTA.

PRo quarta quæst. ponitur talis conclusio. possibile est aliquem summæ frui essentia diuina sine summa gratia. patet, quia gratia in elicitione actus fruitionis se habet ut causa efficiens: tunc sic, quicquid Deus potest mediante causa secunda, potest uirtute propria: sed Deus mediante gratia potest causare summam fruitionem: ergo se solo

fuerit Christo possibilis

Pro solutio. 1 q. summū capitur dupliciter.

Ad primam quæstionem dico, quòd summum capitur dupliciter. Vno modo positiuè. Alio modo negatiuè. Positiuè, idem est, quòd illud, quod excedit omnia alia, & sic excessus non est nisi unum dictum per superabundantiam ad alia, ex 5. Topicorum, idest quicquid dicitur summum, non conuenit nisi uni soli. Et tunc sic exponitur summum; summum est illud, quod est magnum, & omni alio maius. Et sic prædicamēta non suut generalissima, quia sensus est, substantia est unū generale, & omni alio generalius, qđ est falsum: sed sic Deus est summum ens. Alio modo capitur negatiuè, summū, quod est magnum, & nihil eo est maius: & sic decem sunt summa genera, idest decem sunt, quibus nihil est generalius, licet ens sit communius.

1. propos. ad quæstionē.

Prima propositio accipiēdo summum primo modo, Deus non potuit conferre summam gratiam animæ Christi, quia certum est, quòd creauit summam gratiam; & potest aliam creaturam creare æquè nobilem sicut anima Christi; & conferre sibi tantam gratiam.

2. propos.

Secunda propositio. capiendo summum: secundo modo, Deus potuit conferre huic animæ summam gratiam, idest non tam magnam, quòd nulla alia est maior ista.

¶Ad quod re ostendendum &c.]

Summa gratia potuit unico actu creari, & aīæ Christi conferri.

Hic ostendit secundam conclusionem, & facit duo. primo ponit duas conclusiones, quarum prima est. Summa gratia hoc modo potest a Deo unica creatione creari. Secunda. summa gratia potuit conferri animæ Christi. causa autem, quare Scotus teneat istam secundam conclusionem, est ad laudem animæ Christi sacratissimæ: quia dicit ipse. Malo in commendando Christum excedere, quàm deficere. Probatur prima conclusio, quòd Deus potuit creare summam gratiam unica creatione. Probatur primo sic. accipiendo gratiam infimam, quæ sit decem graduum, & sit, a: Tunc sic. Ista gratia ascendendo in gradibus, uel est dabilis status ad summum; uel processus in infinitum intensiuè. Si primum, habeo propositum: quia illa est summa gratia. Si dicatur secundum, Tunc sic arguo. Quanto aliquis gradus magis distat ab, a, tanto est perfectior: ergo illa quæ in infinitum excedit, est in infinitum perfectior, & per consequens ista in se etiam est formaliter infinita intensiue.

Gratia summa pt unica creatiõe creari.

Et ultra probo, quod possit unica creatione creari; quia est infinita formaliter, uidetur tanquam unum creabile; igitur ipse Deus poterit talem gratiam infinitam creare: ergo ista gratia potest unica creatione creari.

1. rō ad hoc. Franc. resp. ad arg. Sco.

Alii de parte oppositā, sicut Franciscus de Maironis respondent ad istud argumentum, in quo duo assumit Doctor. Primum est. Accepta gratia decem graduum, uel est de uenientia ad aliquam gratiam summam, uel oportet in infinitum procedere, dicunt quod est processus in infinitum. Et cum arguitur, ergo est infinita, nego, quia ad hoc, quod consequentia ualeat, oportet, quod reducatur ad bonum syllogismum, ut dicit prædictus. 19. distinct. quæstione prima sui conflatus. Et reducitur sic. Quælibet forma intensibilis in infinitum est infinita: sed ista gratia causabilis est intensibilis in infinitum: ergo ista est infinita. dicit Franciscus, quòd illa maior est falsa, quia in numeris est processus in infinitum, & tamen nullus numerus est infinitus.

Ideo dicebat Doct. Bruliser, q̄ ratio Franciscī, & Occham est melior: tamen propter honorem Christi teneo conclusionem Scoti.

Item dicit Scotus hic, quod ista gratia, quæ distaret in infinitum ab, a, nempe a gratia decem graduum, uideatur a Deo tanquam unum creabile. dicit Franciscus, quòd non est necesse rium, si sit aliqua forma infinita, quòd uideatur a Deo: quia infinitæ sunt species numerorum, & tamen Deus non uidet speciem infinitam: tamen hoc est falsum salua reuerentia, q̄ Deus

Deus non uideat illas species. Ideo dico, quòd si sit dabilis forma infinita, ita etiam uidet illam, sui unum creabile. item non est dabilis forma infinita in intensione, loquendo de intensione formarum.

Infinitas quadrup. imaginari potest.

Ideo infinitas potest quadrupliciter imaginari. Vno modo in numeris, in quantitate discreta. Alio modo in quantitate continua, & hoc dupliciter. Primo modo in quantitate molis Secundo modo in quantitate uirtutis. Quarto modo in durationē. Quæritur. Vtrum infinitas sit possibilis in istis quatuor modis.

Infinitas in numero actualis dari nequit.

Responsio. prima propositio. Non est dabilis infinitas in quantitate discreta in actu, quod est contra Gregorium, & Franciscum, qui dicunt, quod Deus potest producere infinitas animas, & infinitos Angelos in eadem specie. Et arguunt sic. Quicquid est possibile produci a causa creata successiue, potest produci ab aliqua causa increata simul: sed natura creata potest producere infinita individua. patet, quia creatura, potest producere infinita individua successiue: ergo causa increata potest infinita producere simul. Ad hoc respondeo negando minorem, quia semper faciet finita, in infinitum, quia si mundus duraret in infinitum, non essent dabiles adhuc infiniti homines, sed bene finiti in infinitum.

Arg. Greg. & francisci soluitur.

Nō pōt dari continuū in finitū actu.

Secunda propositio. In quantitate continua nobis non est dabile infinitum in actu contra Franciscum, & Gregorium, & de Bassolis, dicentes, quòd Deus potest producere quantitatem infinitam. Et cum arguitur, producat Deus quantum infinitum, quæritur cuius figuræ est? non nisi infinitæ quantitatis: igitur &c.

Dicit Fracischus, quòd nullius figuræ est. Quærit Gregorius, quomodo moueretur.

Tertia propositio. In quantitate molis non est possibilis infinitas.

Quarta propositio. Non est dabilis aliqua forma infinita actu, contra Franciscum, & de Bassolis, & de Arimino dicentes, quòd est dabilis aliqua forma infinita intentione. Et arguunt sic. Certum est, quod Deus potest producere infinitam multitudinem animarum, & tunc cuilibet illarum potest dare gratiam decem graduum, & potest separare gratias ab animabus, & potest omnes illas formas unire ad inuicem. Tunc arguitur sic. Si omnes illæ uniantur ad inuicem, efficietur una forma intentione infinita: ergo &c.

Respondeo negando præsuppositum. & adhuc, dato, quòd esset uerum, adhuc non haberet propositum; quia Deus non uniret illas unitates, ut ex illis fieret una forma infinita, quæ non est dabilis. Quarta conclusio. Non est dabilis infinita duratio, saltem in actu: quia est successio; & Deus nó potest producere partes successiue quantitatis simul: & in ista conclusione concordant cum Scoto illi Doctores. Ad textum dicit Scotus.

¶Ab ista ratione prima habent euidentiam &c.]

Prima ratio est. Quantum contingit esse in potentia, tantum contingit esse in actu: sed sic est, quòd non contingit esse potentiam ad summam gratiam: ergo non contingit esse in actu summa gratia per creationem. Maior est philosophi, & probatur minor: quia procedere in potentia eundo ad formā non est processus in infinitum in potentia; immo illa potentia habet terminum, & non ad ulteriorem formam, & per consequens est dabilis summa forma in actu sic, quòd non maior.

Duplex processus. Processus secundum materiam quid, & ad secundū formā, secundū quosdam.

Contra illam maiorem arguitur sic. In numeris est processus in infinitum in potentia, & tamen numerus non est infinitus: ergo &c.

Respondeo Duplex est processus. Quidam secundum materiam: Alius secundum formam. Dicit de Nogento, quòd processus secundum materiam est, ubi nō fit additio alicuius perfectionis essentialis, ut in processu individuorum in eadem specie: sed processus secūdum formam est, ubi est additio perfectionis essentialis, ut in processu specierum: ut homo est perfectior asino, & Angelus homine. Tamen hoc non ualet, quia hic loquitur de perfectione in gradibus secundum formam; & tamen ille processus in gradibus, non dicitur secundum perfectionem essentialem, sed accidentalem.

Et ideo dico, quòd duplex est processus: quidam secundum materiam, quo proceditur in fieri: Alius est processus secundum formam, quo proceditur ad factum esse. Exemplum de primo: ut in diuisione continui, quia ibi est processus in fieri, quia fit diuisio. Exemplum de secundo, ut in augmentatione.

Ad propositum. Appositio in numero fit secundum diuisionem continui, quia est processus secundum materiam: & ideo bene concedo, quòd in isto processu non tantum contingit in actu quantum in potentia; quia continuum diuiditur in infinitum in potentia, & tamen nunquam est diuisum in actu. Tamen in processu ad formam possibile est, quòd sit tantum in actu, quantum in potentia.

Exponitur locus Philosoph 3. Phy sic. 69. Quantuncunque contingit ēe in potentia tantū contingit esse in actu.

Contra hoc arguitur sic. In processu, qui est in numeris, est processus secundum formam: ergo in numero non est processus in infinitum: consequens est falsum: ergo & antecedens. Patet antecedens, quinto metaphysicorum. Vbi dicitur, quòd quilibet numerus est per se unus, & habet suam formam propriam. Tūc sic arguitur. Quilibet numerus est una propria forma: ergo in processu secundum numerum non est processus in infinitum. Ideo dicit Doct. dico igitur, quòd duplex est quātitas, scilicet uirtutis, quæ est perfectio intrinseca cuiuslibet rei. Quædam est molis, quæ est quantitas extensionis habens longitudinem, latitudinem, & profunditatem. in proposito. ratio Philosophi concludit de quanto molis. patet sic, cum arguitur, quantum contingit &c. dicit Aristoteles, quòd quando fit augmentatio quanti molis, fit per diuisionem alterius continui. Exemplum. sit hic una pincta repleta uino, & alia pincta repleta aqua, tunc quantum contingit, esse in potentia, tantum contingit esse in actu: quia quando aqua apponitur uino, est ibi unum quantum in actu, quod prius erat in potentia, nec maius est modo in actu, quàm prius esset in potentia, quia illud unum solū fuit in potentia, ut ex eo fierent duæ pinctæ. Et dicebat Aristoteles quod illud continuū non plus poterat crescere, quam quantum alterum poterat diminui. Dicit etiam, quòd si contingeret aliquod quantum cunque per augmentationem effici maius in actu, sequeretur, quòd posset esse maius cœlo: ut si ista aqua efficeretur maior per aliam, etiam per aliam fieret maior, & per aliam, & aliam, &c. & sic poterit fieri maior cœlo, sed hoc est inconueniens. Probabilitas dicti ipsius philosophi est, quòd nihil potest produci de nouo, nisi a sola creatura, & quando quantum debebat augeri, oportebat, quòd esset per diuisionem alicuius continui, ut augere unam aquam per aliam aquam: & ista aqua modo non est maior in actu quam fuerit in potentia.

Sed dicerent Theologi, qui tenent, quòd Deus potest producere quantitatem de nouo, non tantum contingit esse in actu, quantum est in potentia: quia contingit esse potentia ad maiorem, & maiorem quantitatem, & tamen non contingit esse in actu.

Reg. philos

Ad propositum applicatur illa propositio, Quantum contingit esse in potentia &c. si applicatur ad quanta uirtutis, oportet accipere aliam probationem, quæ est una regula philosophi, qui dicit. Quod in quibuscunque permanentibus, si aliquod inferius sit aliqua factione factibile, etiam si aliquod infinitum esset factibile, unica factione esset factibile.

Entia sunt duplicia.

Vnde nota, quòd duplicia sunt entia, scilicet successiua, quorum partes non sunt simul, & permanentia, quorum partes possunt esse simul. probatur regula. Capiamus gratiam quatuor graduum, quæ sit infinita: si sit factibilis unica factione, etiam si sit processus in infinitum, summum factibile poterit fieri unica factione. Ex illa maiore subsummam istam minorem, sed sic est, quòd charitas, uel gratia est permanens, etiam secundum quemcunque gradum: ergo est unica factione factibilis. Et ideo quantam magnitudinem contingit esse in potentia, tantam contingit esse in actu, quia quantam contingit esse charitatem in potentia, etiam tantam contingit esse in actu: & si sit potentia ad infinitam gratiam, etiam contingit in ipsam gratiam esse infinitum. Et ista possibilitas prouenit ex permanentia sua. Vnde duplex est processus, ut dictum est. Et ratio illius dicti Aristotelis est, quia est processus actu in permanentibus, & non in successiuis, sicut de diuisione continui, quæ est in fieri, & ibi non contingit tantum esse in actu, quantum in potentia: & hoc dicit commentator. Dicit primo, quòd in maioratione quantitatis plures potentiæ sunt partes unius potentiæ determinatæ, idest una potentia determinata ad unum actum, in quo continentur actus partiales illarum potentiarum.

Exemplum. Capio quantitatem decem graduum: ponamus quod summa sit uiginta graduum, ibi sunt decem potentiæ particulares, seu partiales, in ista augmentatione plures potentiæ, quæ sunt decem, sunt partes potentiæ totalis, quæ est ad formam uiginti graduum, in qua continentur gradus, qui sunt oppositi illis potentiis partialib. tamē nō est simile de diuisione continui, quia non est potentia ad unū actū summum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia,quot sunt diuisiones in continuo,tot sunt potentiæ:ibi non est potẽtia ad unam totalem diuisionem,quia ibi est processus ad successiuum ens.

Duæ regulæ Scoti.

Consequenter ponit duas regulas.&c.]

Prima.In quibuscunq; actib. ordinatis, quilibet actus &c.

Secunda regula.In illis actibus,in quibus natis esse tantum in fieri sunt multæ potentiæ &c.Sensus primæ regulæ est, ꝙ quando forma est augmentabilis,ut in decem gradibus, est vna potentia totalis,quæ continet omnes formas partiales:sed in successiuis,licet sint infinitæ potentiæ ad plures diuisiones tamen non est ibi potentia ad aliquem actum diuidendi continens præcedentes.

Alia ratio ponitur ad probãdum, quod gratia summa una creatione creatur.

2. rõ ꝙ summa gratia posit unica creatione creari.

Arguitur sic.Quãtamcunque charitatem Deus potest creare,tantam potest creare,ponatur ergo tunc illa creata, Deus non potest creare maiorem:ergo illa fuit summa possibilis:ergo est dabilis summa gratia possibilis.Dicit Scotus, quod ista propositio est uera,quia subiectum includit prædicatum.

Refellitur ratio.

Sed illa ratio parum ualet.unde dicit Scotus,quòd illa propositio quantumcunque &c.est distinguenda:quia uel est conditionalis, uel de conditionato extremo. Si conditionalis tunc sensus est,si tantam potest creare,tantam potest creare. Et tunc pono duas propositiones.

Prima . Ista propositio,quæ est de possibili,debet poni in esse simul,quo ad antecedens,& quo ad consequens, ita quod si ponamus consequens in esse, & dimittamus antecedens de possibili,sit fallacia dicendo,si tantam potest creare, tantam creat:est fallacia,quia in bona consequentia non oportet, ꝙ si ad aliqua duo antecedentia sequatur consequens , quòd unum antecedens sequatur ad aliud antecedens: ut ad istud antecedens:asinus est,sequitur consequens,animal est;& etiam ad istud antecedens,homo est,sequitur istud consequens,animal est,non tamen propter hoc sequitur,quod antecedens sequitur ad id,ad quod sequitur suum consequens:ut bene sequitur,asinus est:ergo animal est:& homo currit,ergo animal currit:sed non oportet,quòd sequatur asinus est:ergo homo currit.Et si tu poueris consequens in esse,& antecedẽs de possibili,tunc fuerit fallatia.patet,quia ad istam, creat, quæ est de in esse,& est antecedens ad istam,potest creare, quæ est cõsequens,& de possibili,est bona consequentia.bene sequitur, Deus tantam creat:ergo potest tantam creare: sed non sequitur econtra,sicut bene sequitur,Sortes portat decem lapides, ergo potest portare decem lapides:sed non econtra;sed ponatur sic in esse; si tantam creat,tantam creat, ut si tantam charitatem.s.summam creat,tantam creat,s.summam. Si autem sit de conditionato extremo,prima propositio,sensus est.potest creare tantam charitatem , quantam potest creare , ideſt potest creare summam gratiam creabilem. Secunda propositio.si in illa propositione notetur una potentia modificans totam compositionem,illa propositio non est una de forma, quia non tenet in omnibus terminis: quia propositio in aliquibus terminis potest esse uera,& in aliis falsa. Et si ly, potest,dicat potentiam modificantem, facit propositionem modalem.Exemplum. Ignis potest producere tantum calorem, quantum potest:sensus est,ignis potest producere omnem calorem producibilem,& tunc illa propositio est falsa in illis terminis,quia subiectum non includit prædicatum, quia est aliter modificatum.

Sed de charitate pono quartam propositionem,quod ista propositio est uera gratia materiæ,s.in permanentibus: quia in permanentibus,si aliquod inferius sit unica factione factibile,ita summum,etiam si sit processus in infinitum : & ideo quantamcunque gratiam potest creare, tantam potest creare,sed summam potest creare:ergo infinitam gratiam potest creare,quæ esset summa.

¶Secundum scilicet magis &c.]

Probat Sco. 2. concl.

Hic Scotus probat secundam conclusionem, quæ est ista . Summa gratia potuit conferri animæ Christi.

Prima ratio est ista. Quandocunque est aliquod subiectum &c.sed anima est tale subiectum respectu gratiæ:ergo &c.

Dat exemplum de maiore, declarat eam per oppositum, capiamus aquam , uel aliud elementum : aqua est susceptiua caloris,& non secundum quemcunque gradum , quia aliquis gradus est impossibilis:quia licet recipiat illos gradus,non tamen potest recipere secundum omnes ; immo aliquis gradus est incompossibilis ipsi aquæ , ita quod si reciperet illum gradum ulteriorem , desineret esse aqua . Aliud exemplum dat Aristot.2.de generatione, quòd aer est calidus , & humidus, & sic aer est receptiuus caloris.& licet possit recipere secundum aliquem gradum,non tamen secũdum omnem gradum: quia determinat sibi certum, immo si alium gradum reciperet,iam amplius non esset aer.sic etiam,si aqua reciperet calorem ultra gradum determinatum,non esset aqua.patet etiam de mixtis.ut homo est subiectum receptiuum caliditatis secũdum gradum determinatum,& non secundum omnem: quia si fieret calidus sicut ignis,iam moreretur. Et ideo maior illa est uera, & minor est falsa,s.anima est huiusmodi respectu gratiæ,si non determinat sibi certum gradum:ergo.Nota, ꝙ aliqui doctores tenent,quòd gratia potest esse infinita ; & licet ipsa possit esse finita extra subiectum,non tamen in subiecto, ut dicit Franciscus:tamen dico cum Occham,qui dicit,quòd est possibilis processus in infinitum in intensione charitatis; & quòd charitas infinita potest a Deo produci, & est infinita possibilis esse in subiecto. Et fundat se in ista ratione Doctoris, quia licet anima sit finita de se , est tantum infinita in recipiendo,seu receptiuè; quia per hoc ego possem arguere , quod beatus non potest recipere beatitudinem, quia obiectũ est infinitum.& ideo non teneo cum Francisco .

Charitas an possit esse infinita. Opi. Occhã.

Secundo sic.Angelus aliquis potest recipere summam gratiam creabilem:ergo etiam anima Christi:& per consequens Deus potest sibi dare quantamcunque gratiam.Vel sic.Quantamcunque gratiam potest Angelus recipere,potest & anima Christi recipere: sed summam gratiam potest Angelus aliqs recipere:ergo & anima Christi.patet antecedens ; quia communis scoia tenet,quòd Angelus est nobilior substantia quã anima.patet consequentia per regulam,quod Angelus,& anima cum comparantur ad charitatem,sunt eiusdem rationis, quo ad susceptionem.Patet per exemplũ.licet equus,& Margarita inter se sint alterius rationis , tamen in quantum sunt susceptiua albedinis,sunt eiusdem rationis.Ita hic,quia gratia,quæ suscipitur in Angelo,& in anima, est eiusdem speciei,quod patet,quoniam quãdo aliqua sunt alterius speciei unum est perfectius alio.sed si gratia in Angelo , & in anima essent alterius rationis,seu speciei,tunc gratia in Angelo esset perfectior,quam gratia in anima Christi,quod est falsum.

Contra se arguis.

Soluit arg.

2. rõ ad idẽ.

Angelus et ãia sũt eiusdẽ rõnis quo ad susceptiõnẽ gratiæ.

Nota,quòd Doct.hic imaginatur, quòd licet Angelus , & anima sint alterius rationis,tamen in recipiẽdo gratiam sunt eiusdem rationis.

Tertio sic . Quandocunque inter aliqua extrema est proportio &c.patet per exemplum,ut calefactiuum, & calefactibile sunt duo extrema proportionis, quæ fundãtur super actu calidum,& potentia calidum.s. calefactiuum fundatur super actu calidum,& calefactibile fundatur super potentia calidũ: ut si inter calefactiuum,& calefactibile sit proportio actiui,& passiui,ita etiam inter ignem, & lignum est proportio actiui & passiui. similiter inter solem , & ceram est proportio actiui,& passiui:quia ignis, & lignum sunt duo extrema contenta sub duobus extremis primis,quæ sunt calefactiuum & calefactibile.Minor est,sed sic est,quòd in perfectibilibus,& perfectiuis supernaturalibus est talis proportio: & anima intellectualis est unum perfectibile, & gratia est perfectio supernaturalis sic, ꝙ prima perfectio supernaturalis est gratia: unde sequitur,quòd omne perfectibile intellectuale potest recipere summam gratiam.Patet etiam per aliud exemplum.Si color se habeat ut perfectio respectu superficiei , tũc superficies poterit recipere omnem colorem,si non determinetur aliunde:ita in proposito,si natura intellectualis pòt recipere quamcunque perfectionem,ita ista anima potest recipere.

3. rõ ad idẽ.

Nota tamen, quòd aliqua superficies propter subiectum suum non potest recipere omnem colorem, ut patet de superficie corui, quia determinatur ad nigritudinem:sed si superficies in communi comparetur ad colorem,quantum est de se, potest recipere omnem colorem:ergo,cum anima Christi sit unum perfectibile , & non determinetur ad certum gradum gratiæ, potuit recipere gratiam in summo , & procedit ista ratio ex proportione perfectibilis, & perfectionis supernaturalis .

¶Hic iuxta primum membrum &c.]

Dubiũ ẽrit.

Quæro.Vtrum Deus possit aliam summam gratiam æqualem gratiæ animæ Christi creare , & alicui puræ creaturæ cõferre.si dicas,quòd non:ergo Deus non est nunc æquè potẽs ut erat tũc, quod est impossibile.si dicas,quòd sic:ergo Deus potest creare plures summas gratias positiuè : & tunc prima conclusio esset falsa.

Sol. dubiũ

Respondet Sco.quòd summam gratiam æqualem illi,quæ est in

est in anima Christi posse creari a Deo, potest dupliciter intelligi.Vno modo de potentia absoluta.Alio modo de potentia ordinata.Vnde per potentiam ordinatam intelligo uoluntatem diuinam agentem secundum leges positas:sed potentia absoluta est uoluntas diuina non concernens leges positas:& sic,si Deus damnaret Abrahamum, & beatum Petrum, & saluaret Iudam,& Luciferum,faceret secundum potentiam absoluram.

Prima conclusio. Deus de potentia absoluta potest æqualẽ gratiam producere gratiæ animæ Christi:ergo potest aliã producere de nouo.

Secunda. Deus de potentia ordinata , non potest æqualem gratiam illi,quæ est in anima Christi,producere. patet , quia sapientia diuina ordinauit , quòd non sit nisi unum caput , a quo sit influentia ad omnia mẽbra.modo,si alius haberet summam gratiam,esset aliud caput:& quia non sunt duo capita, ideo &c.

Arguitur sic, quod Deus non possit producere gratiam æqualem illi,quæ est in anima Christi. Impossibile est duo capita esse in eodem corpore mystico,s.in ecclesia: ergo non potest Deus gratiam æqualem illi,quæ est in anima Christi,creare.Patet antecedens;quia etiam est impossibile in corpore naturali. Patet consequentia;quia si crearet summam gratiam, essent duo capita.Respon.distinguo antecedens. uel de potentia ordinata,& sic concedo:uel de potentia absoluta , & sic nego.

Secundo sic. Deus , si posset dare summam gratiam alicui æqualem illi , quæ data est Christo,sequeretur, quod aliquis uiator per actus meritorios continuatos, posset mereri quantum merutt Christus & summam gratiam:sed hoc est falsum, quia sequeretur,quod haberet summam gloriam , sicut anima Christi:quia secundum portionem gratiæ datur gloria .

In clementinis,de hæreticis. Ad nostrũ, & fuit error beguinorum.

Nota,quòd refert Papa Clemens in Viennensi Concilio ut habetur in quadam clementina, quod non est ponendum lumẽ gloriæ,& dicit ibi illa clementina, quòd quis non potest mereri summam gratiã,sicut dicebant aliqui,ut Greg.Sed ecclesia dicit hoc esse falsum,quia quantumcunque aliquis mereatur, non potest attingere ad summum gradum gloriæ,& tamen videtur,quod illa clementina dicat contra Scotum, & hoc prætendit illud arg.prædictum.

Respondeo ad istud argumentum . Vnde dicit Aureolus 17.d.primi in fine quæst.quòd in Rubrica,quæ incipit,Vtrũ charitas uiæ,& patriæ possunt æquari,dicit hic, quod licet aliquis uniret mille animas,immo per tot animas , quot sunt grana arenæ,& guttæ aquæ in mari , non posset mereri summam gratiam ,& ratio est,quia gratia habet terminum.Tamẽ est ista maxima , quòd nulli alteri homini a Christo æqualis potest conuenire, etiam per quemcunque actum meritorium. Et ideo ad argumentum dico , quòd licet posset mereri magnam gratiam,non tamen tantam,quanta est gratia Christi : quia est maxima , & maxima latitudo in gratia Christi , ad quam quis non potest attingere per quotcunque actus meritorios .

Resp. ad 2. ẽſt.de facto.

Ad secundam quæstionem ponitur conclusio responsiua; unde de Nogento , & Aureolus concordant in conclusione : sed de Bassolis,de Marchia,& Franciscus sunt contrarii.Conclusio est,quòd anima Christi habuit de facto summam gratiam a Deo sibi collatam.probatur,quia possibile est secundũ Magistrum sententiarum, quod Deus tantam gratiam dederit Christo,quanta potuit conferri,ut dictum est:ergo sibi cõtulit de facto summa gratiam,& dicit Scotus , quòd licet ad hoc probandum non habeam rationem : tamen in commendando Christum malo excedere,quàm deficere . Et idem dicit Varro de anima Virginis . quæ habuit gratiam in instanti suæ conceptionis.& dicit ibidem.Malo in commendando virginem excedere,quàm deficere . Et ideo propter istam rationem,Scotus posuit istam conclusionem: & ibi clare ostenditur deuotio sua . quam habebat ad Christum contra aliquos dicentes,quod Scotus non fuit deuotus : & ideo ista uideant detractores.Et dicit ipsemet in 17.d.4.quòd si aliquis non cõtraxerit peccatum in toto anno, scilicet mortale, tenetur adhuc ire ad curatum suum, ut prælatus cognoscat uultum pecoris sui,quia debet dicere,Gratias ago Deo meo qui uoluit me præseruare isto anno absque peccato mortali , ideo date mihi sacramentum Eucharistiæ , & tunc sacerdos non debet eum absoluere.Et post hæc uerba dicit.Multi per gratiam Dei per maius tempus steterunt sine peccato , ex quorum meritis thesaurus ecclesiæ coaceruatur, & habetur : sed de nullo alio posset uerè asserere,nisi de seipso loqueretur,uidelicet, ꝙ steterit per annum,& plus sine peccato.

Concl. Christus habuit summã gratiam.

Sco.reuerentia erga Christum

Reprehẽditur oblocutores contra Sco.

Confirmatur ratio sic.Illud Deus fecit circa Christũ,quod uidetur melius secundum ueram rationem: sed melius uidetur secundum ueram rationem,quod contulerit summã gratiam sibi:igitur &c.patet maior per Augustinũ: patet minor, quia in conferendo gratiam sine meritis, ostenditur maxima misericordia : & sic igitur Deus contulit illi animæ gratiam suam in instanti suæ creationis , ostendit maximam misericordiam.

Cõfirmatur ratio Sco.

Nota quòd B.Thomas,Franciscus, & alii quidam dicunt , quod licet animæ Christi fuerit data summa gratia , ut dicit Magister sententiarum,tamen duplex est summa gratia,s.quę est magna,& qua non est alia maior.Alia est de possibili, quę est magna,& qua Deus non potest facere maiorem: tunc isti ponunt duas conclusiones.

Quid sentserint D Th. Frã.& alij.

Prima conclusio.Anima Christi habet a Deo summam gratiam de facto.

Secunda . Deus non contulit animæ Christi summam gratiam de possibili.& ratio est , quia Deus potest facere aliam maiorem,quia potest accipere gratiam, quæ est in anima uirginis,& unire illi animæ Christi,& tunc erit maior. Tamen dico , quod animæ Christi ab instanti suæ conceptionis fuit collata summa gratia possibilis sic, quod Deus non potest facere maiorem .

Ad argumenta principalia.

Soluuntur prime 1 22. q. 1 arg Godof.

Ad argum.istarum quæst.quando primo arguitur sic. Anima Christi non erat perfectior angelo:ergo non potuit sibi cõferri summa gratia.patet antecedẽs,quia natura angelica, est perfectior anima Christi.

Resp ad 1. quo anima Christi fuerit summũ gratificabile secundum God.

Nota pro responsione, ꝙ dicit Godofredus,quod animam Christi esse summum gratificabile,potest intelligi dupliciter. Vno modo in se, & sic non fuit summum gratificabile. Alio modo per habitum præcedentem gratiam, & sic fuit summũ gratificabile , quia ille habitus augmentabat capacitatem animæ .

Contra hoc arguit Scotus.natura excellentior , ut natura angelica,potuit recipere illum habitum , & per illum habitũ augeri capacitas eius,& per maiorem habitum semper magis augeri capacitas eius,quàm animæ Christi,quia capacitas Angeli est maior,quàm animę Christi:igitur capacitas animę nõ potuit augeri per illum habitum.

Item arguitur,gratia est primus actus supernaturalis in anima Cristi:ergo non præsupponit alium actum supernaturalem,patet antecedens,quia ante primum actum, non est dabilis primus actus .

Nota,quod illa propositio,non est uniuersaliter uera ,quia in Baptismo tantum datur character qui est dispositio ad gratiam,sed non est actus elicitus · Tamen dico, quod gratia est primus habitus saltem prima perfectio elicitiua actus, & licet character præcedat gratiam , non tamẽ est elicitiua primi actus:& ideo gratia est primus actus animæ.

Soluitur 1. prin.1.q.a God.

Ad argumentum principale doctor respondet,& primo recitat opinionem Godofredi,unde dicit Godofredus. Quando arguitur. Anima Christi non est,&c.distinguo uel in se, & absolute,& sic concedo . Vel prout unitur uerbo , & sic nego, quia per illam unionem capacitas efficiebatur maior,ut posset recipere maiorem gratiam , quàm in se non poterat recipere.

Reprobatur sol. God.

Contra.In ista unione sacratissima manet eadem natura, quoad totum absolutum . ergo manet eadem capacitas:ergo non ampliatur illa capacitas.patet antecedens, quia circa istam naturam nihil ponitur de nouo, quod mutetur , quia solum est dependentia naturæ humanæ ad uerbum . ergo si non mutatur aliquid,non mutabitur illa capacitas, quæ identificatur cum illa natura Item arguitur probando,quòd per istã unionem capacitas non amplietur : quoniam,si angelus fuisset assumptus , capacitas fuisset aucta secundum proportionẽ suam,& cum ipsa sit perfectior anima Christi , ergo ipsa anima Christi non esset maioris capacitatis,imo minoris, quàm esset illa angeli:ergo animæ Christi capacitas non est summũ gratificabile.

Sol. Sco. Max. Scoti

Et ideo respondet doctor ponendo talem propositionem. Quodcunque gratificabile,ideſt capax & receptiuum gratiæ, est in potentia obedientiali respectu quantæcunque gratiæ recipiendæ sic, quod non est ex se determinatum ad certum gradum.

Gratificabile quid sit.

Nota, quòd gratificabile solum est natura humana, uel angelica : patet ista propositio , quia nulla natura intellectualis determinatur ad certum gradum gratiæ : quia istud accidens

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Angelus in recept. gratiæ nō excedit animā.

non datur naturæ gratificabili per transmutationem natura lem, sed a Deo datur liberè; Ita quòd, licet angelus excedat animam, tamen in receptione non excedit. Et ideo ad argumentum negatur antecedens, immo dico, q̄ non solum anima Christi, sed ego miser peccator sum summum gratificabi le, & sum natus recipere summam gratiam: quia uoluntas re spectu illius accidentis non determinatur ad certum gradum cum non detur per transmutationem naturalem, sed a Deo liberè.

Instatur

Contra. Angelus est perfectior natura, ergo est summū gratificabile, & non anima.

Tollitur in stan.

Respon. negando consequentiam. patet per simile: & capio duas superficies, unam argenteā, aliam auream; licet sint iuæ quales in natura, tamen in recipiendo albedinem, uel nigredi nem, sunt æquales.

2. prine.

Consequenter doctor arguit sic. Nobilius perfectibile natū est recipere nobiliorem perfectionem: sed angelus est nobilius perfectibile: ergo &c.

Esse perfectione inter respectus dupliciter

Respondeo, quòd esse proportionem inter respectus, po test intelligi dupliciter. Vno modo quod sit proportio præci sa sic, quòd nobilius sit natum recipere præcise nobiliorem perfectionem, & minus nobile minus nobiliorem perfectionē: & sic nego. Aut quo ad hoc, quòd est recipere, & sic concedo, maxime de perfectionibus supernaturalibus. unde nota, quod uult habere Scotus, quòd duplex est perfectio. Quædam est ac cidentalis. Alia substantialis. Accidentalis est duplex, scilicet naturalis, & supernaturalis: supernaturalis, ut gratia: naturalis, ut perfectio consequens subiectum: ut caliditas in igne.

Prop. duæ d perfectibili

Prima propositio. Nobilius perfectibile recipit nobiliorē perfectionem maiorem accidentalem naturalem ab illo perfectibili productam. patet de igne perfectiori, quoniam si sint duo ignes, unus perfectus, alius imperfectus, ignis perfectior recipit nobiliorem calorem.

Secunda. Nobilius perfectibile non recipit nobiliorem per fectionem supernaturalem non productam ab illo perfectibi li. patet ista: capiantur anima, & angelus, sunt duo receptiua gratiæ, dico tamen, quòd angelus non recipit aliquam formā perfectiorem quam perfectionem substantialem, immo aliqd pertectibile, ut materia prima, aliquando recipit aliquam for mam perfectiorem, & aliquando imperfectiorem: ut primo re cipit formam substantialem, & secundo formam accidenta lem. Et ideo ad argumentum cum arguitur. Proportio, &c. distinguo. Aut præcise, & adequatæ, & sic est falsum. Aut quod sit proportio quo ad hoc, quod est recipere, & sic est pro portio, & maxime de perfectibilibus supernaturalibus: & ió, cum arguitur, Anima Christi non est summum perfectibile, nego. Ad probationem dico, q̄ licet sint inequales in natura, sunt tamen æquales respectu istius perfectionis.

Item secundo sic arguitur. Certum est, quòd ista gratia erat finita, tunc sic arguitur. Cuilibet formæ finitæ potest addi alius gradus, & ultra potuit addi aliquis gradus in eadem spe cie: ergo non est summa, quia illud est summum, quo non est aliquid maius. Probatur maior; quia ille gradus, qui adderetur, non poneret illam infinitam, quia finitum additum finito, non facit infinitum. patet minor, & Scotus etiam cōcedit. Vnde nota, quod uolo dicere cū aliis, qui dicunt, quod gratia Christi erat infinita. Tamen dicit Scotus, quòd licet gratia Christi esset summa, non propter hoc sequitur, quòd sit infi nita: patet per exemplum. Vas repletum, licet sit plenum ad summum, quia non potest aliquid addi, non tamen propter hoc sequitur, quòd sit infinitum.

2. prin. solvitur

Pro solutione nota, quòd imaginatio argumēti est, utrum illi gratiæ summæ possit addi aliquis gradus maior.

Respondet doctor distinguendo, quòd hoc potest intelligi tripliciter. Vno modo, quod sit aliquis gradus maior semper manendo in eadem specie cum præexistente. Secundo modo in eadem natura perfectionis supernaturalis, non tamen in ea dem specie, sed in alia: ut patet quòd possit intelligi alia per fectio alterius speciei. Tertio modo, quòd in natura entium sit aliquis perfectior gradus, quam sit gratia in summo, quæ est in Christo.

Prima propositio. Implicat contradictionem aliquem gradum posse intelligi maiorem ista summa gratia; & ratio est, quia ista summa gratia in Christo est in termino, nec potest Deus creare gradum, & addere alteri. Et cum dicitur, ille gradus additus est finitus, ergo potest sibi addi. Dico, quòd licet finitum additum finito non faciat infinitum, tamen repugnat quòd aliquis alius gradus addatur, & propter repugnantiam eorum unum non potest addi alteri. Et cum arguitur, isti possunt intelligi unum, dico cum Scoto, quòd hoc non est nisi per intellectum includentem impossibilitatem: ita in propositio, licet illa gratia summa sit finita, tamen aliud finitum non posset addi illi propter impossibilitatem, quia illa gratia est in termino.

Secunda propositio. si dicatur, quod gratia est summa perfectio supernaturalis, tunc pono talem conclusionem. Impossibile est intelligere aliquem gradum perfectionis supernaturalis esse maiorem summa gratia; sed ego non teneo istam cōclusionem, sed si, pro quia, gratia non sit summa perfectio supernaturalis, tunc pono talem conclusionem, quam teneo ue ram. Quod uerum est dicere, quod fruitio est nobilior, & perfectior perfectio, quam gratia. Et sic dico, quòd si sit unus par uus sanctus, & habeat fruitionem duorum graduum, illa frui tio est perfectior essentialiter summa gratia Christi: & ratio ē, quia si haberem paruam, & paruam fruitionem, & non habe rem summam gratiam, ego essem beatus. Et quòd gratia sit nobilior, quàm illa perfectio supernaturalis, i. fruitio potest intelligi dupliciter. Vno modo, quod sit perfectio habitualis, & sic non est summa perfectio in beatis, licet beati habeāt lu men gloriæ. Alio modo secundaria, & actualis: & sic fruitio essentiæ diuinæ clare uisæ, est perfectior quacunque alia per fectione supernaturali.

Fruitio ē perfectio nobilior gratia.

Tertia conclusio. De natura entium potest dici quòd supra totum genus qualitatum supernaturalium potest poni infi mum generis superioris, quod est nobilius summo alterius ge neris. Exemplum capiamus nobiliorem perfectionem qualita tis, quæ est fruitio, & materiam primam: dico, quòd materia prima est nobilior fruitione; tamen non est inconueniens, q̄ fruitio sit aliquo modo perfectior substantia, & sic dicit Sco tus, quòd perfectior substantia est in se perfectior, tamē frui tio inquantum coniungit Deo, est perfectior substantia.

Quo materia prima sit nobilior fruitione.

Nota, quòd substantiam esse nobiliorem fruitione, potest intelligi dupliciter. Vno modo in se, & absolute, & sic consi derando substantiam, & fruitionem secundum perfectiones suas intrinsecas. Alio modo ratione perfectionis supernatura lis, & inquantum coniungunt subiecto beatifico, s. Deo.

Substantiā esse perfectiorā fruitione pōt dupliciter intelligi

Prima conclusio. Substantia minima in se, & absolutè con siderata est nobilior fruitione: patet, quia substantia a toto ge nere est nobilior fruitione.

Secunda. In ratione perfectionis supernaturalis, inquantū coniungit obiecto beatifico, fruitio, siue habitus gratiæ, siue lumen gloriæ est perfectior, quàm sit substantia. Et ad argu mentum, cum arguitur. Cuilibet formæ, &c. nego maiorem, si forma sit in summo. Vel distinguo, uel si illa forma non sit in summo, & sic concedo. Vel si sit in summo, & sic nego. Sed ntrum possit intelligi aliquis gradus nobilior summa gratia. Respondendum est secundum illam distinctionem immedia te præcedentem, quia duobus ultimis modis potest intelligi omnis gradus esse perfectior summa gratia, sed nō primo mo do. Quia ille intellectus sic intelligens gradum perfectiorem summa gratia in eadem specie esset falsus, & intelligens in compossibile.

Tertio sic arguitur. Si animæ Christi posset conferri sum ma gratia sic, quòd non posset conferri maior, uel hoc esset ex parte, & c. sed nullum istorum est dicē dum: seu impedit, quin possit esse maior. Non primo, quia gratia est participatio cha ritatis infinitæ: sed charitas non determinatur ad certū gra dum cum non detur per transmutationem naturalem, sed a Deo liberè; ergo uidetur, quòd possit in infinitum crescere antequam deueniat ad charitatem quam participat, nempe ad charitatem Dei, quę est infinita. Nec secundo, quia Deus ef ficiens, est iufinitus. Nec tertio modo, quia capacitas animæ dilatatur peraduentum charitatis.

Respondeo. prima propositiō. Gratia animæ Christi collata ē summa ex parte formę efficientis, & capacitatis subiecti. Ex istis tribus membris. Doctor format tres rationes ad oppositum. Prima est. Quodlibet ens participans esse diuinū habet denominatum defectum, scilicet esse limitatum: sed ista charitas est ens participatum a Deo: ergo habet esse limitat ū a Deo sic, quòd ultra non potest esse maior. Nec ex parte effi cientis, & arguitur sic. Deus, qui est efficiens primarium, pro ducit semper creaturam limitatam: ergo etiam respectu gra tiæ, & charitatis producit semper etiam limitatam gratiam in certo gradu. Tertio sic. Licet capacitas istius animæ sit re spectu cuiuscunque gratiæ, tamē non potest esse respectu gra tiæ infinitæ: ergo capacitas uoluntatis creatæ non potest reci pere gratiam infinitam. Et ideo dicit Franciscus, quòd licet Deus possit producere gratiam infinitam, tamen natura crea

Rānet Scōtus tres prosuæ opin.

turæ

turæ non potest recipere gratiam infinitam. Et cum dicitur, illa charitas auget capacitatem recipientis.

Gratia non auget capacitate aiæ. Reg. Sco.

Respondeo, quòd falsum est gratiam augere capacitatem animæ: patet, quia albedo in superficie non auget superficiē: unde ponit regulam, quod quandocunque aliqua duo cōcurrunt ad tertium: posterior non dat priori aliquid pertinens ad propriam causalitatem eius: sed materia est prior saltem origine ipsa forma: uel caudandum compositum: ergo forma non dat aliquid pertinens ad causalitatem materiæ, in gene re causæ materialis: sed sic est, quòd Christus &c.

Diceret aliquis, quòd licet charitas in se non dilatetur, ta men gradus prior ampliat uoluntatem respectu gradus poste rioris recipiendi. Contra. Charitas in quocunque est forma eiusdem speciei: ergo capacitas in quocunque est eiusdē speciei: ergo si in uno, ut in Petro, non dilatatur illa capacitas, ergo nec in alio, ut in Ioan. Item dicere, quòd illi gradus mu tent substantiam, est chymericum. Arguitur sic. Accidens po sterius non facit uariare subiectum: sed charitas est accidens posterius uoluntate: ergo non facit, quod uarietur capacitas uoluntatis.

Notandum, quòd in uoluntate nō est capacitas actiua, sed capacitas receptiua est relatio aptitudinalis ad recipiendum formas, quæ capacitas receptiua est eadem cum uoluntate. Et ideo dicit Scotus, quod in natura quacunque receptiua charitatis est maxima, uel minima capacitas respectu gratiæ, ante omnem formam receptam sic, quod per gratiam rece ptam, non augetur potentia recipiens gratiam, quia illa potē tialis est eadem cum anima, nec uariatur per aduentum cu iuscunque accidentis: quia dicit Augustinus. quòd posse habere charitatem naturæ est hominum: & potentialitas ad recipien dum gratiam, est eadem realiter animæ, sed habere actu cha ritatem hoc est gratiæ fidelium. hoc est a Deo liberè dante il lam charitatem: & ideo ad argumentum dico, q̄ ex parte for mæ Dei, & subiecti est, quòd gratia summa sit in Christo.

Potētia ad charitatē ē naturæ hominum, sed hēre est gratiæ fideliū.

Quarto sicrsi anima Christi posset habere summam gratiā creabilem, sequeretur, quòd non possit fieri in aliqua alia ma ior, uel æqualis sibi: sed consequens est falsum: ergo & antece dens, quoniam dicit Aristot. quinto topic. quòd uni conuenit &c. sed consequens est falsum, & uerum est, q̄ Deus pōt pro ducere aliam naturam, &c.

Respondeo distinguendo, uel exponendo summum positiue, ut Deus creat summam gratiam, & creat unam aliam ma iorem: & sic est impossibile. Alio modo negatiue, ut Deus cō fert summam gratiam Christo, & cum hoc nulla est gratia maior illa, & sic Deus posset conferre maiorem gratiam, & creare.

Soluitur 4. prin. Summū dū pliciter.

Nota, quòd dicunt nominales, ut Gregorius, Occham, & de Aliaco recitans opinionem prædictorum, scilicet de Ari mino, & Occham, & quærit ibi. Vtrum dabilis sit forma sum mè intensibilis, uel sit processus in infinitum in formis: & di cunt illi, quod duplex est augmentatio. Quædam est extensi ua; Alia intensiua. Prima est duplex. Quædam est, quæ fit in quantitate molis. Alia fit in quantitate uirtutis. Prima est, quæ fit per additionem partis ad partem. Alia quæ non fit per additionem partis ad partem, ut in rarefactione, ut patet in ebullitione nihil aduenit, licet aliqui dicant, quod ibi adue niant spiritus, unde augmentatio intensiua est duplex. Quæ dam est in subiecto, & est sicut si Deus augmentaret gratiam existentē in uoluntate mea. Alia est extra subiectum, ut quan do calor augetur extra subiectum: ut si Deus separaret calo rem ab aqua, & augeret illum, & tunc esset ibi augmentatio, & cum hoc ponunt quatuor conclusiones.

Opi. nominaliū de forma summe intēsibili.

Augmētatio intēsiua duplex secūdum æqlē.

Prima. Possibilis est processus in infinitum in augmentatio ne extensiua primo modo dicta, per appositionem iguis ad i gnem, ignis potest multiplicari, & augeri in infinitum: & quæ cunque aqua per appositionem alterius potest augeri in infi nitum. Vnde dicit de Arimino, quòd non solum forma potest augeri, sed etiam quæcunque quantitas, ergo est dabilis sum ma quantitas, probant ipsi illam conclusionem, & præsuppo nūt tria. Primo, quòd sicut Deus potest duo individua simul producere, ita infinita. patet, quia Deus non magis determi natur ad duo, quàm ad mille. Secundo, quod sicut duo indi uidua in actu non repugnant simul, ita nec mille. Tertio, quā docunque sunt duo individua homogenea, Deus potest sem per unire unum alteri. patet, quia ego possum unire aquam alteri aquæ: ergo Deus hoc potest facere.

4. concl. nominalium.

Ignis pōt ex se fieri in infinitum, sicut dicūt Conc.

Arguitur sic. Producat Deus infinitas partes aquę, tales nō habent repugnantiam adinuicem secundum secūdam propo sitionem: tunc uniat Deus aquam illam cum altera, ergo po terit esse processus in infinitum in augmētatione illius aquæ cum individua sit infinita.

Respondeo, quòd ex falso bene sequitur falsum: ideo ex fal so sequitur falsum, & cum arguitur sic, &c. Dico, quod indiui dua infinita non possunt produci in actu subsistendi: & dato quòd sic, adhuc licet essent infinitæ partes aquæ, Deus non posset ipsas unire. Et ideo præsupponis illas duas propositiones falsas.

Secunda conclusio eorum est. Illud problema neutrum est, processum in infinitum esse in augmentatione extensiua se cundum additionem partis ad partem, uel per rarefactionem. Vnde Occham dicit, quòd non est possibilis in infinitum se cundum additionem: quia tunc sequeretur, quòd corpus par uum, ut faba, tantum posset rarefieri, quòd esset maius toto mundo, quod est falsum. Vnde dicit de Aliaco, quòd utraque pars potest probari: sed teneo cum Occham, quòd hoc nō est possibile.

2. cōcl nōialiū, & Frāc. de Bas.

Tertia conclusio, & in ista concordat Franciscus, quòd aug mentatio intensiua formæ existentis extra subiectum est ex tensibilis in infinitum, uel sic possibilis est processus in infini tum in augmentatione intensiua alicuius formæ existentis ex tra subiectum: & hoc etiam tenet de Bassolis dimittens Sco tum. Et arguunt sic probando conclusionem, præsupponendo easdem propositiones prædictas.

Rō nōaliū.

Prima, quòd Deus potest producere infinitas partes albe dinis simul. secundo præsupponendo, quòd Deus potest unire quamcunque partem i psius formæ alteri parti formæ: his præ suppositis arguitur sic. Producat Deus infinitos calores, & cō seruet Deus illos in infinitum, & unia t unum alteri, sequetur quòd est processus in infinitum.

Soluitur rō eorum

Respondeo, quòd præsupponis falsum, scilicet quòd Deus possit producere calores, & gradus caloris infinitos, & hoc est falsum. Item, tu præsupponis, quòd Deus posset unire unum gradum caloris calori summo, quod est falsum: quia est in ter mino: ideo dato, quòd Deus posset producere maiorem, ta men nō posset unus gradus addi illi calori summo. Arguit sic iste Franciscus, distinct. 19. quæst. sui conflatus. Tu dicis, gra tia in summo non potest uniri alteri, nec aliquis potest sibi u niri. Contra. Quādocunque aliqua passio demonstratur de ali quo individuo alicuius speciei, demonstratur etiam de quo cunque individuo illius speciei: patet sic, quia si risibilitas de monstretur de Sorte, & etiam de Platone: sed unibilitas, quia est passio gratiæ, demonstratur in decem, uel in uiginti gradi bus. igitur poterit demonstrari etiam de quacunque alia: ergo conuenit gratia ut in summo: ergo potest uniri alteri gratiæ: ergo est dabilis gratia ut in summo.

Respōdebat Brulifer, cum arguitur &c. distinguo, uel si pas sio sit adæquata illi communi, & sic concedo: aut si non, & sic nego. dico modo, q̄ unibilitas non est passio adæquata gratię quæ est in summo, sed gratiæ in communi.

Resp. Burlifer ad arg. Fran.

Contra arguitur quòd sic. Et præsuppono primo, quòd for ma intensa & remissa sunt una forma, & eadem numero. secū do suppono, quòd gratia in summo sit in decē gradibus: si ergo detur gradus summus, Tunc sic. Vnibilitas per te est passio gratiæ, dum non erat summa, uidelicet quando erat in nouē gradibus: ergo etiam est passio, quando est decem graduum, nego. probo, quia forma nouem graduum, cui additur deci mus gradus, est eadem forma. Tunc sic. Prius habebat istam passionem: ergo nunc habet etiam, quando additur sibi deci mus gradus. patet, quia illa unibilitas est eadem realiter cum illa forma: & ideo illa responsio non mihi placet. Et ideo di co, quòd unibilitas est passio gratiæ in communi. Et ad argu mentum Francisci, quando arguitur, quandocunque &c. con cedo illam, dum tamen sit passio conueniens per rationem cō munem: sed sic est, quòd unibilitas conuenit formæ existenti, ut in quatuor gradibus, concedo: ergo ipsæ existenti in sum mo sibi conuenit, concedo: ergo potest unibilitas sibi uere con uenire, & uniri cum illo gradu, nego. Contra. habet istam apti tudinem, concedo: ergo potest uniri, nego. patet per simile, ne go simile.

Cōtra resp.

Resp auctor ad arg. Frā.

Arguunt nominales contra nos, de natura communi. Ista natura est communis: ergo potest communicari, communice tur: ergo natura creata est in pluribus, & per consequens est natura diuina. Et per hoc soluitur arg. Franciſci, quia licet il la passio sibi conueniat, non tamen est inconueniens aptitu dinem separari a potentia, ut dicit Arist. cæcus habet aptitu dinem, sed non potentiam: ita, licet illa aptitudo conueniat il li formæ in summo, non tamen sibi conuenit potentia.

Arg. nōia. liūcōtraSco.

Nota, quod aliquando inuenitur potentia sine aptitudine,

ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut lapis est in potentia ad sursum: & tamē nō habet aptitudinem ad sursum, immo uiolenter ascendit. Aliquando aptitudo, siue potentia inuenitur, ut cæcus est aptus natus uidere, & non potest uidere. Similiter natura mea est apta nata esse in pluribus, & tamen non potest esse in pluribus suppositis: & aliquando inuenitur aptitudo, & potentia, ut uidere: quia ego sum risibilis, & possum ridere: aliquando inuenitur e contra, ut ignis est calefactiuus, & habet aptitudinem ad calefaciendum: aliquando nec aptitudo, nec potentia inuenitur; vt in angelo respectu albedinis, quia angelus non habet aptitudinem ad albedinem, nec potentiam ad albedinem.

2. arg. nominalium.

Secundo arguunt sic illi nominales, & est argumentum. Adam nominalis. Si esset dabilis forma in summo, ut summa gratia, sequeretur, quòd posset aliquis peccare, & Deus non posset illum punire: ergo & antecedens. consequentia probatur. Pono casum, quod Sortes, & Plato sint duo peccantes, volo, quòd peccet Sortes uno peccato, per quod debeatur sibi summa pœna, & etiam Plato simili peccato. Tūc pono, quòd Sortes post blasphemet Deum. Tunc quæro, uel Deus potest sibi inferre pœnam pro illo peccato uel non. Si dicas, quod non: tunc sequitur, ꝙ aliquis posset peccare, & Deus non posset eum punire, si dicas, quod sic, contra. quia tunc sequeretur quòd esset puniendus ultra summum.

Solvitur 2. arg. nōaliū

Respondeo, & dico, quòd punietur pro illo peccato. Contra. sibi debetur summa pœna propter primum peccatum: ergo non potest puniri pro alio: quia puniretur ultra summum. Dico, quod Deus puniret illum illa summa pœna, & hæc duplex pœna debetur sibi. Sed contra. sequeretur, quòd inæqualiter peccantes æqualiter punirentur nego. probo per casum; quia Sortes fecit ultra Platonem unum peccatum notum.

Respondeo, quòd sunt inequaliter peccantes, sed non æqualiter punientur: quia hoc posito, ille, qui peccauit duplici ratione, debetur sibi summa pœna, quia propter primum peccatum punietur ista summa, & propter secundum punietur ēt illa summa, uel saltem per partem illius summæ pœnæ, & alius, qui non peccauit nisi unico peccato, punietur per illam summam, sed non nisi una ratione.

3 arg. nominalium.

Item arguit. Pono casum, quod Sorti sit mortuus pater, & frater, propter quorum mortem Sortes habeat summam tristitiam, uolo iterum, quòd moriatur mater sua. Arguitur sic. Si esset dabilis summa tristitia, sequeretur, quòd Sortes non posset tristari de morte matris suæ. probo, quia Sortes habet summam tristitiam patris, & fratris: ergo non potest habere tristitiam de morte matris: uel est debilis tristitia ultra summum: sed istud est falsum, quòd non possit tristari de morte matris suæ: ergo &c.

Soluitur 3. arg. nōaliū

Respon. concedo, ꝙ Sortes non possit tristari de morte suæ matris, quia ultra summum non est dabile aliud.

Contra, dicet quis mirabile est, ꝙ iste nō tristetur de morte matris suæ. Dico, ꝙ non est mirabile. patet, quoniam uidemus aliquos homines tantum tristes propter mortem alicuius, ꝙ si quis dicat sibi, domus uestra talis est combusta, uel talē infortunium aduenit nobis, non curabit, propter uehementem tristitiam respectu alterius obiecti.

4. arg. nominalium.

Item arguitur sic. Pono casum, quòd illa summa gratia, quam tu ponis, sit in uiginti gradibus, & pono, ꝙ gratia in duodecim gradibus sit in uirgine: & in duodecim in B. Michaele, tunc Deus potest unire illas duas gratias, quo facto, si sit dabilis summa gratia, per te, sequeretur, quòd est maius summo.

Respon. ꝙ Deus non poterit unire istas duas gratias, scilicet illos 32. gradus, quia ultra summum, non est dabile maius.

4. cōcl.

Quarta conclusio. Problema est neutrum, augmentationē alicuius formæ intensæ esse in subiecto. Vnde duplex est opinio, quia aliquam qualitatem posse augeri intelligitur dupliciter Vno modo extra subiectum, & sic bene uerum est. Altero modo in subiecto, & sic non. quia aliquod corpus determinatur ad certum gradum, ut patet de calore in aqua. Sed dicit Occham, quòd forma, ita bene potest augeri in subiecto, sicut extra subiectum. Tamen dicit de Aliaco, quòd est problema neutrum. Sed dico cum Sco. ꝙ si esset possibilis in infinitum non solum in subiecto, sed etiam extra subiectum, forma posset augeri in infinitum.

5. cōcl. de Mairon.

Quinta conclusio. Dabilis est forma aliqua in infinitum intensiua. Vnde ista est conclusio de Maironis in loco prælegato: tamen dico, quòd illa conclusio est falsa: immo Deus potest producere in summo aliquam formam fic, quod non posset maiorem: & ideo dicitur, quod forma extra subiectum non est possibilis augeri in infinitum, nec etiam in subiectō.

¶ Ad argumenta alterius quæstionis, &c.]

Soluuntur arg. 1. quæs.

Fuit posita conclusio, quod Christo fuit collata summa gratia. Contra illam conclusionem arguitur primo sic, probādo, quòd non. quia beatus est, qui habet quicquid uult, & nihil mali uult. Dicit Scotus, quod ly, quicquid, uult intelligere de uolitione actuali, quia sequeretur, quòd aliquis uiator esset beatus. patet, quia uolo legere, est uolitio actualis, & illud nō est malum, & habeo tunc istud uelle rectum: ergo ego essem nunc beatus, quod est falsum: ergo &c. Sed intelligitur de uolitione potentiali, scilicet quicquid rectè potest uelle, tunc arguitur, beatus est qui habet quicquid recte pōt velle sed beatus Michael potest rectè uelle summam gratiam: ergo habet summam gratiam. Et ultra, beatus Michael habet summā gratiam: ergo anima Christi non habet summam gratiam. Probatur, quia natura Michaelis est excellentior anima Christi: & per consequens capacitas eius est maior capacitate Christi: & ideo sequitur de facto, quòd anima Christi non habuit summam gratiam, & per istud posset probari, quòd minimus sanctus in paradiso haberet tantam gratiam, sicut Christus. Probat doct. illam minorem, s. quòd Michael potest rectè uelle sūmam gratiam de appetitu naturali; quia appetitus naturalis potest illam rectè appetere, & uoluntas potest se conformare illi appetitui.

Pro sol. 1. arg. prin. duplex potē tia uolūtatis.

Pro responsione dicit Scotus, cum arguitur, beatus &c. distinguo. Vel de potentia ordinata uoluntatis, & sic concedo. Vel de potentia absoluta. primo modo, ut sit sensus. Beatus est qui habet, &c. idest quicquid potest rectè uelle ordinatè. Modo dico, quòd angelus ordinatè, & rectè non potest uelle summam gratiam, quia non debetur sibi ex meritis. Alio modo de potentia absoluta, & tunc sic intelligitur, beatus, &c. Quicquid uult Deus illam uoluntatem uelle, modo dico, ꝙ Deus non uult beatum Michaelem uelle habere tantam gratiam, quantam habet Christus: Sed uult Deus B. Michaelem uelle habere tantam gratiam, quantam sibi Deus dat, & sibi debetur. & hoc, quoniam ego non debeo uelle quicquid Deus uult, sed debeo uelle quicquid Deus uult me uelle. ut si Deus diceret mihi, uolo quòd pater tuus moriatur, & nihil aliud diceret mihi, ego non deberem uelle, sed si diceret mihi, uolo te uelle patrem tuum mori, ego deberem dicere, uolo, & hoc quacunque morte moriatur. Et cum arguitur, quòd appetitus naturalis uoluntatis potest appetere naturaliter summam gratiam, & tamen ille appetitus naturalis semper est rectus.

Quō teneor cōformare uolūtatē meā cum diuina.

Nota quòd Scotus in hoc tertio, distinct. 26. & dist. 15. ponit duas formalitates in uoluntate. Vna uocatur affectio commodi. Alia affectio iustitiæ. Vnde affectus commodi est appetitus uoluntatis, per quem uoluntas inclinatur ad commoda sibi.

Duplex affectio.

Prima propositio. Affectio commodi non est elicitiua operationis alicuius, quia est quædam naturalis inclinatio, sicut in nobis risibilitas non est elicitiua actus.

Secunda. Ista affectio commodi est subiectum receptiuum spei. Vnde nota, quòd spes est quædam uirtus sita in uoluntate, & gratia ponitur secundum affectionem iustitiæ.

Tertia propositio. Ista affectio commodi in uoluntate nostra est subiectum receptiuum tentionis, & ille actus, qui uocatur tentio, ponitur in affectione commodi. Alia est affectio iustitiæ, quæ est libertas uoluntatis.

Prima propositio. Quicunque actus elicitur a uoluntate nostra, elicitur secundum istam affectionem iustitiæ. patet, quoniam affectio iustitiæ, est potentia libera, cum actus uoluntatis sit liber: ergo &c.

Ex quo sequitur, quòd uolitio elicitur secundum istam affectionem iustitiæ.

Secunda propositio. Affectio iustitiæ est receptiua fruitionis. patet per illam, Beatus uult bene esse.

Affectiō cōmodi quid sīgnificet. Soluitur argum.

Tertia. Gratia ipsa ponitur in affectione iustitiæ subiectiuæ. Nota quòd affectio cōmodi uocatur hic appetitus naturalis, & affectio iustitiæ est libertas. Et ideo ad argumentum respondeo.

Obiectiō facta & soluta

Prima propositio. Affectus naturalis uoluntatis est ad summam gratiam, & potest perfici per quamcunque gratiam.

Appetitus duplex.

Secunda propositio. Licet appetitus naturalis sit ad summam gratiam, tamen oppositum istius formæ non inest uiolenter appetitui. Vnde nota, quòd duplex est appetitus ad formā. Quidam est naturalis ad aliquam formam, cuius oppositū ineſt subiecto uiolenter. Alius est, cuius oppositum non inest subiecto uiolēter. de primo dico, quòd inclinatur sic ad descē

dendum

dendum deorsum, & tamen oppositum huius, quod est esse de orsum, scilicet esse sursum, uiolenter inest lapidi. de secundo exemplum, ut appetitus uoluntatis naturalis appetit summā gratiam tamen oppositum summæ gratiæ non inest uoluntati uiolenter, sed quietatur in omni gratia, quę est oppositum summæ gratiæ, patet.

Instatur.

Secunda propositio. In uoluntate nostra, non est aliqđ principium inclinans, per quod sit uiolenter sub oppositō illi summæ gratiæ, scilicet in minimam gratiam: quia per illam minimam quietatur uoluntas tamen non est summē quietata, qa non summe quietatur nisi per summam gratiam.

Soluitur in stantia Uolūtas cōformis appetitui naturali nō est semp recta.

Arguitur contra. uoluntas libera est semper recta, quando scilicet conformatur appetitui naturali. dicit Scotus, quòd ista propositio non est uniuerſaliter uera: quia aliquando est recta quando conformatur, & aliquando non est recta, sed est recta quando uoluntas libera in conformando se appetitui naturali conformat se uoluntati diuinæ: aliter talis uoluntas nō est recta, si non conformet se uoluntati diuinæ.

Prima propositio. Quandocunque Deus uult uoluntatem liberam uelle illud, quod appetitus naturalis appetit, & tunc uoluntas est recta. Exemplum. In Christo, appetitus naturalis eius est ad summam gratiam, & gloriam: & uoluntas diuina uult uoluntatem Christi habere summam gratiam, & gloriā: Tunc uoluntas Christi uolens hoc rectè dicitur uelle.

Secunda propositio. Aliquando uoluntas diuina uult uoluntatem liberam esse conformem uoluntati diuinæ, & esse dissonam appetitui naturali. exemplum est ibi. Vnus bonus homo præsentatur sibi aut, quod neget Christum, aut ꝙ moriatur, ipse debet refugere potius mortem appetitu naturali, tamen ex præcepto diuino tenetur uelle potius mori, ad se conformandum uoluntati diuinæ, & tunc licet uoluntas sua non se conformet appetitui naturali tamen, quia se cōformat uoluntati diuinæ, ideo est recta.

Oēs beati sunt contēti licet non æquales in beatitudine

Ad propositum, licet quilibet beatus secundum appetitum naturalem habeat inclinationem ad summam gratiam, non tamen debet uelle. Et ratio est, quia uoluntas diuina uult, ꝙ non uelit, nisi secundum quod debet. omnes enim qui sunt in paradiso, sunt contenti: & tamen non habent æqualem gloriam: quia in domo patris mei mansiones multæ sunt. Et ꝙ omnes sancti sint contenti, cum tamen inæqualiter habeant gloriam, & unus uideat gloriam alterius tantam, uel tantā, patet per tale exemplum. hic sunt duæ domicellæ inductæ de serico, cuius panni ulna ualet decem scuta, in una tunica sūt quatuor ulnæ, in alia sunt tantum duæ, quia una domicella ē parua, unus pulcher homo ueniat ad unam illarum uultis cōmutare tunicam uestram quam habetis cum alia magna. Respondebit quòd non, quia illa magna non seruiret mihi de aliquo. Et similiter diceretur de alia. sic etiam est de beatis qui habent gloriam, & gratiam, secundum quod meruerunt, & nō plus appetunt appetitu libero, quàm meruerunt. Et conformant se uoluntati diuinæ iustæ præmiantis secundum merita cuiusCunque beati. Et ideo cum arguitur, beatus est, &c. dico quòd debet intelligi ut dictum est, & tunc uoluntas est recta, quando se conformat, &c. Ad aliud dico, quòd licet anima Christi sit imperfectior in naturalibus angelo, tamen anima Christi potest tantam gratiam recipere, sicut angelus.

Ad aliud arg.

Secundo sic arguitur. anima Christi non habet summam in clinationem ad summam gratiam: ergo non requiritur, ꝙ habeat summam gratiam.

Probatur antecedens, quia non habet summam naturam. patet exemplo. nam & aqua quietaretur, licet non esset in cētro, quia non habet summam grauitatem. Consequentia probatur. Nam in anima Christi non est ponenda summa gratia, nisi ut quietetur: sed per minorem potest quietari, nego, probo, quia postquam non habuit summam inclinationē ad summam gratiam, non habet esse summam gratiam.

Obiectiō facta & soluit

Respondetur prima propositio. licet anima Christi nō habeat summam inclinationem ad summam gratiam ex parte fundamenti, tamen habet inclinationem ad summam gratiā, & licet uoluntas Michaelis ex fundamento sit perfectior, quā anima Christi, & etiam naturalis inclinatio angeli sit maior, tamen uoluntas Christi habet inclinationem ad summā gratiam. Contra: ergo aliquis sanctus, non est beatus, quia nō summe quietatur.

Respondeo, quòd est ualde quietatus, tamen non est summē quietatus, quia nullus est summē quietatus, nisi anima Christi. Et dico, quòd licet non summe quietetur, tamē quietatur simpliciter, quia si requireretur, quod beatus summē quietaretur, non esset beatus.

Tertio sic arguitur. Deus non fecit summam naturā: ergo nec sūmā gratiā. Patet antecedēs, quia quacunq; natura data, adhuc Deus posset creare maiorē. Probatur consequentia, qa ordo uniuersi, consistit in speciebus pluribus: ergo cum Deus non produxerit summam naturam, nec summam gratiam. Respondeo ad antecedens, primo forte antecedens est dubium. unde dicit magister Barbatus in prima quæst. 4. de mēte Augustī. quòd est dabilis summa natura specifica, quia est unum argumentum; talis est proportio, &c. Augu. dicit, quod Deus creauit duo, unum prope se, & aliud prope nihil. primū est natura Angelica: secundum est materia prima. Tamē Franciscus in 4. distinct. q. 9. probat, quòd in speciebus numerorum est processus in infinitum, & tamen ibi sunt species: ergo ibi ē summa species: ergo &c.

Dabilis est summa spes

Item in speciebus continuis est processus in infinitum, itē etiam in figuris, & in actib. reflexiuis intellectus, quia primus actus intellectus respicit obiectum, & secundus actus respicit secundum actum, & tertius: tertium, & quartus quartum.

Ad propositum, dico ꝙ est dabilis summa species: & dico, ꝙ forte est natura specifica ipsius Luciferi, uel alia, quā Deus posset producere, & sic est dabilis species unica, quæ excedit omnes alias uniuersi. Et hoc uidetur dicere Porphirius, quòd descendentibus a generalissimis ad specialissima, iubet Plato quiescere.

Quære sūma naturæ non fit creata ve sūma gratia

Ad argumentum, admisso antecedente, nego consequentiam. & ratio est, quia Deus non creauit summam naturam, & tamen fecit summam gratiam, quia summa gratia in Christo, influit in nobis, quia Christus propter merita sua, lucratus est nobis gratiam, & gloriam, & si esset alia natura summa, illa nihil influeret in nobis. Patet, quia natura angelica nihil influxit in nobis. Tamen ponamus per casum, quòd sicut Deus supplet influentiam summæ naturæ, quod sic suppleat influentiam Christi, sic, quòd quicquid influit nobis Christus, influeret Deus. Tamen quæro, quare ponitur summa gratia, & nō summa natura.

Respondeo, quòd in operationibus Dei manifestatur potē tia in creando, & sapientia in gubernando, & hæc pertinet in hierarchiam uniuersi, & hoc quantum ad esse naturæ, ió non oportet, quòd producat summam naturam. tamen quantum ad hierarchiam naturarum intellectualium, quantum est ad esse morale, oportet ꝙ ostendatur summa misericordia Dei: & non potest ostendi nisi dando summam gratiam, & gloriam alicui naturæ sine meritis, ideo dedit alicui naturæ summam gratiam, & gloriam.

Nota tamen, quòd est quædam hierarchia uniuersi totius, quæ pertinet ad esse morale, sicut sunt species ordinatæ: alia est quæ est naturarum intellectualium non quantum ad esse naturæ, sed quantum ad gratiam, & gloriam, & consistit in gratia, gloria, & fruitione, & tunc ēt ostensa dicitur diuina misericordia, dando alicui naturæ gratiam, & gloriam sine meritis præcedentibus.

QVAESTIO TERTIA.

Agitur de fruitione aīæ Christi. An posse sūme frui dupliciter

AD tertiam quæst. &c.]

Consequenter hic doctor ponit unam distinctionem ꝓ responsione ad quæstio. scilicet, quòd animam posse frui summe potest intelligi dupliciter. Vno modo formaliter. Alio modo elicitiuē. Formaliter est ipsam recipere summam fruitionem, sicut dicimus superficiem albam formaliter, quia recipit formaliter albedinem, sed animam frui elicitiue, est ꝙ anima sit causa fruitionis, sicut dicimus, quod intellectus noster est intelligens elicitiue, quia elicit intellectionem, & ignis dicatur agere elicitiuē, quia elicit & causat calorem.

Prima propositio. capiendo summe frui primo modo, possibile est animam Christi summe frui, licet anima Christi nō possit concurrere elicitiuē ad causandum ex se illam summā fruitionem, tamen possibile est illam summam recipere fruitionem. Patet quia est receptiua illius summæ gratiæ, quia ex se non determinatur ad certum gradum: ergo potest summē frui formaliter, & ex ista conclusione, pono alias duas propositiones.

Prima propositio, non solum uoluntas animæ Christi, sed alia uoluntas cuiuscunque etiam alterius animæ, nata ē summæ frui formaliter. patet, quia omnis anima est in potentia obedientiali ad recipiendum istam summam fruitionem, & Deus illam potest creare, & causare: ergo &c.

Secunda propositio. Possibile est uoluntatem angeli posse recipere summam fruitionem. patet, quia ex se non est determinata

Universidad de Deusto
Biblioteca

minata ad certum gradum: & Deus potest illam summâ fruitionem causare in uoluntate Angeli: ergo &c.

2. conclusio. Secunda conclusio. Voluntas animæ Christi ex se sola cum summa gratia, non potest summæ frui secundo modo. Probatur sic, Voluntas Angeli est maioris actiuitatis, quàm uoluntas animæ Christi: ergo poterit maiorem fruitionem elicere, quàm uoluntas animæ Christi. patet a simili de duobus ignibus, quorum unus est maioris actiuitatis, quàm alius: ergo uoluntas Angeli poterit maiorem actiuitatem causare, quàm anima Christi probatur consequentia, quia maior actiuitas, consequitur naturam nobiliorem, & excellentiorem: sed natura angelica est excellentior, quàm anima quæcunque: ergo &c.

Instatur Et si quis dicat, pono quod uoluntas animæ Christi habeat summam gratiam. Tunc sic. Voluntas animæ Christi habens summam gratiam, potest elicere summam fruitionem: ergo sicut Angelus si haberet summam gratiam eliceret summam fruitionem, ita anima Christi.

Soluitur instantia. Respondeo si poneretur summa gratia in uoluntate animæ Christi, & in uoluntate Angeli, licet esset æqualitas in gratia tamen esset inæqualitas uoluntatum: quia uoluntas Angeli est perfectior uoluntate animæ Christi, ideo Angelus maiorem fruitionem eliceret, quam uoluntas animæ Christi. Ex quo sequitur, quòd nulla uoluntas creata etiam grata sine speciali influxu Dei, potest causare summam fruitionem. patet, quia summa fruitio, habet summam latitudinem, ideo oportet, quod Deus concurrat specialiter.

3. conclusio. Tertia conclusio. Volũtas animæ Christi, cum summa gratia, summè fruitur gratia elicitiuè. Ista conclusio uidetur cõtradicere secundæ conclusioni. patet conclusio, quia licet uoluntas Angeli sit nobilior anima Christi tamen, quia summa gratia in anima Christi supplet causalitatem animæ, seu excellentia gratiæ in anima Christi supplet excellentiam in uoluntate Angeli, & sic ista conclusio non contradicit secundæ. patet, capiendo Michaelem in puris naturalibus, & animam Christi cum summa gratia, certe anima Christi poterit habere maiorem causalitatem, quàm Angelus.

Triplex cã fruitionis. Nota quòd fruitionis in anima, triplex est causa partialis. Prima est quæ se tenet ex parte obiecti, & est uoluntas diuina: essentia autem diuina nullo modo causat ad extra uisionem sui: sed uoluntas diuina liberè concurrit. Secunda causa minus principalis est uoluntas creata, contra de Bassolis, de Maironis, sicut uoluntas creata fuit principium uiuendi, etiã erit principium fruendi. Tertia causa est gratia, & ideo pono conclusionem probabilem, quòd gratia est principium elicidi fruitionem. dicit tamen de Bassolis, quòd gratia nullo modo causat fruitionem, sed dicit Scotus in primo dist. 17. quòd habitus est causa elicitiua actus, cuius oppositum dicit de Bassolis. Et ideo dico, quòd nullus beatus potest causare uisionem claram, nisi Deus concurrat. nec anima Christi, nec alia anima.

An gratia causet fruitionem.

An uolitas creata cõcurrat ad fruitionẽ in patria. Nota, quòd Occham quærit. Vtrum uoluntas creata in patria, concurrat elicitiuè ad causandum fruitionem.

1. prop. Occh. Respondet. Prima propositio; uoluntas creata circa obiectum beatificum clare uisum, potest elicere actum fruitionis: & uocatur formaliter fruitio.

2. pp. Occhã Secunda propositio, iste actus fruitionis elicitus mediante obiecto, & potentia, non est actus beatificus. patet, quia ad beatitudinem supernaturalem, nulla uoluntas concurrit elicitiuè. & cum quæritur utrum habeat actum beatificum, dicit tertiam propositionem: probabile est quemlibet beatum habere duplicem actum, unum qui non est beatificus & alius est beatificus. & hoc ideo dicit, ne beatus possit cessare ab actu fruitionis. patet, quia cum uoluntas beati liberè eliciat actum beatificum, posset cessare. & sic posset se facere non beatam, tamen ego non teneo hoc. dico tamen quòd bene potest habere duos actus, quorum unus est fruitiuus: alius est tentio. & non pono actum beatificum qui totaliter causaretur à Deo.

3. pp. Occhã

QVAESTIO QVARTA.

Soluitur. 4. q. de potẽtia uoluntatis quo ad fruitionem sine gratia. AD quartam quæstionem Respondeo, quòd anima Christi potest summè frui, & uniuersaliter quæcunque alia sine summa gratia, & hoc formaliter. Patet, quia cum summa gratia se habeat in genere causæ efficientis, & Deus possit supplere causalitatem secundæ causæ: ergo poterit causare summam fruitionem in anima. Quæro unum dubium. tu dicis, quòd aliquis potest summè frui in patria sine summa gratia formaliter. Quæro, Vtrum aliquis possit esse beatus sine gratia, & arguitur, quòd sic, quicunque habet actum beatificũ, est formaliter beatus: sed anima B. Petri, potest habere fruitionem beatificam sine summa gratia per te: ergo &c. patet maior, quicunque habet albedinem, est albus, probatur minor ex solutione quæstionis præcedentis. Scotus in primo distinct. prima quæstio. quarta & in 4 distin. 49. in solutione cuiusdam argumenti. dicit, quòd nullus potest esse beatus sine gratia. Ex quo sequitur, quod si Lucifer esset nunc in paradiso, & Deus poneret uisionem in ipso quam habet uirgo, adhuc non esset beatus, quia non haberet gratiam.

Dub. an possit esse beatus sine gratia.

Obicitur. Contra arguitur, quòd Lucifer esset beatus, probatur sic, beatus est, qui habet quicquid uult, & qui habet obiectum, in quo omnia bona unitiuè, & eminenter continentur. Vnde nota, quod sic exponit Scotus illam authoritatem in loco prę allegato, scilicet Lucifer habet unum obiectum in quo omnia eminenter, & unitiuè continentur: ergo est beatus.

Soluitur obiectio. Respondeo distinguendo maiorem, uel accipiendo beatitudinem pro principali operatione, in qua consistit beatitudo, & tunc Lucifer habens uisionem uirginis, id est quam habet uirgo, esset beatus quo ad principalem actum. Alio modo extensiuè, pro omnibus, quæ requiruntur ad beatitudinem de potentia Dei ordinata. & sic Lucifer non esset beatus: quia requiritur delectatio. Istam responsionem ponit Scotus in 4. distinct. 49. quæstio. 2. in responsione cuiusdam argumenti, & ideo habemus istas duas propositiones. prima est, possibile est aliquem summæ frui in patria, siue quacunque gratia. patet, quia dicit, quòd aliquis posset summè frui sine gratia. Secunda impossibile est aliquem esse beatum beatitudine dicta. sine gratia. patet, quia iste non haberet actum acceptum ipsi Deo.

Pot aliquis frui in patria sine gra.

Mouent difficultas. Notabile & solutione. Circa hoc quæritur. Vtrum uoluntas mea quantum est ex se, possit producere actum fruitionis, Deo supplente causalitatem gratiæ, sicut cum gratia: Pro difficultate ponit Doct. unam suppositionem, scilicet, quòd obiectum fruibile sit præsens intellectui, & quòd uoluntas sine omni habitu possit elicere actum fruendi: & hoc suppositum est uerum, quia gratia nullam causalitatem tribuit uoluntati, immo præcise ponitur, ut concurrat elicitiuè ad actum fruitionis, & ad dandam perfectionem actui fruitionis, & non ponitur ad dãdam actui tatem uoluntati circa actum. Hoc supposito, ponitur distinctio, aut ponitur necessario connexio causarum sic. quòd causa principalis non possit sine causa minus principali determinante causam principalem ad effectum: sicut in generatione, pater est causa principalis, & mater est causa minus principalis, si sit necessaria connexio causarum: Aut non ponitur necessario connexio causarum, sed quòd Deus potest supplere causa itatem causæ minus principalis, non supplendo causalitatem causæ primæ, ut in generatione prolis, Deus potest supplere causalitatem causæ secundæ, scilicet patris. Secundum istam distinctionem Doct. ponit tres conclusiones. Prima, si primum istorum teneamus, quòd necessario est connexio causarum, quamuis uoluntas creata possit recipere fruitionem, sine gratia causante, tamen non potest elicere sine gratia: & ratio est, quia causa principalis potest elicere actum sine causa minus principali: sed uoluntas est causa magis principalis, & gratia est causa minus principalis in actu fruitionis immo nullum gradum fruitionis posset elicere uoluntas sine charitate, sicut homo non posset seclusa matre, producere filium, uel generare.

Distinctio.

1 conclu. de actu fruitionis sine charitate.

Nota, quòd istam conclusionem non teneo, nec est de mente Scoti.

Secunda conclusio. tenendo secundam uiam, quæ est melior, scilicet, quòd Deus possit supplere causalitatem causæ secundæ, uoluntas potest tantam fruitionem elicere sine charitate, sicut cum charitate. Patet, quia si Deus potest supplere causalitatem causæ secundæ, non supplendo causalitatem causæ primæ: igitur cum uoluntas sit causa principalis, & gratia minus principalis, poterit Deus uicem charitatis supplere. Secundum hoc possemus dicere, quòd Deus poterit supplere uicem matris ad generationem filii.

2. conclusio.

Quæro hic quomodo generabitur filius a patre siue matre.

Respondeo, quod mille modi sunt possibiles ipsi Deo generandi filios sine matre. patet, quia Adam non fuit genitus a Deo, sed creatus, quia ex materia terræ Deus produxit formam substantialem, ita nunc homo posset decidere semen, & posset Deus alterare semen, & inducere formam substantialem, mater enim non se habet in genere causæ materialis nec formalis, sed in genere causæ efficientis, Et cũ Deus possit

sit supplere causalitatem causæ secundæ extrinsecæ, poterit generare filium sine matre.

Tertia conclusio. Voluntas animæ Christi non potest actiuè, seu elicitiuè frui summè, sine charitate, & gratia summa, & hoc de potentia ordinata.

Notandum, quòd prima regula, quæ ponitur, est ista. Ordinatum est a diuina sapientia, ut quotiescunque causa prima est nata habere causam secundam ad producendum effectum nunquam potest producere effectum summum sine illa causa secunda producente. ista causa principalis est uoluntas, & minus principalis est gratia.

Secunda regula. Ordinatum est, quòd uoluntas animæ Christi non possit perfici actu secundo in summo, qui est fruitio sine hoc, quòd perficiatur actu primo, qui est charitas, & per consequens, licet Deus de potentia absoluta possit facere, quòd uoluntas possit elicere tantam fruitionem sine charitate, sicut cum charitate, tamen de facto non facit.

1. prin. deducitur. Ad argumenta principalia.

Primo arguitur sic. Voluntas in uia elicit actum merendi: ergo etiam in patria elicit actum fruendi: ergo cum uoluntas non possit habere summum actum meritorium sine gratia, nec actum fruendi summum.

Soluitur 1. prin. Respondeo, concedo antecedens, & transeat consequens: & cum concluditur, ergo non poterit summè frui. Dico, quòd licet ex se non possit summè frui elicitiuè Deo non supplente actionem gratiæ, tamen potest elicitiue Deo supplente.

2. deducitur Secundo sic. Si uoluntas posset summè frui, sequeretur, quod esset dabilis maior fruitio, quam esset summa fruitio: sed consequens est falsum: ergo &c.

Probatur, quia etiam esset summa gratia data angelo. Pono, quòd hic sit Michael, & anima Christi. ponamus, quòd summa gratia detur angelo, cum uoluntas, & capacitas angeli sit maioris actiuitatis, quam uoluntas animæ Christi, sequeretur tunc, quòd uoluntas angeli poterit elicere maiorem fruitionem. Probatur, quia uoluntas Christi habet summum actum fruitionis: sed uoluntas angeli est maioris actiuitatis: ergo angelus eliciet actum maiorem fruitionis illo actu summo, qui est in Christo.

Soluitur 2. prin. Respondeo. negando primam consequentiam: & ad probationem de nobilitate angeli, dico, quòd isto casu posito angelus non eliceret perfectiorem actum fruitionis, quàm anima Christi: quia requireretur, quòd Deus concurreret speciaIiter. Et ultra summum non est dabile maius. Sed contra. Angelus habet summam gratiam; & pono, quòd Deus æqualiter concurrat cum angelo, & anima Christi. Tunc sic. Causis inæqualiter concurrentibus, effectus sequuntur inæquales; Sed tunc causæ concurrunt inæquales: ergo &c.

Respondeo, quòd ego non admitto casum, uidelicet, quòd Deus concurrat æqualiter cum angelo, & anima Christi. Et dato, quòd concurrerent æqualiter, adhuc non sequitur propositum: quia angelus non secundum suum totum conatum concurreret: & ideo dico, quòd non admitto casum; immo est impossibile, quòd Deus concurrat æqualiter, & ratio est, quia ultra summum non est dabile maius.

Soluitur ar. cum. in opp. Ad argumentum in oppositum arguitur sic. Anima Christi potest habere summam gratiam: ergo summam fruitionem. probatur consequentia, quia perfectio secundaria, quæ elicitur a perfectione primaria, est sibi æqualis, uel uo bilior: ergo cum fruitio eliciatur a gratia, quæ est summa, sequitur, quòd fruitio est summa.

Respondeo. imaginatur argumentum, quòd fruitio sit a summa gratia tanquam a causa totali, quod est falsum.

Prima propositio. Actus fruitiuus, non est a gratia tanquam a causa totali, sed præcise tanquam a causa partiali. Contra, de Bassolis, qui dicit, quòd gratia nullo modo ponitur ad elicionem actus, sed ponitur ad decorem animæ.

Secunda propositio. Quamuis gratia sit causa naturaliter agens respectu fruitionis, tamen uoluntas agit liberè respectu fruitionis, & liberè elicit ipsam fruitionem.

Ex quo sequitur, quòd licet ille actus naturaliter eliciatur a gratia, tamen, quia elicitur a uoluntate, ideo est liber. & ideo, quando effectus producitur a duabus causis, quarum una est libera, & alia naturalis, dicitur liber.

Tertio sic. Voluntas in patria cooperabitur ipsi gratiæ ad actum fruitionis secundum ultimum suæ potentiæ, sic quòd non potest non cooperari, & ita agit, sicut ageret naturaliter, licet agat liberè: & per hoc soluitur argumentum. Et si obiiciatur, tu dicis, quòd anima Christi potest summè frui formaliter. Contra. si hoc esset uerum, sequeretur, quòd ista anima posset frui essentia diuina sine gratia habituali ex ui unionis: sed hoc est falsum, quia dicimus, quòd impossibile est aliquem frui, &c.

Pro responsione ponuntur tres conclusiones.

Prima. Deus posset causare immediate fruitionem in anima quacunque sine gratia, loquendo de potentia Dei absoluta. patet, quia illa gratia non est ratio recipiendi illam fruitionem.

Secunda conclusio. Nulla anima posset elicitiuè causare fruitionem secundum ordinem iam positum sine gratia, qua posset uti in agendo: quia Deus sic ordinauit de potentia sua ordinata, quod nullus posset causare fruitionem, nisi concurrat uoluntas creata cum gratia, contra de Bassolis, qui dicit, quòd potest frui sine gratia.

Ex quo sequitur, quòd anima Christi non potest elicere fruitionem ex ui unionis magis, quàm quælibet alia: sed aliæ non possunt: ergo nec illa potest elicere fruitionem ex ui unionis, nisi Deus suppleat actiuitatem gratiæ, & sicut potest supplere actiuitatem in anima Christi, ita in aliis omnibus, sic, quòd ex ui unionis non magis conuenit animæ Christi, quàm cuicunque alteri animæ.

Ex quo sequitur, quòd ista non contradicunt illis, quæ dicta sunt in prima quæst.

Tertia conclusio. Si ista fruitio esset causata a Deo in uoluntate beati, non esset actus laudabilis quia non esset in potestate operantis, quia actus, qui totaliter causatur a Deo, non est in potestate operantis, quia non est in potestate causæ secundæ uti prima causa: ergo non esset laudabilis.

Tria requiruntur ad actum fruitionis.

Ex quo sequitur, quòd uoluntas creata siue in uia, siue in patria, de lege communi ordinata sic se habet, quòd est ornata gratia, qua mediante habet actum merendi, & in patria actum fruendi, quia est laudabilis: Ex quo sequitur, quòd ad actum fruitionis requiritur obiectum fruitiuum, uoluntas, & gratia, seu charitas: ergo ista tria requiruntur ad fruitionem, ad hoc, ut uoluntas laudabiliter operetur. Hinc apparet, quòd uoluntas creata habet in se gratiam in patria, & m uia: in patria concurrens ad fruitionem: in uia ad merendum.

Soluuntur arg. 4. q. Ad argumenta quartæ quæstionis arguitur sic. Gratia in uia requiritur ad actum meritorium: ergo in patria requiritur ad actum fruitionis. probatur consequentia. Quandocunque aliqua forma est necessaria ad aliquem actum imperfectum, est etiam necessaria ad actum perfectiorem eliciendum: sed gratia in uia est necessaria ad eliciendum actum meritorium: ergo etiam est necessaria in patria ad eliciendum actum fruitionis. patet maior, quia si ad eliciendum actum imperfectum requiritur aliqua causa partialis, etiam requiritur ad producendum actum perfectiorem: sed ad meritum requiritur gratia: ergo, &c.

Soluitur 1. 1. concl. Actus meritorius dupl. Respondeo. ponuntur aliquę conclusiones.

Prima conclusio. Ad actum meritorium de lege positiua necessario requiritur gratia in operante.

Notandum, quòd in nobis est actus elicitus meritorius a uoluntate, & est actus latriæ Dei, ut dilectio Dei. Alius est actus meritorius imperatus a uoluntate, ut dicere missam, & studere Theologiæ: & ratio conclusionis est, quia requiritur ad meritum gratia in uoluntate, tanquam causa partialis; sed quod liberè eliciatur a uoluntate. Vnde ad actum meritorium quatuor requiruntur.

Ad actum meritorium quatuor requiruntur.

Primum est, quòd sit actus potentiæ liberè elicitus: & ideo nullus actus naturalis est meritorius, nec actus, qui non est in potestate nostra est meritorius.

Secundum, quod requiritur ad actum meritorium est quod sit elicitus secundum inclinationem gratiæ: ideo, si aliquis eliceret mille actus in peccato mortali, non proficerent ad uitam: immo sunt opera mortua.

Tertium est, quòd sit acceptus specialiter a Deo in ordi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne ad uitam æternam, quia licet actus fruitionis in patria sit elicitus, & libere, & secundum inclinationem gratiæ, tamen non acceptatur, nec reprobatur. Quartum est, quòd sit præmiabilis beatitudine: & ratio est, quia quando aliquis é actus meritorius de condigno, præmiatur solum præmio beatifico, & non aliquo alio bono temporali, immo non sufficiè ter præmiatur per bonum temporale.

2. Concl. Secunda conclusio. Ad actum fruitionis in patria, ad hoc, quod sit beatificus, requiritur gratia eliciens.

3. Concl. Tertia. Ad recipiendum actum fruitionis, siue in uia, siue in patria, nullo modo requiritur gratia habitualis: quia Deus potest causare in me fruitionem, licet non habeam gratiam. ideo ad argumentum.

Respondeo, concedo antecedens, & distinguo consequens. Vel ad actum fruitiuum causandum; & sic concedo. Vel ad recipiendum actum fruitiuum, & sic nego, quia ad recipiendum actum fruitionis, non requiritur gratia in uoluntate.

2. princip. Secundo sic arguitur. Si aliquis posset summe frui sine gratia, sequeretur, quòd alius posset esse summe beatus sine charitate. probatur consequentia, quia ille, qui habet beatitudinem, est formaliter beatus, sicut ille, qui habet albedinem, formaliter est albus: sed iste habet formaliter fruitionem sine gratia: ergo est formaliter beatus.

Soluitur 2. Respondeo. possibile est, aliquam uoluntatem habere fruitionem, & non esse beatam. patet, quia ad hoc, quòd aliquis sit beatus, requiritur gratia, & fruitio. Secundo implicat contradictionem de lege positiua, quòd aliquis dicatur beatus formaliter, nisi habeat gratiam, & fruitionem.

Beatitudo dupliciter. Sed quæro, nunquid iste esset beatus? Respondeo, beatitudo aliquando accipitur pro beatitudine essentiali, quæ stat in fruitione beatifica sequente claram uisionem Dei, & sic esset beatus. Alio modo pro omni illo, quod est in beatitudine: & sic ille non esset beatus. Ista solutio non ponitur in textu, sed sic debet solui argumentum secundum.

3. principa. Tertio sic, ad operari naturaliter, &c. conclusio, ad summe operari supernaturaliter, requiritur &c. ergo impossibile est aliquem summè frui sine summa gratia.

Soluitur 3. Respondeo. istud argumentum concludit, quòd aliquis non potest frui summe elicitiuè sine summa gratia: sed potest summe frui formaliter, & recipere fruitionem sine summa gratia.

1. Concl. Prima conclusio. Ad summum effectum causandum, necessario requiritur, quod utraque causa partialis causet, s. uoluntas, & gratia.

2. Concl. Secunda conclusio. Ad recipiendum summum effectum, & fruitionem, non requiritur habere summam formam priorē, ideſt uoluntas ad recipiendum summam fruitionem non necessario requirit summam gratiam, sed istam potest recipere sine summa gratia ab ipso Deo.

DISTINCT.

DECIMAE QVARTAE.

QVAESTIO PRIMA.

De pfectione intellectus animæ Christi in uerbo.

CIRCA distinctionem decimamquartam quæro. Vtrum fuit possibile, &c

Nota quod possibile capitur dupliciter, seu est duplex. Quoddam est secundum causas naturales, & est illud, quod potest fieri ab agente creato. Aliud est possibile secundum causas supernaturales, & est illud, quod non potest fieri ab aliqua causa naturali, ut uirginem parere, sed a causa supernaturali. Nota, quòd hic quæritur de causa supernaturali, quia clarum est, quod nullus naturaliter potest uidere Deum.

Intellectus tripliciter. Nota secundo, quòd intellectus capitur tripliciter. Primo modo pro potentia intellectiua, & sic loquitur Aristoteles tertio de anima cum dicit, quòd intellectus habet quic quid est pro obiecto, & sic capitur in quæst.

Secundo modo capitur pro habitu principiorum, & sic dicit Arist. sexto eth. quinque sunt habitus intellectuales, quorum unus uocatur intellectus.

Tertio modo pro eo, quod est de essentia alicuius, & sic dicimus, quòd anima est de intellectu hominis, & de essentia hominis.

Primo dupliciter. Nota tertio, quòd primo capitur dupliciter. Vno modo, ut est adæquatè, primo posteriorum quando dicitur, uniuersale ineſt primo, & adæquatè. Secundo modo capitur, ut idem est, quòd immediatè, & sic albedo ineſt primo superficiei, secundo substantiæ, & sic capitur hic: & capitur ly, &, expositiue in titulo quæstionis, ut sit sensus. Vtrum possibile fuit intelectum animæ Christi primo, & immediatè, &c.

Aliqua forma est præsens subiecto dupliciter. Nota quarto, quòd quotiescunque aliqua forma est præsens per informationem alicui subiecto, tunc dicitur perficere subiectum.

Nota, quòd forma potest esse præsens dupliciter. Vno modo per informationem, sicut nunc anima mea est præsens mihi. Alio modo sicut motor mobili, ut postquam anima exiuit de corpore, potest sepelire corpus suum: & anima potest esse in corpore tanquam forma informans: alio modo tanquam forma non informans, sed ut mouens mobile. Similiter angelus potest accipere corpus, sicut motor mobile.

Visio duplex. Nota ulterius, quòd uisio est duplex. Quædam est sensitiua, quæ est uisio oculi materialis, & recipitur in aliquo, quod est compositum ex corpore, & anima. Alia est intellectiua, & est notitia intuitiua ipsius essentiæ diuinæ. Nota, quòd uerbum capitur dupliciter. Vno modo pro secunda persona in diuinis, & sic uerbum est filius, qui est productus a patre. Alio modo pro essentia diuina, quæ est obiectum beatificum, & sic de isto uerbo loquimur hic; ita, quòd uerbum capitur pro essentia Diuina. Nota ulterius, quod perfectissimum potest exponi dupliciter. Vno modo positiue. Alio modo negatiuè; ut hoc est perfectum, & nihil est perfectius eo, & sic capitur hic.

Verbum dupliciter.

Perfectissimus dupliciter exponi potest.

AD QVAESTIONEM arguitur quod sic, per magistrum, &c.]

Duo art. q. Pro responsione ponuntur duo articuli. pro primo articulo ponuntur duæ conclusiones.

1. Concl. Primi art. Prima est. Possibile fuit animæ Christi conferri summam uisionem essentiæ diuinæ: patet, quia sicut potuit conferri sibi summa gratia, ita summa uisio.

2. Concl. Secunda conclusio. Animæ Christi quoad intellectum fuit sibi data summa uisio diuinæ essentiæ, & hoc de facto. patet per Isidorum Trinitas sibi sola nota est, & homini assumpto. Tunc arguitur sic: uel ergo homini assumpto, ideſt Christo est. Trinitas nota, ideſt notitia, quæ non est summa, & hoc non, quia tunc sequeretur, quòd aliquando sancti non cognoscerent: ergo oportet, quòd intelligatur de notitia summa, & per consequens summa uisio essentiæ diuinæ fuit sibi collata.

2. Artic. de luminæ gloriæ in Christo. De secundo articulo consequenter inuestigat. Vtrum intellectus animæ Christi potuit perfici immediatè a uisione, ideſt notitia essentiæ diuinæ, sine lumine gloriæ præcedentis. Pro responsione ponit conclusionem, quæ talis est. Intellectus animæ Christi, inquantum habet rationem receptiui, nō indiget forma præcisè ad recipiendum uisionem essentiæ diuinæ. Nota, quòd Thomistæ dicunt, quòd impossibile est intellectum uidere essentiam diuinam, nisi prius informetur aliqua forma absoluta, quæ est lumen gloriæ. Vnde lumen gloriæ est qualitas supernaturaliter creata a Deo, quæ habet rationem habitus, præcedens uisionem essentiæ diuinæ; sicut ante fruitionem est charitas in uoluntate, ita in intellectu, ad hoc quod uideat essentiam diuinam, ponitur lumen gloriæ. Sed Scot. oppositum tenet, & ponit hanc conclusionem. Intellectus inquantum habet rationem receptiui respectu uisionis diuinæ essentiæ, non indiget necessario forma prius recepta, ad uidendum essentiam

Concl. Sco.

Opi. Thomistarū de lumine gloriæ

Quid lumen gloriæ.

diuinam.

1. Concl. Sco. Patet conclusio. Obiecto eodem modo se habente, intellectus eodem modo recipit intellectionem: cum ergo per istam formam, obiectum eodem modo se præsentet potentiæ intellectiuæ: ergo intellectus eodem modo recipit siue cum lumine, siue sine lumine. patet minor, quia illa forma existente in intellectu, obiectum non repræsentat se, quia illud obiectum uoluntarie se repræsentat sic, quòd si uult, uidetur; si non uult, non uidetur: quia non est natum repræsentaare se naturaliter: ergo per istam formam, non aliter se habet ad intellectum: quia liberè potest se repræsentare si uelit, sine illo lumine gloriæ.

2. rō ad idē Item si esset aliqua forma necessario requisita precedens uisionem, uocetur a, hoc, scilicet lumen gloriæ.

Tunc arguitur sic. Vel ergo, a, ponitur tanquam causa efficiens, uel causa materialis receptiua uisionis: nullum istorum est dicendum: ergo non requiritur illud lumen gloriæ.

Nota primum, Quia, quicquid potest Deus mediante causa secunda, illud potest sine causa secunda, & immediate. Si ergo Deus mediante lumine gloriæ potest causare uisionem beatificam: ergo etiam sine illo: ergo non requiritur necessario; Nec secundum, quia sequeretur, quòd intellectus, inquantum est potentia animæ, beatificaretur in a, & in lumine gloriæ: sed consequens est falsum, quia receptiuum multarum formarum immediate quietatur in receptione perfectioris formæ: si ergo intellectus sit receptiuus luminis gloriæ, & uisionis, sequeretur, quòd intellectus beatificatur in receptione luminis gloriæ: & per consequens intellectus beatificatur ante uisionem essentiæ diuinæ, quod est falsum. Secundo sic, improbando secundum membrum arguitur. Quandocunque est aliquod absolutum, quod est ratio recipiendi accidens, etiam separatum a subiecto, est ratio recipiendi accidens, patet; superficies in pariete est ratio recipiendi colorem, etiam per consequens separata a pariete: si ergo lumen gloriæ est ratio recipiendi uisionem, patet quòd poterit recipere uisionem.

Item sequeretur, quòd intellectus per accidens beatificaretur, patet, sicut dicimus, quod substantia recipiens albedinem mediante superficie, recipit per accidens: ita si intellectus perficiatur uisione beatifica per lumen gloriæ, ergo glorificabitur per accidens.

Ponitur ratio. Quod si dicas, quandocunque &c.]

Reprobatur Nego minorem: quia intellectus recipiens lumen gloriæ, totum hoc est ratio recipiendi uisionem beatificam. Contra. Vnius actus per se, est unum per se receptiuum: at illud totum non est unum per se: sed uisio beatifica est unus per se actus: ergo oportet sibi dare unum per se receptiuum.

Sco. resol. Et ideo Scotus resoluendo se ponit duas propositiones.

1. eius cōcl. Prima est. Intellectus animę Christi potest primo, & immediate passiue recipere uisionem uerbi, sine lumine gloriæ præcedente.

1. rō ad cōcl. Probatur primo, quia uisio est lumen sufficiens: ergo non requiritur lumen aliud.

2. rō ad idē. Secundo sic. in intellectione naturali non requiritur lumē, nisi quia obiectum non est de se intelligibile actu, sed potentia, & efficitur intelligibile, per actionem intellectus agentis: uel si sit intelligibile, tamen non est sufficiens motiuum intellectus: sed essentia diuina est summè intelligibilis, & est summè motiua intellectus: ergo ad uidendum eam non requiritur lumen.

3. rō ad idē. Tertio sic. Quanto obiectum habet rationem maioris luminis, tanto minus requiritur lumen ad cognoscendum illud obiectum: sed essentia diuina habet rationem maximæ lucis: ergo non requiritur aliquod lumen. Nos dicimus, q̄ ad uidendum colorem requiritur lumen, sed ad uidendum candelam, non requiritur lumen, nec etiam requiritur lumen ad uidendum solem.

2. Sco. concl. Secunda conclusio. Ad recipiendum uisionem diuinæ essentiæ non requiritur habitus præcedens illam uisionem. patet primo, Quia nullus habitus disponit potentiam ad recipiendum actum, igitur ad recipiendum uisionem diuinæ essentiæ, non requiritur habitus, quia potentia est summè disposita ad recipiendum actum.

1. rō ad cōc.

2. rō ad idē Secundo sic. Actus quicunque est natus prius recipi in potentia, quàm habitus: ergo habitus non est ratio recipiendi actum; quia, quod est posterius, non est ratio recipiendi prius.

3. rō ad idē. Tertio sic. Quandocunque in aliqua potentia est aliquis actus permanens, ad illum actum non requiritur habitus necessario: sed in intellectu animæ Christi, uisio essentiæ diuinæ est actus permanens: ergo non requiritur habitus. Probatur maior: Ideo in intellectu nostro ponitur habitus acquisitus, quia intellectus noster non potest simul cognoscere diuersa obiecta.

Item; quando sunt sunt; & quando facti sunt, non sunt. Minorem probo, quia durabit in æternum illa uisio essentiæ diuinæ: ergo cum ille actus sit perpetuus, nō requiritur, quòd respectu illius debeat poni aliquis habitus.

Quæ sit mēs Sco. de lumine gloriæ Notandum, quòd Scotus non uult dicere, quòd non ponatur lumen gloriæ, sed bene dicit, quòd non ponitur necessario, ut dicunt Thomistæ. Dicimus ergo, quòd intellectus potest immediate perfici uisione essentiæ diuinæ.

Arg. Thom. pro sua opi. 1. arg. Arguunt Thomistæ. Supposito, quòd in beatitudine imago Trinitatis reformabitur quo ad omnes potentias, Tunc arguitur sic. Anima quo ad intellectum perficitur per uisionem beatificam, & quo ad uoluntatem per ficitur per fruitionem: ergo oportet, quòd anima quoad memoriam perficiatur: sed hoc non potest esse nisi per lumen gloriæ: ergo necessario debet poni lumen gloriæ.

2. arg. eorū. Secundo sic arguitur, authoritate Clementis Papæ V. In Clementinis, de Hæret. Ad nostram. Vbi damnatur, ut Hæriticus, quicunque dixerit, quod quælibet natura intellectualis in seipsa naturaliter est beata, quodque anima non indiget lumine gloriæ ipsam eleuante ad Deum uidendum, & eo beatè fruendum. hoc stante arguitur sic. Per illam Clementinam est ponendum lumen gloriæ: ergo Scotistæ malè negant lumen gloriæ.

3. arg. Tho. Tertio sic, per Psalmistam dicentem, In lumine tuo uidebimus lumen, ergo &c.

Soluuntur arg. Thom. Ad primam respondeo ponendo primo talem distinctionem & aliquas propositiones de mente Scoti, de Bassolis, Petri, de Nogento, Adæ nominalis in secundo, & Landulphi in quarto.

Quadruplex lumen. Quæritur, Vtrum in uisione beatifica prærequiratur necessario lumen gloriæ: dico primo, quòd quadruplex est lumen, scilicet obiectiuale, actuale, habituale, & potentiale. Lumen obiectiuale est ipsum obiectum, & dicitur obiectuale, quia sicut lumen est ratio manifestandi aliqua, ita obiectum est ratio manifestandi se. Actuale est actus intelligendi & uisio intellectiua est ipsum lumen actuale. Habituale lumen est aliquis habitus, de quo pono distinctionem. Lumen habituale, in septima quæstio. quodlibeti est triplex, scilicet fidei, gloriæ, & medium, quod est inter lumen fidei, & gloriæ, quod uocatur species intellectualis repræsentans distinctè essentiam diuinam, & dicit Scotus ibi, quòd si Henricus sic dixisset, bene dixisset. Vnde lumen fidei est ipsamet fides; & sicut duplex est fides, scilicet infusa, & acquisita, ita duplex est lumen fidei, scilicet fidei infusæ, & istud est ipsa fides: & ideo hæretici sunt cæci. Lumen gloriæ habituale in beatis est lumen medium, quod est species intelligibilis: & istud fuit inditum cuilibet angelo a principio suæ creationis. Lumen potentiale est ipsemet intellectus, de quo loquitur Scotus in prima quæstio. cum quærit, Vtrum homini sit necessarium, &c. Et de isto loquebatur Dauid. signatum est super nos lumen uultus tui Domine, &c.

Lumē habituale triplex quo cognoscitur Deus.

Duplex lumen fidei.

Lumen gloriæ habituale in beatis quid secūdū auctorē.

Lumē potentiale quid.

1. prop. pro sol. arg. Tho. Prima propositio. In beatitudine necessario requiritur lumen obiectiuale ad uidendum Deum: quia ad uidendum Deum requiritur ipsum obiectum, quod est essentia diuina, sic, quòd si essentia diuina non causabit uisionem, ego non potero uidere essentiam diuinam: & sic intelligitur illa decretalis, propter hæreticos, qui dicebant, quòd ex puris naturalibus quis poterat esse beatus. dicit Ioann. Andreæ hic exponendo, quod istud lumen est ipsa essentia diuina: dicit enim sic; huius ratio est, quia illud, quod est proprium superioris naturæ, ideſt Dei, non potest natura inferior assequi, nisi per actionem superioris naturæ: uidere autem Deum essentiam, in qua perfecta beatitudo consistit, soli Deo est proprium, nulla igitur natura intellectualis potest Deum per essentiam uidere, nisi Deo hoc faciente, uult dicere Ioann. Andreæ, quòd essentia diuina causat uisionem, & refert illud dictum Christi. Ioann. 14. Qui diligit me diligetur a patre meo, & ego diligam eum, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

manifestabo ei meipsum.

2. prop. Secunda propositio. In beatitudine, necessario requiritur lumen actuale, & hoc dicit Adam, in beatitudine æterna, tã in intellectu, quàm in uoluntate requiritur lumen actuale, & per istud actuale intelligo fruitionem in uoluntate, & in intellectu uisionem essentiæ.

3. prop. Tertia. In beatitudine requiritur lumen potentiale, & ad hoc, quòd aliquis sit beatus, requiritur, quod habeat intellectum, & uoluntatem: ideo bruta non possunt beatificari. Et si Thomistæ sic intelligant, nos sumus cum illis, sed sic non intelligunt ipsi.

4. prop. de potẽtia Dei absoluta. Quarta propositio. De potentia absoluta Dei, adhoc, quòd aliquis uideat Deum, non necessario requiritur, quod habeat istud lumen habituale gloriæ: patet. Quandocunque sunt duæ entitates absolutæ realiter, & essentialiter distinctæ, Deus potest ponere unam in intellectu sine alia: sed uisio essentiæ diuinæ, & lumen gloriæ sunt duæ entitates absolutæ distinctæ realiter, & essentialiter: ergo Deus poterit ponere in intellectu beati uisionem sine lumine gloriæ.

5. prop. de potentia Dei ordinata. Quinta propositio. De potentia ordinata Dei necessario est ponendum lumen gloriæ in patria: & hoc dicit in solutione cuiusdam argumenti. probat Landulphus. dicitur in eodẽ cap. ad nostram.

Ad uideadum Deum, necessario requiritur lumen: ergo de potentia Dei ordinata requiritur lumen gloriæ: & sic intelligitur illa Clementina, de potentia Dei ordinata, est ponendum lumen gloriæ.

6. prop. Sexta propositio. Lumen gloriæ, quod ponitur de potentia Dei ordinata non ponitur ratione receptionis, sed magis ratione actiuitatis addendæ. dicunt Thomistæ, ideo ponitur lumen gloriæ, ut intellectus recipiat uisionem, & istud lumen eleuat intellectum ad recipiendum illam uisionem. dicit Scotus, sicut imaginantur de fruitione, quòd habet triplicem causam partialem, scilicet essentiam diuinam, uoluntatem creatam, & gratiam, ita uisio causatur a diuina essentia, & secundo ab intellectu, & tertio causatur partialiter a lumine gloriæ.

Quæ Thomistæ ponũt lumẽ gloriæ ex ad quid

Quare ponatur charitas, & similiter lumen gloriæ. Notandum est, quòd sicut charitas ponitur primo propter auctoritatem sacræ scripturæ, secundo propter decorem naturæ, tertio propter actum eliciendum; ita etiam lumen gloriæ ponitur propter auctoritatem ecclesiæ prædictã, secũdo propter decorem intellectus, & tertio ad eliciendum actum uisionis essentiæ diuinæ in patria.

7 prop. Septima propositio. Melius esset uocare istud lumen gloriæ, speciem diuinæ essentiæ motiuam, quàm habitum.

Spẽs duplex Notandum, quod duplex est species: quædam est repræsentatiua obiecti, sicut est species intelligibilis. Alia est species motiua, quæ est causatiua actus uidendi obiectum. Et istud lumen non debet uocari species repræsentatiua, sed magis motiua: nec debet uocari habitus, quia omnis habitus causatur ab actu: sed ille habitus non causatur ab actu, seu ex actibus: sed istud non est benedictum, quia charitas est habitus, & tamen non causatur ex actibus. & ideo respondeo ad primũ

Soluitur 1. arg. Thom. argumentum Thomistarum, negando præsuppositum: quia præsupponit, quòd in anima sunt tres potentiæ, quia idem intellectus aliter, & aliter, uocatur memoria, prout est intellectus habens obiectum intelligibile actus sibi præsens: sed intellectus, ut est sub actuale intellectione, uocatur intellectus,

Soluitur 2. & sufficienter perficitur per uisionem: & ideo ad secundum dico, quòd decretalis illa loquitur de lumine obiectiuali, i. de Deo producente uisionem, & eleuante intellectum, & non intelligitur de lumine habituali.

Soluitur 3. Ad tertium de Psalmista, dicit Augustinus, glossando, in lumine tuo, idest in te, qui es lumen, uidebimus lumen, idest uidebimus te ipsum, qui es lumen: ergo oportet dicere, quòd Augustinus loquitur de lumine obiectiuali. Et sic de ista materia dicendum est cum Landulpho, secundum quatuor ultimas propositiones.

Et si obiiciatur contra illud, quod dictum est superius, quod non est necessarium lumen gloriæ. Contra. Si hoc esset uerum, sequeretur, quòd ex puris naturalibus posset, quis uidere Deum: sed consequens est falsum, & condemnatum in illa Clementina: probatur consequentia, quia si ad hoc, quòd aliquis ex suis naturalibus possit uidere Deum, non requiritur alius habitus: ergo non necessario requiritur illud lumen.

Respondeo dicit Scotus, quòd oppositum sequeretur ex conclusione nostra. & ponamus, quod illud lumen gloriæ sit quidam habitus, arguitur sic. licet cæcus miraculose sit illuminatus, & supernaturaliter recepit uisum, tamen cum hoc

Cæcus sanatus naturaliter illuminatus naturaliter uidet

fiat, quòd naturaliter uideat, postquam supernaturaliter, & miraculose recepit uisum.

Sol. arg. Ad argumentum. Respondeo cum arguitur. si tu non ponis lumen gloriæ, ergo aliquis posset uidere Deum in puris naturalibus, nego: quia non sequitur nisi, quòd intellectus animæ Christi potest in uisionem essentiæ diuinæ; & illa uisio non potest inesse ex puris naturalibus, idest ex causis naturalibus naturaliter causantibus: sed requiritur, quod essentia diuina uoluntarie se repræsentet intellectui, & quod concurrat ad uisionem in ratione causæ supernaturalis mouentis, & terminantis, & sic intellectus uidet essentiam diuinã: & ita cõuenit Scotus cum illa decretali, quia ista uisio solum est ab essentia diuina uoluntarie se repræsentante.

Solu. dub. Quæro, utrum intellectus sine lumine gloriæ possit elicere tantum actum uisionis, sicut cum lumine gloriæ; non. n. Scotus negat lumen gloriæ.

Intellectus cõcurrit actiuè ad cãdum uisionẽ essentiæ diuinæ. Respond. intellectus quicunque concurrit actiuè ad producendum uisionem diuinam, sicut concurrit partialiter ad causandum intellectionem alicuius obiecti creati. hoc supposito tanquam uero, doct. dicit.

1. concl. Respondendum est, sicut responsum est in quarta quæstio. sexta, distinct. 49. quòd uoluntas possit elicere tantam fruitionem cum gratia, quantam sine gratia. Tunc respondeo, ut ponitur necessario connexio causarum sic, quòd Deus non posset supplere causalitatem causæ secundæ, uel nõ: sed quòd Deus potest supplere causalitatem causæ secundæ: si primum dicatur, tunc dico, quòd intellectus est causa secunda, & est connexio causarum secundarum: & Deus non potest supplere, & tunc intellectus non potest elicere uisionem sine lumine.

2. concl. Secunda conclusio. Ponendo, quòd Deus potest supplere causalitatem causæ secundæ minus principalis, Tunc dico, ꝙ intellectus cuiusque potest concurrere actiuè ad producendum uisionem diuinæ essentiæ cum luminæ gloriæ, sicut sine lumine. patet, quia Deus potest supplere actionem luminis gloriæ.

Pot Deus supplere uicem matris in generatione filij. 3. concl. Sed tunc quæro, quomodo hoc esset possibile, quòd posset generare filium sine matre?

Dub. Respondeo, quòd mille modis sunt Deo possibiles. Et teneo istam secundam conclusionem.

Tertia conclusio. De facto in beatitudine æterna, & de potentia ordinata Dei, non solum ipse intellectus, sed etiã lumen gloriæ est causa ipsius uisionis, sicut dictum est, ꝙ gratia concurrit ad uisionem beatificam.

Sol. Sed probo, quòd lumen non causet: pono per casum, quòd Deus causet in intellectu meo summam uisionem, & illa producta, producat postea summum lumen gloriæ, tunc ista uisio causatur in intellectu meo: uel ergo istud lumen causabit, & tunc ultra summum est dabile maius. Si dicas, quod non causabit. ergo nec in aliis beatis.

Sol. Respon. admitto casum, & dico, quòd nihil causabit: ergo nec in aliis beatis. nego, & dico, quòd illud lumen nihil causabit, quia est uisio in summo: sed in aliis beatis bene causabit: quia uisio in ipsis non est in summo.

Consequenter Scotus ponit tres propositiones.

3. prop. Scoti. 1. prop. Prima est. Non est necessarium ad recipiendum uisionem beatificam ponere, a, idest lumen gloriæ. conclusio enim fuit posita de receptione, & non de actione: patet conclusio, quia lumen gloriæ non est immediate receptiuum uisionis, sed potentia intellectiua: ergo ipsa poterit immediate recipere uisionem beatificam: & in hoc benè dicit Landulphus, ut dictum est: quia non requiritur ad recipiendum, sed ad eliciendum uisionem.

2. prop. Secunda. si, pro quia, si intellectus debeat recipere duas perfectiones, scilicet actualem, & habitualem, congruum est, quod recipiat ordinatè primo habitualem, & deinde actualem: unde perfectio habitualis est lumen gloriæ, & actualis est uisio.

3. concl. Tertia. Vtrumque absolutè potest poni sine altero, i. Deus de potentia absoluta potest ponere lumen gloriæ in intellectu sine uisione: & potest ponere uisionem in intellectu sine lumine gloriæ.

Ad primum argumentum.

1. prin. dato cisur. Primo arguitur, quòd intellectus animæ Christi non uideat perfectius Deum, quàm alius beatus, & per consequens, quod non habeat summam uisionem.

Arguitur sic. Nullus beatus pòt magis, uel plus uidere essentiã, ꝙ alius beatus: ergo sequitur, ꝙ intellectus animæ Christi non

non potest perfectius uidere essentiam diuinam, quàm alius beatus. probatur antecedens per Aug. eandem rem non posse alium alio intelligere non est dubitandum. Vnus homo non potest magis uidere, quia quicunque intelligit aliter rẽ, quã est, fallitur: quando ergo aliquis intelligit rem plusquam est, fallitur: ergo anima Christi non potuit perfectius uidere essẽtiam diuinam, quàm alius beatus. patet maior, quia si quis crederet de cane, quòd esset lapis, non bene intelligeret.

Soluitur 1. prin. Abstractio duplex Pro responsione doctor glosat Augustinum per Arist. secũdo physic. ubi dicit. Abstrahentium non est mendacium.

Notandum, quòd duplex est abstracto, scilicet præcisiua, quæ est, quando aliquis hoc sine intelligit. Alia est diuisiua, ut quando aliquis intelligit non esse illud, ut hominem non esse lapidem. Aristot. intelligit de abstractione præcisiua, in qua non est mendacium, quia ut dicit Scotus, abstrahens non intelligit rem aliter, quam est, licet rem aliter esse, quam est. Et pro declaratione illius propositionis, quia secunda pars uidetur contradicere primæ.

Aliter pòt dupliciter accipi 1 pr. Arist. Nota, quòd uel ly, aliter, determinat ly, intelligere: uel determinat uerbum implicatum in ly quàm est, scilicet esse: si primum, ista propositio est falsa, quia sensus est, Quicunque intelligit rem esse aliter quam est, falsè intelligit: quia intelligo albedinem sine superficie, & tamen falsè non intelligo: quia licet non intelligam albedinem, ut est in subiecto, tamen abstractione præcisiua uere intelligo albedinem, non intelligendo superficiem, prout albedo est unum intelligibile, ideo sic intelligitur propositio Scoti. Abstrahens, & intelligens abstractionem præcisiuam non intelligit rem aliter, quam est: quia si loco albedinis, intelligeret nigredinem, falsè intelligeret, licet intelligat rem aliter, quam est, & licet illa albedo sit in subiecto, & tamen intelligens intelligit albedinem, ut est unum intelligibile, non intelligendo superficiem, in qua albedo est subiectiuè tunc non intelligit falsè. Si secundum, scilicet, ꝙ aliter determinet essentiam diuinam, scilicet ly, esse, ut sit sensus, Quicunque intelligit rem aliter esse quam est, fallitur, est verum. & minor est falsa, quia uerbum intelligit essentiam diuinam sicut est, & bene sequitur conclusio. Et ad Augustinũ, dico, quòd licet unus beatus non plus intelligat essentiam diuinam, si ly, plus, determinat essentiam diuinam, tamen si ly, plus, determinet ly intelligit, unus beatus plus intelligit, quã alius beatus. patet per exemplum naturale. Si sint duo homines, quorum unus habeat potentiam uisiuam magis dispositam, quam alter, uterque istorum æqualiter uidet obiectum uisibile, quantum est ex parte obiecti: sed quantum est ex parte modi uidendi, unus uidet magis, & perfectius, quàm alius. Ex quo sequitur, quòd in intellectionibus non est processus in infinitum, immo est dabile summum intellectibile, scilicet essentia diuina, & illi erit summa intellectio essentiæ diuinæ illi adæquatæ.

Soluitur 2. prin. Ad secundum argumentum, pro cuius responsione ponitur opinio Aegidii, & Henrici. Aliqui negant, quòd intellectus creatus possit uidere essentiam diuinam sub ratione infiniti; quia, licet intellectus creatus uideat essentiam diuinam concomitanter, tamen non potest uidere formaliter, & per se sub ratione infiniti. Dicit Scotus, ego dico aliter, sicut dixi in primo, distinctio. prima, impossibile est aliquem intellectum quietari nisi in obiecto infinito, & sub ratione infiniti. Vnde si essentia diuina apprehenderetur a beato, & non sub ratione infiniti, non magis quietaret intellectum, quàm aliquod aliud obiectum.

Essentia diuina a beatis uidetur, ut infinita secũdũ Sco. Quæritur ergo, si aliquis uideret essentiam diuinam sine infinitate, utrum esset formaliter beatus?

Respondetur quod non, & doctor dat exemplum de triangulo, si quis uideret triangulum primo, & per se, & consequenter albedinem, tunc ille triangulus non magis quietaret sub ratione albedinis, quam sub ratione nigredinis. Ita etiam, si quis uideret essentiam diuinam, & non uideret infinitatem suam, non esset beatus. Item arguitur sic. Essentia diuina, ut est in tribus, quietat potentiam intellectiuam: sed ipsum esse in tribus conuenit sibi ratione infinitatis: ergo ratione infinitatis quietat potentiam.

Nota, quòd istud argumentum concludit de facto, dico, quòd quilibet beatus cognoscit non solum essentiam diuinam esse infinitam, sed etiam cognoscit omnia essentialia esse infinita propria infinitate, contra de Maironis. hoc etiam dicit Scotus in primo, distinct. tertia, quomodo in Deo sunt plures infinitates formales. dico etiam, quòd impossibile est, beatum uidere essentiam diuinam, nisi sub ratione infinitatis.

Contra. tunc sequitur, quòd intellectio animæ Christi, & intellectus Dei, essent eiusdem speciei, si obiectum beatificat actum: ergo &c.

Soluitur Dist. obiecti arguit dist. actus. sed unita obiecta non arguũt unitatẽ actus vel potentiæ. Pro responsione dicit doctor, quòd licet distinctio specifica obiecti arguat distinctionem specificam actus. ut isti actus sunt circa distincta obiecta: ergo distinguuntur specie. consequentia est bona: tamen unitas obiecti non arguit unitatem specificam actus: quia circa idem obiectum numero possunt esse duo actus diuersarum specierum, ut patet: Intelligo istum librum, & uolo istum librum, intellectio autem, & uolitio sunt actus specie distincti: sic in beatis. Et quòd actus distinguantur per obiecta intelligitur dupliciter. Vno modo intrinsecè, & formaliter. Alio modo extrinsecè.

Actus distinguũtur per obiecta pòt dupliciter intelligi Prima propositio. Nullus actus recipit distinctionem specificam ob obiecto, ut intellectio hominis, & lapidis non distinguuntur ab obiectis, sed per suas differentias formatas.

Actus non sumit unitatem ex obiecto. Secunda propositio. Distinctio specifica actuum extrinseca sumitur a distinctione obiectorum causaliter, & effectiuè; patet, quoniam quando causa est prior, necessario requisita ad actum inquantum distincta, ab illa sumitur distinctio actus. Et licet fruitio essentiæ diuinæ, & uisio, non capiant distinctionem ab obiecto, tamen bene a potentiis: quia fruitio est producta a uoluntate, & uisio ab intellectu, & quando dicit philosophus, quòd actus distinguntur ab obiectis, non dicit, quòd actus sumant unitatem ab obiectis: sed benè dicit, quòd actus distinguuntur per obiecta & non dicit, quòd ex unitate obiecti sequatur unitas actus, quia dixisset falsum: quia actus, qui est adæquatus, sumit unitatem ab obiecto, ut intellectio Dei qua se intelligit: Alius est actus, qui non adæquat obiectum ut intellectio, qua angeli Deum intelligunt, & sic ab eodem possunt esse plures actus. Exemplum de motu: unde nota, quòd de motu est duplex opinio. Quidam dicunt, quòd est forma fluens, ut caliditas in aqua uocatur motus. Alii dicunt, quòd motus est fluxus formæ, & est quantitas continua successiua, tunc dicitur, quòd termini motus specie distincti distinguunt motus, prout motus est forma fluens, si illa forma fuerit eiusdem rationis cum forma terminante motum, sed non oportet ex unitate termini motus, inferre unitatem motus, quia per motum rectum, & circularem potest acquiri idem terminus, scilicet idem ubi. Ita in proposito. ex unitate obiecti non sequitur unitas actus, quia obiectũ est unum, scilicet essentia diuina, sed actus, f fruitio, & uisio essentiæ sunt duo actus specie distincti. Et ideo ad formam cũ arguitur sequeretur, ꝙ intellectio Dei, & animæ Christi esset eiusdem speciei. nego.

Obiectũ finiri cũ cõprehenditur dupliciter intelligitur Ad secundam probationem cum arguitur, sequeretur, quòd apprehenderet eam: pro responsione dicit D. August. de ciu. Dei, lib. 13. capitu. 18. Quicquid scientia comprehenditur, scientis cognitione finitur, idest, quando intellectus per cognitionem comprehendit obiectum, finitur illud obiectum & hoc intelligitur dupliciter. Vno modo absolute, sic, quòd obiectum finiatur, & sic non. Alio modo, quod finiatur, idest quòd sit adæquatum illi intellectioni, idest illa intellectio adæquetur, & commensuretur obiecto, & sic intellectus diuinus finit essentiam diuinam: quia intellectio Dei est æqualis essentiæ diuinæ. Ille autem intellectus dicitur comprehendere essentiam diuinam primo quando intelligit obiectum quãtum intelligibile est. Et sic intellectus animæ Christi non intelligit essentiam diuinam, quantum essentia diuina est intelligibilis. Secundo quando intellectus est tantæ intellectiuitatis, quantæ intelligibilitatis est obiectum, & quòd intellectus sit tantæ perfectionis, quantæ perfectionis est essentia diuina: & sic solus intellectus diuinus comprehendit essentiam diuinam, & non intellectus animæ Christi, nec alterius sancti comprehendit hoc modo essentiam diuinam. Et quando contra dicitur, quòd beati dicuntur comprehensores.

Quo sancti dicantur cõprehensores Cõprehẽsor dupliciter Respondetur, quòd comprehensor capitur dupliciter. Vno modo pro illo, cui conueniunt illæ duæ conditiones. secundo modo pro illo, qui uidet clarè, & distincte essentiam diuinam, & sic beati, & Paulus in raptu dicuntur comprehensores. Requiritur ergo commensuratio in intellectione cum obiecto, & cum nullus intellectus creatus sit tantæ intellectiuitatis, sicut est essentia diuina, sequitur, quòd non potest comprehendere essentiam diuinam, nec ipsa anima Christi.

3. prin. solu. Tertio probatur, quòd requiratur lumen gloriæ: & arguitur sic. In uisione naturali requiritur aliquod lumen. patet, quia de nocte non uidemus colorem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In oī uisione requritur aliquod lumē, sed hoc dupliciter intelligi pōt

Pro reſponſione dico, quod tam in uiſione naturali, quàm ſpirituali requiritur aliquod lumen, Tamen pono talem diſtinctionem, quod requiratur aliquod lumen diſtinctum ab obiecto, uel lumen, quod eſt ipſum obiectum.

Prima propoſitio. Ad uidendum Deum, requiritur lumen, qđ eſt ipſe Deus, ſiue uoluntas diuina oſtendens eſſentiam diuinam.

Secunda. Ad uidendum Deum, non requiritur lumen diſtinctum ab ipſo Deo.

Sed contra. In uiſione naturali requiritur aliquod lumen diſtinctum ab obiecto: ergo in uiſione ſupernaturali.

Soluitur in ſtantia.

Reſpondeo, non ualet conſequentia: quia, quæcunque ſunt diſparata in inferioribus, ſunt coniuncta in ſuperioribus, ut ſi ad uidendum illum colorem requiratur ille color, & lumen, hoc eſt propter imperfectionem obiecti. Tamen illa duo ſunt coniuncta in eſſentia diuina. Similiter ponitur in creaturis, quòd potentia executiua, & uolitiua diſtinguntur, ſed in Deo nullo modo diſtinguuntur: quia uoluntas Dei eſt potentia executiua Dei.

Volūtas dei eſt potentia executiua.

Quarto ſic. Actus naturalis perfectiori modo elicitur ab habitu, & potentia, quàm a potentia ſolum: ergo etiam actus ſupernaturalis perfectiori modo elicitur ab habitu, & potentia, quam a potentia ſolum: ergo oportet ponere illum habitum, qui eſt lumen gloriæ, ſed nos ponimus habitus iſtos in creaturis: ergo eſt ponendus in Chriſto: probatur minor per philoſophum 2. ethic. Pro reſponſione ponuntur duæ reſponſiones. Prima eſt melior, & ſecunda nihil ualet.

Prima reſponſio eſt, negando conſequentiam: quia in actibus ſupernaturalibus non tenet ſimilitudo, uerum eſt quòd cæteris paribus intenſior actus elicitur cum habitu luminis gloriæ, quàm ſine lumine gloriæ ab anima Chriſti: ut ponamus, quòd eſſentia diuina concurrat ad uiſionem ut decem, & potentia ut quatuor illa potentia perfectiorem actum eliciet cum lumine, quàm ſine: tamen Deus poteſt ſupplere actiuitatem luminis gloriæ, & ſic non eſt ſimile de actibus naturalibus, & ſupernaturalibus.

Secunda reſponſio. Actus perfectiſſimus cognitionis poteſt elici ſine habitu, ſicut cum habitu, Tamen iſta propoſitio nō eſt de mente Scoti, perſuadetur tamen iſta propoſitio: quia intellectus poteſt cognoſcere quidditatem, & poſtea unire terminos dicendo, omne totum eſt maius ſua parte, facta compoſitione intellectus neceſſario cognoſcit: quia principia cognoſcimus, inquantum terminos cognoſcimus, ideſt notitia apprehenſiua terminorum eſt cauſa notitiæ adhæſiuæ principiorum.

Duplex potentia

Notandum eſt, quare dicitur hic, quòd eſſet in potentia eſſentiali, quia duplex eſt potentia, ſcilicet eſſentialis, quando eſt in potentia ad recipiendum actum primum, qui eſt principium alicuius actus: ut ferrum eſt in potentia eſſentiali recipiendi caliditatem, & quando habet caliditatem eſt in potentia accidentali ad calefaciendum: quando autem intellectus non habet habitum, eſt in potentia eſſentiali ad habitum. Ita eſt dicendum de ſcientia, ut aliquis cognoſcit, quòd homo eſt riſibilis.

Reprobatur iſta 2. reſp.

Tamen iſta reſponſio eſt falſa. Arguitur ſic. Volo, quòd generetur habitus principiorum in intellectu qui uocetur intellectus, & hoc facto eliciatur actus, uel iſte actus eſt intenſior, uel non: ſi primum, ergo præcedentes non erant perfectiſſimi ſi dicas, quod non. Contra. cauſæ ſunt inæquales, quia ſolum eſt actus, & potentia, quæ ſunt duæ cauſæ: & habitus, qui eſt etiam cauſa non in potentia. Et ideo dico, quòd perfectior elicitur cum habitu, quàm ſine habitu. Nos autem dicimus, qđ habitus cauſatur a tribus, ſ. a potentia, ab actu, & ab aliquo habitu exiſtente in intellectu.

QVAESTIO SECVNDA.

An anima Chriſti cognouerit ea oīa, quæ uerbum.

SECVNDO quæro. Vtrum poſſibile fuerit intellectum animæ Chriſti uidere omnia in uerbo, quæ uerbum uidet. Pro eapoſitione terminorum, notandum eſt, quòd duplex eſt notitia. Quædam eſt abſtractiua, quæ eſt de re non præſente, ut præſens eſt, nec exiſtente, ſed in ſuo repreſentatiuo, ſicut cognoſcere per ſpeciem intelligibilem Sortem.

Not. dupl. 3. p op. de cognitione abſtractiua

Prima propoſitio. Nullus ſenſus exterior poteſt habere notitiam abſtractiuam, patet, nullus ſenſus exterior poteſt conſeruare ſpeciem in abſentia obiecti ſui.

Secunda. Phantaſma poteſt habere notitiam abſtractiuam: patet in ſomniante.

Tertia. Potentia intellectiua excellentiſſime cognoscit abſtractiue. patet, quia ego recordor de domo mea, de patre meo. Alia eſt notitia intuitiua, quæ eſt de re præſente, ut præſens eſt; & exiſtente, ut exiſtens eſt, uel in aliquo eminentiori. Ex quo infero, quòd de re non præſente non poteſt haberi notitia intuitiua, contra Gregorium de Arimino, quia de ratione notitiæ intuitiuę eſt, quòd ſit de re præſente. Item. notitia intuitiua eſt duplex, Quædam eſt in genere proprio. Alia eſt in uerbo. In genere proprio, quando intellectus creatus cognoſcit rem per motionem propriam illius rei: ſed notitia in uerbo eſt, quando aliquis cognoſcit rem in eſſentia diuina: Et ſic uerbum gloriоſum bene cognoſcit Antichriſtum notitia intuitiua, unde hic quæritur de notitia, qua res cognoſcitur in uerbo.

De notitiā intuitiua.

Notitia intuitiua duplen. Notitia in uerbo, q̄ ſit.

Notandum eſt, quòd difficultas eſt, quomodo beatus poteſt uidere lapidem in uerbo. Dicunt Thomiſtæ, quod eſſentia diuina repræſentat omnes res creatas, ſicut ſpeculum repræſentat. Scotus non eſt iſtius opinionis: ideo dico, quòd lapidem uideri in eſſentia diuina poteſt intelligi dupliciter. Vno modo in eſſentia diuina, tāquam in obiecto primario mouente. Alio modo, tanquam in terminante, ut patet in 14. q. quodlibeti.

Quō beati uideāt oīa in uerbo diſcrimē inter Thomiſt. & Scot. Lapidē uideri in eſſētia diuina dupliciter

Prima propoſitio. Non uidetur lapis in eſſentia diuina, tanquam in ſpeculo: patet, quia ſpeculum naturaliter repræſentat: ſed eſſentia diuina non repræſentat naturaliter, immo, ſi uoluntas diuina non eſſet in eſſentia diuina, quis non uideret eſſentiam diuinam.

Secunda. Res non uidetur in eſſentia diuina, tanquam in primo obiecto immediate mouente: dicit Occham, qđ eſſentia diuina eſt illa, quæ cauſat notitiam omnium rerum, tamen hoc eſt falſum, quia eſſentia diuina nihil cauſat ad extra quia ſi cauſaret, cauſaret naturaliter, ſed ad extra nihil cauſat naturaliter.

Tertia propoſitio. Lapis uidetur in eſſentia diuina, tanquam in proprio obiecto terminante, uel mouente ad notitiā lapidis.

Nota, quod in uiſione lapidis ſunt duo: primo eſt eſſentia diuina, quæ termi nat uiſionem, & ſecundo eſt illud, quod cauſat uiſionem illam, ſcilicet uoluntas diuina; ita quòd primo eſſentia diuina terminat uiſionem. ſecundo res creatæ terminant uiſionem: & uoluntas diuina cauſat illam uiſionem. Notandum eſt, quod intellectus animæ tripliciter poteſt habere notitiam uerbi: Vno modo de uerbo: ſecundo modo in uerbo: tertio modo a uerbo. Primo modo cognoſcendo uerbum, dicitur habere cognitionem uerbi; & tunc dicitur habere cognitionem in uerbo, quando cognoſcit res creatas in uerbo. Tertio modo a uerbo, ut habeo nunc cognitionem a uerbo, quia nihil poſſum cognoſcere, nec intelligere, niſi Deo uolente. In quæſtione quæritur, ſi intellectus habeat notitiam de omnibus in uerbo: & iſta quæſtio implicat magnam difficultatem, quia dicit Magiſter, qđ anima Chriſti uidet in uerbo quicquid uerbum uidet, cum uerbum ſit infinitum, & intellectus animæ Chriſti finitus.

Intellectus humanus pōt habere notitiā uerbi tripliciter

Difficultas qōnis, q̄ ſit,

Ad quæſtio. reſpondet Beatus Thomas, quòd intellectus animæ Chriſti non uidet omnia, quæ uidet uerbum. Et ratio eſt, quia quanto cauſa perfectius cognoſcitur, tanto plures effectus cognoscuntur ex ea. probat, quia, quanto quis magis cognoſcit principium, tanto plures poteſt elicere concluſiones. Sed intellectus animæ Chriſti non poteſt comprehendere eſſentiam diuinam: ergo non poteſt omnes effectus, ideſt omnes creaturas cognoſcere, patet, quia ſi ſic, tunc perfectiſſime cognoſceret cauſam: & per conſequens cognoſceret comprehenſiuè eſſentiam diuinam: ſed hoc eſt falſum, igitur intellectus animæ Chriſti non cognoſcit omnes creaturas. Vnde ponit Beatus Thomas diſtinctionem, ſcilicet quòd ſcientia Dei eſt duplex Quædam eſt ſimplicis notitiæ: Alia eſt ſcientia uiſionis.

Opi. B. Tho. negatiua ad quæſt.

Diſt. B. Tho. de ſcia Dei, ſimplicis notitiæ, & uiſionis

Prima eſt notitia Dei, qua cognoſcit omnia actualia, & poſſibilia: unde duplicia ſunt poſſibilia: quædam futura; alia non futura. patet, quia poſſibile eſt, quòd ego ſim pater alicuius pueri, & tamen forte non ero: ſed ſcientia uiſionis eſt, qua Deus uidet exiſtentia, quæ ſunt in aliqua parte temporis, & illa futura, quæ ſunt poſſibilia; ut Antichriſtum, & omnes, qui erunt in inferno, & qui erunt in paradiſo: & ponit talem concluſionem, quòd licet habitu anima Chriſti uideat omnia, quæ uerbum uidet, non tamen uidet omnia cognita ſcientia ſimplici. Et hoc dicit B. Tho. ad uitandum, qđ intellectus creatus uideat infinita.

Con-

Arguitur contra opinionē B. Thom. 1. rō contra B. Thom.

Contrà opinionem arguitur, primo contra rationem Bea. Thomæ: & pro argumento nota, quòd per, a, intelligo ſubiectum, & per, b, definitionem, & per, c, paſſionem. arguitur ſic.

Quandocunque alicui ſubiecto inſunt, b, c, ideſt definitio ſubiecti, & paſſio ſubiecti, & illa definitio eſt ratio, quare paſſio ineſt ſubiecto, ſi cognoſcens, b, non comprehendit ſubiectum, nec cognoſcens, c, ſ. paſſionem comprehendit ſubiectū: ſed reſpectu eſſentiæ Diuinæ ſunt duo prædicata, ſcilicet ratio infinitatis, quæ eſt prior, & ſe habet in ratione definitionis: & res creatæ, quę ſunt infinita poſſibilia, quæ ſe habēt per modum paſſionis: tunc ſi aliquis cognoſcens illam definitionem infinitatis non cognoſcat eſſentiam: ergo à fortiori cognoſcens paſſionem, ſcilicet res creatas, non cognoſcet propter hoc eſſentiam diuinam: ſed ſic eſt, quòd intellectus animæ Chriſti cognoſcit infinitatem, & non comprehēdit eſſentiam diuinam: ergo dato, quòd cognoſcat res creatas, ideſt infinita poſſibilia, non propter hoc ſequitur, qđ anima Chriſti cognoſcat eſſentiam diuinam.

2. rō ad idē.

Item capiatur ſubiectum, paſſio prior, & paſſio poſterior pro medio, ſi cognoſcens, primam paſſionem non cognoſcat ſubiectum: ergo nec cognoſcens ſecundam, multominus cognoſcet ſubiectum, ut ſi quis cognoſcens unum, quod eſt paſſio entis, non comprehendat ens, ita etiam nec cognoſcens uerum, quod eſt paſſio poſterior, poteſt cognoſcere ipſum ens, ut patet, ſic arguendo: omne uerum eſt unum, omne ens eſt uerum: ergo omne ens eſt unum. Et ideo dicendum eſt, qđ eſt ordo inter paſſiones. Secundo ſic. Cognoſcens effectum in eſſentia, non comprehendit uerbum diuinum: ergo nec illum effectum. patet, quia poſſibile eſt, quod uirgo non comprehendat me ſecundum omnem cognoſcibilitatem, ut qđ ego ſcribo nunc, & poteſt Deus ſibi reuelare.

3. rō ad idē. Principium demōſtrationis eſt cauſa concl. pōt intelligi quadrupliciter.

Item. Cauſa in quantum cauſa non recipit perfectionem ab effectu. ſed principium eſt cauſa concluſionis: & quod principium ſit cauſa concluſionis, poteſt quadrupliciter intelligi. Vno modo, quòd præmiſſæ uocales ſint cauſa concluſionis uocalis. Alio modo, quòd præmiſſæ ſcriptæ ſint cauſa cōcluſionis ſcriptæ. Tertio modo, quod ſignificata per præmiſſas ſint cauſa ſignificatorum concluſionis. Quarto modo, qđ notitia adhæſiua præmiſſarum ſit cauſa notitiæ adhæſiuæ cō cluſionis.

Quatuor cō cluſiones.

Prima concluſio. Præmiſſæ uocales non ſunt cauſæ concluſionis uocalis. probatur, quia, quando præmiſſæ proferuntur, nondum profertur concluſio.

Secunda. Præmiſſæ ſcriptæ non ſunt cauſæ concluſionis ſcriptæ. patet, ſicut alia.

Tertia concluſio. Significatum præmiſſarum non eſt cauſa ſignificati concluſionis. patet ſic arguendo. Omnis homo eſt homo: ſed omnis homo eſt homo: ergo omnis homo eſt homo: quia tunc ſequeretur, quòd homo eſſet cauſa hominis, & quòd animal rationale eſſet cauſa hominis: ſed hoc eſt falſum, ut patet: quia cauſa, & effectus diſtinguuntur realiter: ergo &c.

Quarta concluſio. Notitia adhæſiua præmiſſarum eſt cauſa notitiæ adhæſiuæ concluſionis. Et ſic patet, quomodo debet intelligi, & præmiſſæ ſunt cauſa concluſionis: & ideo arguitur ſic. Nulla cauſa recipit perfectionem ab effectu: ſed cognitio concluſionis eſt effectus cognitionis principiorum: ergo &c.

Cōfirmatur ratio.

Confirmatur ratio. Capiatur principium in aliquo certo gradu, ut cognoſcere iſtud principium. Omne animal rationale eſt riſibile in quatuor gradibus. Aut ergo ex iſto principio poſſunt inferri plures concluſiones ſine hoc, quod augeatur notitia principii; aut non: ſi dicas, quòd ſic, tunc ſequitur, quòd augebitur notitia principii. ſi dicas, quòd non eſt poſſibile, quòd aliquis cognoſcat plures cōcluſiones, ſine augmentatione: ergo ſequitur, quod ex cognitione iſtius principii, ut quatuor nulla concluſio poterit cognoſci: & per conſequens ex iſto principio non potero cognoſcere concluſionē, niſi augeatur.

Confirmatur ſic. Per demonſtrationem non cognoſcitur, quid eſt de ſubiecto: ſed præſupponitur. igitur etiam per demonſtrationem actualem non augetur notitia principii, immo ante habetur. Probatur antecedens: quia de ſubiecto oportet præcognoſcere quid ſignificet, & quòd eſt: ergo per actualem demonſtrationem non cognoſcuntur præmiſſę: immo habentur ante: ergo per notitiam cuiuſcunque concluſionis illa notitia principii non augetur. Et cum arguitur. præcognoſcēdum eſt de præmiſſis, quòd ſunt ueræ, ante demonſtrationem concedo, & hoc dicit Ariſt. primo poſt.

Ad arg. B. Tho. reſpon.

Et ideo ad argumentum B. Thomæ cum arguitur. Quando aliquis cognoſcit &c. Et per oppoſitum, quanto aliquis cognoſcit plures effectus: ergo &c.

Reſpondeo, quòd ibi eſt fallacia conſequentis, ut ſi arguereſtur, homo eſt: ergo animal eſt: non autem è conuerſo: licet uerum ſit, quod cognoſcens cauſam, quæ eſt repræſentatiua plurium effectuum, & ſi perfectiſſimè cognoſcat cauſam, quod etiam perfectiſsimæ cognoſcet effectus: non tamen è conuerſo: ut ſi quis perfectiſſimè cognoſcat effectus, non ſequitur, quòd cognoſcat perfectè cauſam: ut licet anima Chriſti cognoſcat omnes creaturas, non tamen eſt neceſſarium, qđ cognoſcat perfectiſſimè eſſentiam diuinam.

Arguit contra ſcdam diſtinctionem B. Thom.

Contra ſecundam diſtinctionem arguitur ſic. Poſſibile eſt intellectum animæ Chriſti uidere aliquod poſſibile futurum præcisè: ergo non oportet ſibi dare præcisè terminum: ut præciſè cognoſcat ea, quæ Deus cognoſcit ſcientia uiſionis. Antecedens patet, quia aliqua anima poteſt uidere aliquod futurum poſſibile. ut Deus poteſt reuelare uirgini unum futuram contingens, & tamen illud contingens non eſt: ergo etiam potuit reuelare animæ Chriſti: ergo potuit cognoſcere aliquid ultra illa quæ cognoſcit ſcientia uiſionis. Item poſsibile eſt animam Chriſti uidere aliquod poſsibile: igitur quodcūque. patet conſequentia, quia non eſt maior ratio de uno, quàm de alio: ergo ad uidendum infinita, non oportet ponere &c. includendo actualia, & excludendo poſsibilia. dictum eſt, qđ anima Chriſti cognoſcit omnia actualia quæ erunt in actu, excludendo poſsibilia, ſed oportet ponere alium terminum.

Opin. Henr.

Aliter reſpondetur hic. conſequenter ponitur opinio Henrici de Gandauo, quæ ſtat in tali diſtinctione, quòd animam Chriſti uidere omnia in uerbo, poteſt intelligi dupliciter, uno modo actualiter, alio modo habituliter. per intelligere habituliter Henricus intelligit Chriſtum habere aliquem habitum in intellectu, repræſentantem omnia intelligibilia. ita quod ille habitus primo repræſentat eſſentiam diuinam, & ſecundo omnes creaturas. ſed animam Chriſti uidere in uerbo actualiter, eſt uidere per actum repreſentantem omnia illa obiecta, uel per plures actus, ut intelligo iſtum librum, & iſtum parietem. poſtea compato dicendo, iſte liber non eſt iſte paries; ita quòd ibi ſunt duo actus. & ſecundum hoc ponit duas concluſiones.

Diſſ. Henr.

1. cōcl. Hēr.

Prima. Anima Chriſti uidet omnia, quæ uerbum uidet habituliter, ita quod in anima Chriſti eſt habitus, , qui repræſentat per eſſentiam diuinam: & ſecundo repræſentat omnia alia ab eſſentia diuina.

Secunda concluſio. Anima Chriſti non uidet omnia actualiter quæ uerbum uidet, quia ſunt infinita. & cum intellectus animæ Chriſti non poſsit habere actum reſpectu infinitorum. ideo anima Chriſti non poteſt uidere per unum actum tranſeuntem in omnia obiecta, uel per plures tranſeuntes ſuper omnia obiecta. primam tenebit Scotus inferius, quòd anima Chriſti poteſt uidere omnia, quæ uerbum uidet habituliter, probat Henricus iſtam concluſionem ſecundam tribus rationibus, quia primam non probat.

1. rō Henr. ad ſcdam cōcluſionē ſuā.

Prima ratio eſt. Si anima Chriſti poſſet infinita actualiter uidere, ſequeretur, quòd uirtus finita eſſet æqualis uirtuti infinitæ: ſed hoc eſt falſum: ergo &c. Probatur conſequentia, quia cum intellectus infinitus non poſsit magis cognoſcere quam infinita, ſi ergo anima Chriſti poſſet cognoſcere omnia illa actualiter quæ cognoſcit uerbum æquaretur intellectui infinito.

2. rō ad idē

Secunda ratio. Virtus finita diſtinctius cognoſcit duo obiecta, quam tria, & tria quam quatuor, & ſic deinceps. ita qđ quanto obiecta ſunt pauciora tanto diſtinctius cognoſcuntur: ergo ſi intellectus animæ Chriſti poſſet cognoſcere omnia obiecta, ſequeretur quòd obiecta, quæ excedunt obiecta finita in infinitum. illa obiecta erūt cognita indiſtinctè: ſed infinitum indiſtinctè cognitum. non eſt cognitum: ergo anima Chriſti non poterit cognoſcere iſta infinita obiecta.

3. rō How.

Tertia ratio. Virtus infinita extenſiua, præſupponit uirtutem infinitam intenſiuam: ſed anima Chriſti, non habet uirtutem infinitam intenſiuam: ergo ſequitur, quòd anima Chriſti non habet uirtutem infinitam extenſiuam. Maior probatur per Auerr. Minor patet, quia eſt creatura.

Scot. arguit cōtra Hēri.

Contra Henricum arguit ſic Scotus. primo contra primam concluſionem, quia ſi opinio illa intelligatur de habitu, ut dictum eſt in 2. diſt. 3. q. 10. ubi Henricus ponit habitum in Angelo, quo mediante Angelus intelligit Deum, & quæcunque diuina, & dicit, qđ unus Angelus prius habet plures reſpectus, &c. ſed ſi hoc eſſet uerum, ſequeretur, quòd iſte habitus eſſet

Universidad de Deusto
Biblioteca

infinitus intensiuè, quod falsum est, quia nullus habitus infinitus, ponitur in intellectu finito. patet, quia si pluralitas aliquorum arguit perfectionem: & maxima pluralitas, maximã perfectionem: & infinita pluralitas, arguit infinitam perfectionem. ut si bibere unum utrem uini sit perfectionis, ita bibere duo est perfectionis maioris. Dat aliud exemplum Scotus in secundo, ut si portare unum lapidem est perfectionis: portare decem lapides, est maioris perfectionis. Sed hic est quod si repræsentare unum obiectum sit perfectionis, & repræsentare decem obiecta est maioris perfectionis: ergo repræsentare infinita obiecta, est infinitæ perfectionis, sed nullus habitus infinitus est intellectu finito: ergo &c.

Resp Henr. habitũ repr̃sentare infinita duplic̃ intelligi. Reprobatur responsio.

Respondet Henricus, quòd habitus possit repræsentare infinita, potest intelligi dupliciter. Vno modo in se, & sic non, quia tunc esset infinitus. Alio modo per diuersos respectus ad illa obiecta, & sic bene est repræsentatiuus infinitorum obiectorum.

Contra arguitur sic, quia secundum membrum diuisionis contra dicit primo. patet, quia sicut tu ponis habitum fundare diuersos respectus, & tamen tu non ponis infinitatem in habitu, tta ego ponam unum actum habentem infinitos respectus: ergo pariter tu potes concedere, quòd ille actus erit infinitus.

2. rõ Sco. ad idem.

Item etiam illud de respectibus arguitur sic. Aliqui sunt respectus qui possunt plurificari in fundamento, & aliqui non. exemplum primi si essent infinitæ albedines super unã naturã albedinis fundarentur infinitæ similitudines. quia unitas albedinis posset esse fundamentum plurium similitudinum, quantum est de se. Exemplum secundi, ut mei ad Deum non possunt esse plures relationes eiusdem rationis, quia quando aliquid potest esse totalis causa plurium effectum, tãto illud est maioris perfectionis: & si posset esse causa infinitorum effectuum, illud esset infinitum: ergo si in uno habitu ponis infinitos respectus, sequitur, quòd iste habitus est formaliter infinitus, & per consequens impossibile est istos respectus fundari, &c.

Præterea, quòd secundum membrum contradicit primo, probatur sic omnis habitus unus existens in intellectu, est elicitiuus alicuius actus sibi adæquati: ergo &c. Probatur, quia omnis causa totalis, potest esse causa elicitiua alicuius effectus adæquati: ergo cum habitus sit causa actus, poterit elicere unum actum, quo anima Christi poterit in illa obiecta. Vel oportebit dicere, quòd ille habitus est infinitus, ex eo, quòd est infinitorum obiectorum. uel poterunt esse infiniti actus respectu infinitorum obiectorum: sed iste habitus per te, est infinitus: ergo ille actus productus ab habitu est infinitus: ergo melius est dicere, quod per illum poterit in infinita obiecta. Sed tu non concedis hoc de actu, ergo etiam non debes concedere de habitu.

Sequẽs opi. est Doctor.

Tertio modo potest dici, hic ponitur opinio Doctoris, supponendo quòd Deus intelligit infinita, quæritur. Vtrum anima Christi poterit intelligere alia infinita.

Concl. Scoti.

Respondet, quod anima Christi uidet omnia obiecta actualiter, quæ uerbum uidet.

Dupl. notitia in anima Christi. Quid sit cognitio in genere ꝓprio.

Nota, quòd in anima Christi duplex est notitia. Quædam est in uerbo: Alia in proprio genere. Vna uocatur notitia uespertina, Alia matutina, uel meridiana. Vnde notitia rerum in proprio genere, est cognoscere rem per motionem ipsius rei, uel per motionem speciei intelligibilis, ut notitia quam habeo de isto libro, uel notitia quam haberem de prima materia, uel de uilla nostra. Sed notitia rerum in uerbo est, qua mediata prius cognoscitur uerbum, & consequenter cognoscuntur aliæ res, ut uirgo gloriosa uidet essentiam diuinam. Et consequenter per eundem actum, uel per plures, uidet omnia alia Notitia in uerbo est notitia meridiana; & notitia in proprio genere, est notitia uespertina.

Notitia uespertina & meridiana siue in uerbo.

Prima propositio. Quilibet intellectus creatus natus est recipere intellectionem cuiuslibet obiecti: quia intellectus habet ens pro obiecto, & naturaliter inclinatur ad intellectionem cuiuscunque entis, & per intellectionem cuiuscunque notitiæ perficitur.

Intellectus ꝓficitur quacunque notitia.

Secunda. Quilibet intellectus creatus. sicut est receptiuus notitiæ in proprio genere, ita est receptiuus uisionis omnium rerum in uerbo.

Conclusio Scoti est, quod intellectus animæ Christi uidet omnia in uerbo, quæ uidet uerbum, & hoc per diuersas uisiones sic, quòd anima Christi uidet sortem per unam uisionem & Platonem per unam aliam uisionem. Et quòd hoc uerum sit. probatur, quia quilibet intellectus est receptiuus cuiusli-

bet uisionis: ergo etiam coniunctim probatur consequentia, quia illa est consequentia materialis, non enim tenet in omnibus, quia non sequitur, superficies est receptiua albedinis, & nigredinis, diuisim: ergo coniunctim. probatur tamen, quia quandocunque est aliquod receptiuum, cui possunt in esse duo eiusdem rationis, eidem nata sunt in esse plura, & consequenter infinita si sunt dabilia, dummodo non habeant impossibilitatem, uel sint incompossibilia & fundatur ista regula in 4. physic. quando Aristot. facit istam rationem, si duo corpora possunt esse in eodem loco, etiam infinita, quia non est maior repugnantia de duobus, quàm de infinitis. Ad propositum si intellectus animæ Christi sit receptiuus simul duarum uisionum: ergo possunt sibi inesse infinitæ uisiones. patet quia quæcunque illarum uisionum potest sibi inesse diuisim, non est dubium, ulterius etiam duo talia: ergo quælibet illarum perfectionum possunt inesse illi susceptiuo. patet per Exemplum. certum est, quòd intellectus animę Christi habet uisionem respectu uerbi. item sicut in est sibi illa uisio, etiam uisio obiecti secundarii, quia intellectus animæ Christi ultra hoc, quod uidet essentiam diuinam, uidet seipsum beatum, & uidet etiam alia obiecta. Aliter si non posset habere, nisi unam uisionem, non uideret, & postquam istæ uisiones insunt sibi: ergo pariter infinitæ, & sic intellectus animæ Christi per infinitas uisiones, poterit infinitam multitudinem obiectorum uidere, quia infinitæ uisiones non habent maiorẽ repugnantiam quam duæ.

Rogu. Scoti.

Et si quis dicat. sicut hic arguit de Nogento, uidere unum obiectum est perfectionis, & uidere decem, est maioris perfectionis, & uidere infinita obiecta, est infinitæ perfectionis: ergo intellectus animæ Christi, est infinitus. Tunc dicit Scotus, non est infinitus, quia receptiuum sub ratione receptiui, non est in se perfectius si sit in actu secundum suas potentias, quã si sit in potentia, respectu actus: sed intellectus animæ Christi, est receptiuus omnium istarum uisionum: ergo non magis est perfectus quando habet in actu, quam quando habet in potẽtia, & per consequens non est infinitus ex parte receptionis. probatur maior, quia superficies non est perfectior, quando recipit albedinem, quam quando non recipit. Similiter albedo quando recipit similitudines, non est perfectior: quia istæ perfectiones sunt accidentales: ergo receptiuum non est perfectius &c. similiter materia non est magis perfecta, quando recipit formam, quam quando non recipit.

Tollitur instantia.

Notandum tamen, quòd duplex est perfectio, Quædam est intrinseca, quæ prouenit ex ratione formali intrinseca, ut homo est perfectior asino, & sic receptiuum plurium perfectionum, non est perfectius quando recipit, quam quando non recipit, quia illę perfectiones non sunt de intrinseca ratione formalis illius in quo recipiuntur. Alia est perfectio extrinseca, & accidentalis, ut superficies est perfectior perfectione extrinseca, quando recipit albedinem. Ad propositum intellectus animæ Christi intrinsecè non est perfectior, quando recipit, quam quando non recipit. Tunc arguitur sic. intellectus est in potentia ad recipiendum omnia illa, & hoc non ponit infinitatem in ipso: ergo etiam quando actu recipit, non est infinitas. probatur consequẽtia, quia receptiuum plurium perficiẽtium &c.

Duplex perfectio.

Dicunt Thomistę, quòd sicut materia prima non est capax omnium formarũ simul. sic nec intellectus animæ Christi est receptiuus omnium uisionum, non tamen simul. Contra, illæ uisiones non habent repugnantiam ad simul inesse. difficultas est inter Scotistas, an Deus possit producere plures formas substantiales in eodem, tamen Gregorius respõdet, quòd sic, & quod homo potest habere duas animas.

Resp. Thomistarum. Reprobatur responso.

Item arguitur sic. intellectus animæ Christi potest recipere infinitas species intelligibiles: ergo etiam infinitas uisiones. probatur antecedens. dictum est in quæst. præcedente, ꝙ in intellectu ánimæ Christi possunt esse simul plures species intelligibiles. probatur consequentia, quia licet actus intelligendi sint perfectiores speciebus intelligibilibus. non tamen magis repugnant in intellectu: sed plures species possunt esse in eodem: ergo &c.

Confirmatur per Augustin. fortasse ibi, idest in patria non erunt ibi uolubiles cogitationes &c. licet sit dubium de aliis beatis, non tamen est dubium de anima Christi. Vnde per uolubiles cogitationes intelligo notitiam conclusionis causatam per præmissas sicut intelligo hoc per hoc. ista intellectio est uolubilis, hoc dicitur in prologo primi de Ciuit. Dei.

Confirmatur per Damascenum. Ista anima habet præscię tiam futurorum contingentium: tunc uel cognoscit futura ista actualiter, & sic habeo propositum: uel habitualiter. Contra. Nulla propositio contingens potest cognosci habitualiter, nisi per intuitionem extremorum, & intuitiuè: ergo si anima Christi cognoscit futura contingentia, ea cognoscit per notitiam intuitiuam, quæ uocatur uisio.

Nõ est ponẽda imperfectio in aĩa Christi &c.

Item. Non est ponenda imperfectio in anima Christi, nisi appareat ratio illius imperfectionis: ergo non est ponendum animam Christi uidere omnia habitualiter præcisè, & non actualiter. patet consequentia, quia cognoscere actualiter est perfectionis in anima Christi: ergo si non potest cognoscere actualiter, ut dicis, da mihi rationem impossibilem: ergo si rationes, quæ adducuntur ab Henrico sunt possibiles, tenẽdum est, quòd anima Christi potest cognoscere omnia actualiter.

Duo Christi aĩa cognoscũt oĩa in uerbo,

Sed de modo quomodo cognoscit, dicit Scotus, quòd Christi anima cognoscit infinita actualiter: sed quando dicit Scot. animam Christi uidere actualiter infinita, potest dupliciter intelligi. Vno modo per unum actum intelligendi, & per infinitos respectus, & infinitas attingentias: Alio modo per infinitos actus. si teneamus primum modum, anima Christi cognoscit per unicam notitiam essentiam diuinam, & obiecta secundaria, ita quòd Deus causat in intellectu animæ Christi uisionem essentiæ diuinæ tanquam obiecti primarii, & consequenter respectu aliorum omnium obiectorum infinitorum, per infinitas relationes rationis, & per unicam attingentiam realem, & sic non sequitur infinitos actus esse fundantes illos respectus: quia omnia illa obiecta non sunt in actu, sed in potentia, idest licet iste actus uidendi se habeat, ut respectus realis ad obiecta, quæ sunt actu, tamen alia obiecta, quæ sunt possibilia, habent respectus rationis. immo dato, quòd essent infinita obiecta, adhuc non sequitur infinitas. patet, quoniam in continuo sunt infinitæ partes, & tamen continuum, ut iste baculus, non est infinitũ. Istam positionem tangit Scotus in primo. in quarta quæstio. in materia de fruitione, cum dicit, quòd actus uisionis beatificæ habet essentiam diuinam, & alia obiecta, & potest manere uisio respectu essentiæ diuinæ sine aliis: & ista prima uia est de mente Scoti; ideo est tenenda. Si teneamus secundam opinionem, dicendum est, quòd sicut sunt infinita obiecta, ita in anima Christi sunt infinitæ uisiones: & quot sunt obiecta, tot sunt uisiones: sed anima tunc se habet pure passiuè, & causantur illæ uisiones à Deo uolente: & sic dicimus contra philosophos, dicentes, ꝙ non est dabile infinitum, scilicet actu: si teneatur prima opinio, non sequitur infinitas uisionis, sicut uisio Dei est infinita.

Primus modus intelligendi concl. Scoti.

Et si aliqui arguant. Illa uisio, quæ est respectu infinitorum obiectorum est infinita: talis est in anima Christi: ergo &c.

Aliquẽ intellectũ cognoscere in finita dupl.

Respondeo distinguendo, uel quòd illa uisio sit compræhẽsiua obiecti primarii, idest essentiæ diuinæ, & cum hoc sit necessario infinitorum obiectorum, & sic bene est infinita: uel si non sit compræhensiua obiecti primarii, & non necessario infinitorum obiectorum, & sic dico, quòd talis non est infinita. Vnde intellectio Dei est infinita primo, quia compræhendit essentiam diuinam. Secundo, quia est necessario obiectorum secundariorum infinitorum. Tertio, quia transit super omnia obiecta.

Arguitur sic. si cognoscere duo obiecta sit perfectionis, & cognoscere decem, maioris est perfectionis, & si infinita est in finitæ perfectionis: ergo Angelus potest cognoscere infinita.

Respondeo aliquem intellectum posse cognoscere infinita, intelligitur dupliciter. Vno modo infinita disperata, & disperatè: ut cognosco hominem, & asinum, & sic de aliis disperatis, ista sunt disperata: & sic nullus intellectus creatus potest cognoscere infinita disperatè: quia tunc sequeretur infinitas ex parte intellectus. Alio modo cognoscere infinita subordinatè, ut cognoscere essentiam diuinam inquantum obiectum primarium, & alia obiecta consequenter, & sic intellectus potest cognoscere infinita subordinatè. Ista est responsio Brulise ri: tamen hoc non ualet, quia sequeretur, quòd intellectio diuina non esset infinita. probo, quia intellectus diuinus non cognoscit disperatè omnia obiecta: quia intellectus primo, & principaliter intelligit essentiam diuinam: & consequenter alia obiecta, & sic cognoscit ordinatè: ergo illa responsio non ualet. & ideo dico ad illud argumentum, si intellectus compræhendit essentiam diuinam, & omnia alia obiecta, sic est infinitus, & quia intellectus creatus non potest compræhendere essentiam diuinam, ideo intellectus creatus non est infinitus, nec intellectio est infinita.

Quærit consequenter, utrum possit causare partialiter infinitas uisiones.

Respondetur per talem distinctionem, quòd intellectum habere infinitas uisiones potest dupliciter intelligi. Vno modo receptiuè, quãdo natus est recipere infinitas uisiones. Alio modo elicitiuè, quando cum essentia diuina partialiter causat uisionem.

Intellectũ habere infinitas uisiones. ꝓpe dup. intelligi.

Prima propositio. Intellectus animæ Christi est receptiuus infinitarum uisionum, tenendo secundam uiam, sic, quòd nõ repugnat sibi recipere: quia nulla est sibi incompossibilitas.

1. prop.

Secunda propositio. Licet intellectio animæ Christi posset infinitas uisiones recipere, non tamen potest infinitas elicere. Probatur. Quandocunque uirtus actiua finita habet certum effectum adæquatum sibi intensiuè, ultra ipsum non potest. exemplum, ut ignis habet calorem productum, ultra ipsum non potest, uel certos gradus caloris, ut decem. Similiter Sol non potest plura illuminare, quam istum uniuersum: sed intellectus quicunque creatus habet aliquem effectum producibilem, uel aliquos effectus producibiles a se, ultra quẽ, uel quos non potest: ergo &c. Et tota ratio est, quia est uirtus limitata; & ita, licet posset eas recipere, si producerentur a Deo, non tamen potest eas elicere.

2. prop.

Obiicitur cõtra solutionem.

Contra hoc arguitur. quia intellectus animę Christi potest habere infinitas intellectiones diuisim: ergo potest causare secundum stante prima, & sic de sequẽtibus: ergo in infinitum: patet consequentia, quia nulla perfectio tollitur ab eo, eo ꝙ producit unam, uel duas. Respõdeo ad istud sicut prius, quòd intellectus in proposito potest habere aliqua producta sibi adæquata, ultra quæ non potest. exemplum de igne. ut supra uisum est, quòd producto uno gradu, nihil tollitur ab eo, tamẽ quia est uirtus finita & limitata ad certum terminum, ultra ipsum non potest: ita est hic de intellectu animæ Christi. & ratio est, quia uirtus limitata, licet posset recipere perfectiones infinitas, non tamen potest eas producere. Hæc tertia uia quæ est Scoti, est multum tuta.

Opin. Varr. Aliud est cognoscere actualiter, aliud uirtualiter, & aliud habitualiter.

¶Sed si ista uia tertia &c.] Consequenter recitat Doct. opinionem Varronis, quæ stat in duabus conclusionibus, & in una distinctione. Distinctio est hæc, quòd Aliud est cognoscere actualiter, Aliud uirtualiter, Aliud habitualiter. Cognoscere actualiter, est obiectum esse actu cognitum, per actualem intellectionem. Virtualiter cognoscere, est quando illud, quod cognoscitur, est pars primi obiecti cogniti: sicut cognoscendo hominem, cognosco animal rationale, substantiam, & ens. Sed cognoscere habitualiter, est cognoscere illud, cuius actus primus est, sufficienter ostensiuus: ita quod sic est præsens intellectui in ratione intelligibilis, quòd statim potest per speciem intelligibilẽ ipsum compræhendere, & exire in actum intelligendi, sicut nunc rosa est præsens mihi: & ista distinctio ponitur in tertia distinctione primi. sic ergo illud est cognitum habitualiter, quod sic est præsens intellectui, quòd intellectus potest intelligere: & sic mens est nota sibi, uerum est quo ad actum primum.

Dupl habitus.

Essentia diuina est speculũ uoluntarium &c.

1 cõcl. Varr.

Prima conclusio. Anima Christi cognoscit habitualiter omnia, quæ uerbum uidet habitualiter, ita quòd essentia diuina uolens est præsens intellectui animæ Christi, & partialiter cõcurrit ad causandum uisionem diuinæ essentiæ, quæ est uisio beatifica; anima uidet actualiter essentiam diuinã, & uidet alia habitualiter, quia illud est notum habitualiter, quando istud est præsens habitualiter, ut cognoscatur ab intellectu: essentia diuina est unum speculum repræsentans obiecta, tamen quia intellectus est finitus, & non potest omnia uidere, ideo nunc intelligit unum, & nunc aliud. Ex quo infero contra Henricum, quòd per uidere habitualiter, non intelligo, ꝙ sit habitus repræsentans omnia obiecta: sed quoniam essentia diuina causat partialiter sui notitiam primum, & per illã essentia diuina est præsens animæ Christi, & uolens manifestat obiecta infinita intellectui animæ Christi: sed non cognoscit ea actualiter, sed habitualiter, idest habet ea in proxima dispositione, ut cognoscat ea. Exemplum. si essent in ista camera quatuor imagines, oculus non posset uidere omnes simul, sed esset in potentia ad uidendum omnes: sic est de intellectu animæ Christi, qui uidet essentiam diuinam, quæ repræsentat omnia alia obiecta: sed quia ille intellectus est finitus, ideo non potest intelligere omnia simul, sed unum post aliud.

Corr. contra Henr. Videre habitualiter non est hẽre habitum cõtra Henr.

Notandum, quòd duplex est habitus. Quidam est inhærens. Alius existens. Habitus inhærens est qualitas in anima, qua mediante omnia obiecta possunt cognosci, & sic anima non habet illum habitum: sed habitus existens est essentia diuina manifestans se, & alia, & sic essentia diuina, quæ est lumen obiectiuale, & speculum uoluntarium, repræsentat obiecta secundaria, sicut sibi placet.

2 cõcl. Varr.

Secunda conclusio. Intellectus animæ Christi non cognoscit

Universidad de Deusto
Biblioteca

scit omnia obiecta secundaria actualiter. Probatur, quia attẽtio circa plura obiecta, est imperfectior, quàm circa unum obiectum: & inde est, quòd computationes, multoties decipiũtur. ergo anima Christi nõ potest uidere omnia obiecta; quia non ita attente potest attendere. Et quia istud argumentum est contra Scotum. ideo cum arguitur; attentio circa plura: respondeo, uel quando intellectus elicit intellectionem, & sic concedo: uel quando non elicit, & sic nego. dico enim quando oculus meus elicit uisionem, non ita perfectè uidet omnia obiecta, sicut si unum obiectum uideret: sed si Deus crearet uisionem, oculus meus ita perfectè uideret decem obiecta sicut unum.

Soluit hoc arg. qa esi cõtra Deo.

Oculus pt recipere simul plures visiones.

Item arguitur. si intellectus cognosceret infinita actualiter sequeretur, quòd esset infinitæ perfectionis: probatur consequentia, quia tũc sequeretur, quòd perfectio illius intellectus excederet in infinitum perfectiones aliarum.

Solu. 2.rõ. Intellectus creatus põt hẽre infinitã pfectionẽ extrinsecã.

Respondeo negando consequentiam: & ad probationem distinguo. Vel quòd haberet perfectionem infinitam extrinsecam, & sic concedo: Vel perfectionem intrinsecam infinitam, & sic nego, & non habeo pro inconuenienti, quòd aliquis intellectus possit habere infinitam perfectionem extrinsecam.

Confirm. Var.

Confirmat Varro per Auicen. In sapientia creatoris non est occultatio, nisi secundum receptacula. ideò uerbum diuinum ipsi animæ Christi uoluntariè repræsentat obiecta secũdaria: tamen quia ille intellectus animæ Christi est finitus, nõ potest etiam simul, & coniunctim, cognoscere. Vel sic exponitur illa authoritas. Licet essentia diuina omnia obiecta repræsentet, tamẽ quia anima Christi non est receptaculum, quòd possit recipere omnia illa obiecta, ideo nunc cognoscit unum deinde consequenter aliud cognoscit.

Arguit sic de Aquila, sequeretur, quod esset successio in cognitione animæ Christi: quia nunc cognosceret unum obiectum, & aliquando aliud: sed hoc est falsum, probat per Augustin. fortassẽ non erunt ibi uolubiles cognitiones nostræ &c.

Respondeo, quòd August. loquitur ibi per forte, ita dicit de Aquila.

Dubit. cõtrà

Sed contra, tu dicis, quòd anima omnia cognoscit habitualiter; Arguitur sic. sequeretur æque bene, q̃ omnes alii sancti cognoscant alia omnia habitualiter, sicut anima Christi. patet, quia essentia diuina est præsens cuilibet beato in paradiso, & sibi repræsentat omnia alia obiecta: ergo cum quilibet sanctus uideat essentiam diuinam, quæ est ratio repræsentandi omnia alia obiecta, sequeretur propositum &c.

Solu. dubit.

Respondeo, quòd licet uerbum diuinum, & essentia diuina sit cognita ab illo sancto, & ab anima Christi, tamen quia est unum obiectum uoluntariè se repræsentans, aliter, & aliter, se repræsentat: quia animæ Christi tanquam principali, repræsentat futura contingentia, & consequenter repræsentat beatis aliis, sicut uult, secundum merita beatorum. ideo essentia diuina aliter se habet respectu animæ Christi, quia sibi omnia repræsentat: tamen aliis beatis non omnia repræsentat, quia uoluntariè repræsentat.

Essentia diuina aliter repræsentat uni beato et aliter alteri Dub.

Contra arguitur. De die autem illo nemo scit, neque filius hominis: tunc sic. Christus nescit diem iudicii: ergo nõ cognoscit omnia.

Qũo Christ. dicit se nescire diem iudicij.

Respond. nego antecedens, & ad probationem dico, distinguendo, uel, quòd nescit simpliciter, uel ad reuelandum. Dico, quòd licet anima Christi nesciat ad reuelandum, tamen quia omnia uidet in essentia diuina, ideo uidet, quòd dies iudicii est talis hora, immo sciuit ab instanti suæ creationis, q̃ ero damnatus, uel saluus.

Rẽ uideriin essentia diuina tripl.

Nota tamen, quòd res uideri in essentia diuina, potest tripliciter intelligi. Vno modo tanquam in speculo, & tunc res non uidentur in essentia diuina tanquam in speculo. patet, quia speculum naturaliter repræsentat, non autem essentia diuina. immo si uult uidetur, si non uult non uidetur. Secundo modo tanquam in obiecto, & sic etiam in essentia diuina res non uidentur tanquam in obiecto causante, quia essentia diuina non est causatiua alicuius ad extra, quia si causaret, causaret naturaliter: sed hoc non, quia quicquid causat ad extra, causat contingenter. Tertio modo tanquam in obiecto primario terminante, & quodam primo, idest uoluntate diuina mouente: & sic res uidentur in essentia diuina sic, q̃ B. Michael, qui uidet lapidem in essentia diuina est, primo terminans illam uisionem, secundo est obiectum secundariũ, s. lapis, terminans uisionem, & non causans, & tertio est uoluntas diuina, quæ repræsentat illa obiecta, & causat partialiter illam uisionem, cum potentia Michael. & sic intelligũtur res in obiecto. & hic distinguit Scotus in quodlibeto in 14. quæs. & sicut dictum est, quòd anima Christi uidet per unicum actũ actualiter omnia, quæ uerbum uidet; ita probabiliter est dicẽdum de aliis beatis, ita quòd uirgo gloriosa per unicum actũ uidet essentiam diuinam, & per eundem actum uidet ea, quæ uoluntas diuina uult sibi repræsentare.

De cognitiõe beatorũ essentia.

Ad argumenta principalia, secundę quæst. arguitur sic. Si anima Christi uidet omnia, quæ uerbum uidet, sequitur, q̃ uidet infinita. probatur, quia Deus uidet infinita; consequẽs est falsum, probatur per philosophum dicentem infinita non contingit pertransire, & impossibile est cognoscere infinita.

Soluuntur princip. arg. secundæ qst.

Respondetur cum arguitur, si anima Christi &c. concedo. ad probationem consequentię dico, quod tenendo, quòd anima Christi cognoscat omnia actualiter per unicum actum, & per infinitas attingentias, tunc bene uerum est, quòd impossibile est infinita pertransire naturaliter. tamen Deo causante, possibile est infinita per transire.

Soluitur primum.

Secundo sic. Aliquis Angelus, ut Michael potest reuelare ipsi animæ Christi aliquam propositionem: ergo anima Christi non cognoscit omnia. probatur antecedẽs per Dionysium in lib. de Angelica Hierarch. Illuminationes Angelorum sunt ordinatæ sic, quòd superior Angelus reuelat inferiori, & si potest reuelare inferiori Angelo: ergo animæ Christi, quæ est inferior ad Angelum: quia Angelus est perfectior aĩa Christi.

2. arg. prin.

Pro argumento notandum est, quòd illuminare, & loqui, se habent sicut superius, & inferius: quoniam Angelum loqui alteri, est Angelum causare notitiam illius obiecti, de quo loquitur sibi: ut Angelus ueniens Parisiis inueniat alium Angelum in aere, dicit sibi, ego feci tale quid Parisiis: & illuminare est loqui simpliciter, q̃ locutio est de notis naturaliter quæ Angelus potest cognoscere naturaliter: sed illuminatio est specialiter loqui, & causare notitiam de aliqua ueritate super naturaliter cognita; ut quòd dies iudicii erit talis hora; uel quòd Parisiis talis homo morietur tali hora, & talis reuelatio est quædam illuminatio, & sic dicit Dionysius, q̃ istæ illumi nationes fiunt ordinatæ, ita quòd superior illuminat inferiorem, consequenter secundum ordinem eorum in Hierarch.

Soluitur secundum.

Ad argumentum, Pro responsione cum arguitur, Angelus superior potest reuelare Animę Christi aliquid; nego. Ad probationes, quòd illuminationes fiunt ordinatæ, distinguo uel secundum ordinem naturarum, & sic nego: uel secundum ordinem gratiarum, & sic concedo. Vnde in ordine naturarum. excellentissimus Angelus est primus: & sic consequenter secũdum ordinem illorum, & sic anima Christi est inferior, sed in ordine gratiarum, primus est Christus, secundus est uirgo Maria, tertius Ioann. Baptista, uel alius beatus, & ideo cum dicit Dionysius, quod illuminationes fiũt ordinatè, uerum est secundum ordinem gratiarum, sic, quòd Deus primo reuelat Christo, & Christus reuelat Mariæ & Maria alteri beato &c.

Quid sit Angelum loqui & illuminare.

Confirmatur illa ratio. Anima Christi quantum ad illuminationem habet ordinem in Paradiso, uel ergo est superior in illuminando, uel inferior: non est dicendum, quòd habeat ordinem superiorẽ, quia nulla inferior natura illuminat Angelum: ergo est inferior.

Reuelatiões fieri ordinatè duplicit.

Respondeo concedo, quòd anima Christi habet ordinem quo ad actionem, quæ est illuminare creaturam. Et ratio est, quia beati erunt similes Angelis quo ad intellectionem, & locutionem, & etiam anima quæcunque quo ad istum actum, potest illuminare aliam, & ideo si Deus reuelet animæ Christi aliquod futurum, poterit reuelare illud Angelo. arguit sic B. Thom. quia quanto causa perfectius cognoscitur tanto plures effectus cognoscuntur.

Solu. cõtra.

Respondeo, quòd illud præsupponit falsum, quia præsupponit, quòd quanto aliquis cognoscit plures effectus, tanto perfectius cognoscit causam, quod est falsum.

Solu. rõ D. Tho.

Ad argumenta Henrici. Ad primum respond. negando cõsequentiam. ad probationem, quòd Deus plus cognoscit quã anima Christi. Distinguo aut extensiuè, aut intensiuè. Extensiuè quo ad pluralitatem obiectorum.

Resp. ad argum. Henr.

Prima propositio. Deus non plus cognoscit extensiuè, quã anima Christi. patet, quia cognoscere extensiuè est cognoscere tot obiecta quot Deus cognoscit, sed anima Christi tot obiecta cognoscit quot Deus, ut dictum.

Secunda propositio. Deus plus cognoscit intensiuè, quàm anima Christi, quia intellectio Dei est comprehensiua obiecti, & est necessariorum obiectorum, & respectu omnium obiectorum: intellectio autem animæ Christi non est comprehensiua obiecti diuini. ideo non est ita perfecta. sicut intellectio Dei.

Ad

Soluitur 2. dupliciter 1. Sol. Intellectus dupliciter.

Ad secundum argumentum prima responsio. Cum arguitur, intellectus infinitus distinctius uidet infinitatem, &c. unde intellectus potest considerari dupliciter. Vno modo ut receptiuus, quando est natus recipere aliquas intellectiones. Alio modo ut est elicitiuus, quando elicit illas intellectiones.

2. Sol. Intellectus dupliciter.

Prima propositio. intellectui non conuenit indistinctius uidere in infinitum infinita, quàm pauca, inquantum est receptiuus: Ita quòd ita bene potest recipere infinitas intellectiones, sicut unam.

Secunda propositio. ipsi intellectui conuenit indistinctius esse circa plures intellectiones, quàm circa unam: quia est uirtus finita, & hoc inquantum elicitiuus.

Soluitur 3. Henr. 1. prop.

Secunda responsio. dicit Scotus, quòd illa prima non valet. ideo dico, quòd intellectus potest considerari dupliciter. Vno modo secundum suam rationem formalem, inquãtum est prior intellectione. Alio modo ratione alicuius concomitantis, ut necesse est intellectum phantasmata speculari, & istud est concomitans. & ratio quare intellectus non potest ita distinctè cognoscere decem, sicut unum, est ratione phantasię, quæ est fatigabilis, & utitur organo corporeo, & iõ non potest ita bene circa decem obiecta, sicut circa quatuor. Et ideo eum intellectus non pro statu uertat se circa phantasma ta, non potest ita distinctè intelligere decem, sicut unum, sed quia anima Christi non habet istud concomitans, ideo ita distinctè potest uidere decem, sicut unum, centum, sicut decem.

2. prop. Infinitas effectuum, cõcludit infinitatẽ causæ.

Ad tertium argumentum cum arguitur. Infinitas extensiua, præsupponit &c. pro responsione ponitur prima propositio. Infinitas extensiua ad aliqua, ut ad formas recipiendas, non concludit infinitatem intensiuam in receptiuo. immo magis imperfectionem. exemplum. ut si aliquod subiectum sit nata recipere infinitas formas, ut materia prima; ex eo quod est nata recipere infinitas formas, non concludit perfectionẽ in ea, sed magis imperfectionem. secunda. infinitas extensiua ad aliqua, ut ad effectus simul producibiles, concludit infinitatem imperfectionis in causa, ita quòd si sit aliqua causa, quæ simul nata sit producere effectus infinitos, concludit in ea perfectionem. pro tertia propositione tangit opinionem sicut dictum est, quòd doctor est ambiguus. Vtrum intellectus animæ Christi concurrant actiue ad intellectionem infinitorum obiectorum, & conclusum est, quòd non. Et ideo dicit, quòd duplex est causa alicuius effectus, ut in uisione animæ Christi est causa principalis, ut Deus. Alia est causa minus principalis, ut intellectus animæ Christi. Et ideo ponitur tertia propositio. ponendo intellectum animæ Christi esse causam partialem infinitarum intellectionum, non concluditur intellectus infinitus: & ratio est, quia intellectus animæ Christi est causa minus principalis illarum intellectionum. Et ideo si quis arguat. omnis causa partialiter concurrens ad producendum infinitos effectus est infinita: sed intellectus animæ Christi concurrit ad infinitas intellectiones: ergo intellectus animæ Christi est infinitus.

Respondeo ad maiorem distinguendo, aut si sit causa principalis, & sic concedo, aut de causa minus principali, & sic nego.

QVAESTIO TERTIA.

De cognõne Christi rerũ in genere q̃prio.

TERTIO quæritur. Vtrum anima Christi nouerit omnia in genere proprio.

Duplicẽ notitiam hẽt Christus. Not. meridiana, & uespertina.

Nota quod Christus habet duplicem notitiam, sicut habuit duas naturas. Quædam est notitia increata. Alia est notitia creata. Increata erat notitia diuina, æterna & infinita. Notitia creata erat notitia producta, de prædicamento qualitatis: ita duplex est notitia in Christo. Quædam est in uerbo. Alia in proprio genere. prima uocatur meridiana, & alia uocatur notitia uespertina. Vespertina est notitia in proprio genere, & est cognoscere obiectum per motionem obiecti in se, uel in suo repræsentatiuo, & dicitur notitia in proprio genere: sed notitia meridiana, est notitia habita in uerbo, idest essentia diuina, quia sicut in meridie est dies clara, ita illa notitia est clara, quia est in clarissimo obiecto. nos autem uiatores solum modo habemus notitiam in proprio genere, & quia dictum est de notitia in uerbo, ideo hic quæritur. Vtrum cognoscat omnia in proprio genere, idest utrum cognoscat me per notitiam mei, & alium per notitiam propriam.

Christus in instanti suæ conceptionis triplicicognitione cognouit matrem.

Notandum est, quòd Christus in instanti suæ conceptionis cognouit matrem suam triplici cognitione, primo notitia in uerbo, secundo cognouit intuitiue, quia mater sua erat sufficienter sibi præsens, tertio cognouit abstractiuè per speciẽ intelligibilem.

Defectus in nobis dupl.

Pro responsione ponitur talis propositio. Anima Christi cognouit omnia in proprio genere. Probatur, anima Christi nullam habuit ignorantiam: ergo omnia nouit. Probatur, omnes defectus nostros assumpsit præter ignorantiam, & peccatum. Notandum est, quòd in nobis sunt defectus, in quibus potest aliquis mærereri, ut tristitia, dolor, fatigatio corporis: Alii in quibus non potest quis mereri ut peccatum, & ignorantia.

Quos defectus nostros assumpsit Christus. & quos non

Prima conclusio. Christus assumpsit defectus nostros in quibus potest mereri.

Secunda. Christus non assumpsit defectus in quibus quis non poterat mereri. Secundo sic, angeli cognouerunt omnia in genere proprio: ergo etiam anima Christi. Probatur consequentia, quia dictum est, quòd ista anima fuit perfectissima, quo ad omnia dona supernaturalia, s. quo ad uisionem, fruitionem, gratiam, & lumen glorię.

Opi B Tho. Dupl. not it

Pro responsione ponitur opinio B. Thomæ ponendo talẽ distinctionem, quòd duplex est notitia, scilicet infusa, & acquisita. infusa est illa, quæ est acquisita per speciem intelligibilem infusam, ut si Deus infunderet mihi speciem aliquam, & per illam haberem notitiam, illa notitia diceretur infusa. Notitia acquisita est illa, quæ habetur per speciem habitam de re.

1. cõc. B. Tho.

Prima cõclusio. Anima Christi cognouit omnia in genere proprio notitia infusa, & ideo non potuit proficere ista notitia infusa, quia per illam nouit omnia.

2. cõc. eiusde

Secunda conclusio. Anima Christi, quo ad notitiam acquisitam, non nouit omnia, immo potuit proficere accipiendo cognitionem a rebus. patet, quia habebat intellectum agentem, & possibilem, & effectus intellectus agentis est abstrahere species intelligibiles, & potest causare notitiam per illam. sic fuerunt in anima Christi, ideo potuit proficere acquirendo notitiam acquisitam, ita quòd anima Christi ab instanti suæ creationis habuit notitiam infusam de isto lapide; & postea habuit notitiam acquisitam de lapide per speciem intelligibilem abstractam de lapide per intellectum agentem, ita quòd de eodem obiecto, anima Christi habebat notitiam infusam, & acquisitam, & in hoc Scotus reprehendit ipsum. Doctor arguit primo contra conclusionem, & secundo contra rationẽ, arguit sic. Si anima Christi sue intellectus, de eodem obiecto habet notitiam infusam, & notitiam acquisitam, sequitur, q̃ duo accidentia eiusdem speciei essent in eodem intellectu, sed consequens est falsum secundum te: ergo &c. & quòd essent duo accidentia in eodem subiecto, patet, quia tu dicis, quòd notitiam infusam, & notitiam acquisitam habuit de eodem obiecto. Tunc arguitur sic. istæ duæ notitiæ fuit eiusdem speciei: sed illæ sunt in intellectu: ergo duo accidentia eiusdem speciei erunt in intellectu eodem. Nota quod hic doctor arguit ad hominem.

Sco. arg. cõtra D. Tho.

Resp. D. Th.

Respondet B. Thomas negando consequentiam, quia istæ duæ notitiæ sunt alterius speciei, sicut notitia meridiana, & uespertina. Contra arguitur. Quandocunque sunt duæ notitiæ de eodem obiecto, & secundum eandem rationem formalem obiecti, illæ sunt eiusdem speciei: sed notitia acquisita, & infusa, sunt huiusmodi. ergo sunt eiusdem speciei. & notitia matutina, & uespertina, licet sint de eodem obiecto, non tamen secundum eandem rationem formalem obiecti, quia notitiæ matutinæ essentia diuina est primum obiectum, causans illam notitiam: & notitiæ uespertinæ obiectum ad extra est causa illius notitiæ. Item arguitur sic, distinctio specifica effectuũ, non ẽex distinctione specifica causarum. patet, quia calor productus a sole, & ab igne, est eiusdem speciei: sed illæ duæ species per quas producitur notitia infusa, & notitia acquisita sunt huiusmodi, ergo &c. Item. impossibile est de eodem habere duplicem notitiam perfectam: probatur, quia si altera sit perfecta, ergo altera superfluit. si dicas quod alia non superfluit, ergo ista alia non erat perfecta, ergo impossibile fuit animam Christi habere istam duplicem notitiam de eo dem obiecto.

Reprobatur resp. 1. ratio

2. rõ ad id.

3. rõ ad idẽ.

Contra rationem B. Thomæ, qua arguebat; Habens potentiam productiuam, potest exire in actum: sed Christus habebat potentiam productiuam, scilicet intellectum agentem, & possibilem: ergo &c. Dicit Scotus, quòd si illa ratio ualeret, sequeretur, quòd Beatus posset proficere, & acquirere notitiam de nouo, quod est falsum. Item sequeretur, quòd beati possent augmentari, cum habeant potentiam augmentatiuam. Item sequeretur, quòd Adam posset augmentari in statu innocentiæ, quod est falsum, quia Deus produxit eum in quan-

Arg. Sco. cõ tra rationẽ B. Th.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quantitate perfecta. Probatur, quia habebat potentiam augmentatiuam, sed hoc est falsum: ergo altera præmissarum, nō minor: ergo maior, scilicet quòd habens potentiam aliquam potest exire in actū. Et quod illa sit falsa. patet, quia quælibet potentia existens in aliquo, est nata exire in actum, hoc est falsum, quia potest habere duplicem sensum, secundū quòd duplex est ens, Quoddam perfectum. Aliud imperfectum. Ens imperfectum est illud, quod non habet actus completos pertinentes ad illas potentias sicut puer habens potentiam augmentatiuam est imperfectus, quia ad sic non est in termino. Aliud est perfectum, cuius potentia est præuenta ab agente superiori, sicut in Adam. Et ideo licet illa propositio habeat uerum de esse imperfecto, quod non augmentat terminos, tamen si sit aliquod ens, quod habeat potentiam, & quod sit prę uentum per aliquid aliud, sicut in Adam, tunc illa est falsa. Ita est in proposito de Christo, tenendo ut tenet B. Thomas; quod anima Christi habet species infusas, licet intellectus agens posset exire in actus suos, tamen quia intellectus fuit prę uentus a Deo, ideo intellectus agens non poterat exire in actum suum: ergo male dicitur, q̄ anima Christi houit per speciem infusam & per acquisitam.

Duplex ens perfectū. & imperfectū.

¶Si poneretur, &c.]

Dicit Henricus, quòd anima Christi cognouit omnia in uerbo habitualiter, ita quòd per unum habitum, & per infinitas attingentias, omnia cognoscebat: tamen hoc est impossibile, quia sequeretur, quòd ille habitus esset formaliter infinitus. probatur, quia repræsentare aliqua obiecta est perfectionis, & repræsentare centum est maioris, & repræsentare mille, est maioris, &c.

¶Ad quæstionem, &c.]

Pro responsione ad quæst. dicit Scotus, q̄ duplex est notitia, Quædam est abstractiua, Alia est intuitiua. Notitia intuitiua est, quæ est obiecti præsentis, ut præsens, & existentis, ut existens est in propria præsentia, uel in aliquo eminentiori, ita quòd ad notitiam intuitiuam, requiritur, quod obiectum sit existens ut existens, & hoc in propria existentia, uel in aliquo eminentiori, & hoc dicitur propter illa, quæ uidentur in essentia diuina, quæ cognoscuntur notitia intuitiua. Sed notitia abstractiua est illa, quæ est alicuius obiecti non præsentis, nec existentis, sed in suo repræsentatiuo: ut cognitio quā habeo de rosa per speciem intelligibilem.

Dupl. notitia, intuitiua, & abstractiua.

Notitia abstractiua, q̄ sit.

Infero primo, quòd opinio Gregorii de Arimino, quæ dicit, quòd de aliquo non existente, potest esse notitia intuitiua. est falsa.

1. coroll.

Secundo infero, quòd si aliquod obiectum esset annihilatum, adhuc posset cognosci abstractiuè. patet, quia potest cognosci per speciē intelligibilē. Vnde nota, q̄ inter istas duas notitias est quadruplex differentia, ut dicitur in quodlib. q. 13. Tamen nunc solum pono triplicem differentiam.

2. coroll.

Prima est, quia notitia intuitiua est obiecti præsentis, & existentis; abstractiua uero non.

3. differētia inter notitiā abstractiuā & intuitiuā assignatur

Secunda est penes differentias motiuas, quia in notitia intuitiua, obiectum motiuum ut præsens causat uisionem, siue cognitionem: sed in notitia abstractiua istud quod causat est species intelligibilis, repræsentans obiectum, ut patet in dormiente, qui habet speciem de argento, de auro, & non obiectum, quia forte obiectum est auricalcum, ideo obiectū non causat illam.

Tertia differentia est, quia notitia intuitiua habet duas relationes reales ad obiectum, sed notitia abstractiua habet duas relationes rationis. patet primo, quia notitia intuitiua habet dependentiam actualem ad obiectum, quæ est mensura ad mensuram: & alia est, quæ est attingentiæ ad obiectū, quæ nominatur relatio tendentiæ, siue uidentis ad obiectum. Sed in abstractiua est duplex relatio rationis, una est mensurabilis ad mensuram; alia est relatio ttingentiæ aptitudinalis, & terminatur non ad speciem intelligibilem, sed ad obiectum speciei intelligibilis, quod habet esse secundum quid, & diminutum, & ideo est relatio rationis.

Probatur q̄ sit duplex notitia primo de intuitiua. Probatur dari notitiā abstractiuā

Et quòd sit duplex notitia probo, primo de notitia intuitiua: quia quicquid est perfectionis in potentia sensitiua, debet attribui potentiæ intellectiuæ: sed perfectionis est in potentia sensitiua cognoscere intuitiue. patet, quia ego video colorem intuitiue: ergo ista notitia intuitiua debet attribui potentiæ intellectiuæ. De notitia abstractiua patet, quia aliqua potentia sensitiua cognoscit abstractiue: ergo etiam potentia intellectiua. patet antecedens, de phantasia, quæ est potentia sensitiua. Aliter probatur sic in secundo dist. 3. q. 9. Notitia scientifica est notitia abstractiua: sed istam habemus pro statu isto: ergo ponenda est in intellectu nostro. probatur minor, quia nos habemus notitiam scientificam. patet. omne totum est maius sua parte: numerus quaternarius est quoddam totum, ergo est maius sua parte.

Prima conclusio est ista. Notitia intuitiua, & abstractiua differunt specie. patet, quia notitia intuitiua Dei, & abstractiua, differunt specie: ergo notitia intuitiua, & abstractiua differunt specie. patet consequentia, quia una est beatifica, altera est non beatifica: ergo differunt specie, ratio formalis notitiæ intuitiuæ est obiectum præsens.

Secunda propositio. Intellectus in uita ista habet notitiam intuitiuam, & abstractiuam, de aliquibus obiectis. patet, quia intellectus cognoscit istam, paries est albus; tunc arguitur sic, ego cognosco istam propositionem esse ueram, & hoc non potest esse nisi ex intuitione extremorum: ergo &c. De abstractiua patet, quoniam quando ego sum absens, sum dubius, utrū iste paries sit albus, quia forte aliquis denigrauit, & tamē habeo notitiam de ambobus extremis.

Tertia propositio. De quocunque obiecto sensus habet notitiam intuitiuam pro isto statu, de eodem intellectus habet notitiam intuitiuam. patet, quia intellectus est nobilior potētia, quam sensus: ergo omnia obiecta, quæ poterit cognoscere sensus, poterit cognoscere intellectus.

Quarta propositio. De omnibus sensationibus quorumcunque sensuum habet intellectus noster notitiam intuitiuam. patet, quia intellectus noster format istam propositionē, oculus uidet, tunc arguitur. intellectus assentit huic propositioni, oculus uidet, & non potest assentire nisi cognoscat extrema: ergo &c.

Quinta propositio. Intellectus noster habet notitiam intuitiuam, de omnibus intellectionibus suis, & uolitionibus suis. patet, quia quis recordatur de illis, nullus autem intellectus recordari potest de obiecto, nisi prius cognouerit illud obiectum intuitiuè: sed intellectus noster recordatur de intellectionibus suis: ergo &c.

Sexta propositio. Intellectus meus habet notitiam intuitiuam de anima mea. probatur, quia intellectus format istā propositionē, anima est, ergo cognoscit extrema. probatur, quia nulla propositio contingens potest esse uera nisi ex intuitione extremorum.

Notitia intuitiua cognoscitur, et natura specifica, & singularis, & etiam abstractiua

Ad textum, Scotus ponit hic talem cōclusionem, quòd notitia intuitiua cognoscitur, & natura specifica, & singularis, & etiam notitia abstractiua. Pro solutione notandum primo, quod duplex est notitia abstractiua, scilicet actualis, & habitualis. Notitia abstractiua habitualis, est cognoscere actu aliquod obiectum repræsentatum in aliqua specie intelligibili, ut nunc cognosco patrem existentem in patria nostra. Sed notitia habitualis est quando obiectum est sic præsens intellectui in ratione actus intelligibilis, in aliquo representatiuo sic, q̄ intellectus potest pro libito exire in actum. exemplum. habeo nunc speciem intelligibilem de rosa, & intellectus habens illā, potest exire in actum considerandi rosam; & sic rosa est mihi habitualiter cognita.

Prima conclusio. Intellectus animæ Christi nouit omnes quidditates habitualiter per species infusas cognitione abstractiua, & pro illa quæro, Vtrum intellectus animæ Christi cognouerit omnia uniuersalia, notitia abstractiua habituali, ideſt, utrum intellectus animæ Christi habuerit species intelligibiles omnium quidditatum.

Respondeo, quòd intellectus animæ Christi cognouit omnes quidditates notitia abstractiua. i. habuit species intelligibiles omnium quidditatum.

Contra arguo, quòd non, quia Deus potest producere unā speciem de nouo, & illius speciei non habet spem intelligibilem: ergo. Respondeo, quod fortè non faciet, quia aliqui dicunt, quod omnes produxit: sed posito casu, dico quòd anima Christi habet omnem notitiam habitualem. probatur conclusio illa. Quicquid perfectionis est in intellectu creato debet attribui animæ Christi: sed cognoscere abstractiuè habitualiter est perfectionis in aliquo intellectu creato: ergo &c. Probatur quia quilibet intellectus creatus est potentia passiua ad recipiendum speciem omnium. Item. carere illis speciebus dicit imperfectionem: ergo habere illas dicit perfectionem: ergo illud debet attribui animæ Christi.

Secundo sic. Quicquid perfectionis accidentalis attribuitur angelis, attribuendum est animæ Christi: sed habere notitiam habitualem abstractiuam, attribuitur angelis: ut patet in secundo distinct. 3. quæst. 9. & 8. ergo hoc debet attribui animæ Christi. patet maior, quia licet anima Christi fuit minor in natu-

haturalibus, tamen fuit maior in gratuitis. probatur minor, quia maxima est perfectio, quod possint cognoscere omnes quidditates.

3. rō ad idē.

Tertio sic. Quod non repugnat intellectui creato, nec dicit imperfectionem, & est compossibile cum notitia in uerbo debet attribui animæ Christi: sed habere species intelligibiles non repugnat intellectui creato, nec est incompossibile cū notitia in uerbo: ergo &c. Probatur minor per Augustinum. Simul stant, cognoscere in uerbo, & in proprio genere: ergo possibile est, q̄ aliquis habeat notitiam abstractiuam de lapide in genere, propriè, & intuitiuè uideat in uerbo.

Dub. de cognitione habituali singularium. Primus modus dicēdi. Per species uniuersaliū non cognoscūtur singularia.

Diceret aliquis. Video bene, quòd anima Christi cognouit omnes quidditates, ideſt habuit species intelligibiles, quibus cognoscebat omnia habitualiter. Sed quæro, Vtrum cognouerit omnia singularia abstractiuè habitualiter, cum singularia sint infinita? Resp. q̄ primus modus dicendi est, tenendo, q̄ intellectus animæ Christi non habuerit nisi species intelligibiles omnium quidditatum uniuersalium. tunc dico, q̄ intellectus ille non cognouit singularia abstractiuè habitualiter. patet, quia species intelligibiles uniuersalis, non est ratio cognoscendi particularia, ut sicut Sortes addit ad hominem, ita addit ad intelligibilitatem, & sicut homo nō tot dicit, sicut Sortes, ideo non dicit totam intelligibilitatem. Item. Quod nō dicit entitatem alicuius, non dicit totam intelligibilitatem eius: sed superius non dicit totam entitatem inferioris: ergo non dicit totam intelligibilitatem inferiorem, & sic Christus potuit proficere, ideo non teneo istum modum.

Sēs modus dicēdi quem tenet auctor. Intellectus aīæ Christi habuit spēs uniuersaliū & singularium.

Secundus modus dicendi, quem teneo, est, q̄ intellectus animæ Christi non solum habuit species intelligibiles uniuersalium, sed etiam omnium possibilium, tam præteritorum, quàm futurorum, & præsentium. Et sic sunt infinitæ species singularium, ita q̄ sicut Deus uidet infinitas species possibiles, ita anima Christi. & hoc tenet de Bassolis, q̄ intellectus animæ Christi cognoui abstractiuè habitualiter omnia singularia possibilia, & sic anima Christi habuit infinitas species intelligibiles, nempe omnium singularium possibilium, & non solum uniuersalium.

Tertius modus dicēdi.

Tertius modus dicēdi est, q̄ si dicamus, q̄ intellectus Christi nō cognouit omnia singularia, possumus dicere, q̄ habuit species intelligibiles cōcreatas aliquorum singularium, sexistentium: sed tempore, quo Christus natus fuit, potuit causare speciem intelligibilem de iis, quæ uidit; sicut nos facimus & Angeli: quia Angeli possunt proficere a rebus acquirendo species intelligibiles: ita de Christo dicendum est, q̄ intellectus eius cognouit omnia singularia abstractiuè habitualiter, & postea in uita sua potuit cognoscere habitualiter, abstrahendo species intelligibiles: tamen ego magis teneo secundum modum dicendi.

Sententia auctoris.

Et ideo dico, q̄ intellectus animæ Christi cognouit in genere proprio abstractiuè habitualiter, non solum omnia uniuersalia, sed etiam singularia, tam præsentia, quam futura, & præterita, & etiam possibilia, quæ forte non essent.

Tollitur dubitat.

Sed contra. sequeretur, q̄ esset dabile infinitum in actu, q̄ est falsum. Dico, q̄ non est inconueniens in perfectionibus accidentalibus. Pro intellectu illius textus, Nec tamen oportet ponere, Quæro. Vtrum ponēdo, q̄ intellectus animæ Christi cognouit omnia, utrum potuerit cognoscere omnia abstractiuè actualiter, tam uniuersalia, quam particularia? Resp. q̄ licet intellectus animę Christi habuerit notitiam habitualem omnium obiectorum, non tamen actualem. Exemplum. Ego habeo species multas intelligibiles, non tamen omnes actu intelligo. probatur conclusio. quia notitia actualis in proprio genere, est secundum uirtutem naturalem ipsius intellectus, & non est simile cum notitia in uerbo, quia illa est a Deo: ió potest esse omnium. probatur cōclusio. Quia quælibet uirtus finita habet effectum adæquatum, ultra quem non potest: sed uirtus animæ Christi est finita: ergo habebit aliquos effectus sibi adæquatos: ergo actualiter non habuit cognitionem omnium. Ex quo infero, q̄ possibile est, q̄ aliquis habeat plures species intelligibiles, & q̄ actualiter non habeat notitiam actualem omnium illarum.

Dubitatur.

Solu. dubit.

Corollar.

De notitia intellectus aīæ Christi. intuitiua. Disp. notitia intuitiua.

De notitia intuitiua, quæro, Vtrū intellectus animæ Christi cognouerit actualiter omnia in genere proprio. Respon. q̄ duplex est notitia intuitiua: Quædam est perfecta, Alia imperfecta. Perfecta est notitia alicuius obiecti existentis, & præsentis in propria præsentia, & existentia. ut notitia intuitiua quā habeo de ista albedine est notitia intuitiua perfecta. Alia est imperfecta, ut opinio de futuro, uel memoria de præterito. Exemplum. ego recordor, q̄ heri ego uolebam bibere, ego nō recordor de illa actuali uolitione, ista est uolitia imperfecta. Aliud exemplum. ego opinor, q̄ nos uolebamus pulchrum tēpus. ista est imperfecta. Item. Notitia intuitiua perfecta est duplex: quia, Quædam est habitualis, Alia actualis. Notitia perfecta intuitiua habitualis est, quādo obiectum in propria præsentia est præsens intellectui in ratione actu intelligibilis, ita ut intellectus possit exire in actum intelligendi. Exemplum. iste liber est mihi actualiter præsens, habeo notitiam intuitiuam habitualem de isto libro. Sed notitia actualis est, quando cognosco obiectum præsens per motionem propriam illius obiecti: ut cognosco illum librum per motionem propriam illius libri. Prima conclusio. Intellectus animæ Christi non cognouit omnia obiecta intuitiue habitualiter in proprio genere, & hoc loquendo de notitia intuitiua perfecta. probatur conclusio; quia multa sunt obiecta, quæ non sunt nata cognosci in sua propria præsentia, uel in suo eminentiori, ut cognoscere, quòd Socrates est albus in essentia diuina; patet conclusio. Illud obiectum, Petrus sedet, non erat præsens aliquando quando Christus erat: ergo non habuit notitiam habitualem intuitiuam; ita quòd licet anima Christi cognosceret Petrū sedentem, uel Sortem currentem in uerbo, non tamen cognoscebat in proprio genere, quia Sortes currens, non erat præsens intellectui animæ Christi. Sed diceret aliquis, licet illa obiecta non sunt præsentia in se, tamen bene per speciem. Cōtra. Nulla ueritas propositionis contingentis potest cognosci per speciem intelligibilem: uel sic, Repræsentatiuum obiecti, quod abstrahit a præsentia, non repræsentat ipsum, ut præsens est: sed species intelligibilis repræsentat obiectum, ut abstrahit a præsentia, & existentia: ergo species intelligibilis nō est nata repræsentare obiectum in præsentia. Item. Illud obiectum, quod natum est præcisè cognosci notitia intuitiua, non potest cognosci per species intelligibiles: sed ueritates cognoscibiles de aliquibus contingentibus, sunt cognoscibiles præcisè notitia intuitiua: ergo &c. patet minor, quia ueritas contingentium non dependet ex cognitione terminorum: ergo si ista ueritas, paries est albus, non potest cognosci nisi cognitione intuitiua, non potest cognosci per species intelligibiles. oportet ergo cognoscere extrema, & unionem illorum ad hoc, quod aliquis habeat notitiam alicuius contingentis.

Notitia intuitiua perfecta dupl.

1 conclus.

Probatur concl.

Quō ueritates cōtingentes cognoscātur.

Et ideo requiruntur tria ad cognitionem propositionis cōtingentis.

3. Requiritur ad cognitionem ppositionis cōtingentis.

Primo, quòd illud sit existens: ut non cognosco ueridicè per syllogismum ueridicum, ideſt demonstratiuum abstracti uè, quod antichristus prædicabit, nisi ex fide.

Secundo requiritur, quod cognoscatur unio illorum extremorum: ideo si uiderem albedinem, & parietem, & tamen non uiderem, quod albedo esset unita parieti, non haberem ueritatem istius propositionis, paries est albus.

Tertio requiritur, quòd extrema illa sint actualiter cognita: & ista tria requirūtur ad hoc, quòd aliquis cognoscat propositionem contingentem.

Secunda conclusio. Postquam intellectus animæ Christi nō cognoscebat habitualiter intuitiuè omnia obiecta, nec etiam actualiter. Ex quo sequitur, quòd Christus potuit proficere quo ad istam cognitionem actualem intuitiuam, quia postquam fuit natus, immediate non cognouit Pilatum, sed postea cognouit Pilatum notitia sensitiua, & postea cognouit notitia intuitiua: bene tamen cognouit eum notitia in uerbo. Similiter de Iuda & sic de aliis obiectis est dicendum: & sit conclusio. Proficiebat Iesus sapientia quo ad notitiam actualem, & habitualem, non autem proficiebat quo ad notitiam abstractiuam, quia per illam omnia nouit ab instanti suæ conceptionis.

Dubitatur.

Consequenter pro intellectu textus Scoti, qui ponitur ibi, Similiter quantum ad intuitatem, quæro, Vtrum intellectus animæ Christi nouerit omnia in proprio genere notitia intuitiua imperfecta. Exemplum ego uolebam hæri bibere, ego nunc recordor illius uelle, & ille actus est notitia imperfecta; quia est obiecti non præsentis in propria præsentia. est tamen obiecti, quod alias fuit, & est imperfecta: quia non est obiecti præsentis, & existentis.

Solu. dubiū.

Ad dubium dico, quòd anima Christi potuit proficere in notitia intuitiua imperfecta, & de facto profecit. patet primo, aliquando uidit uirginem notitia intuitiua: & quando ipsa fuit absens, tunc ipse Christus recordabatur illius notitiæ intuitiuæ, per quam cognouerat uirginem matrem: unde recordatio habet actum humanum, & præteritum pro obiecto, ut dicit Scotus in 45. dist. quarti. q. 3. multum prolixè sed sic est, q̄ anima Christi potuit recordari de actu præterito

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obiicitur.

Soluit. obiectio.

De memoria duplici sradit ĝdã.

Triplex recordatiõ in recordatione.

Resolutio Doct.
1. Prop.

3. Prop.

1. Prop.

Aĩa Christi non potẽt de nouo acq rere ſpecies intelligibiles.
2. Prop.
3. Prop.
4. Prop.
5. Prop.
6. Prop.

Soluuntur princ. argu.
1. ſol. primi.

2. ſolu. ucra. Sacra Scripturaubi hiſtoriam narrat literali ter eſt accipienda.

ſ. quòd Chriſtus die Iouis in cœna uidit uirginem, & in die ueneris ſuæ paſſionis recordabatur de uiſione ipſius uirginis. ſimiliter ego recordor nunc hæri intellexiſſe, quæ recordatio eſt notitia imperfecta, quia eſt obiecti non præſentis.

Et ſi obiiciatur, ex te præſente non relinquitur niſi ſpecies intelligibilis obiecti: ergo aliquis nõ poteſt recordari de actu & per conſequens non poteſt habere notitiam illam imperfectam; quoniam in parte ſenſitiua non relinquitur niſi ſpecies ſenſibilis obiecti.

Pro reſponſione dixi, quòd de repræſente non ſolum relinquitur ſpecies aliqua in phantalia repræſentans illam rem.

Nota, quòd duplex eſt memoria. Quædam eſt ſenſitiua, quæ eſt in potentia phantaſtica, Alia eſt memoria intellectiua, & eſt ipſemet intellectus reſeruans ſpeciem actus præteriti, ut præteritus eſt. Exemplum. In potentia phantaſtica relinquitur ſpecies phantaſtica de roſa; & in memoria relinquitur ſpecies repræſentatiua, non ſpecies roſę, ſed ſpecies actus phãtaſiandi, ita quod quando habebam ſpeciem de roſa in phantaſia, cauſa erat in actu circa illud obiectũ, & ex illo actu phãtaſiandi cauſato, eſt ſpecies in memoria, per quam ſpeciem in memoria memoramur de actu præterito: & ſic de qualibet re cauſantur illæ duæ ſpecies. ita in intellectu, quando habeo roſam præſentem, & per illam poſſum cognoſcere roſam & poſtea ex illo actu cognoſcendi roſam cum intellectu cauſatur una ſpecies, & poſtea ego recordor cognouiſſe, & ſic diximus, ego recordor me uos uidiſſe in tali loco, & faciebatis hoc uel hoc.

Nota ulterius, quòd in recordatione triplex eſt recordatum. Primum eſt ipſius obiecti, & reſpectu illius non eſt recordatio. ſecundum eſt ipſius actus: & tertium eſt ipſius temporis. exemplum. ego recordor me uidiſſe Pariſius deſtructionẽ talem Dominæ noſtræ tali die, ibi ſunt tria repræſentatiua: primum eſt ille actus, qui eſt uidiſſe: ſecundum eſt deſtructio: tertium eſt temporis. ex quo infero, quòd per ſpeciem intelligibilem aliquis poteſt cognoſcere intuitiue rem abſentem, & hoc notitia imperfecta, non notitia perfecta. nullus enim recordatur de obiecto aliquo, ſed bene de actu, ut non recordor de uino, uel de domo, ſed ſolum recordatio tranſit in actum.

¶Conſequenter Doct. ſe reſoluit &c.]

Prima propoſitio. Intellectus animæ Chriſti didicit multa obiecta per notitias intuitiuas illorum cognitorum, ita ꝙ aliquando anima Chriſti non nouit in proprio genere aliqua obiecta, quia non erant ſibi præſentia.

Secunda. Intellectus animæ Chriſti acquirebat notitiam a rebus, notitiam, ſ. imperfectam, quia recordabatur poſt tempus, ꝙ uiderat Petrum &c. & ſic proficiebat anima Chriſti experimentaliter, quo ad notitias intuitiuas. Et pro reſponſione ponitur prima propoſitio. Anima Chriſti non proficiebat quo ad notitiam habitualem abſtractiuam, quia illud proficere eſt poſſe acquirere ſpeciem intelligibilem de nouo: ſed anima Chriſti non potuit acquirere ſpeciem intelligibilem ab obiecto, quia a principio fuerunt ſibi omnes ſpecies cõcretæ.

Sed contra. Dictum eſt, quòd acquirebat actus ſpecies recordationis. Reſpondeo, ꝙ illa ſpecies eſt de notitia imperfecta. Secunda propoſitio. Anima Chriſti non proficiebat quo ad cognitionem rerum in uerbo. Tertia. Anima Chriſti proficiebat quo ad notitiam actualem abſtractiuam. patet, quia licet haberet omnes ſpecies omnium obiectorum, non tamen ſimul omnia intelligebat. Quarta. Anima Chriſti proficiebat notitia habituali intuitiua. Quinta. Anima Chriſti proficiebat quo ad notitiam actualem. Sexta. Intellectus animæ Chriſti proficiebat quo ad notitias intuitiuas imperfectas. patet, quia hodie uidebat matrem ſuam, & craſtina die recordabatur uiſionis præteritæ, quæ erat in eo quædam notitia imperfecta, quæ eſt notitia actuum præteritorum.

Ad argumenta primo ſic. Lucę ſecũdo dicitur, quòd Chriſtus proficiebat ætate & ſapientia &c. Tunc ſic. Quicunque proficit, neſciuit omnia: ſed anima Chriſti proficiebat: ergo neſciebat omnia. Reſp. aliqui hæretici, ꝙ proficiebat quo ad apparentiam. i. apparebat præſentibus, ꝙ proficeret diſputando cum gentib. Contra. Ambroſius dicit, ꝙ ſecundum rei ueritatem poſicicbat. ideo Reſp. ꝙ intellectus animæ Chriſti ſecundum rei ueritatem proficiebat in cognitione, & non ſecũdum apparentiam tãtũ, immo de facto proficiebat. Et Euangeliſtæ narrant hiſtorias, ideo accipiendæ ſunt ſecundum ſenſum literalem, quando Euangeliſtæ dicunt, dicit Ieſus diſcipulis ſuis, oportet hoc capere ad literam. & quando Chriſtus loquitur, ſimile eſt regnum, oportet hoc capere ſecundũ ſententiam tropologicam, & ſecundum ſententiam, quã faciunt in figuris ſuis, ſed illa uerba Lucæ. 2. debent accipi ſecundum ſenſum literalẽ, quia aliter nos poſſemus exponere alios paſſus, dicendo, cum in reſurrectione Angelus dicit mulieribus, ſurrexit non eſt hic, uerum eſt ſecundum apparentiã, quod eſt falſum: quia ille locus debet exponi ad literam.

Chriſtum ꝑficere dupl.

Notandum, quod Chriſtum proficere, poteſt intelligi dup. Vno modo, quo ad cognitionem abſtractiuam habitualem, & ſic non, Alio modo, quo ad notitiam actualem, & experimentalem, & ſic concedo: ita ꝙ quando dicitur ad Hæbreos quinto. didicit ex his, quæ paſſus eſt &c. uerũ eſt quo ad notitiam actualem, & non quo ad notitiam habitualem abſtractiuam.

2. princip.

Secundo ſic. Quiliber uiator poteſt acquirere habitum ex pluribus actibus cauſatis ab obiecto: ſed Chriſtus fuit uiator, ergo generauit ſibi habitum, ergo non nouit omnia. maior eſt Ariſt. ut habetur in textu. Pro reſponſione eſt notandum, ꝙ minor non debet ſimpliciter concedi, ꝙ Chriſtus fuit uiator, quia erat compræhenſor: & hoc poteſt dupliciter intelligi, Vno modo ſimpliciter, ut ille eſt ſimpliciter uiator, qui nõ uidet eſſentiam diuinam, & ſic nos ſumus uiatores. Alio modo ſecundum quid, ſ. ſecundum corpus, & quo ad poſſe mereri: & ſic Chriſtus fuit uiator, quia non habebat dotes corporis, & etiam diſpenſatum eſt, ꝙ ipſe meruerit ſibi, quantum ad dotes corporis, & nobis gratiam, & gloriam. Ad arg. ref. ꝙ cognitio, quæ eſt uiatoris quantum ad habitum, qui cauſaretur ex actibus, quo ad aliquid eſt neceſſaria, & quo ad aliquid non: quia quoad notitias intuitiuas neceſſarium eſt, ꝙ cauſentur immediatè ab obiecto, & terminentur ab obiecta, non tamen eſt neceſſarium, quo ad notitiam abſtractiuã, quia illa cognitio abſtractiua fit non ſolum a ſpeciebus acquiſitis, ſed etiam a ſpeciebus infuſis. Chriſtus autem quo ad notitias abſtractiuas non acquiſiuit notitiam a rebus, immo fuerunt ſibi concreatæ, & cognoſcebat Antichriſtum per ſpeciem intelligibilem, quæ ſibi erat data, & concreata a Deo.

Contra ſolutionem inſtatur.

Contra arguitur ſic. Omnis notitia abſtractiua præſupponit notitiam intuitiuam: ſed Chriſtus nõ habuit ſpeciem mediante notitia intuitiua priore. ergo &c. Reſpond. ꝙ aliquid eſt uerum regulariter, ſed non in caſu: quia, ſi Deus cauſaret mihi ſpeciem intelligibilem de aliquare, ego illam rem cognoſcerem, licet prius non cognoſcerem intuitiue.

Sol. inſtãtiæ

Tertio ſic. Quilibet homo rationalis poteſt per diſcurſum procedendo a principiis notis duenire ad concluſiones ignotas, & aliquid de nouo adiſcere: ergo & Chriſtus. ergo neſciuit omnia. Pro reſponſione nota, ꝙ diſcurſus non ſemper facit cognitionem de concluſione, ſed aliquando facit uti cognitione præhabita. dicitur primo poſteriorum. Demonſtratio eſt ſyllogiſmus a priori faciens ſcire, ut poſito, ꝙ ego ſciã perfectiſſimè iſtam concluſionem, homo eſt riſibilis, & poſtea faciam iſtum diſcurſum, omne animal eſt riſibile: omnis hõ eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis: ego non acquiro mihi habitum perfectiorem de concluſione, quia prius habui perfectiſſimum per caſum, ſed ſolum ego utor notitia præhabita. Et ſi arguatur. pono caſum, ꝙ ego ſciam perfectiſſimè iſtam concluſionem, homo eſt riſibilis. Tunc arguitur ſic Demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire: ſed iſte ſyllogiſmus eſt demonſtratio: ergo facit ſcire. Reſpõ. ꝙ iſta definitio demonſtrationis intelligitur, ꝙ demonſtratio facit ſcire, niſi prius fuit præhabita cognitio. ſic eſt dicendum ad iſtud arguod Chriſtus omnia nouit notitia abſtractiua habituali, & quando poſtea diſcernebat, ſolũ utebatur notitia præhabita.

Soluitur 3. principio. Diſcurſus non ſemper notificat cõcluſionem.

Dub.

Solu.

Conſequenter facit unum arg. probando, ꝙ intellectus animæ Chriſti non cognouit Sortem ſub propria ratione ſingularitatis. Arguit ſic, Nullus noſtrum poteſt cognoſcere ſingulare ſub propria ratione ſingularitatis: ergo nec Chriſtus. patet antecedens per Scotũ in ſua meth. quoniam ponantur hic duo oua, illa non cognoſco ſecundum proprias rationes eorũ quia ſi ego uertam me, & aliquis uertat illa duo oua, ego nõ cognoſcam, niſi forſan præcisè per accidentia. probatur conſequentia, quia Chriſtus erat eiuſdem ſpeciei cum nobis, quo ad naturam humanam, & ſecundum intellectum.

Quod ſingulare non cognoſcatur ſub propria rõne ſingularitatis ſequitur.

Reſp. ꝙ iſta negatio non eſt in nobis, ut repugnat intellectui, inquantum intellectus eſt, cognoſcemus. n. ſingulare in patria, ſub propria ratione ſingularitatis: ſed ineſt pro ſtatu iſto. Notandum, ꝙ intellectus poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo in quantum intellectus eſt, & ſic non cõuenit ſibi illa negatio, quæ eſt non intelligere ſingulare ſub propria ratione ſingularitatis. Alio modo pro ſtatu iſto, & pro ſtatu pecati: & in hoc conuenit nobis, ꝙ non poſſumus intelligere ſingulare ſub propria ratione ſingularitatis: quia in cauſatione

Solu. argu. Singularitas nõ repugnat intellectui, ſed tãtũ ꝓ ſtatu iſto. Intellectus dup. põt cõſiderari.

ne notitiæ phantaſticæ eſt duplex non cauſandi, ſcilicet quod & iſtud eſt ſingulare: & aliud eſt quo, ſcilicet natura humana: & cum natura non ſit ratio cognoſcendi ſingulare, ideo non poteſt cognoſcere ſingulare ſub propria ratione: & propter cognitionem potentiæ phantaſticæ, cum intellectu, ſic, quòd intellectus nihil poteſt cognoſcere, niſi conuertendo ſe ad phantaſmata: & cum ratio ſingularitatis non poſſit cadere ſub phantaſia, ideo non poſſumus cognoſcere ſingulare.

De cõnexione intellectus & phãtaſiæ vide hunc auctorem ibi anse argu. ſolutionem.

Quæro. Vtrum prouenial ex connexione potentiarum? Reſpondet Scotus in primo diſtin. 3. quæſtio. 3. Et ponit quatuor propoſitiones. Prima. Connexio potentiarum, ſcilicet intellectus cum phantaſia non eſt ex natura intellectus, inquantum intellectus eſt. patet, quia anima ſeparata in patria habet intellectum, & intelligit ſine hoc, quòd conuertat ſe ad phantaſmata. Secunda. Connexio potentiarum non eſt ex parte intellectus, ut eſt in corpore humano. patet iſta propoſitio, quia anima eſt nunc in paradiſo in corpore Chriſti, & quando nũc intelligit, non conuertit ſe ad phantaſmata. Tertia. Connexio illarum potentiarum non, eſt ex parte intellectus, ut eſt in homine uiatore. patet, quia Adam in ſtatu innocentiæ fuit uiator, & tamẽ non habebat iſtam connexionem potentiarũ, quia intelligebat ſine hoc, quod conuerteret ſe ad phantaſmata. Quarta. Connexio potentiarum eſt ex mera iuſtitia Diuina puniente peccatum Adæ in ſe, & in nobis, quia Adam poſt quam peccauit, habuit iſtam connexionem potentiarum, ita quòd oportebat, quòd quando uolebat intelligere, quòd conuerteret ſe ad phantaſmata: & ante peccatum nõ oportebat. Ex quo ſequitur, quòd ſi aliquis crearetur a Deo, non haberet iſtam connexionem potentiarum. Vnde Auguſtin. 15. de Trin. cap. 5. ò anima mea, quæ eſt cauſa, ut ipſam lucem uidere non poſſim? Reſpondet anima, Vtique infirmitas. Et quærit Auguſt. quis eam tibi fecit? Reſpondet anima, Primi parentis utique iniquitas.

1. Prop.

2. Prop.

3. Prop.

4. Prop.

5. Prop.

6. Prop.

7. Prop.

8. Prop.

Reſoluit mater deuotia animæ Chriſti.

Pro reſolutione de notitia animæ Chriſti, pono aliquas ꝓpoſitiones ſecundum diſtinctiones habitas de notitia intuitiua, & abſtractiua.

Prima propoſitio. Intellectus animæ Chriſti perfectiſſimè nouit omnia notitia intuitiua, quæ eſt in uerbo. patet; quoniam Deus quicquid perfectionis in anima Chriſti potuit facere, fecit: ſed hoc potuit facere: ergo &c. Ex quo ſequitur, ꝙ anima Chriſti non proficiebat hoc modo ſapientia, quia omnium rerum habebat notitiam in uerbo.

Secunda. Intellectus animæ Chriſti cognouit omnes quiditates in proprio genere abſtractiue habitualiter. Intellectus animæ Chriſti habuit ſpecies intellectuales omnium quiditatum, & ſic non potuit perficere, quia omnes habebat.

Tertia. Intellectus animæ Chriſti cognouit omnia ſingularia abſtractiuè habitualiter in proprio genere: & quo ad hanc concluſionem dico probabiliter, quia habuit ſpecies intellectuales omnium ſingularium, & ſic non potuit proficere a rebus, acquirere dico notitiam a ſingularibus.

Quarta. Intellectus animæ Chriſti non cognoſcebat omnia notitia abſtractiua actuali: patet, quia uirtus naturalis intellectus Chriſti non poterat ſe extendere ad omnia quorum ſpecies habebat: ſed modo cognoſcebat unum, modo aliud, & cõ ſequenter aliud.

Quinta. Intellectus animæ Chriſti non cognouit omnia in proprio genere intuitiue habitualiter. patet, quia cognoſcere intuitiuè habitualiter, eſt habere præſentialitatem obiecti: ſed non habebat præſentiam cuiuſcunq; obiecti: ergo &c.

Sexta. Intellectus animæ Chriſti non cognouit omnia intuitiuè actualiter in proprio genere. patet, quia multa obiecta non erant ſibi præſentia: ergo non potuit cognoſcere. patet, quia non cognouit me, quia non eram ſibi præſens.

Septima. Intellectus animæ Chriſti non cognouit omnia quo ad notitiam habitualem imperfectam. patet, quia multos actus poterat elicere, qui cauſarent ſpeciem in intellectu animæ Chriſti, & mediãte illa acquiſiuiſſet notitiam imperfectam: ſed multas non elicuit: ergo &c.

Octaua. Intellectus animæ Chriſti cognouit omnia notitia intuitiua imperfecta actuali. patet, quia poſtquam non habuit omnes ſpecies omnium actuum, quas poterat habere, quia non recordabatur omnium, quæ poterat recordari, & ſic perficiebat hoc modo: nec eſt dubium, quin actus præteritus cauſet ſpeciem, per quam ego recordor actum præteritũ. Exemplum. heri ego uidi talem hominem, & ego recordor nunc illum uidiſſe: ſunt tria in intellectu meo quæ cauſant illum actum recordationis. Primo obiectum cauſat ſpeciem intelligibilem. Secundo iſta ſpecies intelligibilis cum intellectu, cauſat notitiam de illo homine, quem uidi. Tertio ille actus, per quem ego uidi heri illum hominem, cauſat in intellectu meo unam ſpeciem, per quam ſpeciem cauſatã ab actu illo, ego habeo nunc iſtum actum, qui eſt recordari, quoniam ego recordor me uidiſſe illum hominem. Hoc habet Scot. in 4. diſ. 45. q. 3. & Landulphus dicit, quòd B. Paulus poſt raptum habuit duas ſpecies in intellectu ſuo. Prima erat ſpecies repręſentatiua eſſentiæ diuinæ, quæ diſtincte repræſentabat ſibi poſt raptum eſſentiam diuinam: & ſecunda ſpecies erat de actu uiſionis eſſentiæ diuinæ, per quam ſpeciem recordabatur ſe uidiſſe eſſentiam diuinam, quod ipſe teſtatur. Scio hominẽ ante annos quatuordecim uidiſſe arcana Dei, quæ non licet homini loqui &c. Et iſta notitia imperfecta, eſt illa, quæ tranſit ſuper actum, ut præteritus eſt. Ex illis octo concluſionib. patet, quomodo Chriſtus profecit in quinque ultimis concluſionib. & in trib. non profecit ſecundum tres primas concluſ.

QVAESTIO QVARTA.

De qualitate cognitionis animæ Chriſti. Perfectiſſimè dup. exponitur. Duplex noticia.

QVARTO quæritur. Vtrum anima Chriſti &c. Nota, ꝙ dictum eſt, ꝙ Chriſtus cognouit omnia in proprio genere, quæritur hic, utrum perfectiſſime nouerit. Pro quo nota, ꝙ perfectiſſimè eſt ſuperlatiuus gradus, qui poteſt exponi affirmatiue, & negatiue. Affirmatiuè ſic; perfectiſſimè nouit, i. nouit omnia perfectè, & omni alio perfectius. Alio modo negatiuè. i. nouit ea perfectè, & nihil eis nouit perfectius. hic debet exponi negatiuè. Nota ſecũdo, ut dictum eſt, ꝙ duplex eſt notitia, Quædam eſt matutina. Alia eſt ueſpertina. Vna uocatur notitia in proprio genere, quæ habeẽ de obiecto, quę eſt duplex. ſ. intuitiua, & abſtractiua. Et quærit doct. de utraque. Ad qõ. reſp. per quinq; concluſiones, & diſtinctiones. Prima diſtinctio. Duplex eſt cognitio, Quædam eſt actualis. Alia eſt habitualis. Cognitio habitualis obiecti eſt, quando obiectum eſt præſens potentiæ intellectiuæ in ratione actus intelligibilis, ſiue in ſe, ſiue in ſpecie intelligibili, ita quòd ſtatim intellectus poſſit exire in actum. Actualis eſt, quando obiectum eſt præſens in propria præſentia, & ideo quæritur primo, Vtrum intellectus animæ Chriſti perfectiſſime nouerit omnia in proprio genere abſtractiuè; & utrum habuerit omnes ſpecies intelligibiles. Reſpondetur, ꝙ ſic. patet concluſio, quia anima Chriſti fuit collata ſumma gratia: ergo probabile eſt ipſam cognoſcere omnia obiecta. patet a ſimili, quia Deus fecit circa animam Chriſti quicquid potuit. Sed dubitaret aliquis, Vtrum habuerit notitiam actualem perfectiſſimam de omnibus obiectis? Reſp. ꝙ duplex eſt notitia actualis, quædã eſt intuitiua, ut quando obiectum præſens apprænditur a potentia. Alia eſt actualis abſtractiua, & eſt quando obiectum apprænditur non in ſe, ſed in ſuo repræſentatiuo.

Dubit. tollitur. Actualis notitia dupl. 2. concl.

Secunda concluſio. Intellectus animæ Chriſti non cognouit notitia actuali abſtractiua perfectiſſime omnia obiecta in proprio genere, nullo facto miraculo patet, quia quando intellectus animæ Chriſti non eſt perfectiſſimus, immo intellectus Angelicus, tunc arguitur ſic. Quanto intellectus eſt perfectior cæteris paribus, tanto notitia eſt perfectior: ſed intellectus Angelicus eſt perfectior intellectu animæ Chriſti: ergo potuit elicere perfectiorem notitiam, quàm intellectus animæ Chriſti. Et hoc prouenit ex inæqualitate cauſarũ, & hoc nullo facto miraculo: quia ſi fieret miraculũ, intellectus Chriſti eſſet perfectior: quia ſi Deus ſuppleret actualitatem in anima Chriſti, tunc anima Chriſti perfectiorem intellectionem eliceret, quàm intellectus Angeli.

Diceret aliquis ponamus, ꝙ Deus cauſaret ſpeciem intelligibilem perfectiorem in anima Chriſti, quam ſit ſpecies intelligibilis Angeli, & excedens tanto, quanto intellectus Angeli eſt perfectior intellectu animæ Chriſti, & ꝙ ſpecies intelligibilis ſit perfecta ut duo, & ſpecies animæ Chriſti ut quatuor. Certum eſt, ꝙ natura animæ Chriſti eſſet perfectior, quàm natura Angeli. Hoc poſito ponitur. Tertia concluſio. Poſſibile eſt aĩam Chriſti habentem ſpeciem intelligibilem perfectiorem ſpecie intelligibili Angeli, producere perfectiorem notitiam quam Angelus: quia illa ſpecies animę Chriſti ſuppleret imperfectionem animæ Chriſti, & licet anima Chriſti tanquã cauſa partialis ſit imperfectior intellectu Angeli, tamẽ cauſa totalis, ut intellectus animæ Chriſti cũ ſpecie intelligibili, eſt æqualis intellectui Angeli, & ſic fuit factũ, quod Deus produxit ſpecies intelligibiles perfectas, quib. aĩa Chriſti potuit elicere notitiam perfectiſſimam abſtractiuam: ſed hoc fuit miraculum, & fuit neceſſitas, quia fuit excellentiſſima natura.

3. concl. probabilis.

Sed de notitia intuitiua, quæro, Vtrum intellectus aĩę Chri

4. concl.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti cognouerit intuitiuè pfectissimè. Resp. Intellectus aię Christi nō cognouit perfectissimè intuitiuè in proprio genere obiectū nullo facto miraculo, sicut intellectus Angeli. patet quia notitia intuitiua est obiecti præsentis ut præsens est: causa huius notitiæ est æqualis ex parte obiecti, sed ex parte intellectuū est inæqualis; ideo intellectus Angeli potuit perfectius cognoscere obiectum, quàm anima Christi.

5. prop. Tamen dico, quòd quando intellectus intelligebat aliquod intellectum, ttia concurrebant, scilicet intellectus animæ Christi, obiectum, & Deus, & ideo perfectiorem notitiam habuit, quàm quicunque Angelus: sed hoc non fuit sine miraculo. Quæro, Vtrum intellectus animæ Christi cognouit omnia in uerbo. i. in essentia diuina. Respondeo. Quinta propositio. Intellectus animæ Christi perfectè cognouit omnia obiecta secundaria in uerbo, tanquam in primario obiecto terminante. patet, quia probabile est, quòd Deus fecerit circa istam animam quicquid potuit facere, & hoc per unum actum, & infinitas attingentias.

DISTINCT. DECIMAE QVINTAE.

QVAESTIO VNICA.

De passione in aia Christi. Portio superior dupl.



IRCA distinctionem decimamquintam. Quæro, Vtrum in anima Christi secundū portionem superiorem potuerit esse uerus dolor. Notandum primo, quòd portio potest capi dupliciter. Vno modo impropriè, & sic accipitur pro parte intellectiua: & per oppositum portio inferior capitur pro parte sensitiua improprie. Prima propositio. Ista dicunt distinctas potentias essentialiter distinctas. patet, quia portio superior dicit intellectum, & uoluntatem: & inferior dicit sensualitatem. Secunda propositio. In anima separata non inuenitur portio superior, & inferior hoc modo. patet, quia licet in eis sit intellectus, & uoluntas, non tamen inuenitur in eis appetitus sensitiuus: & hanc distinctionem ponit Buridanus in suis Ethicis. & hic non quæritur sic. Alio modo capitur propriè, eo modo, quo Augustinus accipit, & sic portio superior est intellectus, & uoluntas respicientes Deum: & portio inferior est idem intellectus, & uoluntas, ut respiciunt creaturas. Exemplum. Quādo intelligo Deum, & diligo Deū, tunc est portio superior: & quando intelligo creaturas, & eas uolo, est portio inferior. Et sic loquitur Augustin. dicens, q portio inferior non distinguit nisi penes officia, & de hac loquitur Scotus in secundo dist. 24.

Portio superior & inferior ppriè.

Portio superior dupl.

Notandum ulterius, q portio superior potest capi dupliciter. Vno modo strictè, Alio modo largè. Primo modo est intellectus, & uoluntas respicientes immediatè essentiam diuinam, & sic impossibile fuit animam Christi habere tristitiam. largè est intellectus uoluntas respicientes obiecta secundaria in ordine ad Deum. Exemplum. quando Sortes intelligit Platonem, & diligit Platonem propter Deum, ibi est portio superior largè accipiendo. Vnde Deus præcepit, quòd diligamus Christum, & quòd sic faciamus aliquod bonum opus propter Deum, tunc est portio superior. Nota quod Doct. magis quærit de portione superiori hoc modo, quam primo modo: quia de obiecto beatifico Christus non potuit habere dolorem, & sic capitur hic portio superior pro intellectu, & uoluntate, ut respiciunt temporalia in habitudine ad Deum.

Dupl. pœna in Christo. Dolor dupliciter.

Notandum, quòd in passione Christi est duplex pœna, scilicet dolor in appetitu sensitiuo, & tristitia in appetitu intellectiuo. Nota quod dolor capitur dupliciter. Vno modo generaliter: Alio modo specialiter. Primo modo est commune ad tristitiam, & dolorem propriè sumptum, sicut in parte rationali est bene dolor: & sic quærit quæstio. Vtrum scilicet dolor, ut est unum commune ad tristitiam, & dolorem proprie dictum &c. Alio modo specialiter, ut est passio appetitus sensitiui: & sic non queritur in titulo, sed inferius. Dolor proprie sumptus, est quædam passio subiectiua in appetitu sensitiuo existens, causata ex obiecto disconuenienti læsiuo sensus, uel carnis. Pro prima particula, in qua dicitur, quòd dolor est passio, Nota, quod passio est duplex, scilicet naturalis, & animalis. Passio animalis est, quæ inest alicui secundum potentiam sensitiuam, & est dolor. Passio naturalis, sicut caliditas, frigiditas. Secunda particula est, sensibilis; per quam excluditur tristitia. Tertia est, subiectiuè existens; Ex quo sequitur, quòd dolor non ponitur in uoluntate. Nota, quòd obiectum præsentatum ipli potentiæ sensitiuæ facit quatuor in potentia sensitiua: ut ignis circa manum meam, primo causat speciem sensibilem sui, scilicet calorem Secundo actum sentiendi: Tertio appetitus refutat illum calorem. qui potest uocari uolitio: & quarto causatur dolor. Ex quo sequitur, quòd dolor distinguitur tam ab actu apprehendendi obiectum, quàm a specie sensibili. Quarta particula est, causata a disconuenienti obiecto, ut potentia, quæcunque sit, quando approximatur obiectum disconueniens, causat dolorem: & hoc naturaliter, ut patet de uino infecto. Quinta particula est, læsiua carnis, uel sensus. Dicit de Nogento, quòd dolor capitur dupliciter, Vno modo large pro displicentia appetitus sensitiui, ut quando uisus uidet obiectum turpe dolet, ut de naso quando olfacit fœtorem, dolet: & sic non capitur in quæstione.

Passio dup.

Alio modo prout est passio existens in appetitu sensitiuo potentiæ tactiuæ: & sic dolor propriè inuenitur in potentia tactiua. & sic erat dolor propriè in Christo, quando configebatur clauibus. Vnde dicit Augustinus, quòd dolor est offensio animæ ex carne, & ab eius passione quæcunque dissensio carnis, quia dissensio non est nisi refutatio appetitus sensitiui. Scotus dicit in primo, quòd dupliciter est prædicatio, scilicet formaliter: ut quando dicitur, homo est animal, uel homo est albus: Alia est causalis, quando causa prædicatur de effectu, & sic capitur hic in definitione, quam dat Augustinus de dolore.

Dolor quid scdm D. Augustinum.

Prædicatio duplex.

Nota, quòd tristitia est passio animæ causata ab iis rebus, quæ nobis nolentibus accidunt. Primo est passio animę, & sic non est passio appetitus sensitiui. Secundo dicitur, quæ nobis &c.

Tristitiaqd.

Ex quo sequitur, quòd differt a dolore, quia tristitia causatur ex obiecto uolito: ut si homo nollet incurrere mortem, & incurreret, ex illo nolle sequitur tristitia, & quando aliqui debent decapitari, dicit philosophus, quòd non dolent, sed magis tristantur.

Tristitia cāsatur ex nolitione & ex uolitione.

Nota, quòd non solum tristitia causatur ex nolitione, sed ex uolitione. Exemplum. Aliquis in licentia uult primum locum: si non habeat, ex hoc causatur tristitia. Et sic dicit Augustinus. tristitia est quædam dissensio, & sequitur dissensionem ab iis rebus, quæ nobis nolentibus accidunt.

Solu. dubit.

Nota, quòd ista authoritas uidetur facere pro Gregorio, qui dicit, quòd tristitia idem est quòd nolitio: sed dicendum est, quòd in definitione non est prædicatio formalis, sed magis causalis, uel per concomitantiam, quia damnati habent uolitionem aliquam, & non habent delectationem.

Quadrupl. differentia inter dolorem & tristitiā.

Ex quo sequitur, quòd differentia inter dolorem, & tristitiam est quadruplex. Prima est, quod dolor est in parte sensitiua, tristitia autem in parte rationali, idest in uoluntate. Secunda, quia dolor est subiectiuè in appetitu sensitiuo, & tristitia in uoluntate. Tertia est ex parte causæ, quia dolor causatur ex dissensione, & refutatione appetitus sensitiui: sed tristitia consequitur nolitionem. Quarta est, quia tristitia inuenitur tam in anima separata, quam coniuncta; tam in Angelis malis, quàm in hominibus: sed dolor præcisè inuenitur in hominibus, & brutis.

Sensus titulj qstionis.

Ex quo sequitur contra Landulphum de pœnis inferni dicentem, quòd anima habet uerum dolorem, quia in anima non est dolor. Quærit ergo quæstio, Vtrum in anima Christi secundum portionem superiorem, potuerit esse uerus dolor, & tristitia. Hic præsupponitur quòd in Christo fuerit dolor, & hoc etiam est certum. Sed cum in portione superiori fuerit beatitudo quomodo fuit possibile, quòd de eodem obiecto fuerit gaudium, & tristitia, est dubium: ideo hoc quærit quæstio Doctoris. Arguitur sic. pro utraque parte. In oppositum arguitur, probando, quòd in Christo, secundum portionem superiorem fuit uerus dolor, & hoc sic Quolibet dolore non attingente portionem superiorem, est dabilis maior: sed dolor Christi fuit maximus dolor: ergo attingit illam portionem superiorem. Vnde hic mouetur dubium. Vtrum dolor Christi fuerit maximus dolor. Dicit Petrus de Nogento, quòd maximum dolorem esse in anima, potest dupliciter intelligi. Vno modo comparando illum ad dolores uiatorum, sicut dicimus de martyribus, quòd passi sunt magna tormenta. Alio modo comparando illum non solum ad istos dolores, sed etiam ad dolores omnium damnatorum.

Arguit pro parte affirmatiua.

1. ratio. Dub. utrum Christi dolor fuerit maximus.

Maximū dolore esse in aīa dupl. ptē intelligi.

1. prop. Pœna Christi nō æquatur pœnis dānatorum.

Prima propositio. Dolor animæ Christi non fuit maximus simpliciter: patet, quia pœna damnatorum est maior, quia percipiunt certitudinaliter, quòd nunquam sunt saluandi, sed q in sempiternum debent illas pœnas sustinere: & ideo minimus damnatorum habet maiorem pœnam, quàm habuerit anima Christi.

2. pr. pos.

Secunda. Dolor animæ Christi fuit maximus inter dolores omnium uiatorum, quia nec Laurentius assatus, nec Bartholomæus excoriatus, uel alius martyrum passus est tantum, nec tam acerba tormenta, ideo dicebat Christus, Tristis est anima mea usque ad mortem: quod exponit Nicolaus, intensiuè, & extensiuè, sic quòd nullus fuit maior illo. Vnde Doctores conuenienter dicunt, quòd pœnæ Christi fuerunt intensiuè, & ideo bene dicit, quòd dolor fuit maximus sic, quòd nullus fuit maior illo.

Passio Christi fuit maxima pp quæuer.

Nota, quod aliqui Iudæi dicebant animam esse in capite, ideo posuerunt sibi coronam spineam: Alii dicebant, quòd erat in corde, ideo latus lancea perforauerunt. Alii dixerūt, animam esse in sanguine, ideo per tormenta, & diuersa, totum sanguinem effuderun t: & ideo fuit passio Christi maxima propter 3 quatuor primo propter causam passionis. Secundo propter modum patiendi. Tertio propter conditionem patientis. Quarto propter puritatem passionis, quia in aliis martyribus. dicit B. Thomas, fiebat deriuatio, idest confortatio uirium superiorum ad inferiores, ut patet de B. Laurentio, qui dicebat, Assatum est, iam uersa, & manduca, sed non sic de Christo, quia tantum passus est quantum potuit pati. ut patet per expositionē illius dicti. Ely, Ely, Lamazabatani, idest Deus, Deus meus &c.

a. rō ad idē.

Item arguitur sic secundo. Quodlibet meritum est in portione superiori, quia quodlibet meritum respicit Deum pro fine: sed Christus in passione sua meruit: ergo ille dolor fuit secundum portionem superiorem.

3. ratio.

Item. Quæcunque satisfactio pro peccato Adæ, debet esse secundum portionem superiorem; sed Christus satisfecit pro peccato Adæ: ergo &c. probatur maior: quia satisfactio debet correspondere culpæ: sed illa culpa erat contra Deum immediatè secundum portionem superiorem.

4. ratio.

Item. Omne uiolentum est inuoluntarium, & triste; sed mors Christi fuit uiolenta: ergo &c. probatio minori, quia Christus non fuisset mortuus naturaliter, nec senio defecisset Item. Mors non est nobis naturalis, sed inflicta propter peccatum Adæ.

5. rō ex Damasc.

Item probatur. quod in anima Christi fuerit uerus dolor secundum portionem superiorem, quoniam dicit Damascenus, quòd anima Christi timebat, & tristabatur de diuisione animæ à corpore: quia conditor, idest Deus uoluit illam animam esse unitam corpori: & etiam anima uolebat illam unionem, quia ex illa diuisione, quam præuidebat tristabatur.

6. Ex eodē.

Item dicebat Damascenus, quòd tam humanitas, quàm Deitas passiones assumpsit, quia non corpus sine passibilitate, nec animam sine tristitia, & turbatione; neque fuit mœstus sine intelligenti mœstitia. Tunc sic, Christus non fuit mœstus sine intelligentia mœsta: ergo doluit secundum portionem superiorem. Vnde hic accipit Scotus portionem superiorem largè, pro ratione rationali, & per intelligentiam mœstificatam, intellectum, & uoluntatem. Item dicit Augustinus libro 6. confess. Non uitiis, sed malis repleta est anima mea: ergo hoc fuit secundum quamlibet portionem, quia alias non fuisset repletus pœnis, nisi pœnæ fuissent in utraque portione.

Opin. Hēr. refertur. Portio superior dupl. pt̄ cōsiderari.

Consequenter Doctor. recitat opinionem Henrici, quæ consistit in una distinctione, & duabus propositionibus. Distinctio est talis, portio superior potest duobus modis considerari. Vno modo ut natura. Alio modo ut ratio. ut natura, quâ do consideratur in se natura; ut ratio, ut respicit, essentiam diuinam. & sic propriè, est portio superior.

1. pp. Hēr.

Prima propositio. In anima Christi fuit dolor secundum portionem superiorem, ut natura. patet, quia illa portio superior, fundabatur in natura animæ, quæ erat dolēs, ideo ista portio superior, erat dolens, & erat uerus dolor. Similiter portio superior, & inferior fundantur in una natura: ergo si Christus doluerit secundum unam portionem, etiam doluit secundum aliam. Vnde imaginatur Henricus, quia secundum portionem inferiorem Christus dolebat, quæ quia fundatur in anima Christi, ideo Christus dolet secundum portionem superiorem, quæ etiam fundatur in anima dolente. ideo in anima Christi secundum portionem superiorem erat dolor. & quia utraq; portio fundatur in una, & eadem natura, ideo si doluit secundum unam, etiam doluit secundum aliam.

2. pp. Hēr.

Secunda. In anima Christi secundum portionem superiorem non erat dolor, accipiendo portionem superiorem, ut

ratio, ideſt ut respicit essentiam diuinam. quia illa anima per comparationem ad essentiam diuinam, non poterat dolere. patet de philocapto, qui uidet amasiam suam non posse dolere, multo magis est de anima Christi.

Argnit contra opinionē Henr.

Contra hoc arguitur sic. nullum prædicatum dicitur in esse alicui ratione inhærentiæ alicuius prædicati, quod accidit sibi. patet quia Sortes non dicitur ædificare domum secundum musicam. licet ædificare accedat Sorti qui est musicus: ergo anima Christi secundum portionem superiorem non dicetur dolens. ratione prædicati quod conuenit sibi per accidens. Item portio superior, & inferior, respectu alicuius accidentis coniunguntur: ergo anima Christi non dicitur dolere secundum ~~dolorem~~ superiorem. ex eo quod cum in anima dolente istud accipitur contingenter, est portio inferior. Item sequeretur, quod ista esset uera. animal secundum uoluntatem in natura, intelligit. probatur, quia ista propositio est uera, anima in qua fundatur uoluntas, intelligit: ergo ista potest concedi, anima secundum uoluntatem in natura, intelligit. sed hoc est falsum: ergo &c. Item animæ, ut distinguitur a potentiis, non conuenit sibi dolere, quia animæ non conuenit respicere obiecta, ut anima distinguitur ab illis, qui sunt intellectus, & uoluntas: ergo cum illa anima sit eadem cum intellectu, & uoluntate, non est ratio quare portio superior sit dolens, quamuis portio superior fundetur in anima. Item si animæ ut natura, conuenit dolere, hoc maximè esset propter separationem eius corpore, probatur, quia naturaliter inclinatur ad perficiendum corpus; ideo si separetur, sequitur iustitia, sed propter separationem animæ non dolet, quia in separatione anima efficitur impassibilis. Et si Christus usque ad instans mortis doluerit, non tamen in instanti mortis, quia tunc anima effecta est impassibilis.

¶ Ad solutionem Q. &c.

Opin. Henr. & primo ar. 1. Dictum Henr. Doloris Christi dupl. est radix scdm Henr. 2. Dictum Henr. 3. Dictum Henri. Differentia inter apprehensionē, & perceptionē. 4. Dictum.

Pro responsione ad quæst. Scotus. 3. ponit articulos, & pro primo articulo, ponitur opinio Henrici. quæ consistit in quatuor dictis, primum dictum. illius doloris duplex est radix, quædam est propinqua. Alia remota, remota est immutatio offensiua alicuius disconuenientis naturæ, sed radix doloris proxima est apprehensio immutationis corruptiuæ à potentia sensitiua, ubi causatur dolor.

Secundum dictum. Radix non sufficit ad causandum dolorem siue immutatione reali corruptiua. patet, quia si ista apprehensio sufficeret, sequeretur, quòd post resurrectionem aliquis positus in igne ureretur, quia apprehēdet ignem disconuenientem naturæ suæ: sed B. Petrus, & quilibet alius beatus non patietur post resurrectionem: ergo &c.

Tertium dictum. Aliud est apprehensio, & Aliud est perceptio: quia apprehensio habet obiectum simpliciter: sed perceptio, habet pro obiecto ipsum obiectum noxium, uel obiectum uerificans: ita quòd quando ego cognosco obiectum, ut disconueniens, uel conueniens. tunc est perceptio: sed quando cognosco obiectum ut sensibile, tunc est apprehensio.

Quartum dictum. Istæ intentiones, ideſt relationes conuenientiæ, & disconuenientiæ, habent uim, ideſt uirtutem rei ad mouendum potentiam, qualem obiecta haberent si essent; ita quòd sicut obiectum apprehensum a potentia, potest causare, ita istæ intentiones, ideſt relationes, quæ habent uim rei possunt causare passiones, non solum naturales, sed animales. patet per philosophum dicentem, quòd ipse intentiones rerum, & phantasmata, habent uirtutem ad causandum dolorem sicut res, ut patet in somnis. Vnde legetur, quòd Seneca, qui elegit sibi genus mortis, quia cum esset magister Neronis, Nero crudelissimus nullum timebat nisi Senecam. & dicit sibi, elige tibi mortem, tunc elegit flebotomiam, & cum chirurgus tetigisset eum in brachio, ipse habens oculos clausos, credidit se flebothomari. & cogitauit se esse flebothomiatum, & propter imaginationem, & phantasmata, mortuus est. Item dicit Auicenn. 6. naturalium, quòd erat quidam homo dormiens in lecto, supra cuius brachium transiuit mus, & præ nimio timore accepit tam uehementissimum phantasma, quòd postquàm euigilauit se adhuc credebat habere murem, & clamabat in tantum, quòd ex illo uehementi phātasmate, effectus est demens; sed uenit unus bonus philosophus, qui istud cognouit, qui dum clamaret, auferatis a me murem de brachio, uenit philosophus, ideſt medicus qui fecit accipere unum murem uiuum, & accepto ipso non uidente, dicit ueni, & ego amouebo tibi murem, tunc accepit murem bene caute, & tetigit sibi brachium, quasi uellet ab eo auferre murem, & primo ostendit sibi murem unum, tunc illo effectus est sanus.

Vis phantasmatis existētiis declarat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex quo infert Henricus, quòd istæ intentiones, & relationes obiectorum habent uirtutem causandi non solum passiones animales, & gaudium, & dolores, sed etiam passiones naturales, ut calorem, & frigiditatem. sic ergo dicit Henricus resoluendo se, quia ad causandum passionem animalem, apprehensio est causa sine qua non, & concurrit aliquid quod est causa propria, ut est perceptio; & concurrit obiectum causans per se dolorem, & sic ista tria concurrunt ad radicem secundam doloris. Item sicut propter istam rationem, istæ intentiones habent uirtutem causandi passiones animales, sicut &c. Ita intentiones non solum causant passiones animales, sed naturales, etiam sicut illa obiecta, quæ denominant.

¶Contra ista, &c.]

Sco. arg. contra Henr.

Consequenter doctor arguit contra prædictum, probando quòd illa radix non sit ponenda, & supponit, quòd sicut in dolore requiritur immutatio corruptiua, ita in delectatione requiritur immutatio saluatiua: Tunc arguitur sic. quælibet immutatio habet terminum aliquem realem, sed ista immutatio nullum terminum realem habet: ergo &c. probatur minor, quia quæro, ad quid terminatur, uel ad primam sensationem, uel ad sensationem consequentem deliberationem. Nõ ad primam sensationem, quia ista immutatio corruptiua, est prima radix, & præcedit illam primam sensationem: ergo illa immutatio offensiua non potest illam primam immutationem habere pro termino. Nec secundum est dicendum, quia ista immutatio habet iam terminum qui est dolor. qui ponitur in appetitu sensitiuo. Diceret Henricus, quòd terminus immutationis non est immutatio prima, nec postrema, sed aliquid sumitur præcedens utranque. Contra nihil est tale nisi phantasma; arguitur sic, pono quòd phantasma reseruatum, in phantasia, tunc non poteris dare immutationem, quia iã habet terminum. Item sequeretur, quòd ad causandum dolorem, ultra illas duas radices, requireretur cõseruatio, & quod omnis radix conseruetur, & per consequens male dicis, quia illæ radices fiunt de nouo. Item ponitur in sensu aliqua notia sensitiua perfecta, tunc sic, istam notitiam perfectam potest sequi delectatio, & hoc sine quacunque specie phantastica quam imaginaris.

2.nõ contra Henr.

Secundo arguitur sic, contra secundum dictum probando, quòd ista radix sufficiat ad causandum dolorem sine prima; Et primo doctor supponit, quòd quodlibet organum potentiæ sensitiuæ, sit terminus potentiæ naturalis, &c. Tunc sic arguitur, pono, quòd præsentetur obiectum disconueniens potẽtiæ sensitiuæ, absq; eo quòd inducat passionem corruptiuã, tunc adhuc patietur dolorem: ergo ad causandum dolorem sufficit secunda sine prima. Item aliquando in immutatione saluatiua indiuidui, sequitur dolor in potentia sensitiua. patet de infirmo, quoniam præsentetur sibi potio amara, ista erit saluatiua indiuidui, & tamen passio sensitiua refugit, & sibi displicet: ergo cum conuenientia saluatiua indiuidui, stat disconuenientia potentiæ sensitiuæ: ergo secunda radix sine prima sufficit ad causandum dolorem.

Soluit Scot. arg. Henr.

Consequenter doctor. Respondet ad argumentum Henrici cum arguebat, si secunda sufficeret sine prima, sequeretur Beatus Petrus post resurrectionem patietur. Respondeo sicut dicimus, quòd sicut quando tres pueri existentes in fornace non fuerunt combusti, fuit miraculum: ita esset miraculum, quòd corpus beati Petri post resurrectionem poneretur in igne, & cõbureretur, & ratio est, quia sunt in statu, in quo corpora gloriosa nullatenus possunt pati, & si paterentur, hoc esset miraculum. Et ideo ad argumentum, nego consequentiam, & ad probationem, concedo, quòd comprehendent calorem, non tamen ut disconuenientem sibi, & hoc propter dotem impassibilitatis, quia impassibilitas est ex uoluntate diuina, non concurrente ad læsionem corporis, nec est aliqua qualitas in corpore, ut aliqui dicunt.

Arg. Sco. cõtra 3. dictũ Henr.

Consequenter contra tertium dictum arguitur sic, unius potentiæ est unus actus: sed potentia tactiua est una: ergo habet unum actum. ergo non est distinctio inter apprehensionẽ, & perceptionem, dicit Scotus, quòd differentia est inter apprehensionem, & perceptionem, quia aliquis actus dicitur apprehensio, quando est imperfectus, & quando est perfectus, tunc dicitur perceptio. patet exemplo de aliquo occupato circa studium, ut quando ego studeo, si aliquis dicat mihi, uidistis tale quid? &c. licet ego apprehendam, tamen non percipio, quia non aduerto multum, sed postea quando aduerto, intelligo clarè, & ille actus dicitur perceptio: ergo apprehẽsio, & perceptio, dicuntur distingui sicut perfectum ab imperfecto, & non è contra sicut dicit Henricus.

Item arguitur. Quanto aliquis actus est magis perfectus, tanto magis potest causare aliquid in potentia: ergo cum perceptio sit actus perfectior, quàm apprehensio, magis causabit dolorem, uel gaudum, quàm apprehensio, uel facit abiicere dolorem.

Item quia dictum est ab Henrico, quòd obiecta perceptionis erant intentiones nociui, & proficui. arguitur sic, nullius potentiæ sensitiuæ aliqua relatio potest esse obiectum, sed semper est absolutum: sed illę intentiones sunt relationes: ergo non possunt apprehendi per potentiam sensitiuam.

Coroll. cõtrà do Main.

Ex quo sequitur contra de Mainonis, qui dicit, quòd potẽtia aliqua sensitiua apprehendit relationes; dico, quòd ista propositio est falsa, quia arguit contra nominales; sed illud, quod apprehenditur a potentia sensitiua, est ens reale: sed relationes apprehenduntur a potentia sensitiua: ergo relationes sunt reales. paret minor, quia distantia inter istos duos parietes est relatio, & sensus meus apprehendet illam: ergo, &c. & in hoc uult probare contra nominales, quod omnis relatio sit realis, & ad argumentum de Mainonis dico, ad probationem minoris, quòd sensus apprehendit extrema distãtię, sed non relationes.

Item dicebat Henricus, quòd obiectum apprehensionis, & obiectum sensibile, &c. Arguitur sic, si hoc esset uerum, sequeretur, quòd essent ponendæ duæ potentia uisiuæ, & duæ potentiæ auditiuæ; probatur quia postquam tu ponis distinctos actus, oportet ponere distinctas potentias, quod nullus unquã dixit. tamen hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo quòd duæ potentiæ uisiuæ apprehensiuæ: & sic non. Alio modo, quòd sint potentiæ uisiuæ, quarum una est apprehensiua, & alia appetitiua, & sic concedo: quia cuilibet potentiæ apprehensiuæ correspondet sua potentia appetitiua, & cum potentia uisiua sit potentia apprehensiua, sibi correspondet propria potentia appetitiua.

Intentiones esse cãs motuũ naturaliũ dupliciter.

Item dicit Henricus de motu animalium. Respondet Scotus istas intentiones posse esse passiones animales, & naturales, potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd sint causæ sufficientes ad causandum passiones, & sic non, quia relatio non causat. Alio modo, quòd phantasmata uirtute illorum obiectorum, sint sufficientia ad causandum illas passiones: & sic secundum Aristotelem illæ intentiones sunt sufficientes ad causandum passiones animales, ut gaudium, & dolorem, & naturales, ut caloré, & frigiditatem, sicut si obiecta essent presentia.

Opin. Sco.

Aliter potest dici hic consequenter ponitur opinio Scoti, quæ diuiditur in duos articulos, in primo tractat de dolore; In secundo de tristitia. qualiter potest causari in nobis dolor in parte sensitiua, & quæ sunt causæ doloris. Primo ponit unam suppositionem. Secundo ponit 9. conclusiones. Suppositio talis est. Quòd generaliter loquendo, potentia actiua, & passiua, sunt quædam absoluta, sicut calefactiuum, & calefactibile, super ista absoluta fundantur duæ relationes: prima relatio dicitur inclinatio passiui ad calefactiuum, scilicet ista pæ ad ignem ad recipiendum calorem, & est conuenientia quædam inter istas relationes ex parte actiui, & passiui. Sequitur alia relatio, scilicet approximatio agentis ad passum, sic quòd non sufficit inclinatio stupæ ad ignem, sed oportet, quod approximatio mutua passiui, & actiui, & ex istis relationibus causatur actio qua agens agit in passum, sed istius actionis nulla relatio est causa, quia nec approximatio, nec inclinatio sufficeret ad causandum calorem in stupa, licet sint causæ sine qua non: sed propriæ naturæ sunt causæ, s. illa stupa, & ille ignis. & hæc sit prima propositio.

Supp. Scoti. De potentia actiua, & passiua.

Cũ dupl. quã rõnem hãant approximatio, & inclinatio actiui, & passiui ad actionem.

Nota quod causa capitur dupliciter. Vno modo, quæ attingit effectum. Alia, sine qua non, ut sicut nunquam calidum calefaceret nisi præcederent illæ relationes, scilicet approximatio, & inclinatio, quia si ignis approximatur alicui quod non inclinat ad calefaciendum, sicut si approximaretur cælo, quod non est receptiuum caloris non causaretur calor, ideo requiritur inclinatio ad causandum calorem.

Secunda propositio est, ex parte obiecti terminantis inclinationem naturæ, est alia relatio ad potentiã, quæ dicitur cõuenientia, ita ꝙ ex parte potentiæ est inclinatio, & ex parte obiecti est conuenientia.

Tertia propositio. ista relatio conuenientiæ in omnibus sensibus, non est relatio æquiparentiæ, sed disconuenientiæ.

Notandum, quòd relationes. Quædam sunt, quæ sunt eiusdem rationis, uel speciei in utroque extremo, ut similitudo dissimilitudo. Aliæ sunt relationes disquiparentiæ, quæ non sunt eiusdem rationis, uel speciei in utroque extremo, ut Pater

ter, & filius, Dominus, seruus. Vnde obiectum conueniens est illud, ad quod potentia inclinatur naturaliter tanquam ad suum perfectiuum extrinsecum: ut uisibile respectu uisus. Sed obiectum disconueniens est illud ad quod potentia declinat tanquam a tristi, uel disconuenienti.

Nõ quare hoc inclinatur ad suã perfectionẽ, est ens naturæ.

Quarta propositio. Nulla est inquirenda ratio quare uisus inclinatur ad pulchrum, & declinat a turpi, nisi quia uisus est uisus, & pulchrum est pulchrum; ita quod nulla est alia causa, nisi quia hoc est hoc, & illud est illud, sicut talpa non habet oculos, quia talpa est talpa, sicut nec est ratio quare materia inclinatur ad formam, ut ad perfectionem extrinsecam. nisi quod materia est talis entitas absoluta, & forma est talis.

Quinta propositio. hunc respectum inclinati ad terminum consequitur alius respectus, qui dicitur approximatio mutua ita quòd non sufficit, quòd potentia inclinetur, sed quod debitè approximauit ad causandum affectionem: ita quòd ad causandum dolorem, uel tristitiam, requiruntur tria, primo res sensibilis in usu, secundo actus sentiendi, & tertio, ꝙ in potentia appetitiua causatur delectatio.

Quare passiones sic nocẽtur.

Sexta propositio. posita approximatione obiecti ad potentiam, sequitur perceptio huius delectationis.

Duæ potẽtiæ uisiuæ, quæ sint.

Septima propositio. Ista delectatio recepta in potentia appetitiua, nominatur passio, quia non est in potestate potentiæ uisiuæ illam non recipere: nec est in potestate hominis sani, qui delectatur in bibendo bonum uinum. Nota tamen, quòd ista passio non est de genere passionis, sed de genere qualitatis propter similem relationem: ergo sicut ad approximationem agentis ad passum sequitur actio, ita hic similiter in proposito potest uocari passio, quia respicit obiectum tanquã terminum, aut tanquam perfectiuum. Dicit enim Scot. in primo distinct. tertia, quæstio. 8. intellectio potest uocari passio, quia non est in potestate potentiæ, quin recipiat obiectũ præsens. & dicit in 13. q. quodlib. quòd potest uocari actio, in quã tum transit in obiectum, ut in terminum. Ex quo infert corollarium, & est.

Intell pot uocari passio & actio, & quo.

Octaua propositio. quòd delectatio non causatur a relationibus, quæ sunt conuenientia, uel disconuenientia, sicut dicebat Henricus, sed hoc absolutum, quod est delectatio, causatur ab obiecto, quod est conueniens, ideſt a pulchro uisibili, & ita licet illæ relationes sint principia denominãdi, non tamen agendi, sicut ignis agit per potentiam suam, s. per caloré & tamen denominatur agens ab actione.

Nona proposit. sicut dicimus de delectatione per oppositũ dicendum est de dolore, quia sicut potentia uisiua inclinatur ad pulchrum uisibile, ita declinat a turpi uisibili, ut ab aliquo obiecto disconueniente, & sequitur dolor in potentia appetitiua. exemplum, in potentia tactiua est proprie dolor, ponatur obiectum, & sit ignis qui est disconueniens potentiæ tactiuæ, & sequatur approximatio, ille ignis causat speciem sensibilem in potentia tactiua, & postea sequitur actus sentiendi & consequenter sequitur dolor, causatur ergo dolor ab aliquo absoluto.

Declaratur propositiũ ex quo causatur dolor

¶Quod ergo communiter dicitur, &c.]

Conueniens & disconueniens dupliciter.

Dicit Scotus, quòd istę prædicationes sunt causales, quod conueniens, uel disconueniens, sit causa delectationis, uel doloris. Vnde conueniens, & disconueniens, possunt capi dupliciter. Vno modo pro fundamento, & sic sunt qualitates abstractæ. Alio modo pro formali ut ratione conuenientiæ, uel disconuenientiæ, & ab iliis absolutis oportet abstrahere quasdam rationes generales, & istud absolutum causat delectationem, uel dolorem, uinum enim delectat, & non relatio.

Dub. De subiecto passionis. Sol. Potentia sẽsitiua dupl.

Quæro cui imprimitur ista passio, quæ est delectatio, & cuius potentiæ sit inclinatio ad obiectum, & in qua potentia ponitur ista passio, quæ est delectatio tanquam in subiecto proprio.

Respondeo, dicendo, quod potentia sensitiua est duplex.

Quædam est apprehensiua obiecti. Alia est, quæ inclinatur ad obiectum, uel refutat obiectum, quæ dicitur appetitiua. Exemplum in potentia meró uisiua, imaginor duplicem potentiam sensitiuam. Vna est apprehensiua obiecti, & alia appetitiua, potentia apprehensiua obiecti præsupponitur potentię appetitiuæ: & sequitur delectatio, quæ recipitur, ut in subiecto in potentia appetitiua, & ita delectatio, uel alia passio animalis, non dicit esse in obiecto exteriori, sed in appetitu suo sensitiuo, nec tristitia, atque delectatio mentis est in intellectu, sed in suo appetitu intellectiuo, ideſt in uoluntate tanquam in subiecto, & illa inclinatio est in eadem potentia appetitiua. Ex quo sequitur, quòd si per impossibile remaneret in nobis potentia apprehensiua, & nõ appetitiua, in nobis non esset delectatio, uel dolor, eo quod inclinationes sunt in appetitiua. Confirmatur per Damasc. terminus, ideſt definitio passionum animalium est ista, delectatio est motus appetitiuus uirtutis sensibilis ex imaginatione boni, & mali. primo tangit, ꝙ delectatio est motus, per quem datur intelligere, ꝙ appetitus est subiectum. secundo tangit, quòd est sensibilis, i. perceptibilis. tertio boni, & mali, & ibi tangitur obiectum doloris & delectationis. quarto in imaginatione, pro sensatione ponitur, quæ est quædam approximatio obiecti ad potentiam, & quòd dolor ponatur in appetitu sensitiuo, & non apprehensiuo. probatur. In illa parte ponitur dolor, & delectatio, in qua parte ponuntur uirtutes morales, sed uirtutes morales ponũtur in appetitu sensitiuo: ergo &c. probatur maior, quia uirtutes ponuntur in appetitu, ad moderandum delectationes, & tristitias, ista probatio parum ualet, quia inferius dicit doctor, quòd primo, & principaliter uirtutes morales ponuntur in uoluntate.

Dolor est in appetitu sensitiuo.

Secũdũ Sco. uirtutes morales ponuntur in uolũtate.

Arguit de Nogento sic. probando quod delectatio uel dolor, sit in potentia non solum appetitiua, sed etiam apprehensiua, delectatio est coniunctio alicuius potentiæ cum obiecto conuenienti: ergo delectatio non solum est in potentia appetitiua, sed etiam apprehensiua.

Arg. ꝙ delectatio & dolor sint i potẽtia apprehensiua, & soluitur.

Respondet de Nogento, quod duplex est prædicatio, quædam est formalis, ut homo est animal. Alia est causalis, quando prædicatum est causa subiecti ut delectatio est coniunctio uirtutis cum obiecto conuenienti, ideſt caufatur ex coniunctione potentiæ cum obiecto, dicit aliter Scotus ad Argumẽtum, quòd uirtus sensitiua potest capi dupliciter. Vno modo præcisè pro potentia apprehensiua, & sic delectatio non est passio uirtutis apprehensiuæ. Alio modo pro utraque, & sic delectatio est coniunctio uirtutis tam apprehensiuæ, quã appetitiuæ, quia nunquam potentia delectatur, nisi delectetur secundum utranque potentiam, & istæ duæ potentiæ sunt ita uicinæ, quòd uocantur una potentia realiter. Tamen ego dico, quòd sunt duæ potentiæ, & sunt potentiæ subordinatæ, sicut intellectus, & uoluntas, dicit ergo Scotus, quòd propter propinquitatem, fit una potentia, sicut intellectio, & uolitio sunt unum, & idem, ut dicit philosophus primo ethic. tamen ista causalis, delectatio, est operatio, ideſt operatio est causa delectationis, ita licet potentia apprehensiua, & appetitiua sint duæ potentiæ realiter distinctæ, sicut ego dico, tamen propter propinquitatem uidetur una potentia.

Prædicatio dupl.

Vlterius de tristitia. Consequenter hic Scotus ostẽdit quo modo causatur tristitia, dicimus, quòd tristitia est in uoluntate, quæ est pars rationalis, hic ostendit quomodo causatur tristitia, & etiam quomodo causatur gaudium. Primo doctor ponit suppositionem, secũdo propositiones octo, tertio duas definitiones. Suppositio est, quo ad aliquid, similiter est dicendum sicut de dolore, & quo ad aliquid dissimiliter est dicendum. Dictum est, quòd ad dolorem requiritur inclinatio, & approximatio, & consequenter sequitur dolor.

Determinat quo causetur tristitia, & gaudium.

Supp. Scoti.

Prima propositio. Appetitui sensitiuo aliquod obiectum ẽ conueniens ex natura sua, & aliquod obiectum disconueniẽs tanquam corruptiuum. Exemplum, ut gustui conuenit uinum bonum, & malum gustabile, est disconueniens, & unde prouenit? dicit Scotus, quòd appetitus sensitiuus est potentia, quæ naturaliter tendit in suum obiectum, quia appetitus non ducit, & non dominatur suis actibus, sed ducitur & tendit naturaliter, non sic est de uoluntate.

Secunda. obiectum comparatum uoluntati non est conueniens, uel disconueniens naturaliter potentiæ uolitiuæ, ita ꝙ uoluntas, & appetitus sensitiuus non eodem modo se habent ad obiectum, quia uoluntas, est libera, & appetitus naturaliter ducitur in obiectum, & si quis dicat, nunquam Deus est obiectum conueniens uoluntatis.

Sit tertia propositio. licet Deus sit obiectum conueniens aliquo modo uoluntati, tamen ultimatè dicitur conueniens per ipsam uolitionem, & sic aliquod obiectum conuenire uoluntati intelligitur dupliciter. Vno modo secundum quid. Alio modo simpliciter, & ultimate, & sic licet Deus sit obiectum conueniens uoluntati secundum quid, tamen nunquam est obiectum conueniens ultimate, nisi illud obiectum sit uolitum a uoluntate acceptante illud obiectum, ideo non est simile de appetitu sensitiuo, & uoluntate, quia appetitus habet obiectum conueniens ex natura rei, & non uoluntas.

Aliqd obiectũ conuenit uoluntati dupliciter.

Quarta. tali conuenientia posita per uolitionem, uel discõuenientia posita per nolitionem, ponitur relatio conuenientiæ, uel disconuenientiæ in oblecto nolito, uel uolito. Exemplum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

plum,hic est obiectum præsentatum uoluntati, istud non est conueniens ultimatè nisi per uolitionem, & tunc fundat istã relationem,quæ est conuenientia, ut quando Deus est uolitus,tunc est conuenientia,& quando miseria est nolita, fundatur relatio,quæ est disconuenientia.Et sic est simile, & dissimile in dolore,& tristitia,dissimile quia ex parte appetitus est obiectum conueniens ex natura rei,sed ex parte uoluntatis non est obiectum conueniens ex natura rei,nisi quia uolitum,ita aliquod obiectum non est disconueniens à uoluntate nisi quia uolitum.

Quinta.post istas relationes sequitur mutua approximatio ipsius potentiæ ad obiectum sic,quòd ad hoc, quòd tristitia causatur cum requiritur,q̃ obiectum, & illa mutua approximatio sit per apprehensionem.

Sexta.ex hoc ultimate, & ex approximatione obiecti ad potentiam sequitur ista passio, quæ est tristitia in uoluntate, & est de obiecto disconuenienti, & sequitur gaudium,si sit de obiecto conuenienti.Similitudo est,quia in tristitia requiritur disconuenientia,sicut in dolore,requiritur etiam mutua approximatio,quæ sit per apprehensionem, sicut dictum est de dolore: & iste est primus modus.

4. põt cãri tristitiæ.

Notandum secundum Scotum,quòd quadrupliciter potest causari in aliquo tristitia,quia obiectum potest esse disconueniens uoluntati quadrupliciter. Vno modo per nolle præcedens,& sic,quando obiectum est præsentatum uoluntati, & est nolitum,tunc causatur disconuenientia: & consequenter uoluntas apprehendit,& tunc sequitur tristitia. Exemplum, præsentatui uoluntati infirmitas,quæ efficitur disconueniẽs per nolle,secundo modo ex obiecto disconuenienti uoluntati ex natura rei,ut si præsentetur obiectum disconueniẽs simpliciter,nulla posita nolitione, illud sufficit ad causandũ tristitiam.exemplum.miseria est obiectum simpliciter disconueniens, & nullum est aliud obiectum disconueniens uoluntati ex natura rei.tertio modo ex obiecto disconuenienti appetitui sensitiuo,nulla posita nolitione in uoluntate.Exemplum si præsentetur potentiæ gustatiuæ appetitiuæ obiectum disconueniens,& habeat disconuenientiam de obiecto, intellectus apprehendens illud obiectum,& præsentans illud uoluntati, tunc illud obiectum causat tristitiam in uolũtate nulla actione uoluntatis posita.quarto modo, quando istud obiectum é uolitum conditionaliter,ut quando mercator proiicit merces in mari,simpliciter uult,tamen uult cõditionaliter,quia est in eo uolitio præcedens conditionata,scʒ si non possit aliter uitare naufragium.Primus modus causandi tristitiam est magis communis,quàm alii modi.

Septima propositio. Tristitia ipsa est passio uoluntatis distincta a quacunque operatione uoluntatis.Prima pars probatur tripliciter.

Tristitia est passio in uolũtate.1.rõ.

Primo sic.Oé,quod est in uoluntate , est actus, siue operatio,siue passio, uel habitus,sed tristitia non est actus: ergo est passio,& quòd non sit operatio,seu actus,patet, quia omnis operatio uoluntatis uel est uelle, uel nolle:sed tristitia nõ est uelle,nec nolle,uel saltem esset negatio.ergo &c.Et quòd nõ sit nolle,probatur,quia Deus uult aliquid,& beati nolunt aliquid,& tamen Deus,& beati non tristantur: ergo tristitia nõ est nolle,quia Deus uult peccata,& beati nolunt mala nobis, & tamen non tristantur,quia non accidunt eis : modo tristitia est de iis,quæ nobis nolentibus accidunt.

Quid tristitia.2.rõ

Secundo sic. Ista,quæ Deus uult simpliciter non euenire, illa non eueniunt.patet,quia possunt multa euenire in Frãcia,& tamen non euenient.

3. rõ ad idã

Tertio sic.viator apprehendens obiectum nolitum, ut sit Sortes apprehendens mortem patris sui,& uolo q̃ eueniat . Tunc sic.Sortes antequam ueniret mors patris, non erat tristis,& postea fuit tristis, & tamen in eo nulla fuit operatio in tempore med.o:ergo nolitio distinguitur a tristitia, & ista argumenta sunt contra Gregorium de Arimino. Vnde dicunt Thomistæ,& nominales aliqui,quòd operatio non distinguitur a delectatione . Tamen Scotus tenet oppositum,scilicet, quod uolitio distinguitur a delectatione. probatur sic. Quandocunque aliqua ita se habent , quod uno posito reliquum non ponitur,illa distinguuntur:sed posita dilectione, & uolitione, non sequitur delectatio:ergo dilectio, & delectatio distinguũtur.patet,quia dæmones se diligunt summè,& inde euenit eis malum,& tamen,nullo modo delectantur: ergo delectatio,& dilectio,non sunt idem.Secundo sic. Quandocunque aliqua duo sic se habent , quod uno posito reliquum non ponitur,illa distinguũtur:sed nolitio, & tristitia sunt huiusmodi:ergo distinguuntur. Probatur minor,quia Deus odit peccatores,& multa mala uult,& tamen non tristantur. Similiter beati recordantur de peccatis eorum,& tamen non tristãtur: ergo &c.

Hæc arg. sũt contra Gre. Arim. qui tenet q̃ operatio nõ distinguitur a delectatione

Tristitia nõ cãsatur effectiuè a uoluntate.

Octaua propositio.Ista passio,quæ est tristitia, non est effectiuè causata ab ipsa uoluntate contra de Maironis in 2. q.1. distinctio.fui conflatus dicentis, quòd uoluntas cum obiecto causat quatuor. primo actum uolendi obiectum sibi conueniens.secundo delectationem,si obiectum sit conueniens.tertio dispositionem ad habitum.quarto causat habitum perfectum,ita quòd tristitia habet uoluntatem , & obiectum pro causa secundum ipsum.Probatur conclusio Scoti:Quia omne illud,quod causatur a uoluntate ,est immediatè in potestate uoluntatis,sic,quòd uoluntas potest illud dimittere, sed tristitia nó est in potestate uoluntatis.probatur minor ista: quia non est in potestate uoluntatis,nisi mediante uolitione,quia quando aliquis tristatur,non oportet dicere non tristemini: sed oportet dicere,non habeatis uolitionem circa tale obiectum.Secundo.Omne illud,quod est effectiuè a uoluntate,est operatio uoluntatis:sed ista tristitia non est operatio uoluntatis,sed est passio quædam: ergo tristitia non est effectiuè a uoluntate.Ex quo sequitur,quod falsum dicit de Maironis. Et

Cõtra Frãc.

arguitur contra ipsum,quod uoluntas non sit causa tristitiæ, quia nullum disconueniens uoluntati causatur a uoluntate: sed tristitia est disconueniens uoluntati:ergo tristitia nõ causatur a uoluntate probatur maior,Nullus causat sibi malum. Respondet Franciscus negando maiorem, & dat instantiam , quia dolor est disconueniens appetitui sensitiuo,& tamẽ causatur ab appetitu sensitiuo.Tamen dico , quòd hoc etiam est falsum , quia tota causa doloris est obiectum disconueniens approximatum potentiæ. Ideo de Maironis ex uno falso concludit aliud falsum.

Arg. Sco q̃ obiectũ non causet tristitiã uel delectationem in uoluntate.

¶Si obiiciatur, &c.]

Hic uult,probat Scotus,quòd obiectum non sit causa tristitiæ,uel delectationis in uoluntate:quia tunc sequeretur, q̃ obiectum necessitaret uoluntatem ad recipiendum delectationem,uel tristitiam:sed hoc est falsum:ergo &c. patet quia uoluntas est libera.

Opi D.Tho. & Henr.de obiecto beatifico.

Notandum,q̃ B.Th.& Henr.dicunt,q̃ obiectum beatificũ necessitaret uoluntatem,sed nos dicimus,q̃ nó, sed se habet merè contingenter.

Volitas secũdũ Franc. põt quatuor modis considerari

Tamen dicit de Maironis in 1.distinct.sui conflatus, quòd uoluntas potest considerari quadrupliciter,scilicet ut actiua ut productiua,ut passiua, & ut receptiua . Primo modo non potest necessitari,quia est libera.Secundo modo potest necessitari ab aliquo obiecto, quia Deus potest causare in uoluntate nostra uolitionem , uel tristitiam, & hoc modo tenet , q̃ damnati habent tristitiam necessariam, quia Deus necessitat uoluntatem ad tristitiam . Pro resp̃onsione pono talem distinctionem,quòd uoluntatem necessitari,potest intelligi dupliciter.Vno modo simpliciter.Alio modo secundum quid.i.ne cessitate consequentiæ.

Solu. arg. Fran. Volitatem necessitari põt tripliciter intelligi

Prima propositio. Voluntas creata non necessitatur simpliciter a quocunque obiecto.

Secunda.Voluntas creata potest necessitari necessitate cõsequentiæ,& secundum quid.exemplum.Si uolo , necessario uolo,& sic est ibi necessitas consequentiæ , si habeo uolitionem de obiecto,& illud obiectum ueniat mihi, tunc est necessitas consequentiæ , ideſt consequentia est necessaria posita uolitione obiecti , quòd est uolitum , patet per exemplum de liberto tenente terram,pro qua debet decem solidos , dimittendo cãpum , in potestate eius est non seruire: tamen tenendo campum,non est in potestate sua non seruire.sic in proposito,posito obiecto nolito,necessario sequitur tristitia.Et ideo ad argumentum,cum arguitur,sequeretur,q̃ obiectum necessario ageret in uoluntate, distinguo:uel necessario necessitate simpliciter,& sic nego:aut necessario necessitate secũdum quid,& consequentiæ,& sic concedo.

Volitas dupliciter põt considerari. Quo & libera formaliter, & quo non.

Quare obiectum non potest esse causa totalis uolitionis,sicut immediatè causat totaliter tristitiam in uoluntate? Pro solutione nota,quòd uoluntas potest considerari dupliciter. Vno modo ut uoluntas libera. Alio modo ut uoluntas est nolens formaliter.

Prima propositio.Voluntas,ut uoluntas est, est merè libera.patet, quia de ratione uoluntatis est ipsa libertas .

Secunda propositio.Voluntas,ut nolens, non est formaliter libera:quia illa potentia non est libera , quæ habet formã determinantem ad unum oppositorum: sed uoluntas nolens habet formam determinantem eam ad unum oppositorum : ergo non est libera.

Tertia

Tertia propositio.Quamuis liberum,ut liberum,non possit immediatè pati ab aliquo simpliciter,tamen stat,quòd voluntas ut determinata ad unum oppositorum per aliquã formam,quæ est sibi naturalis , potest determinatè respicere unum oppositorum,& non utrunque, & ita ut determinata p nolitionem potest pati totaliter ab ipso obiecto,& per consequens non potest in oppositum.

Ad dubium ergo dico,quòd uoluntas quando comparatur ad nolitionem,est libera,& quando comparatur ad tristitiã, non est libera.

¶ Præter illum modum,qui est melior , &c.]

Consequenter ponuntur tres difficultates.

Examinantur tres difficultates. Vtrũ solum obiectũ naturaliter nolitũ possit cãre tristitiam.

Prima est.Vtrum aliquod obiectum disconueniens naturaliter uoluntati sufficiat ad causandum tristitiam in uoluntate sine nolle elicito.Exemplum. Præsentetur uoluntati miseria, & ueniat utrum sufficiat ad causandum tristitiã,nulla posita nolitione.

Dupl.nolle.

Respondeo , quod disconuenientia naturalis obiecti , siue nolitum nolitione naturali,licet non sit nolitum nolle elicito,tamen sufficit ad causandum tristitiam.Pro quo nota,qd duplex est nolle uoluntatis,Quoddam est habituale, seu naturale,ut quando uoluntati præsentatur obiectum disconueniens,uoluntas refutat,& naturaliter inclinatur ad oppositũ illius obiecti. Aliud est nolle elicitum,siue actuale, & est nolitio actualis;ut quando nolo miseriam.

1.prop. Voluntas quo ualet beatitudinem

Prima propositio.Per Augustinum uoluntas ita uult beatitudinem,ut non possit uelle miseriam:& ibi uelle accipitur pro uelle naturali, & non pro uelle elicito , ut patet in 1.dist. 1.quæst.4. Pro hoc ponitur exemplum, quod semel erat quidã histrio in quadam patria, ubi erat maxima copia bonorum;& cum plures essent mercatores, qui uellent uendere , & nulli erant emptores,dixit,quid uultis mihi dare ,& ego faciam ut uenire homines undecunque,& ement uestras res;tunc iste iuit ad plures partes,& dixit,ueniatis & dicam uobis , quid omnes uultis Tunc uenit B.Aug.cum aliis ad istum , & cum uenissent dixit histrio.Vos omnes uultis uile emere , & care uẽ dere.Tunc dicit B.Augustꝰ.quòd melius dixisset, si dixisset, quòd omnes uolunt beatitudinem. ista ergo uoluntas est naturalis,& sicut omnes uolumus beatitudinem naturaliter,ita nolumus miseriam.

Sol. Quæ inclinatio naturalis sufficit ad cãndum tristitiam.

Arguitur sic. Dictum est,quòd si obiectum sit disconueniẽs naturaliter,sufficit ad causandum tristitiam,arguitur sic.Vitia sunt contra inclinationem , & tamen quando sunt uitia hominis non causant tristitiam : ergo illud quod , est contra naturalem inclinationem non causat tristitiam.Respondeo, quod ipsius uoluntatis est duplex inclinatio. Quædam est naturalis ad commodum. Alia ad iustitiam, & ad opus uirtuosum,& licet utraque sit naturalis,tamen una est magis naturalis,quam alia : quia magis inclinatur homo ad commoda , quam ad tristia.

Prima propositio.Inclinatio naturalis ad commoda,sufficit ad causandum tristitiam.

Secunda propositio. Inclinatio naturalis ad tristitiam non sufficit ad causandum tristitiam in nobis , quando uenit oppositum eius,& licet sim inclinatus naturaliter ad opera uirtuosa,tamen quando operor uitiosa , non sufficit nolle liberum : Et ideo cum dictum est , quòd præsentato obiecto contra inclinationem naturalem,causatur tristitia, intelligo de obiecto disconueniente secundum inclinationem commodi: & istud sufficit ad causandum tristitiam.Et ideo ad argumentum contra inclinationem nostram respondeo, aut contra affectionem commodi,& sic concedo : aut contra inclinationẽ naturalem,secundum inclinationem ad iustitiam , & sic nego.Et sic iste est modus tristandi.

2. difficultas examinatur

Secundo quæro , Vtrum posita disconuenientia obiecti respectu appetitus sensitiui sufficiat ad causandum tristitiam in uoluntate ,nullo nolle elicito posito in uoluntate ? exemplum;capio combustionem. Vtrum calidum in summo sufficiat ad causandum tristitiam in uoluntate, sine nolle elicito posito in uoluntate.

Resp ad difficultatem .

Respondeo, quod posita præsentialitate obiecti disconuenientis appetitui sensitiuo ,sufficit ad causandum tristitiam in uoluntate, propter connexionem istarum potentiarum,patet,sicut se habet uoluntas in delectationibus respectu obiectorum conuenientium,ita se habet respectu obiectorum disconuenientium ad tristitiam:sed aliquando uoluntas uult delectationes subreptitias ergo &c.aliquando tristitias . Vnde nota,quod duplex est delectatio . Quædam est subreptitia, quæ non consequitur uelle deliberatiuum.Exemplum B.Lucia fuit ducta ad lupanar , quamuis ibi non fuerit corrupta , sed ponamus gratia exempli , licet non concedamus , q̃ ibi fuerit corrupta,ipsa respectu illius actus non delectata est delectatione ex deliberatione, quia non habuit uelle præcedens, sed bene uoluntas eius fuit delectata , & appetitus sensitiuus delectatus est:sed illa delectatio fuit subreptitia,quia nõ præcessit uelle deliberatiuum: immo dico probabiliter, quod impossibile est naturaliter committere talem actum,quin sit aliqua delectatio etiam cum quocunque nolle:sed ista delectatio subreptitia non est peccatum.& cum ista,dico probabiliter,quòd consistit uirginitas , & ita poterit esse de tristitia. Patet,quia sicut intellectus si non sit impeditus, aliter intelligit,quam sensus sentit,sic uoluntas poterit dolere.

Instat cõtra sol. & soluit

Contra. Tristitia est de his,quæ nobis nolentibus accidũt: sed iste non habet nolle:ergo &c.

Virgo põt corrũpi sine põto quòd delectetur.

Respondeo,uel nolentibus nolitione actuali,&sic non semper est uerum:uel de nolentibus nolitione habituali,uel naturali,& sic concedo.Ex quo sequitur, quod possibile est uirginem esse corruptã,& delectari,non solum secundum partem sensitiuam,sed etiam secundum uoluntatem,& tamen nõ peccare mortaliter; quia nullum uelle habebit elicitum , sicut si Lucia fuisset corrupta,potuisset habere delectationem in parte sensitiua,& propter coniunctionem sensus cum uoluntate habuisset delectationem in uoluntate , & tamen non peccasset:& iste est tertius modus tristandi.

4.modus tristãdi declaratur Dup.nolitio

Quartus modus tristandi,pro quo quæro , utrũ præter prædicta sufficiat nolle conditionatum ad causandum nolitionẽ de obiecto?

Nota quod duplex est nolitio.Quædam est conditionata, Alia est absoluta:& ita dicatur de uolitione. Volitio conditionata enunciatur per hoc , quod est uelle si possem.Sed uolitio absoluta enunciatur,per hoc quòd dicitur,uolo.Respõdeo. Nolitio conditionata obiecti noliti sufficit ad causandũ tristitiam,licet sit nolitio absoluta de illo obiecto. exemplũ. si mercator sit in mari, & tunc sit tempestas, & dicat nauta ; oportet proiicere merces in mari , si uelitis euadere . Tunc mercator habet nolitionem conditionatam,& habet uolitionem absolutam,quia ipsemet proicit merces in mari .

Prima propositio. Volitio conditionata sufficit ad causandum tristitiam de aliquo obiecto,patet, quia quando ego sũ in nemore, & latrones uolunt me occidere,tunc dico, tenea tis pro uobis pecunias meas:istud causat tristitia .

2.ar.in quo docet Sco.de dolore in Christo ubi fuerit & de tristitia. Error quorundam hæreticorum. Fuit uerus dolor in Xpo

Secunda propositio.Volitio conditionata sufficit ad peccatum mortale,patet, Lucifer apprehendit æqualitatem Dei, & habuit uolitatem conditionatam,dicendo,uellem, si possem.Tunc peccatum fecit,quia dilexit se nimis , & habuit minum amorem concupiscentiæ.primum peccatum fuit amor inordinatus sui , & si petiuisset ueniam, Deus sibi dedisset ueniam.

Volitas etiã põt quis mereri.

Tertia propositio . Velle conditionatum sufficit ad actum meritorium . Patet de paupere non habente pecunias : uidet alium pauperem mihi habentem,talis potest mereri dicendo, uellem tibi facere bona,si haberem. Similiter est iusirmus in lecto,& dicit,hodie est dies Dominica , uellem ire ad missam si possem:hęc dicendo meretur.

Ex quo sequitur,quòd , si uelle conditionatum sufficit ad meritum,ita etiam sufficit ad causandum tristitiam: & quanto nolle est intensius,tanto tristitia est intensior;Et sic patet, quod obiectum quadrupliciter potest causare tristitiam:& isti quatuor modi ponuntur in textu;& secundus modus, qui ponitur in ordine in ista recapitulatione, est quartus: & in quarto modo Doct.ostendit quomodo causatur tristitia.

Quantum ad secundum articulum.

Consequenter doctor ostendit hic, Vtrum in Christo fuit dolor, & ubi,& utrum in uoluntate fuerit tristitia consequés dolorem in parte sensitiua. Primo ponuntur duæ conclusiones,& pro secunda conclusione extra textum,ponuntur quatuor propositiones.Aduerte,quòd aliqui hæretici dixerunt , quòd non fuit tristitia in Christo, quia habuit summam delectationem,quæ non potuit esse cum tristitia. Et quòd habuit delectationem , probant ; quia beatus fuit & comprehensor in uia.

Prima conclusio. In Christo fuit uerus dolor in parte sensitiua, & in appetitu sensitiuo anima nostra, ut dictum est , distinguitur in partem sensitiuam, quæ dicit omnes sensus interiores,& exteriores,& in partem rationalem,quæ dicit in tellectum,& uoluntatem.Vnde dolor non potest esse in parte rationali:probatur conclusio. Quandocunque obiectum est approximatum potentiæ tactiuæ, et est disconueniens appetitui

Universidad de Deusto
Biblioteca

titui sensitiuo, & potentia percipit obiectum disconueniens, in tali causatur dolor: sed sic est, quòd aliquod obiectum fuit approximatum potentiæ sensitiuæ Christi, & potentia Christi apprehendebat, & percipiebat illud disconuenientis: ergo in parte sensitiua fuit uerus dolor. Patet maior, quia ad hoc, qđ obiectum causet dolorem, requiritur quòd sit approximatum potentiæ sensitiuæ, & quod sit disconueniens, quia si esset cõueniens, causaret delectationem, & ultra requiritur quòd potentia percipiat illud obiectum disconueniens.

Dolor Christi fuit grauissimus

Probatur minor, de clauis qui fuerunt obiecta disconueniẽtia approximatis in locis neruosis, ubi magis uiget sensus tactus, & illud obiectum erat disconueniens: & Christus percipiebat illud disconueniens. ergo in ista parte Christi erat dolor, & quod Christus perciperet: patet quia secundum proportionem dispositionis corporis, est dispositio, &c. ideſt quando est bona dispositio in corpore, tanto magis corpus habet nobiliorem potentiam tactiuam, patet de iuuene qui magis sentit pulices quàm senex: ergo cum bona dispositio fuerit in corpore Christi, ita quòd sicut erat perfectus in anima. ita in corpore erat perfectus; & ideo maximè percipiebat dolorem. & sic dolebat Christus uidelicet, propter nobiliorem conditionem patientis, quia habebat acutissimam potentiam tactiuam, ita quòd si fuisset aliquis ita afflictus sicut Christus, non tantum doluisset sicut Christus, quia non fuisset tam benè complexio natus sicut Christus.

Secunda conclusio extra textum. In parte rationali, ideſt in uoluntate Christi, fuit tristitia concomitans dolorem existentem in parte sensitiua, & in appetitu sensitiuo Christi, id est humanitas Christi non solum dolebat in parte sensitiua, sed etiam in uoluntate, quia dicit ipsemet; tristis est anima mea usque ad mortem, ita quòd ly usque, capitur non solum intensiuè, sed etiam extensiuè, quia durauit illa tristitia usq; ad mortem: ita quòd in horto erat in uoluntate sua maxima tristitia, & maximus dolor in appetitu sensitiuo, & tunc illa agonia erat reluctatio inter appetitum sensitiuum, & intellectiuum, & fuit factum miraculose, qꝰ sudaret tunc sanguinem ut dicunt doct.

Tristis est ãa mea &c. exponitur.

Nota quod propter istam cõclusionem. ponuntur quatuor propositiones.

4. prop.
1. Dolor uehemẽs impedit usum rationis.

Prima dolor excellens in parte sensitiua, natus est impedire usum rationis. Probatur, quia magis impedit usum rationis in parte sensitiua, quàm delectatio sensibilis, sed delectatio sensibilis impedit usum rationis: ergo etiam dolor impedit usum rationis in parte rationali, probatur maior, per Augustinum dicentem, quod dolor magis est fugiendus, quàm delectatio, qa maxime impedit usum rationis. probatur minor p Augustinum loquentem de coitu in lib. de ciuit. Dei: dicit, qꝰ quando deuenitur ad momentum temporis in coitu facies mentis obscuratur, & non remanet intellectio, nec uolitio in ipso momento temporis ipsius coitus. Vnde dicit Aristo. 7. ethic. quod illa delectatio furatur intellectum etiam sapientis: ergo cum dolor magis impediat usum rationis quàm delectatio, sequitur quòd dolor multum impediat usum rationis. Ex quo sequitur, quòd si in martyribus remanebat usus rationis, hoc erat ex speciali gratia, & miraculo: quare miraculum fuit, quando Laurentius dicit, assatum est, uerte, & manduca.

Obijcitur cõtra.

Arguitur contra hoc, quòd dicis, qꝰ dolor uehemens impedit usum rationis. Contra, sequeretur, quòd fortis politicus, non uirtuose se exponeret illis maximis tormentis, ut morti. pro republica: sed consequens est falsum: ergo dolor uehemẽs non impedit usum rationis. Nota quod fortis politicus est qui pugnat pro defensione reipublicæ, secundum Aristot. 3. ethic. Fortitudo diuiditur in fortitudinem proprie sumptam, & similitudinarie sumptam.

Fortitudo sumitur pro prie, & simi litudinarie.

Prima est quando aliquis exponit se pro conseruatione rei publicæ, sicut capitanei qui seruiunt regi: sed fortitudo improprie est quando aliquis dicit, oportet ire ad bellum, ut stantes, & audientes dicant, est fortis.

Solu. obiec.

Respondeo ad argumentum; fortem politicum pati dolores maximos est bonum obiectum, & conuenientis, dum tamen sit propter bonum finem, & circa debitum. Ex quo sequitur, quod electio, quæ habet circa uelle pati tales dolores, uel mortem pro republica. est uirtuosa, dummodo sit circumstantionata aliis circumstantiis, & sic exponens se fornicationi, licet in illo tempore, in quo fornicatur, & habet maximam delectationem, nullum actum uoluntatis habet, nec bonum, nec malum, nec peccat: tamen quando se exponit peccat mortaliter. exemplum. est aliquis qui uult dormire, ut possit surgere mane causa studii, uel ut possit ire ad matutinas, licet quando dormit non operetur, tamen meretur quando uult ire dormitum, ut surgat, &c. Ita de forti politico, licet in illo tempore, in quo est expositus maximis tormentis non mereatur, tamẽ in eligendo uelle mori pro republica, mèretur.

Secunda propositio. si sensu inferiori uehementer patiente intellectus posset esse in suo usu naturali, tunc sensus superior, scilicet intellectus, cooperaretur potentiæ inferiori, & ét uoluntas comparatur appetitui sensitiuo, ut est hic unus homo qui habet maximum dolorem, & per miraculum non impeditur usus rationis, tunc intellectus cooperabitur potentiq sensitiuæ sic, quòd apprehendetur illud obiectum, & uoluntas compatietur, & dolebit de illo, de quo dolet potentia sensitiua.

Ponitur tristitia in uoluntate cõis. Vsus rõnis Christo non fuit impeditus ex dolore.

Probatur secunda conclusio principalis sic, quandocunque aliquod obiectum est disconueniens potentiæ sensitiuæ causans dolorem, & nec intellectus, nec uoluntas impediuntur, illud obiectum causabit dolorem, licet nullum nolle ponatur: sed in Christo ex speciali priuilegio non fuit impeditus usus rationis: ergo non solum in parte sensitiua erat dolor maximus, sed etiam erat tristitia in uoluntate.

Amor dupl.

Secundo sic: omnis amor concupiscentiæ præsupponit amorem amicitiæ. pro quo nota, quòd duplex est amor, scilicet concupiscentiæ, & est quando aliquis amat aliquid nõ propter se, sed propter aliquid aliud: ut diligo pecunias. Alius est amor amicitiæ, & est quando aliquis amat aliquid propter seipsum. Arguitur sic, inclinatio ad concupiscendum obiectũ concupitum, sufficit ad causandum tristitiam. obiecti illius concupiti. exemplum ego sum inclinatus ad amandum pecunias, amore concupiscentiæ, ista inclinatio est sufficiens ad causandum tristitiam: ergo inclinatio ad amandum aliquod amore amicitiæ sufficit ad causandum tristitiam de obiecto; sed uoluntas Christi, quæ est appetitus principaliter, in anima Christi, erat inclinatus amore amicitiæ ad amandum seipsum: ergo erat sufficiens ad causandum tristitam de malo, qđ sibi eueniebat. Et qꝰ uoluntas sit principaliter. probatur, quando cunque in aliquo sunt plura, illud quod est superius ẽ principalius: uoluntas Christi inclinabatur ad amandum naturaliter suum suppositum. ergo tristabatur de illo opposito, quod eueniebat sibi.

Alio mõ ponitur tristitia

Alio modo potest poni tristitia in uoluntate arguendo sic; Quandocunque est colligatio inter potentiam rationalem, & appetitiuam sensitiuam, & usus non impeditur. dolor existẽs in parte sensitiua, sufficit ad causandum tristitiam in uoluntate: sed sic est quod inter partem rationalem, & sensitiuã Christi, erat maxima colligatio, & intellectus non erat impeditus & obiectum erat disconueniens: ergo uoluntas colligata potẽtiæ sensitiuæ tristabatur, & sic erat tristitia in anima Christi, uel per disconuenientiam obiecti parti sensitiuæ. Sic ergo patet, quòd duplex est uia, qua existente dolore in appetitu potest esse tristitia in uoluntate. Vel propter obiectum disconueniens appetitui sensitiuo, & ideo causabat tristitiam concomitanter in anima Christi. Vel propter inclinationem uoluntatis naturaliter ad proprium suppositum. dictum quod secũdo modo tristitia causatur ex eo, quòd inclinatio erat ad bonum personæ conseruandum. Alia uia causandi tristitiam ex colligentia, & connexione potentiæ sensitiuæ cum uoluntate. primo modo causatur tristitia quando obiectum est præsentatum uoluntati, & uoluntas uult illud obiectum. Arguitur sic, si hoc esset uerum, sequeretur quòd in morte Christi uolũtas maxime fuisset tristata, quia in morte erat separatio animæ a corpore: ergo erat maximum malum: ergo si malum sit sufficiens ad causandum tristitiam, maximum malum est sufficiens ad causandum maximam tristitiam: sed hoc est falsum.

Solu. Dub.

Respondeo. prima propositio. si (pro quia) anima Christi in instanti mortis fuit impassibilis, ideo non t, istabatur de morte sua, licet ponamus tristitiam in anima Christi usq; ad mortem: & usque ad instans mortis, tamen in instanti fuit impassibilis, quia instans mortis non est instans uiæ.

Secunda propositio. anima Christi præsens in uita sua tristabatur, præuidendo maximum malum, scilicet separationẽ animæ a corpore & hoc propter inclinationem quam habebat pro salute illius personæ.

Dub.

Arguitur probando, quòd tristitia consequens doloré, fuit secundum portionem superiorem: arguitur sic. Christum mori fuit unum contingens: ergo non potuit sciri nisi in uerbo. probo, quia nulla propositio. de futuro contingenti scitur nisi in uerbo: ergo uoluntas ista quæ tristabatur de morte illa futura, erat portio superior, quæ sequebatur uisionem passionis in uerbo: ergo non tristabatur de dolore existente in parte sensitiua nisi secundum portionem superiorem: ergo male dictum est, qnòd tristabatur secundum portionem inferiorẽ.

Soluitur.

Respondeo. Prima propositio. Intellectus ut est portio inferior, poterat cognoscere mortem, ideſt intellectus animæ Christi poterat cognoscere in genere proprio istud contingens, ego moriar. patet, quia si quod minus uidetur inesse, inest, & illud quod magis: sed sic est, quòd potentia imaginatiua Christi, potuit hoc cognoscere: ergo etiam intellectus. Vel sic. imaginatiua quæ est potentia inferior, potuit cognoscere mortem Christi: ergo intellectus potuit cognoscere, & per consequens uoluntas potuit tristari. Appetitus sensitiuus cõsequens potentiam imaginatiuam est ille, in quo ponuntur uirtutes morales, de quo loquimur, quando quærimus de uirtutibus moralibus, Vtrum sint in appetitu sensitiuo, uel in uoluntate, & ille appetitus habet suum organum in capite.

Tertius art. De tristitia in Christo.

Quantum ad tertium articulum &c.]

Hic ostenditur, Vtrum in anima Christi fuerit tristitia secundum portionem inferiorem, & de quibus obiectis potest esse tristitia, & primo ostendit de quibus obiectis. Ponit distinctionem, & propositiones. Distinctio est, Portio superior capitur dupliciter, Vno modo stricte, Alio modo largè. Primo est intellectus, & uoluntas ut respiciunt Trinitatem personarũ, & essentiam diuinam: sed Secundo modo est intellectus indicans de aliquibus temporalibus secundum regulas æternas, & uoluntas uolens temporalia in ordine ad æterna. ut intellectus intelligens, quòd proximo est subueniendum propter Deum, & uoluntas uolens dare eleemosinam propter Deum.

1. Prop.

Prima propositio. Portio superior uoluntatis animæ Christi stricte sumpta, non potest tristari de suo obiecto. Patet. Illa tristitia non est possibilis in anima Christi, quæ consequitur immediate uolitionẽ obiecti beatifici, uel alicuius perfectionis intrinsecæ in ipso Deo: sed illa tristitia, quæ est in portione superiori stricte sumpta, est huiusmodi: sic quod immediate respicit nolitionẽ essentiæ diuinæ, uel perfectionis intrinsecè: ergo talis tristitia non erat possibilis in Christo.

patet maior, quia anima Christi non poterat nolle essentiam diuinam.

2. Prop.

Secunda propositio, Tale nolle Dei si esset possibile, esset grauissimum peccatum in specie.

Ad peccatũ in spẽ, tria requiruntur.

Nota, quòd ad peccatum in specie, ut dicitur in ultima quæstio. secundi, requiruntur tria. Primo, quòd sit ex certa malitia. Secundo, quòd sit contra præceptum primæ tabulæ. Tertio, quòd sit actus oppositus actui conuerſiuo in Deum. de primo patet, quia ignorantia non est peccatum contra Spiritum Sanctum. de secundo patet, quia contra alia præcepta licet fiant ex certa malitia, non tamen sunt contra Spiritum Sanctum.

Odium Dei est impossibile. cuius oppositũ dicit qdã nominalis sed hoc ẽ falsũ.

Tertia propositio. Impossibile est aliquam uolũtatem creatam nolle Deum. Ex quo sequitur, quòd impossibile est odire Deum, ita quòd odium Dei est impossibile.

Notandum tamen quod quidam nominalis dicit oppositum, scilicet, quòd odium Dei est possibile. tamen hoc est falsum. arguitur sic. Illud non potest odiri, in quo non inuenitur aliqua ratio mali, ue aliquis defectus boni: sed in Deo nulla est ratio mali, nec defectus boni: ergo non potest odiri, ut dicit Scotus in 6. distinct. secundi quæstio. qua quæritur, Vtrũ peccatum primi Angeli fuerit superbia. ubi dicit, quòd superbia Angeli fuit consumata in odio Dei, & ibidem dicit, qꝰ odium Dei non est possibile, ita quòd impossibile est uoluntatem creatam uelle Deum non esse. Et in ultima. quæst. secundi dicit, quòd actus diligendi Deum, non habet contrarium: quia odium Dei non est possibile, quia si esset possibile, esset peccatũ in Spiritum Sanctum. Vnde in quarto. dist. 49. quæstio. 9. dicit in corpore quæstionis, quòd impossibile est odire Deum. Et secundo dicit, quòd impossibile est uoluntatem di

Opi. Scot. de possibilitate odij, Dei.

ligere miseriam, ita quod sicut est impossibile audire coloré, & uidere sonum: ita est impossibile uoluntatem odire Deũ. Et etiam in quæstione. sexta quodlibeti. articulo primodicit, quòd impossibile est aliquem odire Deum, sicut est impossibile uidere sonum, & ratio est, quia odium Dei non potest transire supra Deum, in hoc loco etiam dicit. Et sic sunt quinque passus, in quibus patet, qꝰ odium Dei non est possibile. dicit ille nominalis, quòd odium Dei sit possibile creaturæ rationali uiatrici, & arguit sic, authoritate psalmistæ superbia eorum, ideſt damnatorum, qui te oderunt, ascendit semper: ergo damnati possunt odire Deum. Item circa quodcunque potest esse inuidia, circa illud potest esse odium: sed circa Deũ potest esse inuidia: ergo etiam odium. patet minor, quia Iudæi inuidebant Christo: ergo odio habebant Christum.

Arg. nõiãlis. qꝰ odium Dei sit possibile.

Sol. argum.

Respondeo. ad primum dico, quòd aliquem posse odire Deum, potest dupliciter intelligi: Vno modo in se, & absolute: Alio modo quo ad suam iustitiam. Et hoc dupliciter. Vno modo accipiendo iustitiam pro perfectione intrinseca, quæ est unum de attributis. Alio modo pro effectu Dei & pro punitione Dei quam habent damnati.

Sol. primũ. aliquẽ Deũ odire dupl. Instantia Dei duplic.

Prima propositio. Impossibile est creaturam odire Deum.

1. propos.

Secunda propositio. odium Dei, non est possibile quo ad iustitiã pro perfectione ipsius Dei. ideſt impossibile est, quòd damnati odio habeant illam perfectionem intrinsecam, quæ est iustitia, quia illa est formaliter infinita. & sicut nõ possunt odire essentiam diuinam, ita nec iustitiam.

2. prop.

Tertia. Creatura rationalis ex malitia sua potest odire Deum, quo ad iustitiam, capiendo iustitiam pro effectu. patet quia damnati odiunt iustitiam Dei, & odiunt illam punitionem qua puniuntur, & hoc dicit hic Scotus in textu.

3. Prop. Quo dãnati odio habent iustitiã Dei, et quã scõm Scot.

Ad secundum dico distinguendo, Vel per communicationem idiomatum, & sic concedo, uel tanquam circa Deum, & sic nego.

Solu. scõm.

Tertio sic. Quandocunque aliqua duo sunt contraria, si unum contrarium est possibile, & reliquum: sed dilectio Dei est possibilis: ergo etiam odium Dei est possibile. patet, quia dilectio, & odium, sunt contraria.

3. arg. nominalis.

Respondeo quòd dilectio, & odium Dei, non sunt contraria, & sic tu præsupponis falsum, benè uerum est, quòd dilectio creaturæ habet odium pro contrario.

Solu. 3. arg. nominalis.

Quarto sic arguit Occham: Cuſtunque contradictoriorum alicuius conclusionis syllogismi practici, potest uoluntas se conformare: sed per syllogismum aliquem, potest concludi Deum esse odiendum: ergo illi uoluntas potest se conformare.

4. argu. ad idem.

Respondeo negando minorem. probo eam sic: omnis inflictor pœnæ est odiendus: sed Deus est inflictor pœnæ: ergo Deus est odiendus.

Sol. quartũ. probatur minor. Sol. ꝓbatio.

Respondeo, & nego maiorem, quia licet intellectus quantumcunque dicter, uoluntas tamen non potest odire Deum, quia uoluntas ex natura sua est talis potentia, sic quod non potest habere istum actum, qui est odire Deum, ut dicit Scot. in 16. quodlibeti.

Quarta propositio. loquendo de portione superiori large sumpta, de tribus potuit tristari.

4. Prop.

Notandum, quòd aliqua portio superior alicuius, potest tristari de tribus: & maximè illi qui sunt in purgatorio. Primo de carentia beatitudinis. Secundo de peccatis suis, uel per sonarum dilectarum sibi. Tertio de passionibus illis personis inflictis. Et hoc propter Deum: sicut portio superior uult tria ordinatè, ita uult oppositа illis tribus, & concomitanter tristatur de illis tribus. Primo uult bonum sibi, ideſt beatitudinem. Secundo bonum iustitiæ, & bona opera meritoria in ordine ad fruitionẽ. Tertio uult opera media in ordine ad beatitudinem. Vnde triplicia sunt bona, Quędam suprema, ut uisio essentiæ diuinæ, Alia media, ut bona animæ, & corporis, Alia minima, ut bona temporalia, sicut diuitiæ. Primo quis debet ordinate uelle suprema bona, ideſt beatitudinem. Secũdo bonos actus iustitiæ. Tertio bona minima, ut bona corporis, ut mediantibus illis, possimus habere uitam æternam. Ita tristatur portio superior de obiectis illis tribus, ut dictum est.

Portio superior pot tristari de tribus. Triplicia sunt bona.

Quinta propositio. Anima Christi secundum portionem superiorem large sumptam, non tristabatur de carentia beatitudinis. Et ratio est, quia licet nollet carentiam beatitudinis, tamen quia illa carentia non euenit: ideo non tristabatur Ideo in passione Christus erat beatus, nec fuit interruptio in beatitudine sua, & quòd in morte non fuit facta interruptio patet, quia cogruum est, ut qui meruit coniungere alios in gloria, quòd ipse non priuaretur illa beatitudine: ergo non tristabatur.

5. Prop. Christus in passione fuit beatus.

Notandum, quòd ad hoc, quod obiectum causet tristitiam requiritur, quòd sit nolitum. ideo si Michael esset in igne, & non uellet, tristaretur. Secundo, quòd obiectum nolitum eueniat; ideo si nunc ego nollem esse in patria, & hoc non euenit mihi, ideo propter hoc non causat in me tristitiam. sicut etiam si nolo mortem fratris, & mors non euenit, talis nolitio non causat tristitiam. Similiter in beatis, licet ipsi apprehendant ignem inferni, & nolunt detineri in illo igne, tamen quia non euenit eis ille ignis: ideo non tristantur.

Ad hoc, ꝙ obiectũ cau set tristitiã 3. requirũtur.

Sexta propositio. Anima Christi secundum portionem superiorem, licet non tristabatur de propriis peccatis, tamen trista-

6. Prop.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De peccatis alienis tristabatur ratio Christi.

tristabatur de alienis. Prima pars probatur, quia Christus nullum peccatum habebat: quia ipse peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Secunda pars probatur, quia tristabatur de infidelitate suorum discipulorum, de incredulitate Iudæorum: similiter de nobis. Ideo dicebat Ambrosius Dolles domine, non tua uulnera, sed mea, & tristaris de meis peccatis non de tuis; & ideo Christus secundum aliquos doctores, quando dixit sitio, non sitiebat corporaliter, sed spiritualiter, quia sitiebat salutem animarum. Item super illud, uidés ciuitatem fleuit amare, dicunt doctores, quòd Christus uidebat peccata eorum qui erant in Hierusalem, quando debebát eum crucifigere, & multa mala facere, propter quæ omnia fleuit. Ideo tristatus est de crudelitate Iudæorum, & de infidelitate discipulorum.

Dub. mouetur.

Quæritur hic unum, licet sit extra textum. Cum Christus magis uoluerit salutem Iudæorum, & Innocentium discipulorum, quare non meruit, ut præseruarentur ab infidelitate, sicut meruit, ut uirgo præseruaretur a peccato, & Christus meruit discipulis resurrectionem à peccatis? Doctor non soluit istam quæstionem, sed tamen respon quòd ratio est, ut esset causa nostræ informationis, & ut nobis præberet exemplum, ut quando cadimus in peccatum, non desperemus. ideo Christus non præseruauit discipulos à peccato, licet potuisset meri, & præseruare eos.

Soluitur, & redditur rō quare Christus nō pser uauit discipulos a peccatis.

7 prop.

Septima propositio. quo ad fruitionem, & iustitiam, & actum meritorium, non oportet distinguere inter portionem superiorem, & inferiorem: quia portio superior potest habere ista duo, scilicet fruitionem, & actum meritorium, & similiter portio inferior.

8. Prop.

Octaua propositio. De quibusdam obiectis anima Christi non tristabatur, quia non eueniebant: & de quibusdam tristabatur. exemplum, Christus noluit peccatum actuale in B. Hieremia, & non euenit; ideo non tristabatur, sed sciebat, quòd Petrus debebat peccare, negando ipsum, ideo tristabatur, qa uoluntas Christi erat recta nolendo illa peccata, si Christus non fuisset mortuus pro nobis, nunquam potuissemus satisfacere pro uno peccato mortali. sed merito passionis Christi nunc dimittuntur nobis nostra peccata.

Mouet Sco. hic difficultatem.

Sed quo ad tertium hic Scotus aggreditur difficultatem, Vtrum in uoluntate Christi fuerit tristitia de passione. certū est, quòd Christus fugiebat flagella, & mortem, Vtrum secundum portionem superiorem, uel inferiorem fuerit tristitia in uoluntate animæ Christi.

Resp. Sco. Dupl. tristitia. & ea utraque duplex.

Respondeo, prima propositio. duplex est tristitia non consequens nolitionem actualem siue absolutam, siue conditionatiuam, sed naturalem nolitionem consequens.

Notandum, quòd tristitia est duplex. Quædam est, quę consequitur nolitionem actualem: Alia est quæ consequitur nolitionem naturalem. Tristitia, quæ consequitur nolitionem actualem est, Quædam absoluta, Alia conditionata. ut mercator proiiciés merces in mari, habet nolitionem conditionatam. Naturalis est duplex, Quædam est ex disconuenientia obiecti ipsi potentiæ: Alia est tristitia consequés nolitionem naturalem, quando obiectum est disconueniens appetitui sensitiuo, & consequenter est disconueniens uoluntati, propter connexionem appetitus sensitiui cum uoluntate.

Secunda propositio. Ista duplex tristitia, quæ consequitur nolitionem naturalem, est appropriata cuilibet portioni. Pro declaratione ponitur prima propositio. Nolle naturaliter, & tristari conuenit uoluntati, ut est natura, & etiam ut est portio superior. Exemplum, ponatur obiectum discōueniens uoluntati ex natura rei. Secunda propositio. Tristari ex compassione cum appetitu sensitiuo, pertinet ad uoluntatem, ut est portio inferior.

Tristari conuenit uoluntati, ut est natura, & ut portio superior.

Probatur prima propositio. Illud respicitur a portione superiori largè sumpta, quod respicitur in ordine ad æternum, & nihil uult uoluntas naturaliter primo, & principaliter, nisi ipsum obiectum æternum, & secundario creata: ergo illa, sicet obiectum primum, & obiecta creata in ordine ad Deum respicit secundum portionem superiorem: ergo si oppositum eueniat eorum, quæ appetit, causabit tristitiam. Exemplum uoluntas appetit primo, & principaliter Deum: secundo diligit se in ordine ad ipsum Deum. si eueniat mihi malum, uel passio, ista tristitia est in portione superiori: ergo prima propositio est uera, ut est portio superior, ut est natura, & ut respicit Deum primo, & principaliter, & consequenter obiecta secundaria.

Quid prima appetat uoluntas creata, Deum an se.

¶Qui diceret uoluntatem &c.]

Hic Scotus quærit, Vtrum uoluntas creata naturaliter appetat primo & principaliter Deum, & secundo seipsum, uel econtra, uidetur, quòd quis magis diligit seipsum, quàm ipsum Deum: ista conclusio ponitur in 4. di. 49. q. 1. ubi ponit illas conclusiones.

Probatur secunda propositio supra dicta, quòd intellectus intelligens obiectum, & sensus cui cōiungitur sentit illud, est portio inferior. probatur, quia intelligit obiectum non in habitudine ad ipsum Deum. pariformiter uoluntas uolens obiectum, quia appetitus sensus uult illud, est portio inferior ergo &c.

Arguitur sic contra, quia secundum membrum uidetur repugnare primo: ergo il æ duæ propositiones sunt falsæ. patet, dictum est, quòd tristitia causatur dupliciter. Vno modo ex disconuenientia obiecti naturalis. Alio modo ex discōueniētia obiecti in appetitu sensitiuo. Arguitur sic. Voluntas compatitur appetitui, ut est natura, probatur, quia non ut est libera, sed ut est natura, propter connexionem: ergo uoluntas, ut natura, erit portio inferior, & superior. hic uult habere, qp prima propositio repugnat secundæ. Ad quod respondeo, qp uoluntas ut natura, capitur dupliciter. Vno modo in quantū respicit obiecta propria huius potentię, tanquam unum perfectibile suas proprias perfectiones, & sic capitur in primo mēbro, quia primo, & principaliter inclinatur uoluntas ad Deū, & consequenter ad alia obiecta in ordine ad Deum. Alio modo sic, pro ipsa uoluntate, ut habet inclinationem naturalem ad aliquid, quod consequitur naturam uoluntatis, & ad obiectum ad quod inclinatur appetitus sensitiuus, ad quod etiam inclinatur uoluntas. Primo modo pro ut respicit sua obiecta, illa inclinatio est ad obiecta secundaria in ordine ad primarium, sicut materia prima inclinatur naturaliter ad dispositionem, non ultimatè, sed ut inclinatur ad formam substātialem, ita uoluntas inclinatur ad obiecta secundaria in ordine ad primum obiectum. Tertio modo capitur uoluntas generaliter, ut est commune ad uoluntatem, ut natura, tam primo modo, quàm secundo modo sumpta. sicut homo est commune ad Sortem, & Platonē. uoluntas ut natura primo modo, est portio superior: & uoluntas, ut natura secundo modo, est portio inferior. Et sic primū membrum non repugnat secundo, quia uoluntas, ut natura, dicitur portio superior, ut respicit obiectum primum.

Voluntas, ut natura dupliciter.

¶De aliis duabus &c.]

Tertia conclusio. Tristitia consequens nolitionem actualem, siue absoluta siue cōditionata, potest poni tam in portione superiori, quàm in portione inferiori. Probatur, quia portio superior potest nolle absolutè, & conditionaliter aliquod obiectum, & tandem tristabitur: ergo &c. probatur antecedēs quia secundum portionem superiorem, propter Deum nolo mortem proximi, si euenit mors proximi, illa tristitia, quæ cō sequitur nolitionem illam, ponitur in portione superiori. De conditionata patet, si uiderem pauperem, & nihil haberem, & dicerem, uellem te iuuare si possem, & illam uolitionem sequitur tristitia, quæ tristitia ponitur in portione superiori.

3. concluſ.

De portione inferiore est nolitio absoluta, & conditionata. Exemplum. dicit auarus, ego porto mille scuta, ideo nolo capi à Latronibus, si capiant ipsum latrones, & capiant peccunias suas, consequitur tristitia talem nolitionem; quæ tristitia est in portione inferiori. Vnde nota, quod duæ uiæ sunt communes utrique portioni, & duæ propriæ. & sic quælibet portio potest tristari dupliciter de obiecto nolito. De superiori patet, quia potest tristari, ut natura, tanquam inclinetur ad obiectum, & obiectum euenit, tunc causatur tristitia. Item ex obiecto nolito nolitione absoluta, & de obiecto nolito nolitione conditionata, etiam in portione inferiori, quia uoluntas, ut natura compatitur appetitui sensitiuo de obiecto inconuenienti appetitui sensitiuo; & de obiecto nolito nolitione absoluta, & de obiecto nolito nolitione conditionata.

Et licet sint quatuor modi tristandi, ut dictum est, tamen anima Christi secundum portionem superiorem non potuit tristari, nisi secundum tres modos, nec similiter portio inferior.

¶Vlterius ad propositum &c.]

Proponit et soluit tres difficultates.

Dictum est, quòd in portione superiori potest euenire tristitia tripliciter. Vno modo propter disconuenientiam obiecti, nulla actione naturali posita: Secūdo propter nolitionem actualem. Tertio propter nolitionem conditionatam. Hic uidendum est, utrum comparando uoluntatem ut est portio superior ad istud obiectum, quod est passio, fuit tristata; ita qp hic essent tres paruæ difficultates. Prima. Vtrum uoluntas, ut natura, & ut portio superior, poterit tristari de suo obie-

1. Difficultas.

Sol. 1. difficultatis.

to, quod est passio, ut est disconueniens uoluntati, & ut præcisè consequitur nolitionem naturalem, non actualem.

Respondeo, quòd sic. patet. Illud obiectum, quod est nolitum secundum affectionem commodi apprehensum ab intellectu, si eueniat, sufficit ad causandum tristitiam in uoluntate: sed passio fuit appræhensa ab intellectu, & erat obiectum disconueniens uoluntati: ergo causabit tristitiam in uoluntate animæ Christi. Maior patet, quia ad causandum tristitiam, sufficit disconuenientia obiecti. Minor probatur: quoniam uoluntas animæ Christi naturaliter inclinabatur ad uolendū bonum huic personæ, ideo oppositum illius boni appræhensum sufficiebat ad causandum tristitiam.

Obicit contra solutio.

Contra arguitur, quod scilicet secundum affectionem commodi magis debebat diligere mortem, quam fugere: quia maius bonum est magis appetiendum secundum affectionem cō modi: sed illud bonum, ad quod ordinabatur mors Christi erat maius, quàm conseruatio uitæ Christi: ergo sequitur, quod Christus secundum affectionem commodi, magis debebat appetere mori.

Solu. obiectio.

Respondeo distinguendo, Aut secundum affectionem iustitiæ: & sic concedo, Aut secundum affectionem commodi, & sic nego. Contra. Illud bonum erat maius bonum, quàm mors Christi sit mala; distinguo, aut uni personæ, & sic nego: aut propter ordinationem diuinam, & sic concedo: quia tunc nō erat bonum huic personæ, sed aliis.

Obijcitur iterum.

Arguitur sic. Voluntas ut natura, inquantum habet inclinationem ad bona commoda, non est portio superior, nego: probatur, quia non appetit primo Deum, nec consequenter alia bona creata in ordine ad ipsum Deum: sed uoluntas creata primo, aut principaliter non appetit naturaliter Deum, & alia in ordine ad Deum. patet, quia primo naturaliter appetit bonum sibi.

Soluitur obiectio.

Respondeo, quòd hoc ultimum est negandum: quòd uoluntas appetat primo sibi bonum proprium: immo appetit Deum, quia Deus benedictus non tantum est summe amandus secundum affectionem iustitiæ, sed etiam secundum affectionem commodi, si per impossibile uoluntas non esset libera, & haberet tantum affectionem commodi; ideo uoluntas creata naturaliter magis inclinatur ad diligendum Deum, quam seipsum, quia Deus in ordine obiectorum est primum, & sic patet, quod in uoluntate, ut natura, & ut portio superior ponitur tristitia de obiecto disconuenienti.

2. difficultas solu.

Secunda difficultas, Vtrum in uoluntate Christi, ut est portio superior libera, fuerit uolitio actualis circa passionem.

Respondeo, quòd uoluntas Christi non tristatur de passione sibi illata tristitia consequente nolitionem actualem obiecti tristabilis.

Contra arguitur sic. Impossibile est duo opposita esse demonstrata per principia sumpta ab ultimo fine: ergo impossibile est demonstrare mortem esse nolendam, & uolendam in ordine ad ultimum finem: sed sic est, quòd conclusum fuit per rationem, Christi passionem esse nolendam pro tempore illo: patet, quia illud est nolēdum a uolūtate Christi, qp Deus vult eam uelle: sed Deus uult uoluntatem Christi uelle passionem pro illo tempore: ergo uoluntas Christi non potuit nolle passionem in ordine ad Deum: ergo sequitur, quòd non potuit nolle passionem ratione rectā: ergo non potuit tristari de passione.

Contra arguitur sic. Si pro illo tempore, pro quo Christus mortuus est, ista passio Christi est uolenda, sequit, quod Deus non rectè uoluisset Christum pati, nec uoluntas Christi rectè illam uoluisset, nec in tali uelle meruisset. patet, quia si recta ratio dictasset, quòd passio Christi est nolenda, Deus uoluisset aliquid contra rectam rationem.

Ex quo sequitur, quòd ratio practica, ut intellectus, non potuit concludere passionem esse nolendam, quia passio erat vnum rectè uolendum, quia immediatè ordinabatur ad ultimum finem, mediatè uero ad salutem hominum: ergo, sicut recta ratio non potuit concludere passionem uolendam pro illo tempore, sequitur per consequens, quòd uoluntas non potuit nolle illam passionem: ergo uoluntas non potuit tristari tristitia consequente absolutum nolle liberum.

Instat contra.

Contra. Si istud fuisset conclusum per syllogismum practicum, passio Christi est uolenda, sequitur, quòd Christus non gauderet de uita sua. probatur, quia æquè concluditur nunc, sicut tunc, quòd uita Christi est uolenda: sed tunc, scilicet tēpore passionis ratio superior concludebat, quod uita Christi est uolenda: ergo etiam nunc eadem conclusio est colligenda. Probatur, quia demonstratio semper concludit eandem conclusionem: ergo nunc non gaudet de uita sua, sed hoc est falsum: ergo non potuit tunc concludi, quòd passio Christi esset uolenda.

Proſolutione practicæ instātiæ notandum.

Pro responsione dico, quòd conclusio demonstrationis practicæ est de actu circunstantionato. exemplum. ista est conclusio syllogismi practici, passio Christi est pro tempore passionis uolenda a uoluntate animæ Christi propter Deum. ibi concluditur agens, quia uoluntas; & finis, quia propter Deū; & obiectum, scilicet passio, & tempus. & sicut pro tunc uoluntas uoluit illam passionem illo tempore, ita pro nunc uult uitam suam. probatur, quia tota Trinitas uolebat illam passionem: ergo anima Christi uolebat se conformare Trinitati pro iustitia conseruanda, & pro actu meritorio consumando, & pro nunc non uult, quia Trinitas non uult ipsum uelle. Exēplum. ieiunandum est in quadragesima. ista est conclusio syllogismi practici, licet sit ieiunandum pro illo tempore, non tamen semper est ieiunandum, sed pro illo tempore, & quia illa conclusio erat circunstantionata pro illo tempore, ideo pro illo tempore erat uolenda Christi passio.

Ad argumentum respondeo dicendo, quòd demonstratio quæcunque semper concludit eandem conclusionem, ita qp sicut concludebatur tunc, quòd passio Christi esset uolenda, ita nunc est concludendum, quòd passio Christi pro isto tempore erat uolenda: unde demonstratio practica eodem modo concludit, quòd passio Christi pro tunc erat uolenda, & cum infertur: ergo semper est uolenda, nego, quia conclusio syllogismi practici ponit circunstantiam temporis. nec sequitur, pro tunc est uolenda: ergo & pro nunc. nisi ut nunc determinat illationem, uel illatum. Pro quo nota, qp consequentia est illatio, & illatum est ipsa conclusio. Ad propositum, concludere nunc passionem Christi esse uolendam pro tunc, si ly tunc determinat illationem, ipsa est uera: si determinat illatum, & conclusionem, est falsa; quia sensus est, quod concluditur passionem Christi esse uolendam pro nunc, & sic falsum est. Ideo nunc Christus gaudet, & tunc tēporis quando patiebatur non gaudebat de uita sua: & nūc debet gaudere de uita sua bona.

Conſequētia & illatum quid.

3. difficultas. Duplex nolitio habetur lis.

Quæro, utrum in uoluntate animæ Christi, ut est portio superior, sit ponenda tristitia consequens nolitionem conditionatam? Respondetur, quòd duplex est nolitio habitualis, quæ dam est nolitio habitualis, quæ idem est, quod nolitio conditionata, quam uoluntas immediatè elicit. Exemplum de mercatore, quando proiicit merces in mari ne pereat. Alia est habitualis, quæ capitur pro uolitione naturali, ut quando præsentatur obiectum disconueniens naturaliter uoluntati. Hoc supposito respondetur, quod uoluntas animæ Christi tristabatur de passione, & hæc tristitia consequente nolitionem habitualem, seu conditionatam. probatur propositio. quandocū que ponitur notitia conditionata respectu obiecti, quod euenit, sufficit obiectum ad causandum tristitiam: sed in uoluntate animæ Christi fuit posita nolitio cōditionata de passione: probatur minor, quia uoluntas animæ Christi habuit istud uelle, nolle mori, si omnia pollent æquè bene sequi, sicut moriendo, & illa tristitia erat in portione superiori, & habuit nolitionem conditionatam. patet, quia ipse dicit, Pater si possibile est transeat a me calix iste: & habebat uolitionem absolutam, quia sequitur, ueruntamen non mea uoluntas fiat, sed tua. Et quod Christus habuerit nolitionem conditionatam, patet per Augustin. de iusto dicentem, quia quamuis iussus sit paratus mori pro republica, tamen habet uolitionem conditionatam, si posset aliter fieri reparatio reipublic. tamen si oporteat mori, patiēter sustinet, & ex hoc sequitur tristitia. & probat B. Augustin. quod nullus possit esse beatus in ista uia, quia beatus est, qui habet quicquid uult: sed iustus moriens pro republ. habet uolitionem conditionatam: ergo &c. probatur per Aristot. 3. Ethic. dicentem, Mors, & uulnera forti tristitia sunt, sustinet tamen ad euitandum dedecus, & quāto aliquis est magis uirtuosus, tanto magis tristabitur, quia habet nolitionem conditionatam, quia nollet mortem, si posset aliter fieri. & illam nolitionem conditionatam sequitur tristitia in uoluntate. Probatur per rationem, & arguitur sic. Obiectum patientiæ nullo modo est eligibile, nisi propter bonum, scilicet uirtutis: sed passio est obiectum patientiæ: ergo non fuit eligibilis illa passio, & per consequens potuit habere uolitionem conditionatam. Probatur maior, quia si obiectum patientiæ esset eligibile, nos nō indigeremus patientia. si dicatur. fortitudo est uirtus mora is, quæ disponit portionē inferiorem non superiorem, ergo authoritates non allegantur ad propositum.

Chriſtus no luit mori nō litione conditionata.

Obiectū pātientiæ non eſt eligibile.

Respondeo. Portio superior nunquam eligeret aliquod

Universidad de Deusto
Biblioteca

malum inquantum oppositum eligibilius est, nisi Deus illud, quod eligibilius est prohiberet: quia, si portio superior debet eligere malum, dic mihi quare beati non eligunt, & appetũt malum secundum portionem superiorem? certè nulla est alia causa, nisi, quia portio superior non eligeret malum, nisi, quia Deus prohibet oppositum eligere.

Vlt. difficultas. Sol.

¶Vltimo videndum est &c.]

Quæritur. Vtrum uoluntas animæ Christi, ut natura, & ut est portio inferior, habuerit tristitiam de passione inquantum comparatur appetitui sensitiuo.

1. concl. de portione inferiori.

Respon. Prima conclusio. Voluntas animæ Christi, ut est portio inferior, tristabatur de obiecto disconuenienti, & de passione, probatur. Vbicunque est colligantia uoluntatis cum appetitu sensitiuo. uoluntas compatitur appetitui sensitiuo patet ista, sed in Christo fuit maxima colligantia appetitus sensus cum uoluntate: ergo uoluntas, ut portio inferior compatiebatur sibi naturaliter dolendo compatiendo appetitui sensitiuo dolenti de illo obiecto, quod est passio.

Dubit alia mouetur.

Secundo quæro. Vtrum uoluntas animæ Christi, ut portio inferior, tristetur de passione non referendo finem ultimum, tristitia consequente uolitionem conditionatam? Respondeo, quòd uoluntas animæ Christi, ut est portio inferior habebat uolitionem conditionatam, & obiectum euenisset: ergo tristabatur.

Tunc arguitur sic. In quacunque uoluntate est nolitio conditionata obiecti, est tristitia consequens nolitionem conditionatam: sed in Christo fuit nolitio conditionata de passione: ergo in Christo fuit tristitia in uoluntate consequente nolitionem conditionatam, quia dicit Christus, nollem mortem, si aliter fieri posset reparatio naturæ humanæ. & hoc probatur per auctoritatem Augustini, & Aristotel. ut prædictum est.

Tertio quæro, Vtrum in uoluntate animæ Christi, ut est portio inferior, possit poni tristitia de passione consequente nolitionem absolutam.

3. concl.

Respondeo, quod Doctor est problematicus.

Tertia conclusio. In uoluntate animæ Christi, ut est portio inferior, non potuit poni tristitia de passione consequente nolitionem absolutam.

Consequenter probat portionem inferiorem, idest tam de intellectu, quam de uoluntate passionem Christi non esse nolendam. Et quod uoluntas non potuit nolle passionem, & qđ non potuit tristari.

1. rõ ad cõcl.

Primo probatur sic arguendo. Eadem passio non potest habere oppositos actus circa idem obiectum, quorum alter illorum actuum est in summo: sed portio inferior, & superior sunt eadem portio: ergo non possunt habere oppositos actus, quorum unus sit in summo, sed ratio superior summè dictabat passionem esse summè nolendam, & uoluntas uolebat: ergo portio inferior non poterat aliquo modo dictare passionem esse nolendam. nec uoluntas poterat nolle eam: ergo &c.

Probatur maior, quia si nolitio sit in summo, non compatitur sibi aliquam uolitionem. Minor probata est superius, quia portio inferior, & superior non distinguuntur nisi penes obiecta, & officia.

2. ratio.

Item ex principio & conclusione non sequuntur oppositа: sed principium rationis inferioris est conclusio rationis superioris. ergo ex illis non sequuntur oppositа: sed conclusio rationis superioris concludit, passionem esse uolendum: ergo non potest esse principium istius conclusionis, passio Christi est uolenda. Patet maior, & capio istud principium, omne animal rationale est risibile, & conclusionem, hõ est risibilis, ex illo principio, & illa conclusione non sequuntur istæ duæ cõclusiones, Sortes est risibilis, Sortes non est risibilis. Probatur minor.

1. regula.

Prima regula. Prima principia practica sumuntur à fine ultimo: principia illius cõclusionis, passio est uolenda, sunt ista, illud est uolendum a uoluntate creata, quod Deus uult nos uelle: sed Deus uult uoluntatem creatam uelle passionem Christi: ergo passio Christi est uolenda.

2. regu.

Secunda regula. Omnes fines non ultimati ordinantur ad finem superiorem, ut ad Deum. patet, quia secundo physicorum dicitur, Nos summus finis omnium, & nos ordinamur in Deum: ergo omnes fines ultimati ordinantur in Deum.

3. regula.

Tertia regula. Principia practica rationis inferioris sumuntur ab istis finibus non ultimatis. patet, quia sicut isti fines sunt non ultimati, ita principia sunt principia non ultimata.

4. regula.

Quarta regula. Sicut bonitas istorum finium est à uoluntate illius ultimati finis, ita principia rationis inferioris sunt quædam conclusiones rationis superioris. Exemplum. uolo dare eleemosynam propter uirtutem: iste finis, qui est propter uirtutem, habet suam uoluntatem a uoluntate finis ultimati, scilicet Dei: ita principia rationis inferioris, sunt quædam conclusiones rationis superioris. exemplum, ut hic est syllogismus practicus rationis superioris. hoc est uolendum a uoluntate creata, quod Deus uult me uelle: sed Deus uult me uelle passionem Christi pro salute humani generis, ergo passio est uolenda pro salute humani generis, Ista est ratio superioris. Item passio est uolenda propter salutem humani generis; sed ictus, & flagella sunt passiones: ergo istæ passiones sunt uolendæ, Iste est syllogismus practicus rationis inferioris.

3. ratio.

Tertio sic. Portio superior concludit passionem esse uolendam: ergo portio inferior non potest concludere passionem esse nolendam per bonum syllogismum. Probatur antecedens, quia quomodocunque principia rationis se habeant ad principia rationis superioris, saltem hoc est uerum, quòd nunquam oppositа possunt demonstrari per unum syllogismum, nisi alter illorum syllogismorum sit sophisticus: sed Christus non potuit cõcludere per syllogismum sophisticum passionem esse nolendam, quia non potuit errare: ergo uoluntas non potuit nolle illam passionem, nec portio inferior potuit istud concludere. Si teneamus, quòd principia rationis inferioris sint immediata, tamen sunt posteriora principiis rationis superioris, quia tunc diuersus est ordo. Si teneamus, quòd principia non sint immediata, sed quòd inter illa sit ordo, dicemus, quòd principia inferioris rationis sunt conclusiones rationis superioris: & hoc ultimum est uerum, sicut principia scientiæ subalternæ sunt conclusiones scientiæ subalternantis,

4. ratio.

Quarto sic. Ratio Christi, ut est portio inferior, iudicauit passionem esse sustinendam pro salute hominum: ergo non potuit concludere illam passionem esse uolendam. Probatur antecedens, quia certum est, quòd portio inferior indicat, ꝙ fortis politicus debet moti pro conseruatione reipubl. & debet uelle mori. sed Christus erat uir fortis politicus: ergo ratio inferior non potuit concludere passionem esse nolendam & uoluntatem non uelle. probatur consequentia, quia impossibile est eandem portionem concludere oppositа.

Instãsio.

Si dicatur. Concedo qđ ratio inferior concludit, ꝙ passio est sustinenda, non tamen concludit, quòd passio Christi sit uolenda. & ideo tristabatur, quia obiectum passionis non est eligibile secundum se, immo poterat stare nolitio absoluta.

Reprobatio instãsionis.

Contra arguitur sic. Vel ergo uoluntas uult illam passionem, uel non uult eam: si secundum: ergo non est recta, quia discordat se a recto dictamine. si dicas primum, ergo sequitur quòd prosequetur, & fugiet eam. Probatur, quia in quocunque est uolitio efficax, est prosecutio obiecti; & in quocunque est uolitio obiecti, in eo est fuga illius obiecti: ergo si uoluntas Christi fuit recta, uoluit illam passionem; & si secundum portionem inferiorem refugiebat eam, noluit illam: ergo simul prosequebatur, & fugiebat mortem.

Præterea ad conclusionem sunt auctoritates: Prima auctoritas est Augustini super illo passu. Clamaui &c. qui dicit, quòd miles coronandus non timet &c. ergo si non habet timorem de passione, sequitur, quòd ipse non uolebat passionem futuram: sed ipse non timebat obiectum: ergo non poterat tristari.

Passio dupl.

Respondeo, quòd passio capitur dupliciter. Vno modo, ut distinguitur contra passionem subreptitiam, & sic tristitia consequens uolitionem actualem distinguitur contra passionem: & sic in anima Christi fuit uera passio tristitiæ. Alio modo capitur pro passione impediente usum rationis, & pertur bantem illum usum, & sic passio distinguitur contra propassionem, quia propassio est unum commune ad quamcunque tristitiam, quæ non impedit usum rationis: & sic in Christo non fuit passio, sed propassio, quæ non impedit usum rationis.

Solutio.

Cui non placet &c.] Scotus resoluendo se ponit aliquas propositiones.

Prima propositio. Voluntas ut libera, non uoluit istud obiectum, quod est passio secundum portionem inferiorem. Ex quo sequitur, quòd non tristabatur tristitia consequente nolitionem absolutam.

Secunda propositio. Voluntas animę Christi tristabatur tristitia consequente illam nolitionem conditionatam, ut est portio inferior, quia illa nolebat mori, si aliter fieri potuisset.

Tertia propositio. Volitio passionis erat uoluntarium mistum

Vtrũq; uoluntarium duplex.

mistum inuoluntario. pro quo est notandum, quòd duplex est uoluntarium. Quoddam est nullo modo mistum inuoluntario, & est, quando quis uult obiectum nulla nolitione posita. Aliud est uoluntarium mistum inuoluntario, ut nolitio, qua mercator uult proiicere merces in mari: istud uoluntarium, est mistum inuoluntario: & istud uoluntarium fuit in Christo patiente, licet uoluntas uellet passionem conditionatam.

Respondeo ad quæstionem, quando quærebatur, Vtrum in anima Christi secundum portionem superiorem fuerit dolor. Pro responsione pono aliquas distinctiones.

In aĩa Christi ẽse dolorem dupl.

Prima. In anima Christi esse dolorem, intelligitur dupliciter, Vno modo in parte sensitiua, Alio modo in parte rationali. Prima propositio In parte sensitiua est uerus dolor, quando obiectum est approximatum potentiæ sensitiuæ actiuæ. Secunda. In rationali est dolor, capiendo dolorem pro tristitia, quando est obiectum nolitum. Secunda distinctio. In anima Christi esse dolorem in parte rationali, intelligitur dupliciter. Vno modo secundum inferiorem Tertia distinctio. Tristitiam esse in anima Christi secundum portionem superiorem, potest intelligi dupliciter, Vno modo capiendo portionem superiorem strictè. Alio modo largè sumptam. Quarta distinctio. Tristitiam esse secundum portionem superiorem largè sumptam, intelligitur tripliciter. Vno modo de isto obiecto, scilicet de carentia fruitionis diuinæ. Alio modo de peccatis propriis, uel alienis. Tertio modo de passione sibi illata, uel aliis. Quinta distinctio. Tristitiam esse in parte rationali secundum portionem superiorem de isto obiecto, quòd est passio, intelligitur tripliciter. Vno modo de tristitia, quæ ponitur in uoluntate, ut est natura, secundum affectionem commodi. Alio modo de tristitia, quæ sequitur nolle absolutum. Tertio modo de tristitia, quæ consequitur uolitionem conditionatam. Sexta distinctio. Tristitiam esse in uoluntate, ut est portio inferior, de isto obiecto, quod est passio, intelligitur tripliciter. Vno modo capiendo tristitiam, quæ est in uoluntate, ut compatitur appetitui sensitiuo. Secundo modo de tristitia consequente nolitionem conditionatam. Tertio modo de tristitia consequente nolitionem absolutam istius obiecti, quod est passio. Istis distinctionibus positis, respondetur per undecim propositiones.

In aĩa Christi ẽse dolorem dupl. Tristitiã esse in aĩa Christi scđm portionem superiorem dup. Tristitiã ẽe in aĩa Christi scđm portionem superiorem dup. Tristitiã de passione tripliciter pũt intelligi. Tristitiã ẽe in uoluntate, ut est portio inferior, de passione tripliciter.

1 propos.

Prima est. In anima Christi fuit uerus dolor secundum partem sensitiuam. patet, quia appetitui sensitiuo ipsius Christi fuit approximatum obiectum disconueniens excellens: ergo fuit in eo dolor.

2. propos.

Secunda In uoluntate animæ Christi, ut est portio superior strictè sumpta, non fuit tristitia de illo obiecto; quia uoluntas animæ Christi, non potuit nolle illud obiectum, scilicet essentiam diuinam uel Deum in se; quia tristitia est de his quæ nobis nolentibus accidunt. probatur, quia uoluntas illa erat impeccabilis.

3. propos.

Tertia propositio. In uoluntate animæ Christi, ut est portio superior large sumpta, non fuit tristitia de isto obiecto, quod est carentia fruitionis. probatur, quia istud obiectum, scilicet carentia fruitionis, non euenit Christo: quia ab instãti conceptionis Christi nunquam fuit interruptio fruitionis, & uisionis essentiæ diuinæ.

4. propos.

Quarta propositio. In uoluntate animæ Christi, ut est portio superior, fuit tristitia, & si non de peccatis suis, tamen bene de peccatis alienis. Probatur prima pars, quia ipse peccatum non fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius. Secunda pars probatur per Ambrosium. Doles Domine non tua peccata, sed mea.

5. propos.

Quinta. Voluntas animæ Christi, ut est portio superior, & ut natura, tristabatur de isto obiecto, quod est passio. probatur, quia uidebat futuram passionem, & erat unum disconueniens uoluntati secundum affectionem commodi, sed unum nolitum secundum affectionem commodi est sufficiens causa ad causandum tristitiam: sed illa passio est huiusmodi: ergo uoluntas animæ Christi tristabatur.

6. propos.

Sexta. Voluntas animæ Christi, ut est portio superior, non tristabatur de isto obiecto, quod est passio, tristitia consequente nolitionem absolutam. patet, quia nunquam noluit Christus illam passionem, immo uoluit efficacissimæ propter Deum.

7. prop.

Septima. Voluntas animæ Christi, ut est portio superior, tristabat de obiecto, quod est passio tristitia consequente nolitionem conditionatam. patet, quia uoluntas nolebat mori, si aliter potuisset fieri.

8. propos.

Octaua. Per modum corollarii, quod uoluntas animę Christi, ut est portio superior, tribus modis habebat tristitiam. Primo de peccatis electorum suorum. Secundo habebat tristitiã, quæ consequitur uoluntatem, ut natura. Tertio tristitiam cõsequentem nolitionem conditionatam.

9 propos.

Nona. Voluntas animæ Christi, ut est portio inferior, & ut natura, compatiebatur appetitui sensitiuo, & tristabatur propter colligantiam potentiarum, quia uoluntas nata est condelectari, uel tristari appetitui sensitiuo, ut dictum est de uirgine corrupta uiolenter.

10. prop.

Decima propositio, Voluntas animæ Christi, ut est portio inferior, tristabatur de obiecto, quod est passio tristitia consequente nolitionem conditionatam. patet, quia uoluisset mori, si aliter potuisset fieri redemptio humani generis.

11. prop. problematica.

Vndecima propositio. quæ est problematica in doctrina Scoti. Voluntatem animæ Christi, ut est portio inferior, tristari de passione, tristitia consequente nolitionem absolutam, est problematica in doctrina Scoti, quia utraque pars potest teneri.

¶Et illud tale dicitur simpliciter uolitum &c.]

Opi. D. Tho. Dup. uolitũ scđm D. Th.

Hic facit Scotus unum incidentale recitando opinionem Thomistarum. Vnde dictum est, quòd, licet Christus uoluerit mortem simpliciter, & absolute, tamen nolebat conditionaliter, & per hoc causabatur tristitia in Christo. dicit B. Thomas ponendo talem distinctionem, quod duplex est uolitum, Quoddam est uolitum simpliciter. Aliud secundum quid. Primum est illud, quod quis uult, quantum est in se: sed uolitum secundum quid est uolitum, quod quis uult propter necessitatem præsentem. Exemplum, ut mercator existẽs in mari, uult simpliciter non proiicere merces in mari, quia quantum est in se, nollet proiicere merces in mari: & istud uelle, est uelle simpliciter, sed propter periculum, mercator uult proiicere merces in mari, istud secundum uolitum est uolitum secundum quid, quia nollet si posset aliter euitare periculum.

Prima propositio. Christus uoluit morte simpliciter & absolutè, idest uolitione absoluta. patet, quia illud est uolitum simpliciter, quod est uolitum quantum est in eo, qui uult: sed quantum est ex parte Christi passio fuit uolita: ergo secunda uoluntas animæ Christi uoluit passionem, & mortem secundum quid. patet, quia illud est uolitum secundũ quid, quod est uolitum propter necessitatem præsentem, sed anima Christi uoluit mortem propter præceptum diuinum, & propter reparationem humani generis.

Reprobat Sco opinion. Thom. Christus uolũt morte simpl. & eã noluit nolitione condtionata.

Dicit Scotus, hoc credo falsum, & dico, quòd quandocunque illud est uolitum simpliciter, quod est uolitum quantum est de se, & nolitum simpliciter, quod est nolitum quantum est de se, falsum est: quia Christus, quantum est de se, uoluit illud propositio D. Thomæ sit falsa, patet: quia ille uult simpliciter proiicere merces in mari, qui est dominus suorum actuum, & in cuius uirtute motiua est proiicere merces: sed mercator existens in periculo, est huiusmodi sic, quòd in potestate eius est uti uirtute motiua: & est dominus suorum actuum: ergo uult proiicere merces in mari simpliciter. Probatur minor, quia existens in mari est dominus suorum actuum & nullo modo cogitur ab aliquo, immo aliquis posset tantum amare merces, ꝙ non proiiceret eas in mari: ergo cum proiicit eas, uult simpliciter eas proiicere.

Sol apparẽs contradictio i dictis Sco. Aliqđ ẽ simpliciter uolitum dupl.

Nota, quòd habemus, quod ille, qui uult proiicere merces in mari, habet uelle absolutũ: quia in eius potestate est proiicere merces, uel non proiicere: quia ipsemet capiet merces, & proiiciet eas in mari. Tamen in materia de uirtutibus Scotus dicit, quòd mercator uult secundum quid proiicere merces. Pro quo nota, quòd aliquid dicitur uolitum simpliciter, dupliciter. Vno modo simpliciter, prout distinguitur contra uelle coactum: & sic ille, qui proiicit merces in mari, uult simpliciter. Alio modo aliquid dicitur uolitũ simpliciter, prout distinguitur contra uelle, uel nolle conditionatum, & sic ille, qui proiicit, licet uelit simpliciter, ut distinguitur contra uelle coactum, tamen habet uolitionem conditionatam, dicendo, nollem proiicere si possem aliter euadere mortem, & sic in ferius in materia de uirtutibus dicetur, quòd ille uult secundum quid, prout opponitur uelle conditionato. & sic ponitur conclusio Scoti, quòd Christus uoluit mortem uolitione cõditionata.

Concl. Scoti.

Probatur. Quicunque uult aliquid cum determinatione distrahente, uult conditionaliter: Christus uoluit mori cum determinatione distrahente, dicendo, pater si possibile est, transeat &c. ergo habuit uelle conditionatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. prop.

Secunda propositio. Christus secundum B. Tho. uolebat passionem uolitione simpliciter. probatur. Illud est uolitū simpliciter, quod est uolitum sine determinatione distrahēte: sed Christus uolebat sine determinatione distrahente: ergo &c. dicūt Thomistæ, quòd Christus uolebat cum determinatione, scilicet propter Deum.

Rō D. Tho.

Arguitur sic. Circunstantia finis, non distrahit actum: ergo illud uelle non fuit distractum, & sic istæ duæ propositiones D. Thomæ sunt falsæ. Et ideo dicendum est, quòd ipse noluit nolitione conditionata, quia nolebat si aliter fieri potuisset.

Monet autem forte &c. S. Thomas probat, quòd prociicere merces in mari sit uolitum simpliciter.

Arguitur sic. Illud, quod est triste simpliciter, est nolitum nolitione simpliciter: sed proiicere merces in mari, & ipsi Christo mori, & fortia subire tormenta, sunt tristiora simpliciter: ergo illa sunt nolita nolitione simpliciter.

Solu. rōnis. Nolitio conditionata quō.

Respondet Scotus ad maiorem, negando ipsam, quia ad tristandum, sufficit nolitio conditionata obiecti, & quòd conditio eueniat. Exemplum. Vellem si possem euadere, ista nolitio est conditionata, si certum sit, quòd ego non possim euadere, tunc causat tristitiam. Et ideo illa maior D. Thomæ est falsa. Dicit Scotus, quòd licet isto postea uellet uolitionem cōsequentem illud obiectum nolitum, tamen quia illa uolitio consequebatur unum nolitum, ideo non gaudebat, & istud nolitum erat, quia uolebat, si esset possibile. Scotus arguit sic, quod mors non sit tristis; quia illud non est triste, quod est uolitum propter aliquod nolitum: sed Christus non uolebat istā passionem uolitione sequente nolitionem.

Respondeo, quod sicut fortis politicus non uellet ciuitatē suam talem necessitatem incurrere a qua eam liberari] oportet per mortem suam, ideo præsupponitur aliquod nolitum: Christus noluit auditores suæ doctrinæ esse tales, quòd ex auditione suæ doctrinæ scandalizarentur usque ad odium mortale.

Nota, quòd fortis politicus habens habitum fortitudinis inclinantem ad patiendum mortem, & tormenta pro conseruatione reipubl. & liberatione nolle trempublicam incurrere talem necessitatem.

Ex quo sequitur, quòd si Christus uoluit mori pro ueritate doctrinæ, illa consequebatur unum nolitum. s. quia ipse nolebat Iudæos esse tales, qui scandalizarentur ex prædicatione sua, ita sic uoluit mori pro salute humani generis, quòd illa uolitio consequebatur unam nolitionem, scilicet, quòd nolebat humanum genus esse in tali statu, quòd opus esset redimi per mortem eius. Item si Christus uoluit mori propter beneplacitum diuinum, uoluntas diuina ordinabat passionem Christi sic, quòd debebat fieri propter hoc, quòd Iudæi debebant scandalizari: uel pro salute humani generis. ideo illud uelle semper sequebatur nolitum. Ad argumentum concedo maiorem, & nego minorem, & dico, quòd etiam uoluit mori, & non uoluit Iudæos esse tales, quod scandalizarentur, nec uoluit homines esse in tali necessitate.

¶Sic itaque si rationes &c.]

Resolutio Scoti.

Consequenter hic Doctor se resoluit, si teneamus, quòd portio inferior &c:

1. prop.

Prima propositio. Voluntas animæ Christi, ut est portio inferior, & coniuncta appetitui sensitiuo, noluit naturaliter passionem Christi, quia naturaliter inclinabatur ad diligendum bonum proprium.

2. prop.

Secunda. Voluntas animæ Christi, ut est portio inferior, uoluit passionem Christi uolitione conditionata, & noluit illam, si aliter potuisset adimpleri beneplacitum diuinum.

Ex quo sequitur, quòd erat tristitia in uoluntate, ut erat portio inferior, ut consequebatur appetitum sensitiuum. Secundo in quantum consequebatur nolitionem conditionatam.

3. prop.

Tertia. Voluntas animæ Christi, licet uoluerit uolitione conditionata mortem, tamen uoluit illam simpliciter, & absolute, & liberè.

4. propos.

Quarta propositio. Eodem modo tristabatur portio superior, sicut inferior: quia portio superior tristabatur, ut natura, quia inclinatur naturaliter ad diligendum seipsum, & tristitia consequente uolitionem conditionatam, & ut portio inferior propter appetitum sensitiuum, & tristitia consequente uolitionem cōditionatam, nec ualet cōsequentia, Christus nō uoluit absolutè passionem: ergo nō tristabatur de illa, & ratio est, quia licet nollet simpliciter, & absolutè, tamen, quia nolebat conditionaliter, ideo tristabatur. Sed si uis facere bonam consequentiam, debes sic arguere. Christus noluit passionem nolitione absoluta: ergo non tristabatur illa causa, & sic est uerum, sed tristabatur propter aliam causam, s. consequenter uidendo acerbitatem pœnarum Christi, tam secundum portionem superiorem, quàm inferiorem.

Quo intellimitur gloss. Repleta est malis &c.

Infert & sic saluatur illa glossa, Repleta est malis anima mea, dicit Augustinus, non uitiis, sed pœnis, & tristitiis repleta est anima mea. Primo de malis, quia in parte sensitiua est repleta anima Christi, quia habuit uehementissimum dolorem, qualem non habuit aliquis martyrum. Item repleta est malis, ut est portio superior, quia tristabatur, & repleta est tristitiis, ut est portio inferior, ex quo compatiebatur appetitui sensitiuo. Item repleta est malis, & tristitiis, quantum ad intellectū, ut est portio inferior, & superior: quia apprehendebat obiecta disconuenientia uoluntati, & appetitui sensitiuo, & consequenter dicit textus, Voce magna clamans, heli, heli, &c. ita quod portio inferior, quodammodo remurmurabat, quia dicebat, non possum plus pati, quam patior.

Alius modus quō tristabatur.

¶Si quis tamen uelit &c.]

Hic ponitur secundus modus: an uoluntas, ut est portio inferior uoluerit passionem uolitione absoluta. Et dicit Scotus quòd si quis uelit ponere distinctum modum tristandi in portione inferiori a portione superiori, poterit dicere, quòd tripliciter poterit tristari portio inferior. Vno modo tristitia, ut compatitur appetitui sensitiuo. Alio modo tristitia consequente uolitionem conditionatam. Tertio modo tristitia consequente uolitionem absolutam.

Portio inferior trip. potuit tristari.

Sed quomodo est possibile? dicendum est, quòd Passio potest considerari dupliciter. Vno modo in ordine ad ultimum finem, idest Deum uolentem illam passionem, & Christum mori: & sic illa uocatur portio superior large sumpta. Alio modo considerando passionem, ut est læsiua, uel afflictiua, nō per respectum ad ipsum Deum: & sic considerat ur à ratione, ut est portio inferior.

Passio pdūplic. considerari.

1. propos.

Prima propositio. Voluntas animæ Christi non potuit nolle absolute passionem consideratam, primo modo: quia Christus erat impeccabilis, & si noluisset absolute illud, qđ Deus uolebat, peccasset.

2. propos.

Secunda. Voluntas animæ Christi potuit nolle absolute passionem secundo modo consideratam, & intellectus animę Christi considerabat passionem & diuersa genera pœnarum, & sic uoluntas potuit nolle absolutè passionem, & sic ratio inferior non dictabat eam esse uolendam. idest non concludebat ipsam passionem, & mortem esse uolendam: quia nullus concludit, quòd mors sit uolenda, si secludatur circunstantia quæ est propter Deum, uel alia. Similiter nullus concludit, quòd bona sunt danda, si secludatur circunstantia finis, quæ est Deus, uel subuentio pauperis: quia sic concludebat inferior ratio. Illud non est uolendum, quòd est distructiuum pro priæ personæ, sed passio est destructiua personæ: ergo Passio est uolenda. Sed ratio superior sic arguebat. Illud est uolendum, quod Deus uult me uelle: sed Deus uult passionem esse uolendam: ergo passio Christi est uolenda: & sic tenendo istā uiam, respondeo ad argumenta facta, quòd uoluntas, ut est portio inferior, non poterat nolle absolutè passionem Christi.

Respondeo, quòd considerando passionem in se, & absolute, ipsa Passio est nolenda, quia si quis dixisset B. paulo, uis mori? dixisset proculdubio, quòd non. Sed si quis dixisset, uis mori propter Christum? dixisset uolo.

Ref. ad arg. primæ uiæ ultimi arti.

Ad primum alterius uiæ &c. Soluit argumenta primæ uiæ, cum arguitur, eadem potentia non potest &c. pro responsione ponuntur duæ propositiones.

Bonum morale quid.

Prima. Bonum morale est ens per accidens, aggregans in se actum determinatum per circunstantias plures conuenientes illi actui.

Bonitas quā druplex.

Nota, quòd secundum Scotum 7. distinctione 2. & 18. quæstione quodlibeti. & 17. distinctione primi. & in fine secundi, quòd quadruplex est bonitas, scilicet naturalis, ex genere, moralis, & meritoria. Bonitas naturalis est bonitas cuiuscunque rei, & sic bonitas est passio entis in communi, & sic aliquid, quod est malum moralitet, est bonum bonitate naturali.

Bonitas naturalis qđ.

Bonitas ex genere qđ.

Sed bonitas ex genere est, quando actus transit super debitum obiectum, ut dare eleemosynam pauperi. unde dicit Scotus in 18. quæstione quodlibeti, quod, sicut genus est in potentia, ut contrahatur per differentias, ita actus ex genere est in potentia, ut contrahatur per circunstantias ad actum bonum moraliter, ut dare eleæmosynam pauperi propter Deum: uel per differentiam malam, ut propter uanam gloriam.

Bonitas moralis qđ.

Sed bonitas moralis, ut dicit distinctione 18. est aggregatio

gatio multarum circunstantiarum a recta ratione debitarum inesse illi actui, ut dare eleæmosynam pauperi, illi actui recta ratio dictat deberi multas circunstantias. Primo quòd transeat supra debitum obiectum, & illud debitum obiectum est pauper. Similiter requiritur circunstantia agentis, ut dicere missam spectat ad sacerdotem. Tertia est circumstantia finis, & talis spectat ad Deum: quia si daretur eleæmosina propter uanam gloriam, esset peccatum. Quarto requiritur, qđ sit de proprio. Quinto requiritur modus; unde nota, quòd bonitas moralis pro fundamento dicit actum ipsum.

Bonitas moris qđ requirat. Quid meritum.

Sed bonitas meritoria ultra moralem addit, primo, quòd eliciatur ab habente charitatem, secundo, quòd] acceptetur à Deo, & tertio, quòd ordinetur ad uitam æternam: quia meritum est actus liberè elicitus secundum inclinationē gratiæ, acceptus à Deo, ut præmiabilis. Ex quo sequitur, qđ moralis bonitas non ponitur in aliquo prædicamento, quia est ens per accidens.

Sol. primū alterius uiæ.

Secunda propositio. Totum bonum morale respectu unius circunstantiæ est eligibile, & ratione alterius circunstantiæ est fugibile. Exemplum. Mors est uolenda à me propter Deū, tempore, & loco, istud obiectum, scilicet mori, est eligibile propter Deum, & tamen si auferatur ista circunstantia, scilicet propter Deum, tunc illud obiectum, quod est passio ratione circunstantiæ ablatæ est fugibile. Et ideo ad argumentum dico, quod eadem potentia circa idem potest habere oppositos actus, ut patet in exemplo illo.

Sol. secūm.

Ad secundum, cum arguitur, ex principio, & conclusione non sequuntur oppositi, &c. Respondeo distinguo maiorem, uel illa principia sunt principia per se, & sic concedo, uel sunt principia per accidens, & sic nego: quia bonitas moralis est ens per accidens, & ratione unius circunstantiæ hoc est uolendum: & si circunstantia auferatur, hoc est uolendum.

Sol. tertiū.

¶Ad tertium, portio superior concludit, &c.] Concedo maiorem, & nego consequentiam: & ad probationem, quādo dicitur, opposita non possunt demonstrari sed alterū tantum ex oppositis, &c. uerum est opposita per se; sed benè opposita, quæ propriè non sunt opposita, quia si auferatur circūstantia possunt concludi. Exemplum, Ista propositio Passio Christi est uolenda propter Deum, & ista propositio, Passio Christi est nolenda: istæ inquam duæ propositiones possunt debitè concludi, & tunc istæ conclusiones non sunt oppositę, quia in una ponitur circunstantia, in alia non.

Sol. quartū

Ad quartum, cum arguitur. fortis politicus, &c. istud argumentum magis facit pro illa prima uia, quàm alia tria argumenta. ad quod tamen respondeo negando antecedens: quia ratio superior dictat mortem esse sustinendam pro conseruatione reipub. Et ad probationem, sequeretur, quòd simul uellet, & nollet: dico, quòd istæ sunt simul ueræ absolutè, uolo conseruationem reipub. & absolute uolo mori. Et cum arguitur, sequeretur, quod iste fugeret, & prosequeretur mortem: nego. Ad probationem distinguo; uel illud nolitum est illatum a seipso, & sic concedo: uel est illatum ab alio, & sic nego, quia Passio Christi fuit illata a Iudæis: ideo uolebat.

Ref. ad aū Et ritatem D. Aug. Timor triplex. Timor gratuitus trip. In solu. 3. Dub. literalis diſt. 15. tertii libri.

Et ad authoritatem August. pro responsione est notandū, quod triplex est timor. Quidam est gratuitus. Alius libidinosus. Tertius naturalis. Timor gratuitus est triplex; culpæ, pœnæ, & reuerentiæ: ut dicit D. Bonauentura in ista materia. Timor gratuitus culpæ est, quando aliquis timet offendere aliquem: sed timor gratuitus pœnæ est, quando aliquis timet pœnam: ut nos timemus pœnam æternam, & sic Christus nullo modo timebat, immo nunquam Petrus fuit ita lętus extensus in cruce; nec Paulus decolatus, quin Christus magis lætus iret ad pœnam, quia ipse sciebat, quòd illa erat uoluntas diuina: & sic non habuit eandem causam timendi sicut nos, quia non timebat timore pœnæ, nec culpæ. sed timor gratuitus reuerentiæ est, quando aliquis reueretur aliquem timore reuerentiali, & sic Christus timuit toto tempore uitæ suæ, & etiam nunc; quia repleuit eum spiritus timoris Domini. Alius est timor libidinosus, & est timor mundanus, quia aliquando non audemus loqui coram magnis Dominis: sic aliquando timent prædicatores. Sed timor naturalis est duplex. Quidam est sensualitatis, non subiacens rationi, & talis est uitiosus; sicut multi timent mori propter Deum. Alius est timor sensualitatis subiacēs rationi, & iste timor fuit in Christo: quia sensualitas sua timebat mortem: tamen illa erat subiecta rationi, & sic intelligitur authoritas B. Augustin.

Timor naturalis duplex.

Solu. princ. argumen.

Ad argumenta principalia quære in reportatis parisiensibus. Ad primum, cum arguitur, quòd Christus non habuerat tristitiam. Nulla contraria possunt esse in eodem: sed gaudiū & tristitia sunt contraria: ergo non possunt esse in eodem.

Deducitur primū principium.

Probatur maior, primo sic: quia contradictio cum sit maxima oppositio includitur in omnibus oppositionibus, & sequitur ad omnes alias oppobitiones. Vnde nota, quòd quadruplex est oppositio, scilicet contradictoria, quę cadit inter duo extranea contradictionis. ut inter esse, & non esse: Alia est priuatiua, quæ cadit inter habitum & priuationem, ut inter uisum, & cæcitatem: Tertia est relatiua, & cadit inter relatiue oppositа, ut inter Patrem, & filium. Quarta est contrarietas, quæ cadit inter contraria, ut inter albedinem, & nigredinem & sic omnis oppositio infert contradictionem, ut Pater, & filius: pater non est filius, & filius non est pater. Confirmatur per Phylo. 4. Metaphysicorum. Impossibile est duo contraria esse in eodem subiecto, quia tunc sequeretur, quòd duo contradictoria possent de eodem uerificari.

Contrariæ possunt esse in eodē inesse remisso

Respondeo negando uniuersaliter illam maiorem, quia in eodem subiecto, verbi gratia in eodem ligno, uel mobili, contraria possunt esse inesse remisso saltem. dicit enim Aristotel. 6. physicorum. quòd mobile in motu, partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem: ut patet de aqua cum calefit, quia in calefactione remittitur frigiditas, & acquiritur simul caliditas, sed bene est uerior inesse completo.

Dubitatur contra solu.

Contra arguitur sic. Saltem habeo, quòd duo contraria nō possunt esse in eodem inesse completo.

Tunc arguitur sic. Quandocunque in subiecto sunt duo contraria in summo, unum destruit alterum, & remittit: sed in anima Christi fuit gaudium in summo de obiecto beatifico, & non remittebatur per dolorem: probatur, quia per actum meritorium, quo merebatur nobis gratiam, & gloriam, non fuit congruum, quòd gaudium diminueretur: ergo non fuit in eo tristitia: quia tunc fuisset diminutum gaudium in Christo.

Solu. dub.

Respondet B. Bonauentura per tres propositiones, & eas recitat de Nogento in suo tertio. Prima. Gaudium de obiecto beatifico, & tristitia de passione, non sunt contraria: patet, quia adhoc, quòd aliqua dicantur contraria, requiritur, quòd sint de eodem obiecto: sed gaudium respicit obiectum beatificum, & tristitia passionem. Secunda. Gaudium, & tristitia non solum sunt contraria, sed unum est materiale alterius: quia tristitia potest esse materia gaudii, quia dicit Augustin. peccator de peccato doleat, & de dolore gaudeat. Tertia. Christus simul fuit uiator, & comprehensor, & habuit uisionem diuinæ essentiæ, & uisionem rerum in proprio genere: & ideo habuit gaudium de obiecto beatifico, & tristitiam de aliis pœnis sibi datis. dicit de Nogento, quòd ista responsio est bona, & ideo ad argumentum respondet, concedo maiorem, & minorem distinguo: uel gaudium, & tristitia sunt de eodem obiecto, & sic conceditur, aut non, & sic non sunt contraria. modo sic est, quòd gaudium, & tristitia in Christo non erant de eodem obiecto.

Dolor pt eē obiectum gaudij.

Sco. improbat respon.

Consequenter Doct. improbat istam responsionem, & arguit sic. Illud in quo fuit gaudium, & tristitia fuit unum subiectum, ut uoluntas.

Arguitur sic. Contraria quæcunque non recipiunt distinctionem essentialem a causis suis effectiuis: ergo gaudium, & tristitia non recipiunt distinctionem a suis obiectis.

Probatur antecedens; quia albedo, & nigredo siue causantur ab eadem causa, siue a diuersis, semper sunt contraria. patet consequentia, quia obiectum gaudii, & tristitiæ dicitur esse causa illorum duorum.

Vnde nota, quòd istud argumentum militat contra illam responsionem. ideo in proposito, licet gaudium causetur de obiecto beatifico, & tristitia de aliis obiectis, tamen ista respō sio nihil ualet.

Soluit Sco. argum. Contraria triplicia.

Alia est responsio Scoti in reportatis, & dicit pro responsione ad argumentum, quod triplicia sunt contraria. Quædam sunt inter absoluta. Alia quæ uidentur contraria, tamen sunt respectiua: Alia sunt contraria absoluta includentia respectum. Exemplum de primo; ut albedo, & nigredo: de secundo, ut magnum, & paruum sunt contraria respectiua. de tertio, ut delectatio, & tristitia, quæ dicunt entitatem absolutam, & includunt relationem ad obiectum, à quo causatur.

Respondeo ad antecedens: uel intelligis, quòd nulla contraria merè absoluta &c. & sic concedo, uel respectiua, & sic nego.

Prima propositio. Nulla duo contraria absoluta in summo possunt esse in eodem. Secunda. Duo contraria respectiua

Universidad de Deusto
Biblioteca

possunt esse in eodem. Tertia. Duo contraria absoluta includentia respectum ad obiectum possunt esse in summo in eodē. patet de gaudio, & tristitia. hæc Scotus in reportatis. Et ideo ad antecedens distinguo: uel illa contraria sunt absoluta, & sic concedo: uel sunt respectiua, & sic nego. Alia est responsio de Bassolis, cui magis credo saltu reuerentia Scoti. Quærit hic, Vtrum contraria possint esse in eodem: pro quo ponitur prima propositio, seu conclusio. Duo contraria in gradibus remissis possunt esse in eodem per potentiam naturalem. patet de aqua tepida. vnde dicunt Canonicus, & de Bassolis, q̄ calidum distinguitur specie a calido, & frigido. & facit aliam speciem a calido, & frigido: sed hoc est falsum, immo dico, q̄ tepidum solum dicit unionem calidi cum frigido. Secunda. Duo contraria in gradibus intensis non possunt esse in eodē per agens naturale, & hoc ex actiuitate contrariorum, quia unum corrumpit aliud. Tertia. Duo contraria in gradibus intensis, possunt esse in eodem subiecto per uirtutem diuinam. patet, quia uirtus diuina potest suspendere actionem contrariorum, ut unum non agit in alterum, & sic ponit calidum, & frigidum in summo in eodem. Et ideo ad argumentum dicit de Bassolis, distinguo antecedens, uel duo contraria sunt in gradibus intensis ab agente naturali, & sic concedo: uel in gradibus remissis, uel intensis ab agente supernaturali, & sic nego: & ad philosophum quando dicit, q̄ ad contraria sequū tur contradictoria, Respondet, nos uidemus, quòd duo contraria in gradibus remissis possunt ita bene inferre duo contradictoria: & ideo nego consequentiam; nec sequitur, hoc est album, & hoc est nigrum: ergo est album, & non album; sed bene sequitur, hoc est album: ergo non est nigrum per albedinem: & duo contraria non possunt esse in eodem inesse intenso per agens naturale. probatur, quia dicit Gregorius. Transibit ab aquis niuium ad calorem nimium; ubi dicunt doctores, quòd damnati habent frigiditatem in summo, & caliditatem in summo.

Aliter respōdet de Bassolis.

1. propos.

2. propos.

3. propos.

Quō contraria intensa possint esse in eodem.

Quō ad contraria nō se quuntur contradictoria.

Respons. de Aquila.

Sed de Aquila non est contentus de ista responsione, quia dicit hoc est unum de impossibilibus Dei, scilicet, quòd duo contraria sint in eodem in gradu intenso, & probatur per Augustinum dicentem quòd hoc unum est de impossibilibus Dei, quòd duo contraria sint simul in eodem per agens supernaturale in esse intenso, sed respondeo, quòd hoc est uerum de potentia ordinata Dei, sed non de potentia absoluta. ita q̄, si hoc faciat, hoc facit per miraculum: & si Auicenna dixerit, quòd dictum est, dico quòd ipse dicit etiam multas hæreses, ut patet in Cathena aurea, quam ipse posuit.

2. princip.

Secundo sic arguitur. Impeccabilitas ex connexione cum obiecto beatifico, & peccabilitas de obiecto inferiori sunt incompossibilia: ergo gaudium, & tristitia. Probatur consequētia, quia tantum distinguitur gaudium, & tristitia in diuersis obiectis, quantum peccabilitas, & impeccabilitas de diuersis obiectis.

Solu scām.

Respondeo: concedo antecedens, & nego consequentiam, & ad probationem consequentiæ dico, quòd non est simile, quia quando dico, quòd potentia est impeccabilis, ly, in, negat potentiam peccandi, sed cum dico, quòd gaudium est de obiecto beatifico, illud gaudium non dicit gaudium de obiecto alio.

3. princip.

Item, delectatio excludit etiam tristitiam consequentem: unde duplex est tristitia, quædam est opposita delectationi, sicut si haberem delectationem de bono, & ista excludit tristitiam de illo bono. Alia est contingens, quæ est de alio obiecto ut si habeo delectationem de uino, ista non excludit tristitiā de tristi uisibili. dicit Arist. 7. Ethic. delectatio summa non solum excludit tristitiam oppositam, sed etiam contingentem oppositam: sed sic est, quòd in anima Christi fuit summū gaudium: ergo illud excludebat quamcunque tristitiam: ergo nō poterat tristari de isto obiecto.

Solu. tertiū.

Respondeo: distinguo maiorem: uel naturaliter loquendo, & sic concedo: uel miraculo se, & sic nego. Confirmatur per Auicen. qui dicit, quod potentiæ naturales impediunt se in habitibus intensis suis: ergo eadem potentia ex uehemēti passione impedit se circa aliud obiectum. patet antecedens in B. Paulo, qui fuit raptus in potentia intellectiua, & tamen nō potuit habere actum in potentia sensitiua, quia dicit sic. Scio hominem uidisse arcana Dei, siue in corpore, siue extra corpus nescio: sed anima Christi habuit suum actum fruitionit, & gaudium de obiecto beatifico: ergo non habuit tristitiam. Item in propositione. 17. de causis dicitur. uirtus unita fortior est seipsa dispersa: ergo cum potentiæ istæ sic se habeant in actibus suis, quòd in agendo una impediet aliam, sequitur q̄ si uoluntas animę Christi habuit semper summum gaudiū, non potuit simul habere tristitiam.

Solu. tertiū.

Respondeo. Potentiæ naturales impediunt &c. concedo: ergo eadem potentiam &c. distinguo, uel naturaliter, & sic cōcedo: uel miraculose, & sic nego.

4. princip.

Item, ad gaudium sequitur dilatatio cordis, arguitur sic. impossibile est simul, & semel cor dilatari, & constringi: ergo impossibile est eūdem hominem gaudere, & tristari simul. Probatur consequentia, quia regula est in philosophia, quòd ad gaudium sequitur dilatatio cordis, ita quod aliquando tā tum dilatatur cor, quòd homo moritur. similiter ad tristitiā sequitur cordis constrictio, ita quòd aliquando cor potest tātum constringi, quod homo subito moritur: ergo si cor non potest simul dilatari, & constringi, sequitur, quòd homo non poterit simul gaudere, & tristari.

Sol. quartū.

Respondeo. Distinguo consequens; uel gaudio, & tristitia in parte sensitiua, & sic concedo: uel in parte intellectiua, & sic nego. Vnde gaudium in parte sensitiua est delectatio, & ad istam sequitur dilatatio cordis. Aliud est gaudiū in parte intellectiua, quod uocatur etiam delectatio, ut opponitur tristitiæ, & ad istam non sequitur cordis dilatatio, ut patet de beatis, qui gaudent, & tamen cor in eis non dilatatur. modo dico ad propositum, quòd in Christo fuit gaudium in parte intellectiua, non autem in parte sensitiua.

5 princip.

Item Hilarius dicit in litera, quòd Christus non magis passus est quàm aer lancea perforatus: sed aer nullo modo patitur, quando aliquis perforat eum cum lancea: ergo Christus non habuit tristitiam. Duæ sunt responsiones ipsius D. Bonauenturæ. Prima est, dicendo, quòd Hilarius retractauit illam propositionem, & dicit B. Bonauentura, Audiui Guillelmum Parisiensem legisse librum retractationis istius propositionis, & multarum aliarum auctoritatum, ideo illa non est admittenda.

Dupl. soluitur a D. Bonauentura.

Hilarius multa loca retractauit.

Secunda responsio est dicendum, uel secundum naturam diuinam, & sic concedo: uel secundum naturam humanam, & sic nego: & quod secundum naturam diuinam nullo modo patiebatur Christus, patet per exemplum; quando Sol radiat supra arborem, si quis percutiat arborem, tunc lumen Solis non propter hoc percutitur.

3. Solu. arg.

Tertia responsio. Distinguo, uel passione impediēte usum rationis, & sic concedo, quia semper habuit usum rationis: uel passione non impediente usum rationis, & sic nego.

Arguitur sic. Impassibilitas, & passibilitas sunt incompossibilia in eodem subiecto, patet de conseruante impassibilitatem: ergo similiter gaudium, & tristitia sunt incompossibilia in eodem subiecto. probatur consequentia, quia non magis repugnant impassibilitas, & passibilitas, quàm gaudium, & tristitia.

Respondeo, nego consequentiam: & ratio est, quia impassibilitas dicit negationem simpliciter ipsius passibilitatis: sed gaudium non dicit negationem tristitiæ simpliciter, ideo licet impassibilitas, & passibilitas sint incompossibilia in eodem, tamen gaudium, & tristitia sunt compossibilia in eodem subiecto.

DISTINCT. DECIMAESEXTAE.

QVAESTIO PRIMA.

De conditione mortis Christi quo ad necessitatem.

Necessariū quadruplex.

Necessitas dupl. absoluta. & ex suppositione.

IRCA distinctionem decimamsextam. Quæro primum, Vtrum Christus &c. Nota, quòd Aristot. 5. metaphys. dicit, quòd necessarium capitur quadrupliciter. Vno modo, sine quo non contingit esse: ut respirare hoc modo dicitur necessarium animali. Secundo modo, siue quo non contingit bene esse, ut potio amara infirmo. Tertio modo pro necessitate coactionis. Quarto modo pro illo, cuius oppositum implicat contradictionem, ut Deum non esse est impossibile, & sic Deus est ens necessarium: & ista distinctio potest reduci ad bimembrem. idest duplex est necessitas, quædam est absoluta Alia ex suppositione. hic non quæritur de prima.

Nota secundo, quòd duplex est causa necessitatis moriendi in

Dupl. cā ne cessāris moriendi.

di in nobis. Vna est peccatum Adæ, Alia est, quia nostrū corpus naturale est indigēs alimento. de primo dicit Paulus, Per unum hominem intrauit mors in mundum.

Quō Christus habuerit necessitatē moriendi & quō non.

Ex quo sequitur, quòd si mansissemus in statu innocentiæ, non fuisset in nobis ista necessitas moriendi. Secundo infero, quòd Christus non habuit istam necessitatem moriendi, quia non peccauit aliquo modo, quia non erat filius Adæ naturalis. de secunda causa patet, quia nullus potest uiuere sine alimento de lege communi propter humidum radicale: & quia calor naturalis agit tantum, quantum potest, & quando non potest plus agere circa humidum conuertendo nutrimentum in substantiam alimenti, tunc sequitur mors, & sic Christus habebat necessitatem moriendi, & similiter, si in statu innocentiæ remansissemus, adhuc habuissemus istam necessitatē moriendi, quia corpus nostrum adhuc fuisset naturale, & indiguissemus alimento.

Corpus Christi naturaliter defecisset.

Ex quo sequitur, quòd si Iudæi Christum nō crucifixissent adhuc senio defecisset, ita quòd calor suus naturalis defecisset. Ad quod arguitur sic. Omne compositum ex contrariis est corruptibile: sed corpus Christi erat compositum ex contrariis: ergo &c. minor probat; quia in corpore Christi erat calidum naturale in corde, & frigidum in cerebro: ergo &c. Item. Omne compositum ex materia, & forma est corruptibile: sed corpus Christi fuit compositum ex materia & forma: ergo &c. probatur maior; quia materia est, qua res potest esse & non esse. Item primo physicorum dicit, quòd materia semper imaginatur ad maleficium, idest ad corruptionem: ergo cum in Christo fuerit materia, sequitur, quòd erat corruptibilis.

¶ Ad primam quæstionem &c.]

Opi. D. B n.

Respondet B. Bonauentura, quòd in Christo fuit necessitas moriendi, & hoc probat aliquibus rationibus. Prima est. In quocunque est potentia materiæ eiusdem rationis cū materia nostra, & est materia priuata aliis formis, in eo est causa corruptionis: sed in Christo fuit potentia materiæ eiusdem rationis cum materia nostra: ergo in eo fuit causa corruptionis. Probatur maior, quia materia priuata forma est causa corruptionis, primo physicorum. Probatur minor, quia Christus erat homo eiusdem rationis nobiscum, & compositus ex materia, & forma, sicut nos sumus, nec materia corporis Christi habebat omnes formas.

¶ Rationes istæ non concludunt &c.]

Scō. reprobat rationes D. Bon.

1. ratio Scō.

Nota, quòd Doctor non improbat D. Bonauent. in conclusione, sed in modo probandi; quia probationes D. Bonauent. ita concluderent de corpore Christi modo in paradiso, sicut tunc. Ideo arguitur sic. In quocunque est potentia materiæ eiusdem rationis &c. sed in Christo potentia materiæ est nūc eiusdem rationis cum, aliis hominibus, & est priuata aliis formis: ergo &c. Patet maior, quia illa materia est eiusdem rationis cum nostra.

2. ratio Scō.

Secundo sic. Quandò uiuebat, illa materia erat priuata aliquibus formis: ergo etiam nunc, cum illa natura humana sit eiusdem rationis, sequitur, quòd erit priuata illis formis, quibus erat priuata ante mortem. Secunda ratio D. Bonauenturæ. In quocunque est contrarietas qualitatum, in eo est causa corruptionis: sed in Christo fuit contrarietas qualitatum: ergo in Christo fuit causa corruptionis. patet maior, quia quando in aliquo est contrarietas qualitatum, una qualitas prædominatur alteri, & tandem homo moritur, quia calidum potest tantum agere in humidum, quòd homo morietur. patet minor, quia in Christo sunt elementa, & qualitates elementi, quæ sunt contrariæ, quia corpus debet esse complexionatum certis qualitatibus, ad hoc, quòd recipiat formam, seu animam.

3. nō B. Bon.

Tertio sic. Omne mistum ex quatuor elementis est corruptibile: sed corpus Christi erat compositum ex quatuor elementis: ergo habuit necessitatem moriendi. Probatur maior quia elementa in corpore appetunt ire ad propria loca; quia aer, qui est in me, appetit ire ad propriam regionē: unde imaginatur D. Bonauent. quòd elementa sunt in misto formaliter, quòd est falsum, sed solum uirtualiter. Doct. retorquet cō tra D. Bonauenturam.

Retorquet Scō. rōnem D. Bon.

Arguitur sic. In quocunque sunt qualitates contrariæ, in eo dicitur esse necessitas moriēdi: sed in corpore Christi sunt qualitates contrariæ: ergo &c. Probatur minor, quia corpus Christi nunc est eodem modo complexionatum, sicut ante mortem.

Secundo sic. Omne mistum ex quatuor elementis est corruptibile: sed corpus Christi nunc, est compositum ex quatuor elementis: ergo corpus Christi in cœlo est corruptibile, quia elementa in cœlo magis sunt contra naturam suam, quam si hic essent, quia in eo dominatur terra, ideo apperit esse deorsum: ergo aliquando erit corruptum: sed hoc est falsum: ergo illa ratio non sufficit ad probandum necessitatem ad moriendum.

3. rō B. Bon.

Tertia. Omne habens partes organicas est corruptibile: sed corpus Christi habet partes diuersas organicas: ergo est corruptibile. Probatur maior, quia diuersæ partes organicæ diuersimodè complexionantur: quia alia qualitas prædominatur cordi, ut maximus calor, & alia in cerebro, ut maxima frigiditas: ergo, cum illę qualitates sint contrariæ, semper agūt: ergo tādem corpus corrumpetur. Probatur minor, quia Christus erat unus homo sicut ego sum.

Arguit Scō. contra tertiam rōnē.

Contra arguitur. Omnes partes &c. corpus Christi habet diuersas partes organicas post resurrectionem sicut ante, & habet illas qualitates complexionales: ergo si ex contrarietate illarum qualitatum sequebatur corruptio ante passionem, & resurrectionem: ergo etiam post resurrectionem corpus Christi erit corruptibile.

Quarta. Omne corpus generabile, & corruptibile habet certam periodum in esse, ultra quam non potest durare, secū do de generatione circa finem: sed corpus Christi &c. ergo habuit certam periodum, & propter illam corpus Christi fuit corruptibile. Probatur maior, quia quælibet res mundi habet certum terminum suæ durationis, sicut nos dicimus, q̄ mare est circa certas terras, ita quælibet res mundi habet suum certum terminum. Dicit Scotus, quòd argumentum sumit unā propositionem falsam: Et ponit Scotus aliquas propositiones. Prima. Non omne generabile, & corruptibile habet in se certam periodum suæ durationis.

Soluitur 4. D. Bon. 1. prop. Scō. Entia sunt duplicia.

Nota, quòd duplicia sunt entia, Quædam sunt homogenea, quæ habent partes eiusdem rationis, ut aqua. Alia sunt ætherogenea, quæ habent partes alterius rationis, ut homo. propositio Scoti debet intelligi, non omne ens, scilicet homogeneum, habet ex se certam periodum suæ durationis: quia si non corrumperetur ab extrinseco, nunquam corrumperetur: ut si lapis poneretur in aliquo loco, & aufererentur omnia corruptiua extrinseca, nunquam corrumperentur, & ratio est, quia entia homogenea non habent in se causam intrinsecam corruptionis: & sic dicendum est de aliis homogeneis. 15. distin. secundi. Quæritur, Vtrum corpora homogenea &c. hic nō determinat se, sed ibi ut dictum est. secunda mista animata si sunt necessario corruptibilia, hoc est ex causa corruptiua intrinseca suę corruptionis. Regula est, quòd omne corpus animatū est ætherogeneum, quia anima nō informat corpora homogenea. Dat exemplum Scotus: in nobis est causa intrinseca corruptionis, quia calor naturalis consumit humidū radicale, sicut ignis in ellichnio consummat oleum, & ex illa causa sequitur deperditio nutrimenti & ideo requiritur restauratio deperditi per comestionem, & inde est, quòd aliqui parum uiuunt: aliqui autem multū; quia ille, in quo est calor naturaliter magnus, multum uiuit, sed ille, in quo est paruus calor, parum uiuit. Ex quo infero, q̄ periodus non est causa corruptionis, immo consequitur causam corruptionis, quia causa corruptiua est causa periodi, & non econuerso.

Vnde difficultas est inter Theologos, Astrologos, & Medicos. Dicunt Astrologi, quòd prouenit ex actione corporum cœlestium, quia tantum quantum influunt, tantum uiuit anima: sed Scotus assignat causam periodi esse causam intrinsecam. duplex est corpus: quoddam est homogeneum, & causa periodi illius est causa extrinseca corruptiua: sed in corpore ætherogeneo prouenit causa corruptiua aliquando ab extrinseco, aliquando ab intrinseco. Tertia propositio. Elementa, quæ sunt corpora simplicia, si corrumpantur, corrumpuntur secundum suas partes, non tamen secundum se tota. Nota, q̄ elementa non possunt totaliter corrumpi, & sic dicit, quòd periodus non est causa corruptionis, immo causa intrinseca corruptionis &c. Vide textum.

¶ Ad quæstionem. &c.]

Opin. Scoti. Trip. cōparatio uerbi assumentis & naturæ assūptæ.

Hic ponitur opin. Scoti, pro qua nota, quòd triplex potest fieri comparatio. Vno modo potest comparari uerbum assumens ad naturam assumendam. Secundo potest comparari natura humana assumpta ad qualitatem consequentem eam. Tertio potest comparari natura humana ad beatitudinem, & ad pœnam. Prima comparatio potest fieri tripliciter. Primo comparando uerbum ad naturam gloriosam assumendam, ut si diceremus, quòd uerbum comparatur ad naturam gloriosam in corpore, & anima. Secundo modo ad naturam in statu

Universidad de Deusto
Biblioteca

innocentiæ. Tertio modo ad naturam gloriosam sic, q̃ gloria animæ non redundaret in corpus per miraculum.

1. conclusio.

Prima conclusio. Comparando uerbum ad naturam gloriosam assumendam, Christus non habuit necessitatem moriendi. patet, quia illa fuisset impossibilis, quia talis natura fuisset gloriosa.

2. conclus.

Secunda conclusio. Comparando uerbum ad naturam, existentem in statu innocentiæ, & habentem iustitiam originalem Christus non habuisset necessitatem moriẽdi, ut si assum pfisset Adam ante peccatum.

3. conclusio.

Tertia conclusio. Comparando uerbum ad naturam gloriosam assumendam in anima, non redundante gloria in corpus, Christus habuit necessitatem moriendi, quia in tertio instanti fuit mortalis. pro quo nota, q̃ oportet imaginari quatuor instantia: in primo fuit unita naturæ: in secundo natura assumpta fuit beata beatitudine in anima: in tertio fuit priuatio redundantiæ gloriæ animæ in corpus. & in isto instanti, Christus habuit necessitatem moriendi. Vnde gloriam redundare in corpus, est corpus esse beatum concomitanter ad beatitudinem animæ, sicut in uirgine gloriosa nunc. in Christo licet anima fuerit beata toto tempore uitæ suæ, non tamen corpus fuit beatum, & hoc ex miraculo speciali. Et ideo in die transfigurationis cessauit miraculum, quia per totam uitam suam fuerat miraculum, quòd gloria animæ non redũdaret in corpus eius. Ad propositum.

Quid sit gloria aiæ redũdare in corpus.
Aia Christi sic fuit beata

Prima propositio. Comparando uerbum ad naturam gloriosam assumendam sic, quòd in tertio instanti, non est redundantia gloriæ animæ ad corpus, Christus in quarto instanti habuit necessitatem moriendi secundum naturam humanã, quia in præcedenti tertio instanti illa gloria non redundabat in corpus: ergo in quarto fuit necessitas moriendi.

Secunda propositio. Quamuis fuerit miraculum speciale, quòd gloria animæ non redundaret in corpus, tamen posito illo miraculo, Christus habuit necessitatem moriendi: quia illud corpus non erat gloriosum, nec habebat iustitiam originalem: & adhuc, si habuisset, nihilominus tamen habuisset necessitatem moriendi secundum naturam humanam, quia tale corpus erat passibile. hoc confirmatur, quia dicit Augustin. facto illo miraculo, Christus habuit necessitatem moriendi.

Miracula in incarnatione.

Nota, quòd in incarnatione fuerunt mirabilia: primum, q̃ natura humana fuit unita uerbo: secundum, quòd fuerit unita unione beatifica: tertium quod in tertio instanti beatitudo non redundauit in corpus, quia Deus ordinauit, quòd quandocunque anima est beata, eius beatitudo redundabit in corpus.

Quarta propositio. Comparando naturam Christi ad qualitates consequentes ipsam naturam, & ad contrarietatem qualitatum existentium in Christo, Christus habuit necessitatem moriendi.

Quinta propositio. Comparando naturam humanam ad pœnam, & gloriam, Christus habuit necessitatem moriendi. si comparemus naturam humanam ad gloriam suam, & ad pœnam, per quam pœnam ipse debebat redimere nos, quia oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam, & iõ habuit necessitatem moriendi.

Oportuit Christũ pati

Nota, quod istæ duæ conclusiones ultimę non ponuntur in textu, sed ponit eas quidam Scotista Vorrilhon propter illa duo membra distinctionis præmissæ.

Consequenter Scotus quærit, unde proueniebat in Christo ista necessitas moriendi.

Respondeo, quod Christi corpus quod habebat carentiam redundantiæ gloriæ animæ erat animale indigens alimento: ergo non erat sub pleno dominio animæ. Et ideo sequebatur corruptio à uirtute naturali, & restauratio per uirtutem naturalem: & quia non erat sub pleno Dominio animæ, ideo erat necessitas moriẽdi, nec poterat fieri perfecta restauratio, ideo sequebatur necessitas moriendi.

Scot. quærit cãm necessitatis morien di ī Christo.

Contra arguitur sic. Christus sciuit quantum erat necessarium sumere, ad restaurationem illius deperditi, ideſt ut tantum restauraretur, quantum erat deperditum: ergo non habuit necessitatem moriendi. Antecedens probatur, quia sciuit omnia: ergo potuit scire tantum sumendum esse de cibo, ut per illum cibum restauraretur totum deperditum, ut perpetuo uiuret continuando semper illam restaurationem.

Arguit contra determinata.

Respondeo, quòd quamuis Christus sciuerit quantum erat necessarium sumere ad restaurationem deperditi per caiorem naturalem, tamen duplici de causa habuit necessitatem moriendi.

Sol. instãtiã

Notandum, quòd duplex est causa corruptionis in nobis. Vna est extrinseca, quæ est impuritas nutrimenti. Alia est intrinseca, & est debilitas uirtutis nutritiuæ: quia impuritas alimenti est causa unica extrinseca corruptionis, quam si Adã habuisset sicut nos habemus, mortuus fuisset naturaliter: & ratio est, quia est regula ex primo physi. & secundo de generatione, quòd non ex quolibet fit quodlibet, sed ex determinato, fit determinatum, & hoc naturaliter. patet, quia de grano tritici non generatur urtica, sed triticum: & ex grano oliuæ oliua. Secunda regula. Ex puro alimento, generatur purus sanguis. patet in istis magnis dnis, qui comedunt bona nutrimenta, & cibaria, & generatur bonus, & purus sanguis: ideo non habent scabiem, nec generatur scabies in ipsis. Tertia regula. Ex puro sanguine fit caro purior, solidior, & permanentior generatur: patet, in regibus, & principibus, caro non fluit tantum sicut in aliis: & ideo consulo uobis comedatis bonas escas, & bibatis bonum uinum. Quarta regula. Ex impuriori alimento impurus sanguis generatur. Quinta regula. Ex impuro sanguine impura caro generatur, & magis fluens. Exemplum de equis, quando eis datur furfur fiunt inflati, & quando cucurrerunt, statim illa materia defluit: & si comedissent auenam, non flueret, nec inflaret taliter.

Dupl. causa corruptionis
1. reg. quare Adã potuit fet mori.
Ex quolibet non fit quodlibet.
2. regula.
3. regula.
4. regula.
5. regula.

Ad propositum, impuritas alimenti fuit causa extrinseca necessitatis moriendi in Christo, sicut in nobis. Dicunt aliqui quòd antiquitus homines uiuebant diutius quàm nunc: & ratio est, quia habebant purius alimentum quam nos, quod magis restaurabat, quam carnes nunc. Secundo propter mare Oceanum, quod de currit per mundum. Tertio propter constellationes, quia stellæ non sunt in eodem situ modo, sicut ante.

Quare alias homines uiuebãt diutius quamnos.

Quæritur, Vtrum si Christus comedisset de ligno uitæ, fuisset incorruptibilis? dicit D. Bonauent. quòd si Adam comedisset semper de ligno uitæ, semper uixisset. Tamen Scotus dicit contrarium, quòd licet Christus habuisset usum ligni uitæ, adhuc ipse habuisset causam intrinsecam corruptionis, quæ est debilitatio potentiæ nutritiuæ, quæ fuisset in tantum debilitata, quòd non potuisset amplius conuertere cibum in nutrimentum. patet, quia omnis uirtus naturalis relicta sibi, & non præseruata per donum Dei supernaturale, agens in aliquod passum naturaliter repatitur, & debilitatur, & in tantum potest debilitari, quod non sufficeret ad conseruationem individui: patet, quia si esset conseruata per donum supernaturale, non debilitaretur: sed sic est, quod uirtus nutritiua in Christo erat talis, quòd non fuit præseruata à dono supernaturali, & agebat in alimentum: ergo tandem fuisset, ita debilitata, quòd non sufficisset ad conseruationem individui. Probatur etiam alio modo, in uirtute nostra natritiua, quæ ex actione longa circa alimentum debilitatur in tantum, quòd non potest amplius illud conuertere, & tunc sequitur mors. Exemplum: est hic dolium, in quo est unum aliquod, si apponatur aqua, unum conuertit aquam in unum, & iterum, si apponatur. Sed tantum poterit poni de aqua, quòd unum nõ poterit conuertere aquam in unum: sic est de nostra uirtute nutritiua, & de uirtute Christi. Ex quo infero contra D. Bonauenturam, quòd dato, quòd Adam habuisset semper pura alimenta, & puritatem alimenti, adhuc mortuus fuisset, uixisset tamen per longum tempus, tamen in fine mortuus fuisset ex debilitatione uirtutis nutritiuæ.

Dub. solutio.
Christus ẽt si comedisset de ligno uitæ, fuisset mortuus adhuc.
Exemplo declaratur uirtutem nutritiuã debilitari ex actione in nutrimentum.
Adã aliquãdo fuisset mortuusquãtum est ex natura sua.

Ex quo sequitur, quòd quando mors uenit ex ista causa intrinseca, nulli medici possunt prolongare uitam: & ideo duplici de causa in Christo proueniebat necessitas moriendi, scilicet ex impuritate alimenti, & debilitatione uirtutis nutritiuæ.

Consequenter doct. format dubium, & arguitur, quòd sine miraculo, & facta unione uerbi ad naturam humanam sequitur ipsum non posse mori per corruptionem naturalem.

Dub. de necessitate mortis Christi.

Arguitur sic. Verbum, quod semel assumpsit, nunquam dimisit: ergo nullæ partes fluxerunt in Christo: ergo uel posito miraculo, uel non posito Christus non potuisset mori. probo consequentiam, quia si aliquæ partes defluxissent, sequitur, q̃ non semper tenuit illud, quod semel uniuit sibi: ergo illæ partes nunquam fluxerũt. immo si fluxissent hoc uideretur fuisse miraculum. immo magis uideretur esse, quòd mors Christi fuisset miraculum. patet, quia moriendo, dimisit illud totum: ergo fuit miraculum, & non fuit mors naturalis.

Respondeo: facto miraculo, quòd gloria animæ Christi non redundaret in corpus, in Christo erat necessitas, quòd illæ partes fluerent per sudorem, uel per aliam consumptionem.

Nota,

Partes fluunt in nobis multis modis.

Nota, q̃ partes in nobis fluunt multis modis. Vno modo per sudorem. Secundo ex fame, ex absentia alimenti sequitur consumptio humoris radicalis, quia calor agit semper in corpore; & quando non sumitur alimentum, sequitur consumptio. similiter patet de philocaptis, & de furiosis: & hoc est ex uehementi imaginatione. Probatur conclusio, quia actiuo, & passiuo naturalibus approximatis, & non impeditis, sequitur actio, si actiuum habeat dominium in passum. patet de igne, & aqua, quia, si ignis habuerit dominium supra aquã, tandem consumeret: sed in Christo fuerunt actiuũ, & passiuum, & hoc actiuum habebat dominium supra passiuum: ergo in quarto instanti sequebatur, quòd istud corpus erat passibile, & mortale. Et ideo ad argumentum &c. Pro responsione ponit duas distinctiones. Prima distinctio. Duo sunt in natura humana Christi; primo ipsum totum, quod est humanitas resultans ex partibus: secundo ipsæ partes ipsius humanitatis Christi: & partes in Christo sunt duplices: quædam principales, facientes ad perfectionem ipsius totius hominis, vt partes ætherogeneæ, vt caput, pes, brachium. Aliæ non principales, vt partes homogeneæ, ut ossa caro, cutis, quia quælibet pars carnis est caro &c.

Duo erant & sunt in Christo. Partes humanitatis in Christo dup.

Prima propositio. Quod uerbum assumpsit nunquam dimisit, intelligendo de partibus principalibus: patet, quia in instanti conceptionis uerbum assumpsit animam, & corpus, & illa non dimisit, quia corpus in triduo fuit unitum uerbo, & anima in Lymbo.

1. prop. de intellectu propõis Damasc. quod uerbum assumpsit etc. 2. prop.

Secunda propositio. Loquendo de partibus minus principalibus, non quod semel assumpsit, nunquam dimisit, immò aliquando dimisit: patet, quia aliquando assumpsit aliquas partes carnis, & capillos etiam non portauit usque ad mortem absque tonsione. Item de unguibus pariter est tenendum, quod eas incidit. Item secundum aliquos, sanguis in triduo, qui exiuit de corpore Christi, non fuit unitus in resurrectione.

2. prop.

Tertia propositio. Loquendo de toto. i. de humanitate, non quòd Deus assumpsit, nunquam dimisit, immò aliquando dimisit, quia in triduo humanitas Christi non fuit unita uerbo, quia fuit mortua.

Gloßa Io. de Neap.

Notandum, quod Ioan. de Neapoli ponit quatuor glossas ad illam auctoritatem, Quod semel assumpsit &c. Si nos teneamus, quòd totũ distinguitur realiter à partibus, & quòd humanitas sit distincta realiter à partibus, aliquid dimisit, quod semel assumpsit.

Respondet Ioan. de Neapoli, quòd Damascenus non loquitur de toto, sed de partibus, quia dicit nullam naturæ partẽ, quam semel assumpsit, dimisit.

Secunda glossa est, quòd illa authoritas est uera, quia in triduo non fuit dimissum: quia adhoc, quòd aliquid sit dimissum, requiruntur duo; Primo quòd tale non sit unitum: Secundo, quòd illud actualiter existat: & quia illa tertia entitas non remansit in actuali existentia, ideo eam non dimisit.

Tertia glossa est, distinguendo uel de partibus principalib. & sic concedo: uel de partibus minus principalibus. s. de sanguine, uel de toto, & sic nego.

Quatuor vniones in Christo secũdũ aliquos.

Vnde dictum est in secunda distinctione huius tertii, quòd in Christo sunt quatuor uniones secundum Franciscum, & Ochan, (sed de Bassolis dicit quòd solum fuit unica) & in triduo fuerunt duæ uniones: una, qua corpus fuit unitum uerbo: & alia, qua anima fuit unita uerbo, & per resurrectionem fuit reassumpta illa prima unio, de qua loquitur de Bassolis, & illæ duæ uniones partiales corporis, & animæ, quæ erant in triduo, fuerunt distinctæ, & hoc dico probabiliter.

Quarta glossa ad illam auctoritatem Damasc. dico, quòd in illo loco, quando dicit illa uerba, loquebatur de natura humana unita uerbo post resurrectionem: & dicit, quòd semel assumpsit, hoc dicit propter imperfectiones naturales, quia dimisit famem, sitim, & alias passiones dicentes imperfectionem. tamen quod semel assumpsit &c. post resurrectionem, & hoc uerum est de iis, quæ dicunt perfectionem in Christo.

2. Dub. contra se.

Secundo arguitur. Pro quo nota, quòd istud argumentum præsupponit duas propositiones. Prima, quòd si partes fluebant, oportebat dicere, quòd fiebat ibi restauratio per uirtutem nutritiuam.

Secunda propositio. Si fiebat ibi restauratio partium, oportebat, quòd illæ partes unirentur uerbo Diuino, alioquin sequeretur, quòd in Christo essent aliquæ partes unitæ, aliquæ non, quod est falsum. Tunc arguitur sic, si aliquæ partes fuerunt productæ de nouo, sequitur, quòd fuerint unitæ nouo miraculo: sed nullum miraculum est ponendum. Probatur antecedens, quia tantæ potentiæ est unire partes uerbo, sicut unire totum: sed ipsum totum miraculose fuit unitum uerbo: ergo istæ partes fuerunt de nouo unitæ: sed non ponimus unum miraculum in generatione partium: ergo illæ partes non fluebant: ergo non fiebat restauratio: ergo nec fuit necessitas moriendi.

Soluit secundam dubitationem. 1. prop. In aia vegetatiua duplex potẽtia 2. prop. 3. prop.

Respondeo. Prima propositio responsiua ad consequentiam. Pars de nouo genita à uirtute nutritiua in Christo, fuit unita uerbo, non nouo miraculo, sed antiquo.

Nota, quod in anima uegetatiua est duplex potentia, quædam est generatiua, alia est nutritiua. De generatiua ponitur secunda propositio. Potentia generatiua habet generare distinctum secundum esse, & secundum locum: ut Sortes generans Platonem.

Tertia propositio. Potentia nutritiua habet producere aliquid unitum, & indistinctum cum illo, cuius est: & ratio est, quia nutritio est quædam generatio, ideſt intus generatio, quia aliqua pars de nouo aduenit in nutritione.

4. prop.

Quarta propositio. Generatio nouæ partis carnis in Christo fuit naturalis.

5. prop.

Quinta propositio. Naturaliter fuit, siue naturale fuit, q̃ caro genita esset pars corporis per se existentis; quia ibi erant duo, scilicet generatio naturalis partis, & quòd ista fuit unita uerbo non nouo miraculo, sed antiquo.

Reg. Theologica.

Notandum, quòd regula Theologalis est, quòd eodem miraculo antiquo, eadem uolitione, qua Deus uoluit corpus uniri uerbo uoluit, quod omnis pars in futuro uniretur uerbo. quando corpus eleuatur à sacerdote, sacerdos non leuat, sed Deus, & hoc antiquo miraculo.

6. prop.

Sexta propositio. Virtus naturalis Christi fecit aliquod præambulum ad illam unionem. patet, quia uirtus nutritiua Christi naturaliter producit nouam partem carnis, quæ fuit unita uerbo. illa pars genita fuit unita uerbo per antiquum miraculum. Et ideo ad argumentum respõdeo, quòd non esset nouum miraculum, quando pars uniretur uerbo: & ad probationem, cum dicitur, tantæ potentiæ est unire totum, sicut partem.

Respondeo, concedo totum: nec fuit nouum miraculum.

Dub. vtrũ hõ sit idem numero vir qui fuit infans.

Et quia dictum est, quod partes hominis fluunt, & refluũt, Quæro, vtrum aliquis homo in ætate 30. annorum sit idem numero, qui exiuit de utero matris suæ. Et uidetur quod nõ. Non remanentib. eisdem partibus, non remanet totum idem: sed non habet easdem partes ossis, & sanguinis, quas habebat, quando exiuit de utero matris suæ, immo nullam partem habet: ergo.

Soluitur Dub. Aliquid est idem numerotripliciter

Respondeo, aliquid esse idem numero intelligitur tripliciter. Vno modo totaliter, Alio modo partialiter, Tertio modo secundum continuationem, & hoc dicit Buridanus. Primo illud dicitur esse idem totaliter, quod habet omnes partes easdem in numero, & nulla sibi deest earum, quas habebat prius: & sic cœlum dicitur esse idem numero nunc, quod fuit in principio suæ creationis, quodcunque sit illud cœlum: & sic iste liber est idem numero, qui fuit heri. Secundo modo aliquid dicitur idem numero partialiter, quando remanet principalior pars eadem numero, quæ prius: & sic Sortes, quãdo est in 30. anno, est idem numero cũ Sorte, qui exiuit de utero matris suæ: patet, quia anima remanet eadem numero. Tertio modo secundũ cõtinuationem illud dicitur esse idem numero, quod sic continuatur, q̃ inter primum esse suum, & inter suum esse ultimatum non est facta interpolatio: & sic elementa sunt eadem numero nunc, quæ fuerunt in creatione mundi: quia semper fuerunt elementa. Similiter ista reparantia dicuntur esse idem numero, quæ erant hinc ad 30. annos.

Respon. ad dub. 1. circ.

Respondeo ad dubium. Prima conclusio. Sortes 30 annorum, non est idem numero totaliter, qui fuit, quando exiuit de utero matris suæ: patet, quia non habet easdem partes.

Nota, quòd dicunt medici, quòd quædam sunt partes fluẽtes, sicut partes carnis: aliæ sunt partes nõ fluentes, sicut sunt partes cordis. Tamen ego credo, quòd partes cordis fluant; quia cor meum est maius nunc, quàm quando ego exiui de utero matris meæ.

2. concl.

Secunda conclusio. Sortes in 30. anno. est idem homo numero partialiter, qui fuit &c. quia habet eandem partem saltem principalem, scilicet animam, quam habebat.

3. concl.

Tertia conclusio. Sortes in 30. anno. est idem homo numero secundum continuationem, sicut quando &c. patet, quia semper fuit facta continuatio in suo esse, & post iudicium nõ erit idem homo hoc modo, quia erit interpellatio, quia mo-

rie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

riatur. Ideo non est idem homo numero secundum continuationem, sed bene secundo modo. Et ideo ad argumentum cũ arguitur, Iste non habet easdem partes, dicunt aliqui; distinguo, vel formaliter, & sic concedo: vel æquialenter, & sic nego.

Contra. Iste non habet tantas partes, quantas habebat, &c. istud non valet, sicut prius. Et ideo respondeo pro vera responsione, concedo maiorem, & distinguo minorem: vel idem numero partialiter, vel secundum continuationem, & sic nego: vel totaliter, & sic concedo.

Soluuntur princ. Ad argumenta principalia, quando primo sic arguitur. Omnis necessitas moriendi prouenit ex peccato demeritorie; Sed Christus non habuit peccatum: ergo nõ habuit necessitatem moriendi. Probatur maior ad Rom. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors &c. Genes. 2. etiam scribitur. De ligno quod est in medio paradisi ne comedas, in quacunque enim hora comederis ex eo, morte morieris. patet minor 1. Pet.

Soluitur primũ principale. Secunda responsio. Prima propositio. Corpus hominis viatoris pro statu isto mortuum est propter peccatum demeritorie, quia mors est pœna peccati originalis. Ex quo sequitur, q̃ cum in Christo nullum fuerit demeritũ comparando verbum ad naturam innocentem, dico quòd nulla fuit causa mortis, nec necessitas moriendi prouenientes ex peccato, quia non assumpsit naturam obnoxiam peccato, nec ipse peccauit.

2. propos. Secunda propositio. Alia causa fuit in Christo, propter quam fuit in eo necessitas moriendi, scilicet impuritas alimẽti, & debilitatio virtutis nutritiuæ. Vnde in nobis est duplex causa necessitatis moriendi; Scilicet primum peccatum, & impuritas alimenti: & si Adam steriſſet in statu innocentiæ, in eo non fuisset necessitas moriendi propter peccatum, tamen fuisset mortuus propter debilitationem virtutis nutritiuæ.

Secundum principale. Secundo sic arguitur. Anima Christi fuit omniscions: ergo omnipotens: ergo potuit facere, ne corpus morere.ur. Antecedens est verum, quia omnia cognouit, vt dictum est. Et probatur consequentia, quia non minoris perfectionis est omnia posse producere, quam omnia intelligere: Sed Christus omnia potuit cognoscere: ergo habuit omnipotentiam.

Soluitur secundum. Respondeo, concedo antecedens, & nego consequentiam. & ratio est, quia regula est in Theologia, quòd omnipotentia non potest conferri alicui creaturæ, nisi creatura habeat aliquid, in quo fundetur potentia respectu possibilium. Vnde nota, quòd 44. dist. 1. dicitur, quòd omnipotentia est potentia

Quid sit oĩpotentia. actiua causatiua omnis possibilis ad extra. Ponitur potentia tanquam genus: dicitur actiua, ideo passiua non est omnipotentia: dicitur tertio creatura, ex quo sequitur, quòd potentia, qua pater producit filium, non est omnipotentia; & dicitur possibilis, quia impossibile, vt chimera, non cadit sub omnipotentia: & dicitur ad extra, quia ea, quæ sunt ad intra, non cadunt sub omnipotentia: sed in anima Christi non fuit realitas, qua fuit potentia producta omnium possibilium: ergo non fuit omnipotens. Probatur, quia si realitas potuit esse causa productiua omnium, vel esset substantialis, vel accidentalis: non accidentalis, quia 12. dist. 4. quæst. 3. dicitur, quòd nullum accidens habet principium producendi substantiam nec principaliter, nec instrumentaliter: quia omnis causa æquiuoca totalis est nobilior suo effectu: sed accidens non potest esse nobilius accidente, ergo &c nec substantialis, vt anima, vel angelus: probatur de angelo, quia angelus non potest infrigidare aquam, quia nullam virtutem alteratiuam habent angeli: nec virtutem transmutandi naturam de forma in formam; nec magi Pharaonis produxerunt ranas, sed solum applicauerunt actiua passiuis, & virtus solis alterauit, & consequenter Deus produxit animas sensitiuas ranarum.

Nullũ accidẽs est principium productiuũ substantiæ.

Quid requiratur ad intelligendũ. Ad producẽdũ oĩa requiritur virtus infinita. 3. princ. formatur. Nota, quòd ad intelligendum non requiritur nisi potentia intellectiua, & species obiectorum: & ad intelligendum omnia obiecta etiam non requiritur virtus infinita: sed ad producendum omnia bene requiritur virtus infinita: ergo nõ est anima omnipotens, quia non habet virtutem qua possit in omnia possibilia.

Tertio sic. Corpus Christi fuit temperatissimum, & optimè complexionatum, & sciuit, quæ erant sibi nociua, & quæ proficua: patet, quia habebat perfectissimam animam, ergo potuit sumere cibum sibi proficuum ad restaurationem deperditi, & semper continuare in uita: ergo non habuit necessitatem moriendi naturaliter.

Soluitur. 3. Respondeo quod quamuis Christus sciuerit se custodire, restaurare, & conseruare, non tamen potuit: quia non habuit puritatem alimenti, & etiam habuit debilitationem virtutis nutritiuæ. Ex quo sequitur, quòd licet ipse sciuerit quantũ oportebat sumere, tamen propter impuritatem alimenti, & debilitationem nutritiuæ virtutis habuisset necessitatem moriendi.

4. princ. Quarto sic. Anima Christi fuit perfectissima inter omnes formas perficientes materiam: ergo abstulit priuationem cuiuscunque formæ: ergo fuit incorruptibilis; quia ideo corpus est corruptibile, quia materia est priuata aliqua forma. patet consequentia, cœlum est incorruptibile, quia illa anima cœli perfectissima satiat materiam cœli, & aufert omnẽ priuationem alterius formæ, & cum anima Christi fuerit perfectissima forma, sequitur, quòd corpus Christi fuerit incorruptibile.

Soluitur 4. princ. Respondeo concedo antecedens, & nego consequentiam, quia in illa forma informante illud corpus, erat in eo priuatio aliarum formarum.

Cœlum non cõtinet eminẽter ãiam intellectiuã Si cœlum habet materiã eiusdem rationis cum inferioribus, vis ex se incorrupti bile. Ad probationem de cœlo dico, quòd sicut forma cœli non continet virtualiter, neque eminenter omnes formas, ita non potest auferre à materia omnem priuationem aliarum formarum, nec continet cœlum eminenter animam intellectiuam, quia minima forma viuens est præstantior cœlo, & ita cum non auferat priuationes aliarum formarum, sequitur, quòd si, pro quia, in cœlo ponatur materia eiusdem rationis cum istis inferioribus, ita bene est priuata alijs formis, sicut materia mea. & ideo, si velis dicere, quòd cœlum est incorruptibile, oportet dicere, quòd cœlum sit forma simplex. vel oportet dicere, quòd materia cœli non est in potentia, nisi ad illam formam, quam habet, Sed secundum Scotum in 14. distinct. 2. ponitur.

Opin Sco de materia cæli. Prima propositio. Cœlum quodcunque est compositum ex materia eiusdem rationis cum materia & substantiali, & specifica, & propria.

Differentia inter Philosophos & Theologos de materia cæli Opi. de Bassolis. Nota, quòd differentia est inter Philosophos, & Theologos de cœlo: quia Physici dicunt, quòd cœlum non est compositum ex materia, & forma; quia ipsi dicunt, quòd omne compositum ex materia, & forma, est corruptibile: sed cœlum nõ est corruptibile: ergo &c. Tamen Theologi dicunt, quòd ex illo chaos fuerunt omnia producta. Sed de Bassolis dicit, q̃ cœlum est forma simplex, nec est ibi materia, sed hoc est contra Scotum.

2. prop. Sco. quare cælũ non est corruptibile. Secunda propositio. Quamuis cœlum sit compositum ex materia & forma, tamen est incorruptibile, quia adhoc quòd aliquid sit corruptibile, requiritur, quòd habeat qualitates contrarias, quibus possit corrumpi: sed cœlum non habet qualitates contrarias: ergo cœlum non est corruptibile, nec habet qualitates, quibus possit pati. & sic non potest calefieri, nec frigefieri. bene tamen habet qualitates actiuas, & per propriam formam substantialem agit in hæc inferiora, & ideo cum arguitur, dico, q̃ materia cœli est in potẽtia ad corruptionem, quia Deus potest corrumpere cœlum: tamen ab agente naturali non potest corrumpi.

Soluuntur arg B. Bonaũenturæ. 1. propos. Ad argumenta B. Bonauenturæ. Pro omnibus argumentis ponitur prima propositio. Elementa in corporibus gloriosis, & in quocunque misto non sunt formaliter, sed præcise virtualiter 15. dist. 2. Ex quo sequitur, quòd ex actione angelorum non sequitur corruptio in corporibus nostris, nec agunt in corpore nostro.

2. propos. Secunda. Quamuis in corporibus gloriosis sint qualitates contrariæ, tamen propter dotem impassibilitatis nullo modo possunt corrumpi, & sicut non esset miraculum, quòd calor cordis non ageret in frigiditatem cerebri, & sicut esset miraculum, quòd corpus meum esset in igne, & non comburere tur, ita esset miraculum, si calor naturalis non ageret in frigiditatem cerebri.

De ptãte ãiæ Christi respectu passionis. Constructio duplex. Iuxta hoc quæro, vtrum in potestate animæ Christi &c. Nota quòd sicut dicunt Grammatici, duplex est constructio, scilicet transitiua, & intransitiua. Transitiua, in qua constructibilia pertinent ad diuersa, vt cappa Sortis. Intrãsitiua, in qua constructibilia pertinent ad idem, vt creatura salis, idest creatura, quæ est Sal. Similiter lumen naturale intellectus, idest lumen, quod est ipse intellectus: & sic capitur in prima q. prologi, primi. Similiter cum dicitur, ex violentia passionis, hoc est, ex passione violenta, ibi est constructio intransitiua.

Violenter dupliciter. Nota vlterius, quòd violenter capitur dupliciter, vt patet in responsione ad tertium argumentum istius q. scilicet pro vt violentum opponitur ei, quod est naturale, & ei, quod est voluntarium. in titulo quæst. intelligitur de violentia, vt violentum opponitur tam naturali, quam uoluntario. Quæritur ergo,

ergo, Vtrum, si anima Christi voluisset non mori ex violenta passione, an potuisset euadere, quia multi dicũt propter illam authoritatem Ioan. 18. Potestatem habeo, &c. q̃ Christus potuit non mori.

Soluit qõ. Concl. Scot. Ad quæstionem respondet Scotus ponendo talem conclusionem. In potestate animæ Christi non fuit non mori ex violentia passionis quamuis voluntas animæ Christi voluisset nõ mori: tamen applicatis illis tormentis, non fuit in potestate non mori ex tali passione.

1. Ratio ad conclu. Probatur sic. Non est in potestate alicuius non mori ex, violentia sibi illata: similiter non est in potestate animæ Christi non mori ex violentia passionis sibi illatæ. patet antecedens, quia multi sunt, qui non volunt mori, & non possunt euadere mortem. Consequentia patet, quia Christus secundum corpus fuit viator, & corpus suum fuit mortale, & passibile.

2. rõ ad idẽ Item secundo. Si in potestate sua fuit præseruare corpus ab omni violentia talis passionis, sequitur, quòd peccasset mortaliter permittendo se occidi. Patet consequentia, quia debebat diligere seipsum post Deum, & per consequens debebat cauere ab omni sibi nociuo. Et sic, si nõ feciſſet, peccasset mortaliter, sed hoc est falsum, immò meruit, & non peccauit.

Notandum, quòd licet fuisset in potestate sua non mori ex passione, tamen cum hoc stat, quòd quando est præceptum Diuinum, debet velle hoc, ad implendum præceptum Diuinum, sicut fuit de multis martyribus, qui voluerunt mori pro ter Deum, & tamen non peccauerunt, immò meruerunt.

3. prop. Sco. Ad propositum q. Doct. respondet ponendo primam propositionem. Si anima Christi fuisset sibi dimissa absolutè, ex quo fuit gloriosa, gloria tunc redundasset in corpus, & tandem in potestate talis animæ fuisset non mori, ex violentia passionis.

Ordo instantium. Notandum quòd in primo instanti natura humana fuit vnita verbo: in secundo anima fuit beata: in tertio fuit miraculum, quòd gloria animę non redundaret in corpus, & in quarto corpus habuit necessitatem moriendi, & fuit passibile, & mortale, & in potestate animæ non fuit prohibere talem passionem à corpore: ergo fuit mortale, & ratio est, quia ex prima institutione naturæ lapsæ, aliqua actiua nata sunt dominari aliquibus passiuis. patet, quoniam in corpore nostro sunt qualitates contrariæ, & aliquando dominatur una, ita quòd ex illa sequitur mors in corporibus. Tunc arguitur sic. Omne corpus alterabile per approximationem alicuius actiui dominantis in passiuum, potest corrumpi: sed corpus Christi fuit tale corpus: ergo potuit corrumpi: & non fuit in potestate animæ Christi prohibere passionem à corpore. Maior probatur ex ratione prædicta, & videmus per experiẽtiam in corporibus nostris. Minor probatur, quia quam diu vixit nobiscum, semper fuit alterabile, & passibile, quia non erat beatum, nec impassibile nisi post resurrectionem: quia, sicut in potestate nostra non est prohibere, quod aliquis non interficiat me, sic in potestate animæ Christi non fuit prohibere separationem animæ a corpore: ergo bene sequitur, quòd non fuit in potestate animæ Christi non mori ex passione violenta.

Arguit q̃ nemo sit interficiẽdus. Contra volo probare, quòd nullus possit interficere alterum, & per consequens male interficiunt latrones in patibulo. Arguitur sic. Solus Deus potest creare animam, & eam unire corpori: ergo solus Deus potest illam separare a corpore. Antecedens patet; quoniam nullum ens creatum potest creare animam, & eam unire corpori, neque angeli possunt unire, immò solus Deus potest unire. patet, quia resurrectio est supernaturalis. nam eadem potentia est in processu resolutiuo, & compositiuo: sed processus compositiuus non est nisi à Deo: ergo nec resolutiuus. de hoc patet in 4. 43. dist. qò. 3. ubi quærit de causa resurrectionis. vbi dicit, quòd licet agens naturale producat, & idem numero reproducat, tamen nullum agens naturale potest facere resurrectionem. Tunc soluit, concedo antecedens, & nego consequentiam, & ponit duas regulas.

1. Regula Sco. Prima. Agens creatum potest inducere aliquam qualitatem in corpore nostro, ad quam sequitur necessario exanimatio, & mors, & separatio animæ à corpore. patet sic. primo aliqui moriuntur ex febre uehementi, quia ex calore supernaturali inducitur aliqua qualitas, quæ est causa mortis: similiter aliqui moriuntur per aliquem ictum. patet, quia sicut lumen existens in candela non ardebit, nisi ponatur materia debita, sic anima nostra non informabit corpus nostrum, nisi sit proportionatum debitis qualitatibus.

2. Regula. Secunda regula. Nulla qualitas potest induci ab agente naturali, quæ sit necessaria causa animationis. patet, quoniam si ignis agat in corpus reducendo in cineres, poterit inducere qualitates, ad quas sequitur exanimatio, idest separatio animæ à corpore. Probatur secunda regula, quoniam ignis non potest inducere aliquam qualitatem, quæ sit causa illius mortis.

Nota, quod Scotus in materia de resurrectione soluit simile argumentum. Agens naturale potest esse causa corruptionis hominis: ergo potest esse causa reparationis alicuius, & resurrectionis. non ualet consequentia, quia non eadem est potentia compositionis, & resolutionis.

Consequenter Doct. intrat vnam difficultatem philosophicam, & arguit sic. Dicitur in philosophia naturali, quòd inducitur forma organica in corpore organico, & qualitas complexionalis ex commixtione elementorum, & istæ dispositiones necessitant Deum ad animationem: ergo sequitur, quòd male dicitur, quòd ab agente naturali non potest induci aliqua qualitas necessitans Deum ad animationem.

1. Reg. Sco. Respondit Scotus, vt habetur in 4. dist. 43. q. 3. ante responsionem argumentorum, quòd nulla qualitas inducta ab agente naturali, est dispositio necessitans simpliciter ad animationem, contra Thomistas dicentes, quòd talis qualitas est dispositio necessaria ad animationem.

2 Reg Sco. Secunda regula. Quæcunque dispositio existens in materia cum se teneat ex parte materiæ, & ex parte ipsius receptiui, est in potentia contradictionis ad animationem sic, quòd adhuc est in potentia ad recipiendum, vel non recipiendum. Probantur ambæ regulæ, quoniam si ab agente naturali ponet in

Nulla dispositio põt necessitare Deũ ad informandũ corpus orgã nicum. duci aliqua dispositio necessitans ad animationem, sequeretur quòd illa necessitaret ipsum Deum: sed hoc est falsum, quia nullum ens creatum potest necessitare ipsum Deum: imò positis illis dispositionibus, adhuc est in potentia contradictionis, & potest recipere, uel non recipere, quoniam Deus contingenter creat.

Soluitur in stantia. Contra arguitur. Phil. dicit, quòd forma organica, & ista qualitas, sunt dispositiones necessariæ ad animationem.

Dissentiunt Philosophi & Theol. Respondeo, quòd licet Philosophus dicat hoc, tamen nos non tenemus cum ipso, quoniam Philosophi tenent vnum principium contra Theologos, quia dicunt Philosophi, quòd Deus quicquid ad extra produxit, necessario produxit: sed dicunt Theologi oppositum, scilicet quòd Deus quicquid ad extra producit, contingenter producit. ideo illi, qui dimittunt Philosophum in isto principio, debent eum dimittere in conclusione, scilicet quòd istæ dispositiones necessitent Deum ad producendum animam: vnde in fine Docto. se resoluit dicens, quòd omnis dispositio inducta ab agẽte naturali in materia, est in potentia contradictionis ad talem formam, videlicet ad animam intellectiuam, quoniam Deus merè liberè produxit animam intellectiuam. ideo potest producere si uult, & potest non producere si non vult: ergo nulla qualitas dispositio est necessitans ad animam. Et ideo nulla dispositio inducta ab agente naturali est sufficiens ratio ad necessitandum ad animationem. Tamen quia communiter dicitur, q̃ illa dispositio est necessitãs ad animationem, nota, quòd hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd ex uirtute talis

Deus ad extra merè liberè operatur & producit

Quo organizatio corporis necessitet ad ãiam, ex põt dupliciter intelligi dispositionis fiat talis animatio, & sic non. Alio modo ex pacto, sed secundum quid, & sic est uerum, quòd illa dispositio est necessitans ad animationem, ita quòd facta illa dispositione, Deus necessitatur secundum quid ad producendum animam intellectiuam.

Contra arguitur, quòd in potestate animæ Christi fuit præseruare seipsum ne moreretur. Quia si nõ, sequitur, quòd ista mors non fuisset voluntaria, nec meritoria: sed consequens est falsum: ergo & antecedens. Patet primum. Illud non est voluntarium, quod non est in potestate mea: sed si mors Christi non fuit in potestate sua, ergo non fuit voluntaria, & si non fuit uoluntaria, ergo nec meritoria: quia nihil est meritorium nisi voluntarium: sed consequens est falsum, ergo &c.

Respondeo, quòd voluntas creata potest mereri in obiecto quantum est ex parte voluntatis, quia voluntas creata potest velle amore amicitiæ dilectionem. Dico tamen, quòd Deus sit iustus, uel bonus, non est in potestate voluntatis.

Quis põt meri vel demereri de eo quod non est in põte sua Item uoluntas creata potest mereri, uel demereri in aliquo, quod non est in potestate sua: quia Lucifer peccauit appetendo æqualitatem Dei; & tamen illud obiectum non erat in potestate Luciferi, ex quo sequitur, quòd licet in potestate animæ Christi non fuerit talis passio, & impedire passionem, quam sibi Iudæi inferebant, tamen potuit mereri per illud obiectum, idest passionem, quantum erat in potestate sua, accipiendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipiendo illam passionem in ordine ad Deum.

3. rō ad idē

Secundo sic. Si in potestate animæ Christi non fuit præseruare se a morte illata ex uiolentia passionis, sequitur, quòd passio fuit uiolenta: sed hoc est falsum: probatur consequentia, quia illud, quod est contra uoluntatem, est uiolentum, ultra est uiolentum: ergo non potuit mereri, quia ad meritum requiritur, quod sit actus uoluntarius: sed passio fuit uiolenta: ergo &c.

Soluitur rō Violentum dupl.

Respondeo, quòd uiolentum capitur dupliciter. Vno modo, ut opponitur naturali, ut quando lapis est sursum, & detinetur, est ibi uiolentatio, quia contra naturalem inclinationem lapidis. Alio modo uiolentum capitur, ut opponitur uoluntario; sicut dare alapam est uiolentum, quia contra uoluntatem.

1. prop.

Prima propositio. Passio fuit uiolenta ipsi animæ, patet. naturaliter anima inclinabatur ad informandum corpus: ergo quando aduenit sibi separatio, fuit uiolentatio, & hoc habet Scotus in quarto dist. 43. quæst 4.

2. prop.

Secunda propositio. Passio Christi fuit uiolenta, ut uiolentum opponitur uoluntario, eo modo, quo passio Christi fuit nolita. pro quo est notandum, quòd uoluntas animæ Christi uolebat passionem nolitione conditionata, non solum secundum portionem superiorem, sed etiam inferiorem, ex quo sequitur, quòd eodem modo, quo fuit uiolēta, nullo modo fuit meritoria.

prop.

Tertia. Passio Christi non fuit uiolenta, ut uiolentum opponitur uoluntario, eo modo, quo fuit uolita, quia dictum est superius, quòd Christus uolebat passionem uolitione absoluta: & simpliciter uoluit illud uelle, & ideo non fuit hoc modo uiolenta.

Soluuntur princ. argu.

Ad argumenta. Respondeo quando arguitur sic. Voluntas Christi perfectè dominabatur appetitui sensitiuo, & omnibus uiribus inferioribus, ut non doleret ex obiecto disconuenienti sibi: ergo uoluntas Christi perfectè dominabatur corpori, & poterat impedire ne moreretur. probo primo antecedens, quia nulla erat rebellio uirium inferiorum ad uires superiores: immo erat maximum dominium. probatur consequentia, quia uoluntas Christi dominabatur corpori principatu despotico: ergo appetitui sensitiuo principatu politico. sed si uoluntas dominatur principatu despotico, potuit imperare ne doleret: ergo potuit imperare ne corpus moreretur.

Solu. primū principale. Dupl. princi patus.

Pro solutione nota, q̄ duplex principatus, scilicet despoticus, qui est, quando dominus dominatur seruo sic, quòd potest facere de illo quicquid uult. & quicquid sibi placet, & sic in Hispania est iste modus, nam quādo aliqui sunt empti, Domini eorum dominantur principatu despotico, quia faciunt de eis quicquid uolunt. Alius principatus politicus, qui est, quando quis dominatur alicui in rebus licitis, & honestis, & non in omnibus rebus: & sic rex dominatur principatu politico, quia facit, quod est licitum in suo regno, tamen non facit omnia. Primus principatus est perfectior, quia dominus potest facere quicquid uult, nec seruus potest resistere in aliquo. Ad propositum, Voluntas animæ Christi, & quæcunque alia anima, non plus dominatur corpori, quantum ad omnem potentiam, quæ se tenet ex parte corporis, quam appetitui sensitiuo, immo minus. Vnde nota, quòd in homine sunt duplices potentiæ, Quidam merè spirituales. Aliæ partim corporales, partim spirituales. Primę sunt sicut uoluntas, & intellectus. Secundo sunt sensus, tam interior, quam exterior. Similiter potentia motiua organica, nutritiua, augmentatiua, 49. dist. 41. & istæ sunt duplices, Quædam, quæ in nullo nostro dominio uoluntatis, nec per essentiam, nec per participationem, sicut est potentia nutritiua, quæ nullo modo obedit rationi, nec uoluntati: & similiter potentiæ generatiuæ. Aliæ sunt obedientes uoluntati, ut potētia motiua organica, quia motus potest impediri à uoluntate; & potentia motiua potest obedire uoluntati, & rationi; & hoc conuenit ex ratione aliarum potētiarum: quia nutritiua obedit, & motiua obedit.

Duplices potentiæ aiæ.

Potentiæ organicæ dup.

1. prop.

Prima prop. Potentiæ nutritiuæ uolūtas nullo mō dominatur. & licet sit in potestate uoluntatis ministrare materiam potentiæ nutritiuæ, tamen applicata materia, non est in potestate eius, quin sequatur actus potentiæ innutritiuæ, & sic ex sumptione cibi, & debilitatione uirtutis naturalis Christus fuisset mortuus; nec poterat uoluntas Christi imperare uirtuti naturali, ut non diminueretur.

2. prop.

Secunda propositio. Voluntas Christi non dominabatur appetitui sensitiuo sic, quod fuerit impassibilis respectu alicuius obiecti disconuenientis. Exempium. si aliquando applicetur ignis manui meæ, non est in potestate uoluntatis applicato igne, quin sequatur dolor: bene tamen est in potestate uoluntatis, quòd ignis non applicetur.

1. argu. sūmit unū fal sum.

Ex quo sequitur, quod postquam uoluntas non dominabatur appetitui sensitiuo, nec etiam corpori, argumentum assumit unum falsum, assumendo, quòd anima dominabatur appetitui sensitiuo ne doleret de obiecto disconuenienti, quod est falsum. Et licet non esset rebellio, scilicet, quod appetitus sensitiuus nihil appetebat, quin illud uellet uoluntas, & ratio dictaret, tamen præsupponitur unum falsum in argumento: & ex illo falso concluditur aliud falsum, scilicet, quod anima potuit impedire, ne corpus moreretur.

2. princ. deducitur.

Secundo sic. Scribitur Ioan. 10. Potestatem habeo &c. Et sequitur, ego pono animam a me ipso, tunc sic, quomodo intelligit cum dicit, a meipso? uel supponit ly ego, pro uerbo, uel pro humanitate Christi: non primum, quia nunquam anima fuit separata a uerbo: nec secundum, quia tunc sufficit in potestate sua deponere, uel non deponere animam, & sic habeo propositum.

Solu. secūm.

Respondeo, quòd ly, ego, supponit tam in suppposito, quam in appposito pro eadem persona, licet secundum diuersas naturas. patet, quia ly, ego, supponit pro suppposito uerbi secundum naturam diuinam, ego uerbum pono, ideſt depono animam meam à meipso uerbo, secundum naturam humanam, scilicet à corpore, quod est terminus a quo separationis. suppositum est ly, ego, & appositum est, a meipso.

Exponitur locus, ego a meipso pono animam meam &c.

Ex quo sequitur contra Grammaticos, quòd appositum ibi, non est uerbum, sed est prædicatum positum post uerbū.

Aliam deponi duplic.

Notandum, quod animam deponi ab aliquo, potest intelligi dupliciter. Vno modo effectiuè. Alio modo terminatiuè. & sic intelligitur illa oratio, ego pono &c. Secundo. Anima Christi fuit deposita a corpore Christi tanquam à termino, quia dicitur a meipso, ideſt a corpore, quod subsistit in meipso uerbo, & ita non fuit in potestate animæ Christi, corpus non mori.

3. princip.

Item Ioan. 10. Hoc mandatum accepi a patre, quæro, quo modo accepit mandatum a patre? non secundum naturam diuinam, quia erat sibi æqualis: ergo accepit mandatum secundum naturam humanam, quia sic erat minor patre, sicut ipse testatur. Patet maior me est: ergo sequitur, quòd in potestate animæ Christi fuit ponere animam meam: aliter Deus dedisset sibi mandatum de aliquo, quod erat sibi impossibile. Vnde dicit Hieronym. Quicunque dixerit Deum præcepisse aliquā impossibile anathema sit.

Solu. terciū Christum accipere mandatu a patre dup. fōt intelligi. Eade auctoritas ꝓ ḋ uersis exponi.

Respondeo per idem, quòd Christum accipere mandatum intelligitur dupliciter, Vno modo, ut ponendi animam, ideſt complacendo, & uolendo talem mortē pro redemptione humani generis, & sic concedo. Alio modo, deponendo effectiuè animam suam a corpore, & sic Christus secundum naturā humanam non accepit mandatum, ut poneret animam suā à corpore. Ex hoc habet, quòd eadem auctoritas exponitur in scriptura pro diuersis diuersimodē. Dicitur etiam, Qui potuit transgredi &c. ubi pars prima exponitur pro membris, & secunda pro capite, & non est transgressus intelligitur de Christo: & sic cum eadem authoritas possit exponi pro diuersis, ita etiam illa auctoritas, Ego pono animam meam &c. potest exponi pro diuersis, ut 25. dist. secundi. dicit Scotus contra Godofredum.

4. Princip.

Quarto sic arguitur. Christus in passione cum clamore ualido emisit spiritum. Tunc sic arguitur. Si clamauit uoce magna, hoc non fuit naturaliter, quia in instanti mortis homo non clamat: ergo hoc fuit miraculosè, ita quòd accelerauit mortem suam, quia prius moriuus est, quam latrones: ergo si tunc deposuit illam, ita potuisset aliquando illam deponere: ergo potuit impedire ne moreretur, sicut in eius potestate fuit accelerare mortem. Istud argumētum includit unam magnam hæresim, scilicet, quòd Christus occiderit se, quod est falsum. similiter, quia mortuus est propter maximas pœnas, nedum in parte sensitiua, sed etiam in parte rationali: quia uidebat, quòd moriebatur pro ingratis, & illa fuerunt causa accelerationis suæ mortis: ita quòd maiora mala passus est, quam latrones.

Solu. 4. arg. Exponitur cum clamore ualido &c.

Respondeo ad argumentum. Dicit Scotus, quòd in illa propositione, Exclamans uoce magna &c. duo sunt consideranda. Primo clamor magnus. Secundo separatio animæ a corpore. Primum intelligitur cum dicitur, cum clamore ualido: & sic dico, quòd ille clamor fuit miraculosus, scilicet uirtute uerbi; quia uerbum uoluit ostendere, q̄ ibi erat Diuinitas. ideo dicitur ibi, Verè filius Dei erat iste: quia hoc nō solet accidere in hominibus in instanti mortis. Secunda propositio.

Mors

Ōia actus passus est Christus in hac uita, passus est miraculose.

Mors Christi fuit naturalis, dicit Scotus, quòd omnia, q̄ Christus passus est in hoc mundo, passus est miraculosè, licet quodammodo illa fuerint naturalia. Arguitur sic. Quod non potest fieri nisi præsupposito miraculo, & si facto miraculo possit fieri naturaliter, tamen omnia illa sunt miraculosa, quia habēt relationem ad primum miraculum. Exemplum. Cæcus a natiuitate non potest uidere naturaliter: tamen facto miraculo, cum ipse uidet, illa uisio est quodammodo miraculosa, & quando Christus passus fuit secundum appetitum sensitiuum, & secundum portionem superiorem, licet ipsa essent naturalia, erant tamen miraculosa uirtute primi miraculi. Et per hoc posset probari, quòd aliquis possit cognoscere naturaliter diuinam essentiam, patet. communicetur species diuinæ essentiæ Gabrieli, licet ipsa communicatio speciei sit miraculosa, tamen uideret postea essentiam diuinam naturaliter. Respondeo. aliquis potest cognoscere essentiam diuinam tripliciter. Vno modo naturaliter. Alio modo supernaturaliter, Tertio modo partim naturaliter, & partim supernaturaliter, & miraculosè. Exemplum primi, ut Deus cognoscit naturaliter essentiā suā. Exemplum secūdi, ut B. Paulus, qui uidit essentiam diuinam. Exemplum tertii, ut B. Paulus post raptum adhuc uiator, cognoscebat per speciem diuinam essentiā naturaliter, tamen ex relatione ad primum miraculum erat miraculosa, cum cognoscebat essentiam diuinam per speciē miraculose sibi impressam.

Diuina ēntia pōt tripliciter cognosci

DISTINCT. DECIMAESEPTIMAE.

QVAESTIO VNICA.

De duplici uoluntate in Christo. Uolūtas dupliciter, & quid sit.

CIRCA distinct. decimamseptimam quæritur. Vtrum in Christo fuerint tantum duæ uoluntates. Nota, q̄ uoluntas capitur dupliciter. Vno modo strictè, & sic definitur uoluntas, uoluntas est appetitus cum rōne liber. In qua definitione ponuntur tres particulæ: primo ponitur appetitus, & per hoc differt ab intellectu. secundo dicitur, cum ratione. 1. sequitur rationem: per hoc ab appetitu naturali differt, qui præcedit actum rationis. tertio dicitur, liber: per hoc differt ab appetitu sensitiuo, qui licet sequatur rationem, tamen ducitur, & non ducit: & dicitur liber, quia ut habet Sco. in 16. q. quodlib. si uoluntas definiretur, in eius definitione poneretur libertas ideo bene dicitur uoluntas est appetitus cum ratione liber. Alio modo capitur large, prout idem est, quod appetitus: & sic uoluntas, seu appetitus est triplex. Quidam est intellectiuus. Alius est sensitiuus, siue animalis. Tertius est naturalis. Primus est uoluntas, quæ est appetitus, qui est cum ratione. Nā sicut ponimus potentiam intellectualem, ita ponimus appetitum consequentem intellectum. Appetitus alius est cōsequēs sensum: & sic cuilibet potentiæ sensitiuæ correspondet potētia appetitiua. Tertius est naturalis, qui est inclinatio uniuscuiusque rei ad suam propriam perfectionem: & est quædam relatio aptitudinalis indistincta realiter a fundamento, & distincta formaliter. Nota, q̄ dicit Scotus in sua metaphysica, q̄ inter istos tres appetitus est quadruplex differentia. Prima quia appetitus rationalis est formaliter liber, sed sensitiuus, siue naturalis caret libertate. Secunda differentia est, quia appetitus rationalis siue sensitiuus, aliquando nominat potentiam, ut cum dico, appetitus meus est iste, istud est uoluntas. Aliquando nominat actum, ut cum dico ego habeo appetitū comedendi. Tertia, quia appetitus sensitiuus in moralibus in plus se habet, quàm appetitus rationalis: & naturalis in plus se habet, quàm appetitus sensitiuus, & rationalis. patet, quia omne, quod habet appetitum intellectiuum, habet & sensitiuum, sed non ecōtra. & omne habens appetitum sensitiuū, habet appetitum naturalem, non tamen ecōtra: quia lapis habet appetitum naturalem ad deorsum, non tamen appetitum sensitiuum. Quarta, quia appetitus rationalis, & sensitiuus præsupponunt actum potentiæ cognitiuæ in suis actibus, non autem appetitus naturalis. Vnde hic capitur uoluntas, ut est aliquid commune ad ipsos tres appetitus. patet, quia quando

Uolūtas lar ḡ triplex

Cuilibet potētiæ apprē hēsiuæ resp. suus appetitus.

Quid appetitus naturalis.

Quadrupl. differentia inter tres appetitus.

uidemus, q̄ asinus clamat, dicimus, q̄ uult arenam. Similiter quando nos uidemus lapidem casurum, dicimus, cauete, quoniam lapis ille uult cadere. Nota ulterius, q̄ hic non capitur uoluntas largè, sed strictè, capiendo uoluntatem pro potentia libera.

¶Istam quęstionem, &c.]

Consequenter Scot. ponit istam concl. In Christo fuerunt duæ uoluntates tantum strictè sumptæ. patet a simili. in Christo fuerunt duo intellectus: ergo duæ uoluntates. patet consequentia, quia cuilibet intellectui correspondet uoluntas: quia nunquam inuenitur intellectus in aliquo, in quo nō inuenia tur uoluntas. Dicit Hieronymus, quod hæreticum est dicere q̄ in Christo sunt duæ uoluntates: tamen hoc est falsum, quia immo sunt duæ: & ad Hiero. dico, q̄ uerum est, q̄ in Christo non sunt duæ uoluntates creatæ, uel duæ increatæ.

Concl. Scot.

Duæ tantū sunt uolūtates in Christo est propō exponibilis.

Ad quęst. resp. Sco. q̄ ista propositio est exponibilis: tantum sunt duæ uoluntates in Christo. Primo probat, q̄ illa sit uera. Secundo, q̄ sint duæ uoluntates. Concl. ergo Scoti est, In Christo sunt duæ uoluntates. patet per Damasc. sicut secundum fidem in Christo sunt ponendæ duæ naturæ, & unum suppositum, & una hypostasis, ita ponendæ sunt proprietates naturales consequentes naturas: ergo cum perfectissimæ potentiæ naturę intellectualis sint intellectua lis, & uoluntas, & in Christo fuerunt duæ naturæ intellectuales, sequitur, q̄ in Christo fuerunt duæ uoluntates, Doct. sic arguit. In quocunque sunt duæ naturæ intellectuales, in illo sunt duæ uoluntates; sed in Christo sunt duæ naturæ intellectuales: ergo in Christo sunt duæ uoluntates. Probatur maior, quia uoluntas sequitur naturam intellectualem: si ergo multiplicentur naturæ intellectuales, multiplicabuntur uoluntates. Probatur minor, quia Christus est uerbum, & homo. Itē in Christo fuit summa gloria. ergo habuit intellectum, & uoluntatem. Vel sic. In quocū que est cognitio omnium rerum, & fruitio perfectissima, in eo est intellectus, & uoluntas: sed in Christo secundum naturam creatam est summa gratia, & cognitio omnium rerum: ergo in eo est intellectus, & uoluntas. & cum secundum naturam diuinam habeat intellectum, & uoluntatem: ergo in Christo sunt duæ uoluntates.

De numero sensuū interiorū, & exteriorum. Sensus interior unus.

Consequenter doct. probat concl. exclusiuā, & quęrit duo. Primo, utrum in Christo sit tantum una uoluntas creata secū dum naturam humanā. Resp. q̄ uoluntas capitur dupliciter. Vno modo strictè. Alio modo largè. Vel sic distinguo; uel sub propria uoluntatis ratione; uel sub communi, uoluntas strictè est appetitus cum ratione liber: sed generaliter sumpta est idē q̄ appetitus. capiēdo uoluntatem largè, & secundo modo in Christo fuerunt tres uoluntates, s. uoluntas creata, & increata, & uoluntas alia, quæ uocatur appetitus sensitiuus. sed qa uoluntas strictè sumpta addit supra appetitum, quod est cum ratione liber, Secunda concl. Capiendo uoluntatem strictè, in Christo est tantum duplex uoluntas, creata, & increata. Tertia concl. Capiendo uoluntatem communiter pro ipso appetitu, in Christo, siue in nobis tot fuerunt uoluntates, quot fuerunt potentiæ apprehensiuæ. Nota, q̄ cuilibet potentiæ apprę hensiuæ cor respondet prima potentia appetitiua. Nota ulterius, quod duplex est potentia apprehensiua. s. intellectualis, q̄ est intellectus naturalis: & hæc est duplex. Quædam est exterior. Quædam interior. Exterior est potentia sensitiua habēs organum exterius: Interior est, quæ habet suum organum interius: Vnde potentiæ interiores sunt quinque. s. sensus communis, imaginatiua, æstimatiua, phantasia, & memoria: & forte, & sine forte non est nisi unus sensus interior, qui uocatur quinque nominibus secundum quinque officia. Sed potentiæ exteriores sunt uisus, auditus, gustus, odoratus, & tactus: & sic sunt 10. potentiæ tam exteriores, quàm interiores. Ex quo in fero, q̄ capiendo uoluntatem pro quolibet appetitu, in nobis sunt decem uoluntates. patet, quia cuilibet potētiæ apprehē siuę correspōdet sua propria appetitiua: sed in nobis sunt de cē potētiæ apprehensiuæ, ut dictū est: ergo sunt 10. uolūtates.

Not. q̄ quando loquimur de appetitu sensitiuo, non loquimur de ipso, sicut de uno appetitu, s. de appetitu, qui correspōdet potentiæ imaginatiuæ, quando apprehendendo obiectum sensus, non solum potentia delectatur in absentia obiecti. patet in somniante, qui bibit bonū uinū: & quādo loquiē de appetitu sensitiuo, loquitur de appetitu correspōdente potentiæ imaginatiuæ. Sed sicut non obstante, q̄ potētia imaginatiua apprehēdat obiectū in absentia, & præsentia, & cū hoc aliæ potētię apprehendūt sua obiecta, & potētia imaginatiua apprehēdat obiecta quinq; sensuū, cū hoc tamē stat, q̄ quinq; potētiæ apprehendunt sua obiecta particularia: ut uisus, uisibile;

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibili; & quot sunt potentiæ apprehensiuæ, tot sunt ponendæ potentiæ appetitiuæ. Ex quibus patet, ꝙ in Christo inueniũtur duodecim uoluntates, s. una uoluntas increata, & alia voluntas creata: & cum hoc fuerunt quinque sensus interiores, & alii quinque sensus exteriores, & cuilibet potentiæ apprehensiuæ correspondet sua propria potentia appetitiua, & hoc capiendo uoluntatem large, sed strictè capiendo uoluntatem sunt tantum duæ, scilicet creata, & increata, secundũ ꝙ sunt duæ naturæ intellectuales.

Quid appetitus naturalis in qualibet re

Secundo quærit. Vtrum uoluntas naturalis, & libera in nobis sint duæ potentiæ. Respondeo ponendo talem regulam. Appetitus naturalis in qualibet re est inclinatio talis rei ad propriam perfectionem recipiendam. Patet, quia lapis habet appetitum naturalem ad descendendum deorsum, & ista est perfectio extrinseca lapidis. Similiter ignis habet appetitum naturalem ad ascendendum sursum. ex quo sequitur, ꝙ si in lapide talis inclinatio sit aliquod obiectum aliud a grauitate, tunc inclinatio hominis ad suam propriam perfectionẽ erit aliud ab homine. Hic tangit opinionem Thomistarum, quòd inclinatio naturalis cuiuscunque rei est aliquid absolutum, distinctum realiter a lapide, & est de prima specie qualitatis.

Respon. ad dub.

Cõtra hoc dicit Scotus, quòd inclinatio grauis ut lapidis, &c. Sed primum est falsum, scilicet quòd inclinatio grauis ut aliquod absolutum, & sit aliqua potentia sicut dicunt Thomistæ.

Sco. arg. ꝙ inclinatio naturalis nõ sit potentia, uel quid absolutum.

Contra arguit sic Scotus, ꝙ inclinatio non sit aliquid absolutũ, nec potẽtia qua lapis. in cẽtro, arg. sic operatur oĩs actio transiens, habet terminum realem: sed istud graue per te operatur in centro: & nullus est terminus actionis: ergo nulla est operatio. Secundo sic. omnis actio, uel est corruptiua, uel perfectiua: sed actio ipsius grauis nulla istarum actionum potest esse, igitur &c. Patet maior per distinctionem sufficientem. patet minor, quia certum est, ꝙ grauitas lapidis non est corruptiua, uel perfectiua: quia nullus est terminus illius actionis: ergo &c.

Pro resolutione ponitur prima propositio. Inclinatio naturalis lapidis, & cuiuslibet rei, est quædam relatio aptitudinalis ultra rem, cuius est: ita quòd illa inclinatio ultra lapidẽ nihil aliud dicit, nisi relationẽ. ex quo sequitur, ꝙ illa relatio identificatur cum fundamento.

Secunda. Graue existens in centro non potest habere aliquã operationem, nisi respectu ubi conseruandi. Vnde nota quòd ubi, dependet a corpore locato, sicut lumen dependet a sole in medio, ideo quamdiu graue est in centro, est in continua cõseruatione, &c.

Tertia propositio. Quamuis tale corpus in centro conseruet ubi, tamen non agit in centro. Notandum quod duplex est circunscriptio, s. actiua, ut in locante: alia est passiua, ut in locato. Ad propositum sicut dictum est de inclinatione naturali lapidis, ita &c.

Quarta propositio. Voluntas naturalis, non est uoluntas: siue uelle naturale, non est uelle, & ratio est, quia naturale distrahit de utroque, sicut homo albus secundum dentes, nõ est albus simpliciter, ita &c. Ex quo sequitur, ꝙ uelle naturale, non dicit nisi quandam inclinationem ad propriam perfectionem. Item. eadem potentia dicit naturalis & libera, & hoc respectu diuersorum. naturalis, inquantum tendit in suam propriam perfectionem: sed inquantum uoluntas est libera, uocatur potentia libera secundum rationem intrinsecam. Vnde nota, ꝙ uoluntas naturalis capitur tripliciter. Vno modo pro inclinatione naturali uoluntatis ad propriam perfectionem, & sic uoluntas naturalis non est nisi relatio aptitudinalis, fundata in uoluntate, & terminata ad commoda, & ad perfectiones uoluntatis.

Volũtas naturalis tripliciter.

Quid uoluntas naturalis

Prima prop. Voluntas naturalis non est elicitiua aliquo mõ actus, quia si per impossibile Deus separaret uoluntatem libera ram a uoluntate naturali, non esset elicitiua actus, & sic non posset peccare.

Secunda propositio. Ista uoluntas naturalis quamuis sit distincta formaliter, tamẽ est eadem realiter. patet, quia omnis inclinatio naturalis identificatur cum eo, cuius est: sed uoluntas naturalis est tantummodo inclinatio. ergo identificatur realiter, &c.

Tertia propositio. Ista uoluntas naturalis est reductiuè in prædicamento substantiæ.

Secundo modo capitur uoluntas naturalis, ut distinguitur contra uoluntatem liberam. Vnde nota, ꝙ uoluntas naturalis, capitur dupliciter. Vno modo prout distinguitur cõtra potentiam liberam. Alio modo prout distinguitur contra potentiam supernaturalem, & sic uoluntas non informata donis supernaturalibus, dicitur naturalis, ut uoluntas Sarraceni. sed ipsa informata dicitur supernaturalis, ut uoluntas uiatoris habens fidem, & charitatem, & sic eadem uoluntas pro diuersis temporibus, potest dici naturalis, & supernaturalis.

Volũtas naturalis duplic.

Tertio modo capitur uoluntas naturalis pro ipsa uoluntate, ut elicit actum conformem inclinationi naturali, & inclinatio naturalis uoluntatis est ad commodum, & bonum sibi, ad beatitudinem æternam, & dicitur libera, quoniã est domina suorum actuum, & inquantum in eius potestate est elicere actiuè, uel non elicere actum. Tunc dico ad dubium. Prima propositio, capiendo uoluntatem naturalem primo modo, non sunt duæ potentiæ, quia uoluntas naturalis non est potentia, sed inclinatio. secunda propositio. capiendo uoluntatem naturalem. Secundo modo uoluntas naturalis, & libera, non sunt duæ potentiæ. Tertia propositio. capiendo uolũtatem naturalem tertio modo. uoluntas libera, & naturalis, non distinguuntur.

Soluuntur prin.

Ad argumenta principalia primo sic arguitur. Omnis uolũtas est domina sui actus: sed si in Christo essent duæ uoluntates, altera uoluntas, s. creata, non esset domina sui actus: ergo in Christo non sunt duæ uoluntates. patet maior ex libertate uoluntatis. patet minor: illa uoluntas non est domina sui actus, quæ sequitur motum alterius potentiæ: sed uoluntas creata in Christo sequitur motũ alterius potentiæ: ergo &c. probatur minor, quia ista sequitur motum uoluntatis uerbi diuini. i. uolitionem: ergo non est uoluntas.

Soluitur 1. princ.

Respondeo. illa maior est uera, omnis uoluntas est domina sui actus, i. est libera, saltem habet libertatem complacentiæ. Ad minorem respondeo, negando ipsam. immo esset domina sui actus, & ad probationem quando dicitur, quòd uerbum elicit, &c. dico, quòd uerbum diuinum nullam causalitatem habet super actum uoluntatis creatæ in Christo, quã nõ habeat tota Trinitas, cuius oppositum imaginantur aliqui Ex quo sequitur corollarium, ꝙ uoluntas creata in Christo non priuatur magis dominio suo propter unionem ad uerbũ, quàm si non esset unita, quia per illam unionem, uerbum nõ habet aliquam causalitatem, quam non habeat tota Trinitas: & sic, si non esset unita uerbo, uerbũ non haberet causalitatẽ nisi eam quam habet tota Trinitas, & ideo non magis amouetur dominium ab illa uoluntate, quàm a mea.

Duplex inclinatio.

Scotus in 34. d. 2. q. qua quæritur, Vtrum peccatum sit a bono tanquam a causa, format tres, uel quatuor quæstiones, & in qualibet facit unam distinctionem, ubi primo soluit secundam, secundo primam. circa medium q. quærit, utrum uoluntas creata sit totalis causa suæ uolitionis sic, ꝙ Deus nullo modo concurrat a duolitionem creatam, & aperit ibi Docto. duas uias. prima est Durandi, quam Doct. probat quinque uiis, quod uoluntas sit totalis causa respectu uolitionis, sic, quòd Deus nullam causalitatem habet respectu uolitionis, nisi solum causando uoluntatem: qua causata, uoluntas ex se sola causat uolitiones suas.

Quid uoluntas naturalis

Licet diuina uoluntas sit causa uoluntatis creatæ, nõ tamẽ tota causa actus eius secundũ Durand.

Duplex tendentia in uoluntate.

Volũtas naturalis duplex.

Ex hoc respondeo ad istud argumentum. ad probationem, uoluntas quæ sequitur motus alterius, non est libera, concedo. uoluntas in Christo est huiusmodi, dico, quòd licet uoluntas creata sequatur motum uoluntatis increatæ quo ad esse, quia est producta a uoluntate diuina, non tamen secundum operationem, & secundum hoc possumus saluare libertatem uoluntatis, & sic Deus non potest me cogere, nec Deus est causa peccati, quia non est causa malæ uolitionis. Item possumus saluare libertatem, liberi arbitrii. Si teneatur secunda uia, quæ est de mente Scoti in loco prælegato, ubi impugnat durandum, quia si Deus non cõcurreret, sequeretur, quòd Deus non esset omni scitus, nec omnipotens; sed primum est falsum: patet, quia ego nescio uolitionem, & actum uoluntatis meæ pro crastina die, tamen Deus hoc scit; quia scit, quòd concurret mecum ad nolitionem meam crastinam, sequeretur etiam, quòd non esset omnipotens. pono per casum, ꝙ Deus uelit me uelle bibere, postquam ego sum causa totalis actionis, ego dicam, ego uolo bibere, & sic Deus non esset omnipotens. & ideo magis Catholicè dicendum est, sicut dicit Scotus, quòd respectu uolitionis meæ duplex est causa, scilicet Deus cum influentia generali, & uoluntas. & ad propositum, cum arguitur, nullam causalitatem habet uerbum quam non habeat tota Trinitas, &c. dicimus, quòd uerbum denominatur ab illa actione, quæ est uelle, propter communicationem idiomatum, sed secundum istam opinionem respondeo ad argumentum negando consequentiam, & ad probationẽ quando dicitur, sequitur motum uoluntatis diuinæ, dico, quòd

Opi. Scot. de actu uolitionis nostræ.

Duplex cã meæ uolitionis.

quòd uoluntas diuina non cogit uoluntatem creatam, immo uoluntas diuina nunquam operatur in uoluntate mea, nisi uoluntas mea primo se determinet, licet in uoluntate creata non sit prima libertas. Nota, ꝙ libertas primaria est libertas alicuius uoluntatis, quæ uoluntas nulli alteri uoluntati subiicit in agendo, & sic uoluntas diuina est prima libertas. Alia est libertas secundaria, quæ subiicitur tanquam causa secundaria agenti primario; & sic uoluntas creata est libertas secundaria, quæ subiicitur uoluntati diuinæ in agendo. & ad probationem dico, ꝙ si dicas, ꝙ uoluntas mea sit differentia meorum actuum, sic etiam uoluntas creata in Christo est etiam differentia suorum actuum, quia est libera libertate secundaria.

Prima libertas, quæ sit.

Alia resp. ad arg.

Dicit unus Scot. ad istud argumentum cum arguitur, omnis uoluntas est diuina sui actus: distinguo, uel excludendo coactionem, i. ꝙ non possit cogi, & sic concedo: uel ꝙ sit domina suorum actuum, secludendo subiectionem, quia sola uoluntas diuina est libera hoc modo.

Voluntatẽ esse dominã suorũ actuũ duplic. põt intelligi. 2. prin.

Secundo sic arguitur. In Christo sunt duæ uoluntates creatæ, ergo non sunt tantum duæ uoluntates. patet consequẽtia, quia ibi est uoluntas diuina. probatur antecedens, quia est uoluntas naturalis, & libera, & sunt distinctæ potentiæ, & habẽt distinctum modum tendendi in obiectum, s. naturaliter, & liberè; ergo in Christo sunt plures uoluntates quam duæ. Respon. ꝙ uoluntas naturalis, non est uoluntas ut dictum est, tamen Scot. resp. Prima proposi. Voluntas naturalis nõ est uolũtas nec potentia. patet, quia naturaliter distrahit de rõne uoluntatis, quia de ratione uoluntatis est naturalitas, & libertas. secunda uoluntas naturalis dicit inclinationem potentiæ uolitiuæ ad recipiendum perfectionem, & non ad agendum. Vnde nota, ꝙ duplex est inclinatio in aliquo. Quedam est ad recipiendum. Alia est ad agendum. ut intellectus habet inclinationem naturalem ad causandum intellectionem, & ad recipiendum eam. Ex quo sequitur, ꝙ uoluntas sic inclinata sine illa perfectione ad quam inclinatur, est imperfecta, dũ caret illa perfectione ad quam inclinatur. patet, quia perficitur per illum terminum ad quem inclinatur. Tertia propositio. Voluntas naturalis non tendit ad suam perfectionem, sed est ipsa tendentia, qua uoluntas tendit ad recipiendum suã propriam perfectionem. Nota, ꝙ differentia est inter ista, tendit, & est tendentia, quia licet uoluntas tendat in obiectum, tamen uoluntas naturalis est ipsa tendentia, quia uoluntas tendit ad perfectionem recipiendam. Quarta propositio. In uolũtate est alia tendentia, qua mediante tendit ad liberum actũ agendi circa suum obiectum. Vnde sicut dictum est, ꝙ duplex est tendentia in intellectu, ita in uoluntate. Vna est ad recipiẽdum. Alia est ad tendendum circa suum obiectum: & sic duplex est tendentia. Vna est ad recipiendum perfectionem: Alia est ad eliciendum liberè suam actionem. Et ideo ad argumentum dico, quòd uoluntas naturalis pro formali non est potentia, nec uoluntas; sed quædam inclinatio uoluntatis ad suam perfectionem recipiendam. Nota, ꝙ uoluntas naturalis potest accipi dupliciter. Vnn modo pro materiali, & sic dicit ipsam uoluntatem; Alio modo pro formali, & tunc est inclinatio naturalis ad suum obiectum.

Soluitur 2.

Duplex inclinatio.

Quid uoluntas naturalis

Duplex tendentia in uoluntate.

Volũtas naturalis duplex.

DISTINCT. DECIMAEOCTAVAE.

QVAESTIO VNICA.

De merito Christi agitur.

1. neg.

Instãs quadruplex.



IRCA distinct. decimamoctauam quæro, Vtrum Christus meruerit. Nota ꝙ quæstio mouetur propter Thomistas, qui dicunt, ꝙ angeli non potuerunt mereri in primo instanti.

Prima regula. Cuiuslibet rei permanentis naturaliter productæ, dabile est primũ instans secundum esse. patet per philosophum 5. physico. Pro quo nota, ꝙ quadruplex est instans: quoddam est primum instans esse rei: aliud ultimum instans esse rei: tertium est primũ instans non esse rei, seu instans primum non esse post esse: quartum est ultimum instans non esse rei. Primum instans esse rei est instans, in quo uerum est dicere, hæc res nunc est, & immediate ante hoc non fuit: sed ultimum instans esse rei est instans, in quo uerum est dicere, hæc res nunc est, & immediate post hoc non erit, & primum instans non esse post esse, seu nõ esse rei, est instans, in quo uerum est dicere, hæc res nunc non est, & immediate ante hoc fuit. Sed ultimum instans non esse rei est instans, in quo uerum est dicere, hæc res nunc non est, & immediate post hoc erit. De primo exemplum, ut quælibet res permanens naturaliter producta habet primum instans sui esse. Exemplum secundi, ut instans. Exemplum tertii, ut permanentia, quando homo moritur, seu quando homo desinit, quia tunc est, & immediate post hoc non erit. Exemplum quarti, ut motus, qui habet ultimum sui non esse: & tamen Christus fuit ens permanens, ita ꝙ fuit uerum dicere, Christus nunc est, & antea hoc non fuit: & in morte uerum erat dicere, Christus nunc non est, & immediate ante hoc fuit.

Formantur duo arg. ꝙ Christus nõ potuit mereri.

Nota, quod conceptio capitur, ut dictum est supra, tripliciter. Hic loquitur de conceptione tertio modo; unde difficile est uidere, quomodo Christus meruit. & ideo formantur duo argumenta ad probandum, ꝙ non meruerit. Et arguitur sic. Nullus beatus, & fini perfectissimè coniunctus potest mereri: sed Christus erat beatus, & perfectissimè ultimo fini coniũctus: ergo non potuit mereri. Probatur maior, quia tunc bene sequeretur, ꝙ beati possent mereri semper: & per consequens nunquam habuerunt suum premium essentiale. Probatur minor per illud, quod dicitur t. d. huius tertii.

Meritũ duplex, & qd utrumque

Nota, ꝙ meritum est duplex. Quoddam est de congruo; Aliud de condigno. Primum est, quando aliquis facit, ꝙ in se est ad recipiendum gratiam, ut dicit B. Bonauent. Sed meritũ de condigno est, quando aliquis iustus meretur pro aliquo peccatore, ut quando aliquis usurarius uadit ad aliquam religionem, & rogat aliquem ut cantet missam pro eo. Meritum de condigno est actus elicitus a charitate, & gratia, ut actus ieiunandi, celebrandi missam. Ex quo sequitur, ꝙ nullus non habens gratiam potest mereri de condigno.

Nota.

Notandum, ꝙ in tribus passibus Scotus definit meritũ: primo in 17. d. 1. & d. 17. q. quodlibe. & in isto loco. Vnde meritũ in d. 17. primi. & in 4. sic definitur. est actus aliquis specialiter acceptus a Deo, propter quod debet fieri retributio illi, qui meretur, uel alteri pro tali merito. In qua definitione tria tanguntur. Primo genus meriti, s. actus; ex quo sequitur, ꝙ in solis negationibus nullus potest mereri, licet bene possit demereri. Exemplum, ego teneor dicere horas hodie, & non dico, ideo demereor. dicitur secundo, specialiter acceptus, unde duplex est acceptatio, quædam est generalis, qua Deus acceptat omnia bona, ordinando ipsa ad seipsum. Alia est specialis, qua Deus aliquem actum acceptat, pro quo uult retribuere præmium, hæc dicit Scotus, in 17. q. quodlib. dicitur etiam, illi, pro quo orat, quia dicit Scotus, quod in merito aliquando fit retributio illi, qui orat: aliquando illi, pro quo orat: Ex quo sequitur primo, quod meritum non semper est in potestate illius, cui fit retributio meriti. Si est bonus sacerdos, qui orat ꝓ alio, aliquando fit retributio illi, qui meretur, & illi pro quo meretur, & in potestate illius non est meritum, sed benè in potestate merentis. Et tunc meritum, quando aliquis meretur pro altero, dicit formaliter relationem actus laudabilis in ordine ad Deum acceptabtem, & Deus retribuit sibi: sicut placet. Secundo sequitur, quòd unus posset mereri pro altero. patet ex definitione, quia meritum debet retribui illi, qui meruit, uel illi, pro quo meruit. Nec oportet addere, acceptatum in ordine ad Deum, quia in Deo nihil est acceptandum quod sit acceptatum, dicit Sco.

Definitio meriti datur, & declaratur.

Acceptatio duplex.

Nã Deus dicitur esse acceptans bonũ actum alicuius. Pro quo nota, quòd aliquis dicitur dupliciter mereri. Vno modo quando is, qui meretur, indiget perfectione aliqua, & premio meriti. Alio modo, quando is qui meretur non indiget aliqua perfectione, nec retributione meriti. Primo modo Deus retribuit merenti: Secundo modo Deus non retribuit merẽti, sed illi, pro quo meruit. & sic Deus non retribuit Christo meritum, sed nobis, pro quibus Christus meruit. Contra. sequeretur, quòd ego non possem mereri pro fratre meo. Probatur, quia semper ego indigeo illa perfectione. Dicit Scotus 18. quæstione quodlibeti, quòd aliqua oratio potest prodesse tripliciter. Vno modo specialiter, & sic ualet oranti. Alio modo generaliter, & sic ualet omnibus. Tertio medio mõ, & sic ualet illi, pro quo oratur. de primo patet, quia si sacerdos applicaret totam orationem illi, pro quo orat, difficile esset quin peccaret, immo plus ualet sibi, quàm illi, pro quo orat

Aliqs dicitur mereri dupliciter.

Instan. tollitur, quo ꝙ possit & alia mereri.

Oratio põt prodesse alicui triplic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de tertio.patet,quia ille,qui facit celebrare missam, sibi ualet medio modo,quia plus ualet illi,quam aliis, & plus ualet sacerdoti oranti, quàm sibi:& ideo ualet sibi medio modo.

Arguitur q̃ ueritate quatuor respectus in actu meritorio.

¶Contra &c.]

Nota,q̃ meritum ultra substantiam actus, habet quatuor respectus.Primo hẽt unam relationẽ rationis ad uoluntatem Dei acceptantem,Aliam relationem rationis habet ad præmium æternum.Tertio connotat duas alias relationes reales Vnam ad uoluntatem eliciẽtem, quia requiritur, quod actus meritorius eliciatur a uoluntate:Aliam relationem habet ad gratiam,quia requiritur,quòd actus meritorius eliciatur secundum inclinationem gratiæ. Et ideo, si quis non habens charitatem eliciat actum, non meretur, nec Deus dabit sibi gloriam pro illo actu.Et ad hoc,q̃ aliquis possit mereri requiritur,q̃ in eo sit potentia uolitiua, gratia, præsentia obiecti, & usus liberi arb.talis potest mereri: Sed in Christo in primo instanti suæ conceptionis,fuit potentia uolitiua,gratia, usus liberi arbitrii, præsentia obiecti: ergo in illo instanti potuit mereri.probatur maior, quia illa sola quatuor requiruntur ad meritum,nec est inconueniens actum, & causam esse in eodem instanti.patet per August.7.de Trinit. si ignis esset æternus,splendor eius esset cœternus.probatur minor, quia illa quatuor fuerunt in Christo: ergo Christus potuit mereri in primo instanti.

Quærit de primo merito Christi.

¶In ista quæst.&c.]

Hic consequenter Scot.vult inuestigare, in quibus actibus Christus primummeruit. Prima conclusio.Loquendo de merito,quod cõsistit in bona uolitione, Christus meruit tali uolitione circa Deum.Pro quo notandum, q̃ actus meritorius est duplex,s.interior,& est aliquis actus uoluntatis elicitus à uoluntate,& est duplex,Quidam est actus meritorius elicitus a uoluntate,qui dicitur nolle: Alius est actus elicitus a uolun tate,qui dicitur uelle, sicut uolo mihi aliqua commoda propter Deum,& iste est duplex,s.amicitiæ,& concupiscentiæ: quia quis uult Deum sibi,ut quiescat in Deo, & talis est meritum de condigno,si habeat gratiam. similiter actus spei in Deum,ille actus spei est meritorius de cõdigno, si habeat gratiã.vnde omnis actus est meritorius, qui procedit ex inclinatione gratiæ:quia meritum etiam consistit in aliis actibus a uoluntate,ut studere Theologiæ: in actibus exterioribus, ut ieiunando &c.loquendo de merito, ut consistit in actu uolitionis primo modo.Prima conclusio.Christus in instanti suæ conceptionis meruit tali uolitione,qua uolebat Deum. Secũda conclusio. Radix primaria omnis meriti consistit in affectione iustitiæ,& non in affectione commodi,nec in affectione iustitiæ,ut moderatur affectione commodi. unde 6.dist.2. q.2.dicit Scotus, q̃ in uoluntate nostra est duplex affectio, s. commodi,quæ est inclinatio uoluntatis,qua appetit bonum proprium:sed affectio iustitiæ est bonum libertatis. vnde ibi dicit Scotus,q̃ iustitia capitur tripliciter.Vno modo pro charitate.Alio modo pro habitu acquisito,& sic loquitur Arist. 8.Ethic.Tertio modo pro iustitia creata, & sic libertas uolũtatis est iustitia, & affectio iustitiæ.

Actus meritorius dup. Dup. uelle.

1. concl.

2. concl.

Dupl. affectio in uolũtate.

Iustã. tripl. Volũtas p̃t dup. elicere.

Notandum, q̃ uoluntas potest dupliciter elicere aliquem actum.Primo conformẽ affectui iustitiæ,ut quando uult Deũ in se,ut bonum sibi:ille actus elicitur secundum inclinationẽ iustitiæ.Secũdo modo secundum affectionem commodi simpliciter,& sic quando aliquis diligit se nimis, non referendo in Deũ,ut fecerunt multi Angeli. Tertio modo secũm affectionem iustitiæ regulantem affectionem commodi,ut quãdo aliquis vult bonum sibi,non simpliciter, sed in ordine ad Deum tanquam in finem.probat hoc Scot. Primum obiectum circa quod aliquis potest primo mereri, est ipse Deus: sed voluntas secundum affectionem commodi respicit proprium bonũ, & inordinate,nisi regulet ab affectione iustitiæ, non habet Deũ pro obiecto:ergo &c.Vnde nota,q̃ aliqui uoluerunt dicere, q̃ Scot.dicit,quod in affectione commodi sit meritum, quod est falsum,sed prima ratio meriti est in uolendo Deum.

3. concl.

Tertia concl.Sicut primum demeritũ Angelorũ est inordinatus amor circa Deum,ita prima radix meriti,est amor ordinatus in Deum,& deinde circa alium in ordine ad Deum.

Nota,q̃ dicit Sco.6.dist.2.q.2. q̃ primum peccatum, quod Angeli cõmiserunt,fuit nimius amor sui ipsorum , & secundo uolebant Deum inordinatè,quia sine meritis,& ante tempus,& sic peccabant Angeli multis peccatis.

4. concl. Quid est affectiũ elicitiũ cum affectionem iustitiæ, est talem actum referri in ordine ad Deũ ut uolo comedere.Iste actus si nõ ordinetur in Deum, est peccatum,uel est actus indifferens.sed quòd sit indifferens,uel q̃ sit peccatum,Scotus est dubius.

Actionem cõmodi ordinari &c. Actus sunt ẽ triplici differentia.

Pro quo nota,q̃ actus sunt triplices,Quidam sunt qui sunt peccata,ut uelle mihi bonum non ordinando in Deum.Quidam sunt meritorii, ut qui cupit habere pecunias pro bono fine.Alii sunt actus indifferentes, quando non est excessus ex parte obiecti,tamen hoc est uerum, q̃ actus elicitus secundũ affectionem commodi nisi reguletur,est peccatũ,uel est actus indifferens.Ex quo sequitur,q̃ in uolitione elicita secundum affectionem commodi,nisi ipsa referatur in Deum secundum affectionem iustitiæ,non consistat actus meritorius,i.nunquã aliquis actus põt esse meritorius,nisi ordinetur in Deum. Ex isto sequitur,q̃ in affectione commodi,potest esse actus meritorius,quando ordinatur in Deum: sed si non referatur ille actus elicitus secundum affectionem commodi,est peccatum uel est actus indifferens.

Instã. cõtra determinata soluitur. Differentia inter Christũ & alios beatos.

Contra arguitur sic. Alii beati nõ possunt mereri:ergo nec Christus.probatur consequentia , quia Christus erat beatus.

Resp.non est simile de beatis,& de Christo; quia beati sunt coniuncti Deo totaliter,non solum secundum affectionem iustitiæ in fruitione essentiæ,diuinæ: & secundum affectionem commodi:quia habendo Deum,habent summum commodũ quod appetunt,& quia sunt in termino , nihil possunt uelle, q̃ sit contra affectionem commodi,quia nullum est obiectum disconueniens in beatitudine æterna,ideo non merentur.Sed Christus secundum aliquid fuit uiator, & passibilis. s. secũdũ partem sensitiuam,quia si applicabatur sibi obiectum disconueniens dolebat, & secundum portionem inferiorem tristabatur,quando cogitabat de passione futura, & nulla alia sensibilia præsentabantur sibi,quæ uoluntas poterat liberè uelle contra affectionem commodi. Et non meruit Christus in uoluntate secundum portionem inferiorem, sed quãdo accepta bat passiones disconueniẽtes parti sensitiuæ,sicut est uelle ieiunare, prædicare,ambulare:& iste est primus modus dicẽdi, quo Christus meruit nobis.Et cũ arguitur sic. Angeli pro nobis laborant, & custodiunt nos à noxiis,& etiam beati orant pro nobis,& tamen non merentur in illis actibus : ergo nec ẽt Christus potuit mereri pro nobis.Resp.ad antecedens, dicendo,q̃ non est simile de beatis , & de Christo, quia Angeli , & beati si habuerunt aliquos actus bonos circa nos, includuntur in beatitudinem ipsorum. Nam Deus contulit eis uitam æternam, & ex illa collatione beatitudinis, ipsi obligãtur ad tales actus,tamen nõ sic de Christo,quia actus quos fecit Christus, non includuntur in beatitudine Christi, & ratio est, quia sequeretur,q̃ uirgo uellet nunc mereri pro nobis.

Actus Christi nõ incumbebant in eius beatitudine,ideo poterat mereri. Rejicitur opinio magistri &c.

Nota,q̃ hic Scot.tangit uiam contra magistrum sentẽtiarum in 6.d.2.qui dicit, q̃ Angeli habuerunt beatitudinem in primo instanti,quam non meruerunt, sed modo merentur p actus quos exercent in nobis.tamen hoc est falsum, quia Angeli non merentur modo,quia sunt in termino beatitudinis. si illa uia non placet,q̃ Christus meruit secundum portionẽ superiorem,dicendum est,q̃ Christus quantum ad omnes actus portionis inferioris uoluntatis meruit.

Nota,q̃ actus uoluntatis,ut est portio inferior, sunt actus qui respiciunt creata,in ordine ad Deum: ut quãdo Christus voluit mori pro hominibus in ordine ad Deum,& sic non solum uoluit ea quæ dicta sunt, sed uoluit mortem uolitione cõditionata,& uoluit pœnam damnatorum. Et declarat hoc Scot.dicens.licet uoluntas animæ Christi,ut est portio superior,fuerit coniuncta essentiæ diuinæ per summam fruitionẽ tamen ut est portio inferior, potuit mereri secundum omnẽ actum talis uoluntatis,quia non solum merebatur per hoc,q̃ uolebat ieiunare, ambulare, prædicare , quæ sunt disconuenientia potentiæ sensitiuæ,sed etiam merebatur uolendo uirginem matrem suam,discipulos,homines bonos,& malos.

Arguitur contra sic. Ille qui est in termino non potest mereri:sed uoluntas animæ Christi,ut erat portio inferior, erat in termino:ergo non poterat mereri.probatur minor,quia il la portio inferior erat impeccabilis,quia eadem uolũtas erat coniuncta ultimo fini.

Portionẽ inferiorem ẽt in termino dupliciter. 1. prop.

Resp.cum dicitur in minori,sed uoluntas &c.dico,q̃ portionem inferiorem esse in termino, põt intelligi duplic. Vno modo quantum ad affectionem iustitię,& impeccabilitatem. Alio modo quantum ad affectionem commodi, & passibilitatem. Prima propositio.Portio inferior uoluntatis Christi fuit in termino quantum ad affectionem iustitiæ , & quantum ad impeccabilitatem ; efficiebatur enim impeccabilis, quia eadem

eadem uoluntas,ut portio superior,erat coniuncta ultimo fini,ratio quodammodo erat impeccabilis .

1. propos.

Secunda propositio. Voluntas animæ Christi, ut est portio inferior,non erat in termino quantum ad impassibilitatem, & affectionem commodi. patet propositio de passibilitate , quia dictum est,q̃ licet habuerit fruitionem diuinæ essentiæ tamen habebat tristitias. item licet haberet maximum commodum,s.Deum, tamen multa incommoda euenerunt sibi, & ideo licet fuerit in termino quantum ad affectionem iustitiæ,non tamen fuit in termino quantum ad affectionem commodi .

2. propos.

Tertia propositio. P ortio inferior animæ Christi meruit circa alia creata,s.diligendo matrem suam, & alios multos ẽt propter Deum,non solum acceptando obiecta disconuenientia parti suæ sensitiuæ , & ideo ad argumentum nego , quòd Christus fuerit in termino secundum omnem modum essendi in termino,quia Christus quantum ad affectionem iustitiæ & impeccabilitatem,fuit in termino , non tamen quãtum ad impassibilitatem, & affectionem commodi. Vnde nota,q̃ duplices fuerunt actus in Christo,Quidam subditi rationi, & uoluntati, Alii autem non,sicut actus potentiæ nutritiuæ Christi,unde sequitur corollarium primum, quòd quando ambulabat,comedebat, &c.merebatur,quia dicebat uolo comedere,ut possim melius prędicare, & ita referebat actus suos.Probatur corollarium,quia omnis actus elicitus ab habente charitatem,est meritorius:sed actus elicitus a Christo,fuit elicitus ab habente gratiam:ergo fuit meritorius.Secundo sequitur,quòd nullus actus fuit indifferens in Christo . probatur, quia omnis actus fuit ordinatus in ultimum finem, ita quòd si leuabat festucam,uel fricabat barbam, actu illo merebatur ipse Christus.

Actus in Christo duplices. Corollar. 1.

Corellar. 2. In Christo nõ fuit actus indifferens.

Contra Sco.uult aperire tertiam uiam,& facit unum argumentum, & in responsione ponit illam tertiam uiam.

Tertia uia de mõ quo Christus meruit, & arguit contra determinata.

Arguitur sic.In nobis, meritum respicit partem intellectiuam,sicut in Christo. patet , quoniam meritum non dicitur meritum nisi imperetur a uoluntate aliquomodo.sed, in nobis non est meritum in portione inferiori,nisi ponatur in portione superiori:ergo oportet sic dicere in Christo. patet maior,quia nullus potest mereri perfectè diligendo proximum , nisi prius diligat Deum,ergo pariter uidetur in Christo, q̃ si meruit secundum portionem inferiorem; similiter etiam secundum portionem superiorem . patet, quia possum odire proximum.& non Deum:ergo male dicit Scotus, quòd nullus potest peccare secundum portionem inferiorem, nisi peccet secũdum portionem superiorem: ergo si Christus meruit secundum portionem inferiorem , meruit etiam secundum portionem superiorem.

Tres modi declarãtur, q̃ Christus meruerit secũdũ portionẽ superiorẽ

Respondeo . Christus meruit secundum portionem superiorem, & etiam secundum omnem actum illius portionis superioris.unde de portione inferiori , quod meruerit , non est dubium,ut dictum est,sed de portione superiori est dubium, tamen dicendum est, q̃ Christus meruit secundum portionẽ superiorem,& secundum omnem actum illius portionis superioris,tamen hoc nimis difficile est, quia tunc alii beati possent mereri,quod est falsum. quia si sic, tunc beati possent mereri in infinitum.quicquid sit de isto argumento.tamẽ dico , quòd Christus meruit secundum portionem superiorem , sicut ego mereor diligendo Deum, & magis. Probat Scotus istã conclusionem,omnis actus acceptatus a Deo tanquam actus laudabilis,pro quo Deus uult aliquid retribuere,est meritorius:patet ex definitione meriti,sed omnis actus Christi secũdum superiorem portionem est huiusmodi :ergo &c. minor patet,quia placet Deo acceptare actum Christi pro nobis : ex quo sequitur primo,quòd actus beatificus quo uoluntas animæ Christi fruebatur Deo , quando uiuebat nobiscum , erat meritorius. patet , quia Deus uolebat acceptare illum actum non pro Christo,quia nõ indigebat,quia erat in termino. sed pro nobis.Secundo sequitur , sicut actus fruitionis beatificus animæ Christi fuit meritorius , ita quilibet actus beatificus beati in paradiso,de potentia Dei absoluta potest esse meritorius,quia potest facere,quòd ille actus quo uirgo fruitur, sit actus meritorius,pro quo Deus aliquid retribuat sibi,uel nobis;sed ponimus primum:ergo possumus ponere etiam secundum.Sed si hoc est , quare Michaeli non retribuitur præmiũ propter illum actum quem habet circa nos?

1. coroll. de actu beatifico Christi in ꝑsenti uita. 2. corollar. Actus fruitionis beati põt esse meritorius.

Respondeo,quòd Michael est in termino, Christus autem licet secundum portionem superiorẽ fuerit in termino, quia tamen non fuit in termino secundum portionem inferiorem ideo placuit Deo acceptare actum Christi secundum portionem superiorem,& hoc propter circũstantiam talis personæ.

Deus p̃t facere actum beatificum virg. Mariæ esse meritorium.

Quæro,Vtrum Deus posset facere,q̃ actus uirginis Mariæ. sit meritorius? Respondeo aut de potentia absoluta, & sic dico,q̃ sic, & etiam quemcũque actum cuiuslibet beati. Aut de potentia ordinata, & sic non;quia Deus ordinauit, q̃ quicunque erit in termino, non acceptabit actum suum,pro quo aliquid retribuat, & quòd dicimus de beatis, idem dicendum est de blasphemiis damnatorum, quia de potentia Dei absoluta,possunt demereri.

Instã. cõtra.

Contra habent summam pœnam: ergo non possunt demereri,quia Deus non posset illos punire , quia secundum plures obligationes quis non obligatur ad summum , ut dictum est. Arguitur sic.illa uoluntas secundum portionẽ superiorem non potest mereri, quæ est in termino:sed Christus secundum portionem superiorẽ erat in termino : ergo Christus nõ potuit mereri.Respondeo, ponendo talem propositionem, q̃ sicut meritum non consistit in actu elicito, sed conditionibus accidentalibus,suppositi elicientis,sic Deus acceptans actum meritorium,non respicit præcisè actum elicitum , sed conditiones suppositi elicientis.patet ista propositio, quia actus elicitus est iste, uolo dare eleæmosynam,requiritur ad actũ meritorium , quòd suppositum eliciens illum actum sit acceptũ Deo:quia respexit dominus ad Abel , & ad munera eius. ita q̃ Deus primo respexit conditionem accidẽtalẽ suppositi, & secundo respexit actum , & ideo licet Christus secundum portionem superiorem fuerit coniunctus Deo, tamẽ propter conditionem accidentalem suppositi,scilicet, quòd Christus erat uiator secundum partem sensitiuam , & partem inferiorem,ideo Deus acceptauit.patet per exemplum . aliquis dedit mihi alapam, & postea uenit aliquis ad me ut parcam; propter conditiones rogantis possum parcere. sic in proposito . Deus non acceptat actum Michaelis, quia est in termino. tamẽ acceptauit actum Christi,quia licet esset in termino, tamen etiam erat uiator.ideo acceptauit. Alia est etiam ratio , & potissima, quare non acceptat actum Michaelis , sed bene actũ Christi, & hoc est ex mera liberalitate uolũtatis diuinę.

Prop. notans.

3. Dub.

Quæro.Vtrum fruitio respectu Dei sic &c.nos dicimus, q̃ uoluntas Christi habebat actum fruendi circa essentiam diuinam.Secundo habebat actum circa alias res creatas, quæro , Vtrum ille actus fruitionis circa Deum,fuerit meritorius,uel actus secundus quo diligebat creaturas in ordine ad Deum ?

Solu.

Respondeo;uterque actus illorum, potest esse meritorius , scilicet ille quo tendebat in Deum,sicut iste quo tendebat in creaturas:sed magis uidetur,quòd secundus dicatur meritorius,tamen dico, quod uterque actus erat meritorius,siue fuerit unus actus, siue duo actus, de quo est dubitatio , tamen si sint duo sicut dicit Scotus uterque actus fuit meritorius .

Corollar. Christus potuit triplic. mereri.

Ex quo patet,quòd Christus potuit tripliciter mereri. primo in actibus partis sensitiuæ imperatis a uoluntate, secundum portionem inferiorem,ut in ieiunando, & uolendo ieiunare. Secundo modo secundum portionem inferiorem, & secundum omnem actum eius, & sic uolendo mori meruit , & uolendo alias res creatas in ordine ad Deum . Tertio modo meruit secundum portionem superiorem , & hoc secundum omnem actum.

4. Dub.

Quarto quæro, Vtrum Christus potuit mereri in primo instanti, nec uidetur oppositum.immo hoc est manifestum, Vnde S.Thom.& S.Bonauentura faciunt unum magnum processum, & Scot.in uno syllogismo complectitur omnia . Arguitur sic.Omne suppositum habens actum primum perfectum , & obiectum præsens in ratione obiecti, si non impeditur, & actus eius non sit successiuus, sed permanens, potest in quocũque instanti operari, & mereri.patet,quia omnia ista sufficiũt ad meritum:sed omnia ista fuerunt in Christo in primo instãti suæ conceptionis:ergo potuit mereri. Quare autem aliquis non potest mereri in primo instanti, hoc est, quia habet actum primum imperfectum,sicut catulus ante nonum diem non potest uidere.Secunda causa est impedimentum,ut aqua in uase non potest currere.Tertia causa est, quia motus non potest fieri in instanti.sed remotis istis tribus, quis potest mereri in primo instanti sui esse. probatur minor . Christus habuit summam uoluntatem,& præsentiam obiecti diuini,nec fuit impeditus,& fuit actus uoluntatis permanens, ergo Christus in primo instanti potuit mereri.

Instat cõtra concl.

Contra arguitur sic . Omnibus istis positis adhuc deficit aliqua conditio ad merendum. probo, omnis actus meritorius, præsupponit deliberationem: sed deliberatio non potest fieri in instanti : ergo meritum non potuit fieri in instanti . Probatur maior,quia actus meritorius stat in electio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne, & electio præsupponit consilium: ergo omnis actus meritorius præsupponit consilium. probatur minor. omnis syllogismus practicus, & discursiuus fit in tempore: ergo si sit aliqd dictamen syllogismi practici, fiet in tempore, & successiue, & non in instanti. Respondeo. syllogismus practicus, & discursiuus requiritur ad hoc ut habeatur actus electiuus, seu electio. exemplum. offertur mihi, quòd ego debeo esse episcopus ego debeo eligere aliqua media, & arguo sic. Illud per quod episcopatus potest acquiri, debet fieri: sed per prædicationē ego potero acquirere episcopatum: ergo ego debeo prædicare, & sic facto isto syllogismo, uoluntas elicit actum, & tunc non amplius est discursus, quia transiuit, sed si posset esse in intellectu sententia dictatiua de conclusione practica, sine syllogismo aeque perfectè uoluntas eligeret sicut cum syllogismo illo practico: & sic dico, quòd Christus potuit elicere actū uolitionis in instanti, nullo discursu præcedente. probatur, quia perfectissimus intellectus in cogitando, non indiget aliquo discursu: sed Christus secundum naturam humanam habuit perfectissimum intellectum: ergo non indigebat discursu. probatur maior, 2. phys. Cytharedus non discurrit in percutiendo. minor est clara, & argumentum.

Soluitur in ſtan.

Respondeo cum arg. In omni electione, &c. distinguo, uel ille intellectus est imperfectus sicut in nobis, & sic concedo. uel intellectus est perfectus, & sic nego. & quia Christus habuit perfectissimum intellectum, ideo &c.

Soluitur in ſtan. 2.

Ad Arist. 2. phys. cytharedus, &c. dico q hoc dicitur propter antiquos dicentes, illud, quod non deliberat, nō agit propter finem: sed cytharedus non deliberat: ergo cytharedus non agit propter finem. Contra, dicit Arist. quòd simile est in natura, sicut in arte, sed in arte aliquis non deliberat: ergo nec oportet, quòd natura deliberet. dicit commentator uerū est de artifice indigente deliberatione, sicut est de cytharedo.

Christus de facto meruit in 1. inſtan.

Quæro vtrum de facto Christus meruerit in primo instanti. Resp. quòd sic, quia Christus in primo instanti elicuit actū fruitionis, & ille est meritorius, ut dictum est: ergo ipse meruit de facto. patet per aliquos doctores, quia sicut nos nascimur in peccato originali in instanti nostræ conceptionis, sic Christus meruit in primo instanti suæ conceptionis.

Hoc uiso, uidendum est, &c.

Quæritur qd ſibi meruerit Chriſtus. Concl. Scot.

Consequenter hic quærit Scotus, quid est illud quod meruit Christus sibi, quia de nobis non est dubium. Quæro, utrū Christus meruerit sibi summam fruitionem essentialem? Respondeo, ponendo talem conclusionem. Christus non meruit summam fruitionem quam habuit. probatur, quia si Christus meruisset illam summam fruitionem, aut hoc esset per operationem elicitam circa media ad finem, hoc est circa creaturas, diligendo eas propter Deum, uel circa finem. i. Deum. nō est dare medium: sed neutro istorum modorum meruit illam summam fruitionem: ergo &c. probatur minor. de creaturis patet, quia illa fruitio fuit primus actus uoluntatis aīæ Christi; quia prius quàm uelit creaturas in uerbo, quomodo potest esse meritum? quia impossibile est præmium præcedere meritum. Nec potuit mereri per actum, quo tendebat in Deū, scilicet per fruitionem. patet, quia hoc non esset aliud dicere, quàm quòd meruit fruitionem, quia habuit fruitionem.

Regula.

Consequenter ponit regulam, quia licet aliquis actus possit esse meritorius alterius actus, tamen idem actus non potest esse meritorius suiipsius. Et sic Christus nullo modo potuit mereri illam summam fruitionem. Vel sic arguitur, Christus non potuit mereri illam summam fruitionem per actum elicitum circa creaturas, uel circa Deum: ergo nullo modo meruit. Ex quo in fertur, quòd liberaliter, & sine merito præcedente Deus coniunxit animam Christi cum obiecto beatifico per actum fruitionis: & sic patet quòd habuit fruitionem sine meritis præcedentibus. Et quòd hoc sit uerum, probatur p Augustinum dicentem, quòd in rebus per tempus ortis summa gratia est, quòd Deus fieret homo, & homo Deus. dicit Scotus, quòd sicut Deus merè liberè, & gratuitò uniuit naturam humanam uerbo, ita uniuit uoluntatem animæ Christi obiecto beatifico merè liberaliter, & hoc per actum fruitionis. Ex quo infero, quod Christus differt a nobis in præmio essentiali, qa illud nunquam habebimus nisi per merita nostra, uel aliena: Christus autē sine meritis, ideo clamās in cruce uoce magna, meruit pro nobis.

1. coroll.

2. coroll.

Inſtat cōtra ſuā concl.

Sed contra. quicquid est gloriosius in aliqua natura intellectuali creata, est attribuendum Christo: sed gloriosius est habere præmium pro merito que sine merito: ergo habere præmium pro merito est attribuendum Christo. patet maior, quòd Deus nunquam dilexit aliquam creaturam, uel naram tantum, quantum naturam Christi. Patet minor. uolo, q̄ sint duo capitanei. Vnus fortiter pugnat, propter q̄ moretur, q̄ princeps det sibi aliquod donum, & alius capitaneus non intrat bellum, tamen princeps dat utrique simile donū. iste qui pugnauit gloriosius accepit donum, quam alius, & tamen alius non pugnauit.

Soluitur in ſtan. Dupl. p̄miū. Chriſtus nō meruit ſuā beatitudinē

Respon. transeat maior, & ad minorem dico, quòd duplex est præmium. Quoddam est quod potest haberi mediante aliquo merito. Aliud est quod est ita excellens, q̄ non potest haberi mediante aliquo merito, tunc dico, quòd licet sit gloriosius habere præmium mediante merito, quando sic potest haberi, tamen hoc non est uerum de præmio, quod nō potest haberi mediante merito, & illa coniunctio animę Christi cum Deo, fuit talis, q̄ non potuit cadere sub merito, nec aliquod meritum conuenienter potuit præcedere illud præteritū, & ideo nobilius est habere actum aliquem, ad quem non possit præcedere meritum ex liberalitate dantis, quàm habere debiliorem actum multo merito præcedente, idest nobilius est, q̄ anima Christi habeat illam summam fruitionem sine meritis quàm si haberet uiginti gradus beatitudinis. patet, quia sicut est in natura, ita in genere moris: sed fuit aliqua natura sicut Angelica, ad quam nulla causalitas potuit concurrere nisi cā prima: ergo in genere moris debet dari actus, qui immediate producatur a Deo sine merito præcedente, & hoc est propter nobilitatem actus, & modum habendi illum actū, quia prius anima Christi uoluit Deum per actum fruitiuum, & primo habuit illum actum, quam haberet actū dilectionis circa creaturas. Et ideo dicitur ad argumentum, q̄ uerum est de p̄mio, quod potest haberi sine merito.

Sol. 2.

Aliter potest dici tenendo, q̄ illa summa fruitio potest cadere sub merito, ita q̄ aliquis per actus aliquos bonos potest habere summam fruitionem, & secundum istam uiam aliter est respondendum ad argumentum, quando arguitur, gloriosius est habere &c. distinguo uel simpliciter, & sic nego, & ratio est, quia est decens propter alios sanctos, & propter statū perfectissimum beatitudinis, q̄ illic inueniantur omnes gradus beatitudinis, & aliquis habeat beatitudinē sine meritis.

4. Ordines beatorum in paradiſo

Nota, q̄ quatuor ordines beatorum sunt in paradiso. Primus est aliquorum existentium, qui nunquam fuerunt inimici Dei propter peccatum actuale, sicut Ioann. Baptista, innocentes martyres. Secundus est illorum qui fuerunt aliquando inimici per peccatum mortale, tamen postea pœnitentiam egerunt, sicut Magdalena, Petrus, Paulus, & sic de aliis. Tertius ordo, est alicuius personæ, quæ nunquam fuit inimica p peccatum mortale, ueniale, uel originale; & ista fuit uirgo Maria, quæ nunquam fuit inimica, habuisset tamen peccatū originale, si præseruata non fuisset, & ratio est, quia mater nō dēt esse inimica filio. Quartus ordo, est alicuius personæ, q̄ habuit actum beatificum sine merito præcedente, & talis fuit persona Christi; ad quam beatitudinem non erat meritū præcedens. Contra, uidetur, q̄ Christus fuisset gloriosior habere præmium cum merito. Respon. q̄ meruisset anima Christi actum beatificum, nisi præuenta fuisset: & nobilitatis est pręuiri ab aliqua causa liberaliter dante.

2. inſtans. cōtra concl.

Secundo sic arguitur contra conclusionem. Prioritas naturæ uidetur sufficere ad actum meritorium, sed inter uoluntatem, & fruitionem est prioritas naturę, quia uoluntas ē prior natura actu fruitionis: ergo saltem uidetur, q̄ idem actus, ut præcedit natura seipsum, sit meritorius suiipsius. Respon. prima propositio. Prioritas naturæ uoluntatis præcedentis actū meritorium non sufficit ad actum meritorium, & uoluntas vt præcedit illum tanquam unum accidens, non habet aliquem actum, uel passionem acceptam. probatur sic, quia omnis actus meritorius consistit in aliquo actu uoluntatis, uel passione acceptata a uoluntate: sed uoluntas ut est prior natura, nō haaet actum meritorium, nec passionem: ergo uoluntas nullo modo meretur. Probatur maior, nam meritum potest consistere in actu ut in diligendo Deum, uel dando eleemosinā. secundo potest esse meritum in passione acceptata, sicut Christus meruit sustinendo uerbera.

Soluitur 2. inſt. 1. prop.

2. prop.

Secunda propositio. Idem actus numero, non potest esse præmium suiipsius. probatur primo, quia quodlibet præmium excedit essentialiter meritum: sed idem non excedit seipsum: ergo idem actus non potest esse præmium suiipsius. patet maior, q̄ Deus semper præmiat ultra condignum. secundo, quia tunc sequeretur, quòd Christus meruerit summam fruitionem, q̄ idem esset dicere, q̄ acceptauit illam fruitionem. tertio sequeretur, quod idem actus numero posset esse præmium essentiale respectu unius, & meritorius respectu alterius.

rius. patet, quia fruitio Christi essentiæ diuinæ respectu Dei, fuit præmium, & respectu Christi, fuit meritum.

3. Inſtantia ad idem.

Item arguitur. ad meritum, & præmium sufficit sola distinctio rationis: sed distinctio quæ fit per actum considerantem eundem actum esse meritum, & præmium, est distinctio rationis: ergo &c. & sic licet anima Christi habuerit summam fruitionem, tamen Deus ex mera liberalitate dedit sibi illum actum fruitionis.

Dicit de Nogento, q̄ sicut merè liberaliter Deus præseruauit uirginē a peccato originali sine merito præcedēte, ita cōtulit aīæ Christi summam fruitionem sine merito precedēte.

Dub. de merito ſuo quo ad corporis impaſſibilitatem.

Quæro, Vtrum Christus meruerit sibi beatitudinem accidentalem, scilicet impassibilitatem corporis? Pro responsione est notandum, quòd quamdiu Christus uixit nobiscum, fuit passibilis, quod non conuenit beatis. Cum ergo Christus per resurrectionem consecutus sit impassibilitatem, quæritur, Vtrum Christus meruit sibi illam impassibilitatem.

Solutio magiſtri.

Respondet magister sententiarum, quòd Christus per bonos actus quos fecit in hac uita, meruit sibi illam impassibilitatem, sed nota, quòd in ista propositione Doctores aliqui cōcordant, & aliqui non. Arguit sic Scotus. Illud non cadit sub merito, quo d infuisset sibi in primo instanti, si non fuisset aliquod miraculum, uel impedimentum, & hoc ante omnem actum talis personæ: sed talis fuit impassibilitas Christi: ergo &c. Dictum est, q̄ in primo instanti naturæ fuit unita uerbo: & in secundo fuit beatificata: & in tertio fuit miraculum, q̄ gloria animæ non redundabat in corpus: in quarto illud corpus fuit passibile. probatur minor, quia nisi fuisset miraculū, habuisset impassibilitatem in corpore, & in anima: ergo illud tale non cadit sub merito, & ideo Respondet Scotus ad dubinm ponendo distinctionem, quòd Christum mereri illam impassibilitatem, potest dupliciter intelligi, & sic glossatur magister sententiarum. Vno modo, quòd meruit illam directè, sicut nos meremur: Alio modo in directè, hoc est, quòd meruerit desitionē illius miraculi. Primo modo Christus non meruit, quia illam impassibilitatem habuisset, nisi fuisset miraculum: sed secūdo modo benè meruit. per actus enim quos fecit in ista uita, meruit, ut post resurrectionem gloria animæ redunderet in corpus. Ex quo infero, q̄ Christus nihil meruit, sibi directè.

Reſp Scoti. Chriſtū meruiſſe impaſſibilitatem, dupl. poteſt intelligi.

Solu. princ.

Ad argumenta principalia. primo arguitur, Christus non potuit peccare: ergo nec mereri. probatur consequentia, quia nulla uoluntas perfectè coniuncta ultimo fini, potest mereri: uoluntas animæ Christi fuit coniuncta ultimo fini: ergo non pouit mereri. patet maior, quia si sic, etiam diceremus de aliis beatis, quòd possent mereri, & possent peccare.

Vol. 1. prin.

Respondetur, concedo antecedens. ad consequentiam dico, quòd licet in aliis beatis sit ita, tamen in Christo nego. Ad probationem cum arguitur, nulla uoluntas perfectè coniuncta &c.

Dup. coniunctio cū obiecto beatifico

Respondeo, quòd duplex est coniunctio cum obiecto beatifico, Quædam est perfecta, & totalis: Alia imperfecta & partialis. Prima est, quando natura intellectualis coniungit Deo, non solum secundum affectionem iustitiæ, quæ uult primo bonum Deo: sed etiam secundum affectionem commodi, quæ uult primo bonum sibi, & illa est coniunctio perfecta, & totalis, & talis est merè in Christo, & in uirgine, & erit in beatis post resurrectionem. Coniunctio partialis est quando aliquis secundum affectionem iustitiæ coniungitur Deo, non tātum secundum affectionem commodi, sed iustitię. Et possibile est, quòd affectio iustitiæ separetur ab affectione commodi, & iō ad probationem, distinguo illam maiorem, uel si sit coniuncta totaliter, & sic concedo; quia illa prohibet mereri aliquē, & peccare. tamen coniunctio partialis, non prohibet aliquem mereri, & peccare, & pati: & quia Christus non erat perfectissimè coniunctus quantum ad affectionem commodi, ideo potuit mereri, & pati: & quia fuit coniunctus perfectissimè quātum ad affectionem iustitiæ, ideo erat impeccabilis.

2. princip.

Secundo sic arguitur. Voluntas Christi semper fruebatur: ergo non potuit mereri. probatur consequentia, quia si meruisset, uel potuisset mereri, aut fruitio, & meritum essent duo actus, aut unus tantum: sed neutrum potest dici: ergo nō potuit frui, & mereri. patet de primo, quia actus fruitiuus, est actus adæquatus uoluntati animæ Christi, ita quòd uoluntas fruebatur tantum, quātum poterat. Arguitur sic. nulla potentia potest habere duos actus secundum idem obiectum, quorum alter eorum est adæquatus tali potentiæ, sed uoluntas animę Christi circa Deum, habuit istum actum, scilicet fruitionis: ergo non potuit habere alium actum, scilicet actū meritorium. Probatur maior, quia si iste actus est adequatus, tunc non potest habere alium actum, ut si aliqua pinta sit plena uino, non potest amplius recipere. Item probo, quòd actus fruitionis, & meritorius non sint unus actus, arguitur sic. Quilibet actus meritorius contingenter elicitur a potentia; sed actus beatitudinis, necessario elicitur a potentia: ergo &c. patet maior, quia in potestate nostra est mereri, & non mereri. patet minor, quia tunc aliquis posset se facere non beatum: ergo &c.

Sol. 2. prin. Chriſtus eo actu fruebatur, et merebatur ſecundū primā uiam ſupra.

Respondetur, quòd eodem actu fruebatur, & illo eodē meritabat; tenendo, quòd merebatur secundum portionem superiorem, & dat Scotus duas uias, dando duas responsiones. Prima est. tenendo secundam uiam in corpore quæstionis, respondeo, cum arguitur, Christus fruebatur: concedo antecedens, & nego consequentiam. & ad probationem, dico, quòd actus beatificus in anima Christi, & actus meritorius, sunt duo specie distincti, & hoc tenendo secundam uiam, scilicet, quòd Christus merebatur secundum portionem inferiorem, diligendo matrem suam propter Deum, & istud obiectū acceptādo. Probatur. Illi actus sunt distincti specie, qui habēt distincta obiecta primaria: sed illi actus habent diuersa obiecta specifica: ergo &c. patet, quia actus beatificus transit in Deum, & actus meritorius transit in obiecta secundaria.

Secunda propositio. Nō est necessarium omnem actum meritorium immediatè transire in Deum, tanquam in obiectum primarium.

Nota, quòd quis potest mereri, licet actus immediatè non transeat in ipsum Deum, sed satis est, quòd intendatur propter Deum, quando diligo proximum propter Deum, ille actus non transit immediate in Deum ordine executionis, licet benè ordine intentionis. & sic dico, quòd erant duo actus.

Alia uia est tenendo tertiam uiam, in qua dictum est, quòd uoluntas Christi secundum portionem superiorem, & secundum omnem actum eius meruit: si ponatur hoc, tunc respondeo ad argumentum, dicendo, quòd illi actus erant distincti actus, & duo: & ad probationem, actus fruitionis circa essentiam erat adæquatus &c. nego consequentiam, & ratio est, quia licet iste actus esset adæquatus intensiuè, non tamen extensiuè.

Actum eſſe adæquatū potentiæ circa obiectum duplicit er.

Nota, quòd actum esse adæquatum potentiæ circa obiectum, intelligitur dupliciter, Vno modo, intensiuè, quando potentia non potest habere actum maiorem illo; Alio modo extensiuè, quando potentia non potest habere plures actus sicut uoluntas diuina habet unam uolitionem intensiuè, & extensiuè sic, quòd non potest habere aliam cum illa. Et cum illo actu quo uoluntas Christi tendebat in Deum, poterat habere alium actum diligendi, circa creaturas uisas in uerbo, & unus erat actus fruitiuus, & alius erat actus meritorius. Et si illud argumentum ualeret, tunc anima Christi non posset cognoscere lapidem: quia habet actum adæquatum circa essentiam diuinam: ergo non potest habere actum circa alia, non ualet consequentia.

Inſtat cōtra ſolutionē & ſoluit. Portio ſupe rior dupl.

Contra, hoc non uidetur esse secundum portionem superiorem diligendo res creatas in uerbo, dico quòd portio superior potest capi dupliciter, Vno modo strictè, ut respicit immediate obiectum primarium, & sic uoluntas Christi uolens præcisè Deum est portio superior. Alio modo capitur portio superior largè, quando uoluntas Christi uult obiecta uisa in uerbo, & sic est portio superior: sed ego dicerem ad argumentum sine tantis uerbis, & uiis, tenendo tertiam uiam, q̄ idem actus, scilicet beatificus fuit meritorius, & beatificus.

Contra. omnis actus meritorius elicitur contingenter a potentia: nullus autem actus beatificus elicitur contingenter a potentia: ergo &c.

Respondeo negando minorem, quia Gabriel contingenter elicit actum fruendi, licet ibi sit necessitas consequentiæ, tamen tam antecedens quam consequens sunt contingentia.

3. princip.

Tertio sic. quodlibet præmium excedit actum meritoriū: sed nullus actus in Christo creatus alius a fruitione, excedit fruitionem: ergo etiam non potuit per illum actum fruitionis mereri. probatur maior, quia secundum iustitiam diuinā retributiuam plus datur, quam meremur. non sic est de retributionibus mundanis, quia Deus præmiat ultra condignum. Probatur minor, quia nullus actus elicitus, est nobilior actu fruitionis.

Soluitur tertium.

Respondeo, concedo maiorem, & nego minorem, quia licet non meruerit sibi, tamen meruit nobis gloriam, quæ gloria multo nobilior quam omnis actus, quem elicuit Christus in uia.

Nota

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reprobatio sponsionem.

Nota, quòd ista responsio parum ualet; quia Christus meruit secundum portionem superiorem, & ideo ad argumentum respondeo.

Mereri pōt quis dupl. 1. propos.

Ad maiorem dico, quòd aliquis potest mereri dupliciter, Vno modo sibiipsi, alio modo alteri.

Prima propositio. Meritum quo quis meretur sibiipsi, est semper imperfectius præmio, quòd respondet illi merito. patet, quia ego mereor uitam æternam.

2. propos.

Secunda propositio. Actus quo quis meretur alteri, non semper est imperfectior illo præmio. patet de Christo tenendo tertiam uiam, qui merebatur actu beatifico, & ille actus fruitionis animæ Christi, est perfectior, quàm quicunque alius actus fruitionis cuiuscunque beati. Et ideo licet meruerit nobis, non tamen oportet semper, quòd actus meritorius sit imperfectior præmio. Et ideo ad argumentum. omne præmium excedit meritum. distinguo, quia uel est illius personæ quæ meretur, & sic concedo. uel est alterius personæ, & sic non oportet.

4. princ.

Quarto arguitur. probando quòd Christus non meruit in primo instanti, & arguitur sic. Nullus actus necessarius, est meritorius: sed actus elicitus a Christo in primo instanti fuit necessarius: ergo non fuit meritorius. patet maior, quia si necessario ego operor, uel patior, non mereor, quia mereor contingenter: probatur minor, per Aristo. primo perihemenias, omne, quod est, quando est, necesse est esse, &c. Et cum ille actus fuit in instanti, necessario fuit, & istud est necessario, Et hoc propter illam auctoritatem Aristot. Omne quod est, quando est &c.

Soluitur 4. princi.

Respondeo, quòd in secundo, distin. 1. q. 3. in respondendo ad argumenta Henrici de Gandauo, & in distinct. 4. quærit, Vtrum boni Angeli habuerint beatitudinem in primo instanti, quærit etiam, Vtrum angelus potuerit peccare in primo instanti, & ibi bene soluit ista argumenta. Respondet.

1. prop.

Prima propositio. Actus meritorius uoluntatis Christi, fuit contingens in primo instanti suæ conceptionis. patet.

2. prop. Nihil ē contingens formaliter nisi quando est.

Secunda propositio: Contingens, nunquam est contingens formaliter, nisi quando est. Et hic ista propositio probat primā propositionem. patet ista propositio: quia quælibet determinatio, præsupponit suum determinabile: sed contingentia, est quædam determinatio: ergo præsupponit suum determinabile. Mirabile esset, quòd homo esset albus, & non esset homo.

Ex quo sequitur, quod ens contingens, quando est contingens, contingens est.

3. prop. Ens necessarium dupl.

Tertia propositio. Non quodlibet ens mundi est necessariū. patet, quia solus Deus est necessarius. Vnde duplex est necessarium, Quoddam est incomplexum ut Deus. Aliud est complexum, ut propositiones, siue conclusiones deductæ ex principiis.

4. propos.

Quarta propositio. Voluntas animæ Christi, ut est prior naturaliter ipso actu, æquè contingenter elicit actum sicut si præcessisset illum actum per unum diem, contra Henricum de Gandauo, imaginantem, quòd nunquam potentia eliciat actum, nisi primo præcedat tempore ipsum actum, quod est falsum, quia tunc sequeretur, quòd Deus necessario prædestinaret omnes, quia non fuit ibi prioritas temporis, sed solum naturæ. Et ideo dico, ad hoc, quòd uoluntas eliciat contingenter actum, sufficit, quòd sit prior natura; & sic contingenter elicit, quòd potest non elicere.

5. propos. Quale ē ens antequā sit, tale est quā do est.

Quinta propositio. Sicut entia antequam sint, sunt duplicia, Quædam sunt necessaria. Alia sunt contingentia, ita post quam sunt, sunt duplicia, Quædam necessaria, Alia contingētia, quod est contra Henricum, quia sicut Sortes antequam esset, erat unum purum contingens. ita postquam est, est unū non necessarium, & ratio ad argumentum tertium, nona dist. primi. glosat Scotus istam propositionem, omne quod est necesse est esse. Et dicit, quòd ista propositio, est temporalis, quia ponitur, quando, & pōt distingui, uel est hypothetica tēporalis, uel cathegorica, & modalis. si primo modo. adhuc distinguo, uel ly, necesse, dicit necessitatem consequentiæ, uel consequentis. si consequentiæ, est uera, & sensus est, ista consequentia est necessaria, omne quod est in aliquo tempore, est, & pro illo tempore est, & hoc est uerum. Si dicit necessitatem consequentis, tunc sensus est, ista propositio est necessaria, quod est in aliquo tempore, est in illo tempore, in quo necessario est, & tunc est falsa, quia Sortes est, & est in aliquo tempore, & tamen pro isto die, non necessario est, sed contingenter est. Si autem sit cathegorica modalis, & diuisa, distinguo, uel de tēporali subiecto, uel prædicato: si primo modo, est falsa. si secundo modo est uera: primo modo est, quando ly, quando est, determinat subiectum, dicēdo, omne quod est quando est, necesse est esse, sed Sortes est, quando est: ergo necesse est esse. conclusio est falsa: ergo altera præmissarum, non minor, ergo maior est falsa, quia quando est de subiecto temporali, non est uera. si secundo modo, quando ly, quando est. determinat ly, esse, positum a parte prædicati; & tunc est uera, & tunc sensus est, omne quod est, necesse est esse, quando est. Et tunc cum arguitur, quod est, necesse est esse, quando est; sed Sortes quando est: ergo. Tunc committitur fallacia a secundūquid ad simpliciter. Etiam si ulterius, sic arguatur, Sortes nullo modo necesse est, distinguo, uel simpliciter: & sic concedo, uel cum ista determinatione, uel modificatione, quando est, & sic nego. Sic de actu quando est in primo instanti, uerum est, si sit de prædicato temporali: sed si sit de subiecto temporali, falsum est, unde istæ sunt simul ueræ, omne quod est, contingenter est, Et omne quod est, quando est, necesse est esse, & hoc quando contingenter determinat subiectum, & quando ly, esse, in secunda, determinat prædicatum, & si sit de prædicato temporali, ista est uera, esse quod est, quando est, necesse est esse.

6. propos. quare alia qua sint contingentia.

Sexta propositio. Non est ratio quare contingentia sint cōtingentia, quia causa præcedit duratione suum effectum, sed quia illa causa producit contingenter suum effectum, quod est contra Henricum.

Sensus cōpositus & diuisus.

Nota, quòd illa propositio, Omne quod est, quando est ne cesse est esse, distinguitur, uel in sensu diuiso, uel in sensu cōposito. in sensu diuiso est falsa, quia sensus est, omne quòd est quando est, necesse est esse, quando est: uel sic, cum dicit, omne album potest esse nigrum. ista propositio in sensu composito est falsa, quia sensus est, quòd ista propositio est possibilis, album est nigrum. sed in sensu diuiso est uera, quia sensus est, hoc est album, & hoc potest esse nigrum, sed in sensu diuiso, ut dixi illa propositio est uera, quia sensus est, hoc ē. & hoc est necesse esse, demonstrato Sorte sed in sensu composito, sensus est, ista propositio est necessaria, omne quod est quādo est, necesse est.

Quid sentiat de Mairon.

Nota, quod Fráciscus de Maironis dicit, quòd aliquod prædicatum potest aliter comparari ad subiectum cum determinatione, & aliter ad subiectum sumptum sine determinatione, ut homo albus, necessario est albus; & tamen homo, contingenter est ſalbus, ita hic, prædicatum, quod est esse, si comparetur ad subiectum, quod est, tunc contingenter inest, si autem comparetur ad prædicatum cum ista additione, quando est, tunc est necessitas, tamen aliter dicit alius Scotista, quòd ista propositio non est necessaria homo albus, est homo albus. patet primo priorum per Aristot. dicentem, quòd nunquam ex necessario sequitur contingens, & sic arguo: ex ista propositione sequitur una contingens, ergo non est necessaria. probatur, bene sequitur homo albus, est homo albus, ergo album est homo albus, & ultra, album est homo albus: ergo album est homo. patet consequentia a toto in modo ad suam partem. Et ultra, album est homo: ergo homo est albus per bonam conuersionem: sed ista est contingens: ergo, & prima, scilicet ista, homo albus, est homo albus, & ideo ad argumentum cum arguitur sic, omnis actus meritorius est contingens, concedo: ergo actus elicitus a uoluntate Christi in instāti suæ conceptionis non est meritorius. nego consequentiam, & ad probationem, dico, quòd actus ille quando est, cōtingenter est, licet necessario erat, quando erat.

Sol. 4. princ. Terminus unius mutationis præcedere terminū alterius potest duplic. itelligi. Plura signa naturæ possunt esse in uno instanti temporis.

Item arguitur sic. Illæ duæ mutationes quarum terminus unius præcessit terminum alterius sunt simul natura. sed creatio animæ Christi, & uoluntas ad actum primum, sunt duæ mutationes, quarum terminus unius præcessit terminum alterius. patet, quia antequam producatur actus, præsupponitur, quòd uoluntas sit creata: ergo illæ mutationes sunt ordinatæ, & non possunt esse simul durationē.

Respondeo ad argumentum, distinguendo maiorem, quia terminus unius mutationis præcedere terminum alterius mutationis, intelligitur dupliciter. Vno modo duratione, Alio modo natura, primo modo est, quando terminus unius est in uno tempore, & terminus alterius est in alio tempore. ut calefactio, & frigefactio. secundo modo est in eodem instanti temporis, duo tamen sunt instantia naturę. Et ad argumentum distinguo maiorem, uel intelligitur, quòd præcedat duratione, & sic concedo: uel natura, dum tamen sint simul tempore; & sic bene possunt esse simul duratione, & in eodem instanti tēporis, ut dicitur in prima distin. secundi, quòd plura signa naturæ, possunt esse in eodem instanti temporis.

Ad propositum licet uoluntas prius natura fuerit creata

quam produceret actum merendi, tamen simul tempore, omnia illa fuerunt facta, & simile argumentum posset fieri de igne, & eius calore, quia prius natura ignis accipit esse ignis, & in eodem instanti temporis producitur calor in ipso.

Item arguitur sic. Si Christus potest mereri in primo instanti: ergo Angelus potest peccare in primo instanti: consequēs est falsum: ergo & antecedens. nego consequentiam. probo p Aristot. 4. physicorum dicentem, quòd eadem mensura opposita mensurantur. sicut necessaria non mensurant tempore, ita etiam, nec impossibilia mensurātur tempore. Si ergo Christus potuit mereri in primo instanti, pariter & Angelus potuit peccare in primo instanti. probo, quia mereri, & peccare, sunt opposita, sed consequens est falsum. probatur, quia tunc sequeretur, quòd tale peccatum Angeli redundasset in ipsum Deum, & esset a Deo. probo. omne coæuum effectui, est ab eodem effectu: & omne coæuum secundæ causæ, est à causa prima, producente secundam causam: si ergo peccatum sit coæuum, & simul causatum cum uoluntate: ergo erit ab eodem à quo fuit producta uoluntas: sed uoluntas fuit producta a Deo: ergo peccatum fuit à Deo productum: sed hoc est falsum, quia sine ipso factum est nihil.

Solu. quintam princ. Angelus potuit peccare in primo instanti suæ creationis.

Respondeo. quicquid sit de consequente, antecedens est uerum. Vnde nota, quòd distin. 5. 2. quæstio. ultima habetur, q̄ Angelus potuit peccare in primo instanti suæ creationis, nō enim peccauit in primo instanti suæ creationis: tamen benè potuit peccare. Probatur. in quacunque natura intellectuali est uoluntas perfecta, habens præsentiam obiecti, non impedita, & est permanens, potest elicere actum malum: sed in primo instanti natura ista fuit in Angelo: ergo potuit demereri pro illo instanti. probatur maior, quia alia non requirūtur nisi uoluntas habens liberum arbitrium, & quòd non sit imperfecta, ut in dormiente: & quòd habeat præsentiam obiecti: & q̄ sit permanens, & non successiua, quia successio non potest esse in instanti, & sic quilibet Angelus potuit peccare, uel mereri in primo instanti suæ creationis. patet per Augu. dicentem, quòd illi qui dicunt Angelos a principio fuisse malos alias non sentiunt cum manichæis, quia non ponunt unū principium mali sicut Manichæi. & ratio est, quia sine dubio nos non ponimus, quòd & si illa uoluntas, quæ peccaret in illo primo instanti esset a Deo, non propter hoc sequeretur, q̄ illud peccatum esset a Deo, sed a uolūtate posita in esse, quæ se ipsa elicit actum demeritorium: & ad probationem nego consequentiam, quia si peccaret, illud peccatum esset a uolūtate. & ad probationē, omnis effectus coæuus &c. distinguo, uel talis effectus est positiuus, & sic potest habere ueritatem, uel talis effectus est priuatiuus, & sic non est necessarium, q̄ sit a causa prima.

2. Solu. scām Scot. Effectus coæ uus cāæ scdæ p̄t eſſe a cau ſa ſecunda.

Aliter potest dici, & ista est responsio Scoti, cum arguitur, omnis effectus coæuus &c. ista est simpliciter falsa, quia licet in aliquibus sit uerum, tamen non implicat, quòd effectus coæuus causæ secundæ, possit produci a causa secūda. si Deus produceret ignem, non producendo calorem, tunc ille ignis seipso produceret calorem suum, & quantitatem suam. Vnde notandum, quòd Scotus in 4. dist. 12. quæst. 3. quærit, quomodo producitur calor ignis geniti, & dicit, quòd nō ab igne generante, sed ab igne genito, ita quòd ignis genitus accipit ab igne generante substantiam præcisè, & seipso ignis genitus producit calorem suum: sed posito, quòd ignis generans, generaret ignem, & calorem, & quòd ignis genitus postea nō posset producere calorem in seipso, hoc non esset, quia implicat contradictionem producere calorem in seipso, sed hoc est quia duo accidentia eiusdem speciei non possunt esse in eodem subiecto, quia ignis genitus per casum, habet calorem p ignem generantem, & non potest in se calorem producere: tamen hoc etiam, q̄ duo accidentia eiusdem speciei non possint esse in eodem subiecto, est falsum, ut dictum est, ita de uoluntate Angeli, licet habeat uoluntatem à Deo, tamen ex seipso elicit peccatum. Præterea, cum dicitur, generans substā tiam, dat consequentia ad substantiam, hoc solum est uerum in generatione uniuoca, quæ est, quando generans, & genitū, sunt eiusdem speciei; ut ignis generans ignem: sed non in generatione æquiuoca, ut Deus creans Angelum, licet producat uoluntatem, non tamen producit actum uoluntatis, maximè quoad difformitatem, licet in fluxu generali concurrat cū Angelo ad illud, quòd est positiuum in illo actu.

Calor ignis geniti. pdu citur ab igne genito.

Ad formā argum. resp.

Ad illud argumentum respondet breuiter, cum arguitur sic, Christus potuit mereri &c. concedo consequens, & ad probationem, nego consequentiam. Et ad probationem cum dicitur, omnis actus coæuus &c. dico, quòd ista propositio est falsa. patet, quia ignis genitus ab alio, habet calorem sibi coæuum, & tamen calor non est ab igne generante, sed ab igne genito, ut dicitur in quarto. dist. 22. quæst. 3. & licet calor genitus esset ab igne genito, tamen ille calor corrumpitur a substantia contraria, corrumpente substantiam ignis.

Sextū prin.

Item arguitur sic. dicit Anselmus, quòd Angelus non potuit habere a seipso primum uelle: ergo non potuit peccare in isto primo instanti. probatur consequentia, quia si peccasset, habuisset a seipso ipsum uelle.

Solu. sextū.

Respondeo, quòd Anselmus ponebat casum per impossibile, & est, quòd si Deus produceret unum Angelum, qui præcise haberet uoluntatem secundum affectionem commodi, & non iustitiæ, appeteret sibi præcisè bona: tunc illa uoluntas nullo modo posset mereri, nec demereri: immo esset effrenata in homine, uel in Angelo. Voluntas secundum affectionem iustitiæ, & commodi, est principium merendi, & demerendi: sed illo casu posito, uerum est, quòd Angelus non haberet primum uelle. Et ad argumentum Anselmi, si Angelus habuit primum uelle, uel habuit illud uelle uolendo, uel non uolendo. Vide in ultima quæstio. quarti. non primum, quia tunc sequeretur, quòd ante primum uelle, esset unum aliud uelle: nec secundum, quia uoluntas non producit aliquid non uolens: ergo non potuit habere illud primum uelle.

Solu. ratio Anselmi q̄ntū. Probat Angelū nō potuisse habere primū uelle. qa p duplī. hoc intelligi.

Respondeo Angelum posse habere primum uelle elicitum uolendo, intelligitur dupliciter. Vno modo uolendo, uolitione elicita per actum priorem: Alio modo uolitione habituali, & per uoluntatem ipsam, quæ est potentia, & uolitio habitualis. Primo modo, Angelus, & omnis alia uoluntas potest habere primum uelle uolendo, idest cuilibet uolitioni actuali præsupponitur uoluntas, & sic intelligebat Anselmus, quia accipit ibi uelle, pro uoluntate, & sicut uoluntas aliquando accipitur pro uelle, & aliquando pro potentia. patet, quia Augustī. dicit, quòd nihil est tam in potestate uoluntatis, quàm ipsa uoluntas, idest actus uoluntatis. Ita uelle aliquando accipitur pro uoluntate, & aliquando pro ipso uelle. in auctoritate Anselmi, accipitur uelle pro potentia, quæ est uoluntas.

Voluntas quādoq; sumitur p potētia, quando q̄ actū.

Septimo arguitur sic. In primo instanti fuit motus rectus, & naturalis: ergo non potuit esse peccatum in primo instanti. antecedens est manifestum, quia iste motus non est, nisi inclinatio ad bonum. probatur consequentia, quia tunc sequeretur contradictio, quòd in eadem uoluntate esset motus rectus, & motus difformis in illo actu peccati.

Ostendit ab surdū sequi ad arg. sc̄s jet bonum.

Respondeo. per istud argumentum probaretur, quòd Angelus si non potuit peccare in primo instanti, propter rationē illam, per eandem rationem probaretur, quòd non posset peccare in quolibet instanti sequenti. probatur, quia in quolibet instanti sequenti, est motus naturalis, & cum hoc, uoluntas ex conditione præcedit suum actum: ergo si nō potuisset peccare in primo instanti, sequeretur, quòd nec in quocunque alio instanti, quia semper esset motus rectissimus in bonum. similiter, nec uoluntas mea posset peccare, quod est falsum.

Sol. secundū Motus naturalis uolūtatis dup. et quid sit.

Respondeo. motus naturalis uoluntatis, potest capi dupliciter. Vno modo pro quadam inclinatione naturali uoluntatis ad bonum, ad quod uoluntas inclinatur. Alio modo pro aliquo actu elicito conformi illi inclinationi naturali. Exemplū. & habeo inclinationem ad diligendum proximum, iste actus est rectus, quia est conformis inclinationi naturali.

1. prop.

Prima propositio pro primo membro. Capiendo motum naturalem, primo modo, non est aliquis motus elicitus; patet quia nihil aliud dicit, nisi quādam inclinationem in bonum.

2. prop.

Secunda propositio. motus rectus uoluntatis, dicit præcisè quandam inclinationem uoluntatis in bonum.

3. prop.

Tertia propositio. Iste motus naturalis, non est aliquid distinctum realiter, & essentialiter à uoluntate ipsa. patet, quoniam quælibet inclinatio naturalis identificatur cum eo, cuius est: sed iste motus naturalis est quædam inclinatio naturalis: ergo &c.

4. prop.

Quarta propositio. Iste motus est quædam relatio aptitudinis identificata realiter cum suo fundamento. patet, quia inclinatio naturalis non dicit inclinationem naturalem ad proprium obiectum. Et sic iste motus per quamcunque potētiam, non potest separari a subiecto.

5. prop. Motus naturalis in bonum nūm manet in Dæmoni bus.

Quinta propositio. Sicut in dæmonibus natura manet integra, ita remanet in ea iste motus rectus naturalis in bonum Vnde notandum, quòd aliqui uoluerunt dicere, quòd natura lia fuerunt læsa propter peccatum, quod est falsum, & contra D. Dyonisium, quia peccatum non ademit de bono naturæ, sed de illo, quod deberet inesse. patet, quia illa inclinatio est ipsamet natura realiter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

6. prop.

Sexta propositio. Iste motus naturalis uoluntatis, licet sit identificatus realiter cum uoluntate, tamen cum hoc stat, q̃ distinguatur formaliter ab ea. patet, quia quælibet relatio, formaliter distinguitur ab absoluto: sed illa inclinatio est relatio: ergo distinguitur formaliter a uoluntate.

7. prop.

Motus naturalis uolũtatis dup. 1. propo.

Septima propositio. Iste motus naturalis non est nisi habitus motus, ideſt natura in esse primo. Vnde per habitum motus intelligo ipsammet naturam, Aliò modo capitur motus naturalis pro uolitione elicita conformiter inclinationi naturali.

Prima propositio. Motus naturalis uoluntatis potest esse inordinatus, & peccatum mortale. patet, quia aliquis potest elicere actum conformem inclinationi naturali, & tamẽ erit disformis uoluntati diuinæ, & tale fuit primum peccatum mortale Angelorum, qui dilexerunt se nimis, & secundum peccatum Angeli fuit amor concupiscentiæ: quia uoluit beatitudinem ante tempus.

2. prop.

Secunda propositio. Actus iste malus, & inordinatus qui uocatur motus naturalis secundo modo, non minuit inclinationem naturalem, nec ipsam naturam.

Opiniones de effectu peccati quo ad diminutionem bonæ naturæ.

Nota, quòd in fine secundi recitantur aliquæ opiniones, & est opinio S. Bonauenturæ, qui dicit, quòd peccatum adimit de bono, quod est falsum, quia cum homines commiserunt, quàm infinita peccata, tunc tandem tota anima esset destructa, & tandem remaneret corpus sine anima, quod est falsum quia peccatum non destruit naturam.

3. prop.

Tertia propositio. Angelus potest esse perfectus in naturalibus suis quoad esse primum, & de facto est perfectus, & peccare actu secundo elicito, & inordinato patet, quia postquam ille actus non destruit naturam, poterit remanere Angelus perfectus, & peccare actu secundo. Lucifer nũc est ita pulcher sicut erat, nec maculatus est quouismodo. Et ideo ad argumentum, distinguo, uel capiendo motum naturalem pro inclinatione ad bonum, uel pro actu elicito. in argumento capitur primo modo. unde stat, quòd aliquis habeat inclinationem naturalem ad bonum, & cum hoc peccat mortaliter actu secundo.

DISTINCT. DECIMAENONAE.

QVAESTIO VNICA.

Quid nobis meruerit Christus. Et meruit nobis quinque.

IRCA distinctionem decimamnonã. Quæro, Vtrum Christus meruerit omnibus nobis gratiam, & gloriam. Pro ista distinctione nota secundum Theologos, quòd Christus meruit nobis quinque cum uiueret nobiscum. Primo meruit nobis remissionem culpæ. Secundo infusionem gratiæ. Tertio apertionem ianuæ cœlestis. Quarto remissionẽ pœnæ pro peccatis, & Quinto gloriam. Primo ergo meruit nobis per suos bonos actus remissionem culpæ: Vnde nota quod in nobis est duplex culpa, scilicet originalis, & actualis. Prima prouenit in nobis ex peccato Adæ; & istud originale peccatũ est mortale. Aliud est peccatum mortale actuale, proueniens ex malo usu liberi arbitrii, & istud peccatum remittitur in pœnitentia, uel in Baptismo in adultis; & hoc propter meritum passionis Christi dimittuntur ista peccata, & ideo male dicunt illi, qui dicunt, quòd unum solum meruit nobis, scilicet amotionem peccati originalis.

Dupl. culpa in nobis.

Secundo meruit nobis infusionem gratiæ: quia Deus nunquam dedit gratiam cuiquam de quacunque lege, nisi merito passionis Christi præuisæ, uel exhibitæ; ut in noua lege nobis datur noua gratia.

Christus meruit apertionem ianuæ cæli.

Tertio meruit gloriam æternam. licet in ueteri testamento sancti fuerunt iusti, tamen nunquam consecuti fuerunt illam: nec dabitur gloria nobis pro nostris propriis meritis, sed merito passionis Christi. Sed contra: ergo non prodest nobis laborare: nego, quia per merita nostra augebitur nobis gloria.

Quarto meruit nobis apertionem ianuæ cœlestis. Nam tantum bellum erat inter Deum, & naturam humanam ante passionem Christi, quòd nullus quantuncunque iustus, potuit intrare: etiam si urgo fuisset mortua ante passionem Christi, iuisset ad lymbum sicut alii: sed cum Christus in cruce clamans uoce magna emisit spiritum, tunc aperta est ianua paradisi per meritum suæ passionis.

Per Christũ remittitur pœna & pœcatis nobis debita.

Quinto meruit nobis remissionem pœnæ pro peccatis, ut quando aliquis uadit ad confessionem, oportet, quòd sacerdos iniungat sibi pœnitentiam, & per talem pœnitentiæ impletionem, aliquid dimittitur de pœna, quam pateretur in purgatorio. & hoc propter merita passionis Christi, quia aliquid remittitur de pœna taxata, & residuum adimplebitur in purgatorio, si non fiat sufficiens pœnitentia.

Notandum

Nota, quòd hic quærit Scotus specialiter de duobus, scilicet de gratia, & gloria, & benedicit nobis: quia Angelis non meruit gloriam, immo si Angeli habuerunt gloriam, ipsi meruerunt hoc, ut dicitur in secundo.

Concl. affir.

Et ponitur conclusio affirmatiua propter Auctoritatem Leonis Papæ dicentis: Sicut a reatu nullum liberũ reperiri; sic liberandis omnibus uenit, ideſt uenit pro liberatione omniũ sed liberatio non est nisi per gratiam, & gloriam: ergo omnibus nobis meruit. tamen quia ista auctoritas est ualde generalis, ideo dico, quòd duplex est liberatio, Quędam præseruatiua, Alia subleuatiua. Prima est quando præseruat aliquem ne cadat. Secunda est, quando subleuat aliquem postquam ecidit, & illa auctoritas intelligitur de liberatione subleuatiua respectu omnium nostrum, qui sumus in peccato. Sed tamen uenit Christus ad liberandum liberatione præseruatiua quia uirginem præseruauit.

Dup. liberatio.

¶ Ad quæstionem &c.]

Opi. B Tho. ad q̃nem.

Pro responsione ponitur opinio B. Thomæ, ponentis unam distinctionem, & duas conclusiones. Distinctio est hæc, quoniam meritum potest considerari dupliciter. Vno modo secũdum efficaciam, ut si rex pararet prandium pro mille hominibus, & non uenissent, nisi 10. illud prandium esset sufficiens pro mille, & tamen nõ esset efficax, nisi pro illis, qui adessent, quia ad illud prandium non uenerunt, nisi 10.

Meritũ pot dup. cõsiderari.

1. cõc. B. Th.

Prima conclusio. Christus meruit nobis sufficientem deletionem culpæ mortalis, & originalis, & collationem gloriæ, & gratiæ.

2. conclusio eiusdem.

Secunda conclusio. Christus non meruit omnibus gratiam, & gloriam secundum efficaciam. patet, quia non omnes consequuti sunt effectum redemptionis, licut Iudæi, Sarraceni, & alii damnati, quia noluerunt facere, quòd debebant. Bea. Thomas consequenter persuadet primam conclusionem dicendo, quòd meritum Christi habebat quandam infinitatem a supposito eliciente tale meritum. Vnde suppositum erat uerbum infinitum formaliter; ideo meritum erat aliquomodo infinitum, similiter uita Christi erat ita excellens, quòd erat quodammodo infinita, ex supposito diuino, & sicut per quandam denominationem dicebatur infinita, ita oẽs operationes erant quodammodo infinitæ, & ideo sufficiebat pro infinitis.

1 cõc. probatur.

Christi meritũ sẽdm D. Tho. habuit infinitatem rõne suppositi.

Nota quòd illa propositio, in qua dicitur, quòd uita Christi et eius meritum habebant quandam infinitatem, hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo formaliter, & intrinsecè, & sic nullam infinitatem habebat, Alio modo per denominationem extrinsecam, ratione suppositi diuini, & sic erãt infinita largo modo. & quòd meritum Christi fuerit sufficiens, probat Beatus Thomas per Anselmum dicẽtem, quòd homo deberet eligere omnia destrui, & perire, magis quam inferre aliquam læsionem ipsi humanitati Christi: & ratio est, quia uita illius hominis erat ita excellens, ut aliquis potius deberet uelle habere omnia peccata supra se, quam inferre læsionem ipsi Christo. Ista propositio est periculosa, quia magis teneor diligere meipsum, quam humanitatem Christi. probatur hoc supra dist. 9. probat tamen propositionem, quia tantum fuit acceptata mors Christi, quantum erat amabilis uita Christi: sed tantum erat amabilis uita Christi, quòd quis debebat potius uelle habere omnia peccata supra se, quam inferre læsionem Christo, ut dicit Anselmus.

Vitã & meritũ Christi habere infinitatẽ qũo ad beat intelligi. Fundamen. D. Thom.

Cẽsura fundam. D. Th.

Pro propositione Anselmi dico, quòd includit contradictionem: quia dicit, quòd quis magis deberet eligere omnia destrui, quam inferre læsionem Christo; quia Christus maluisset, quod aliquis dedisset sibi decem alapas, quam quòd quis occideret ipsum; quia secundum humanitatẽ erat aliud a Deo. Sed quomodo debet exponi illa authoritas Anselmi, dictum est supra dist. 9.

Resp. ad rõnem.

Secũda conclusio sic persuadetur. Omne agens agit in passum dispositum, & ynitum sibi. Sed Christus meritum non egit in omnes nos: ergo non meruit nobis omnibus. patet maior,

Arguit cõtra sẽdam cõclusionem de merito Christi sẽdm efficaciam.

2. conclu. D. Th. probatur.

maior, si ignis agit, agit in lignum dispositum.

Item. Agens citius agit in lignum approximatum, quàm in lignum non approximatum, probatur minor, quia coniunctio cuiuslibet uiatoris ad Deum est per cognitionem fidei, & dilectionem charitatiuam, sed nos omnes non sic summus Christo coniuncti: ergo non omnibus Christi meritum fuit efficax.

Sco. improbat q̃onem nõ cõclusionem D. Tho.

Consequenter Scotus improbat B. Thom. non in conclusione, sed in modo probandi, de infinitate uitæ Christi. Ista propositio hyperbolica est exponenda, sicut i la uerba, semen cecidit super terram, nos hic loquimur de isto bono uelle, quo meruit nobis gloriam, & gratiam. Et primo arguitur contra primam conclusionem, quòd uelle non fuit sufficiens pro infinitis; quia si bonum uelle Christi fuit tantum acceptatum, quantum erat persona filii per se, sequitur, quòd cum persona uerbi sit simpliciter infinita, quòd etiam uelle Christi erat formaliter infinitum: sed hoc est falsum. probo, quia non magis acceptat aliquem actum, quàm ille actus sit acceptabilis: ergo si Deus acceptet actum Christi infinitũ, sequitur, quòd actus Christi ille fuit in infinitum acceptabilis: sed hoc est falsum, quia tunc non esset differentia inter uelle ipsius uerbi diuini, & uelle naturæ humanæ: quia uerbum diuinum habet infinitam acceptabilitatem: ergo natura humana etiam per te: ergo non est differentia inter acceptabilitatem uerbi, & naturæ humanæ, quod est falsum.

Ista prop. ui. Christi ẽ infinita est exponenda. 1. rõ Sco. cõ tra primam cõcl. D. Tho.

2. rõ ad idẽ.

Item arguitur sic. Si uelle Christi fuit in infinitum acceptũ sequitur, quòd uerbum secluſa natura humana, uolendo aliquod bonum, posset nobis mereri. probo, quia cum uolitio Christi habeat infinitam acceptabilitatem, poterit mereri, quod est falsum: quia uolitio diuina non est meritoria.

3. rõ ad idẽ.

Item secundo arguitur sic. Si uolitio naturæ humanæ esset in infinitum acceptabilis, sequeretur, quòd tota Trinitas tantum acceptaret uelle, & tantum dilligeret uelle naturæ humanæ, sicut uelle uerbi. probo, quia uelle uerbi est formaliter infinitum: & tu dicis, quòd uelle naturæ humanæ est infinitum ergo tantum debet diligi: & tunc uolitio creata esset tantæ diligibilitatis, sicut est uolitio diuina, quod est falsum: ergo illa uolitio naturæ humanæ non est infinita.

4. rõ ad idẽ.

Item arguitur. Huiusmodi uelle uoluntatis Christi non est plus acceptum Deo, quàm sit bonum: ergo si sit acceptum pro infinitis, illa uolitio erat formaliter infinita: sed hoc est falsum, quia tunc nihil aliud esset dicere, nisi quòd uerbum est anima &c. & econtra, quòd est falsum.

5. rõ ad idẽ.

Item. Per se principium elicitiuum uolitionis Christi, est per se formaliter finitum: ergo ille actus fuit formaliter finitus: & per consequens non fuit in infinitum acceptabilis: nec sufficiebat pro infinitis. probatur antecedens, quia uoluntas humana Christi eliciebat actum: actus uero infinitus non potest elici a principio finito.

Dices forte. uelle animæ Christi cum relatione ad suppositum uerbi, erat infinitum.

Contra euasionem hanc arguitur. Velle acceptum cum illis respectibus, est uelle finitum. Item licet detur, quòd uelle animæ Christi comparetur ad uerbum, tamen uerbum non magis habet causalitatem ad illud uelle, quàm tota Trinitas: & arguitur sic: Quicunque actus habens dependentiam essentialem ad causam finitam, concurrente etiam cum ea aliqua causa infinita, est formaliter finitus: sed actus uolitionis animæ Christi est formaliter actus habens dependentiam essentialem a causa finita, licet concurrat cum eo causa infinita. s. uerbum: ergo ille actus est finitus. Probatur maior, quia nunquam actus infinitus potest elici, nec totaliter, nec partialiter ab aliqua causa finita, licet bene per accidens, ut natura humana coniungitur uerbo, tamẽ, quòd natura humana habeat causalitatem respectu actus infiniti, non est uerum. Probatur minor, quia in natura humana Christi erat principium speciale, & habebat essentialem causalitatem respectu uolitionis Christi, & non accidentalem: ergo ille actus non fuit infinitus, sed finitus, nec sequitur, quòd fuerit sufficiens infinitis, sed præcisè pro finitis

Euasio Thomistarum.

Contra Sexta propositio. Non oportet recurrere ad infinitatem ex parte suppositi elicentis actum meritorium, & sic meritũ Christi fuit formaliter finitum. probatur, quia illud, quod dependet essentialiter a causa finita, est formaliter finitum: sed meritum Christi dependet a causa finita: ergo est finitum.

6. prop. Meritum Christi fuit formaliter finitum.

Probatur minor, quia dependet a uoluntate animæ Christi quæ est finita.

Dicunt Thomistæ, quòd ratione respectus ad ipsum uerbum & ad suppositum eliciens meritum Christi fuit infinitũ. Contra

Magis meruit Christus nobis primã gratiã quã beatitudinem.

iuncti per gratiam, iungerentur per gloriam, sed etiam, quòd illi, qui non erant coniuncti per gratiam, coniungerentur per gratiam, & similiter per gloriam, & magis meruit Christus primam gratiam nobis. quam quemcunque actum proceden tem ab illa gratia, ut beatitudinem: quia primo meruit gratiam: secundo gloriam. respectu aliquorum meruit gratiam, respectu quorum non meruit gloriam. patet de damnatis aliquibus, qui aliquando fuere in gratia, saltem quando fuerunt Baptizati, & nunc sunt damnati.

¶ In ista quæst. &c.]

Opi. Sco pro solut. q̃onis.

Tunc Scotus respondet ad quæstion. secundum propriam opinionem per aliquas propositiones.

1. prop. contra Thom.

Prima. Incarnatio Christi non fuit occasionaliter præuisa a sanctissima Trinitate contra Thomistas, qui dicunt oppositum, scilicet, quòd Deus primo præuidit omnes electos: secundo præuidit, quòd peccarent originaliter: & tertio præuidit incarnationem uerbi. probatur, quia mirabile esset, q̃ propter uilissimum peccatum, tam nobilis persona sicut erat persona Christi, fuisset præuisa, & prædestinata æternaliter.

Circa præuisionẽ incarnationis uerbi.

2. prop.

Secunda propositio. Sicut Deus ab æterno uidebat seipsum in ratione summi boni, & ultimi finis, ita ab æterno prædestinauit prius Christum, deinde omnes alios electos.

3. prop.

Tertia propositio. In præuisione diuina ordo consistit in quinque instantibus declarandis.

Ordo in p̃uisione diuina, & prædestinatione sẽdm Scot.

Notandum, quòd Scotus in materia de prædestinatione in primo, declarat quomodo Deus prædestinat. In primo signo offerunturTetrus, & Iudas in puris naturalibus. In secundo uoluntas diuina ex liberalitate sua uult Petrum ad beatitudinem æternam, & Iudæ nihil uult. In tertio uidet Iudam, & Petrum lapsuros. In quarto uidet Petrum subleuandum de peccato, & Iudam obstinatum. Tunc ordinat Petrum ad beatitudinem, & Iudam ad pœnam. sed aliter hic loquimur, quia hic oportet quinque instantia imaginari in prædestinatione electorum. In primo Deus uidet seipsum. In secundo cognoscit omnes creaturas. In tertio prædestinat omnes electos ad gloriam, & circa malos habuit actum neutrum, ideſt nullum actum habuit. In quarto uidet magnum lapsum Adæ, & nos omnes concomitanter peccare. In quinto prouidentia diuina præuidit de remedio contra infirmitatem nostram, scilicet quòd Christus pateretur, & sic Christus prius fuit prædestinatus, quàm fuisset præuisum peccatum Adæ. Ex quo infero, q̃ si Adam non peccasset, Christus fuisset incarnatus. Sequitur etiam, quòd omnes electi prius fuerunt præuisi, quam præuideretur casus Adæ. Et quòd hoc sit congruum patet, quia bonus medicus prius præuidet sanitatem, & secundo remedia ad sanitatem amissam recuperandam, & sic Deus primo præuidit Christum tanquam propinquiorem fini: & secundo prę uidit de remedio.

Christus prius fuit prædestinatus q̃ puideretur peccatũ Adæ.

4. prop.

Quarta propositio. Sicut Deus prædestinauit prius omnes electos, quàm passio Christi præuideretur, ut remedium contra peccatum, ita tota Trinitas præuidit passionem Christi acceptandam specialiter, & efficaciter pro omnibus electis: quia iam erant prædestinati.

5. prop.

Quinta propositio. Sicut Christus prę uidens passionem suã obtulit eam efficaciter pro electis, quos Deus prædestinauerat, ita tota Trinitas acceptauit eam efficaciter pro illis electis præcisè. Et duplex causa fuit, quare passio Christi fuit efficax pro electis. Vna fuit uoluntas diuina, quæ eam acceptauit pro electis. Alia est causa minus principalis, & ista est Christus qui uidit, quòd aliqui erant ordinati ad gloriam, & uidit, q̃ Deus acceptabat passionem pro illis electis, & hoc est, quòd dicttur in Canone in consecratione sanguinis. Hic est enim calix sanguinis mei &c. qui pro uobis, scilicet apostolis electis non pro Iuda, & pro multis, & non pro omnibus effundetur in remissionem peccatorum. Non enim hic dicit pro omnib. sed solum dicit, pro multis, scilicet pro electis: & sic efficacia passionis non prouenit ex coniunctione per gratiam cũ Christo: sed prouenit ex uoluntate Dei, tanquam a causa principali, & a uoluntate Christi, tanquam a causa minus principali.

Dupl. causa quare passio Christi fuerit efficax pro electis.

Perpendũtur uerba consecrationis sanguinis.

Sexta propositio. Non oportet recurrere ad infinitatem ex parte suppositi elicentis actum meritorium, & sic meritũ Christi fuit formaliter finitum. probatur, quia illud, quod dependet essentialiter a causa finita, est formaliter finitum: sed meritum Christi dependet a causa finita: ergo est finitum.

6. prop. Meritum Christi fuit formaliter finitum.

Probatur minor, quia dependet a uoluntate animæ Christi quæ est finita.

Euasio Thomistarum.

Dicunt Thomistæ, quòd ratione respectus ad ipsum uerbum & ad suppositum eliciens meritum Christi fuit infinitũ.

Refellitur euasio.

Contra istud arguitur. Meritum Christi cum illis respectibus est finitum: ergo &c. Probatur, quia illi respectus sunt finiti, uelæquè benedicam, quòd uerbū merebatur per suum uelle.

Ex isto sequitur, ꝙ Christus non meruit omnibus secundum sufficientiam sic, quòd illa sufficientia proueniret ex infinitate meriti. patet, quia illud meritum non est formaliter infinitum: sed oportet aliunde scire, unde sit ista sufficientia.

Quibus satis fuit meritū Christi. 7. prop.

Quæro, quibus sufficit illud meritum? utrum fuit sufficiēs infinitis? Pro conclusione ponitur septima propositio contra aliquos Doctores. Sicut omne aliud a Deo ideo est bonum, quia uolitum a Deo, & non econtra, ideò non est uolitum a Deo, quia est bonum; sic meritum Christi erat tantum bonū, pro quanto bono acceptabatur a Deo. Vnde bonum potest cō parari ad duo. Vno modo ad uoluntatem creatam, & sic aliquid est uolitum, quia bonum: & ideo ratio, quia diligo Deū, est, quia diligere Deum est bonum: Alio modo ad uoluntatem diuinam, & sic aliqua creatura est bona, quia est uolita a Deo. Contra, scribitur. Magnificat anima mea dominum, quia respexit humilitatem ancille suæ &c. uidetur, quòd propter humilitatem uirginis Deus uoluit eam: quia habebat humilitatem: ergo non ideo erat bona, quia uolita a Deo, sed quia humilis.

Quare meritum Christi fuit tante efficaciæ.

Bonum ad duo cōparari potest.

Bonum ideo bonū est, qa a Deo uolitum.

Dub. Soluitur.

Nota, ꝙ humilitas uirginis erat bona, quia uolita à Deo, & non econtra.

Ex quo sequitur, quòd illud est bonum, quod est acceptatum a Deo, & non econtra: quia Deus non acceptat aliquem actum, quia est bonus, meritorius.

Quid sentiāt Thomistæ de actu meritorio.

Nota tamen, quòd Thomistæ ponunt in actu meritorio cō dignitatem intrinsecam, & ex illa Deus mouetur ad acceptā dum actum. In 17. quæst. quodlibeti dicit Scotus, quòd principale in merito prouenit ex uoluntate Dei acceptantis actum meritorium.

8. propos.

Octaua propositio. Actus meritorius elicitus a Christo potuit tantum acceptari, & pro tot, quantum tota Trinitas uoluit ipsum acceptare, quia contingenter acceptat aliquem actum: & maioritas, uel minoritas actus meritorii prouenit ex uoluntate Dei acceptantis. Patet, quia Adam ex natura actus nō tantum peccauit, sicut ille, qui hodie iurat per Deū, sed istud peccatum fuit tantum, quia tantum Deo displicebat.

Vnde pendeat rō maioris, uel minoris meriti.

Actus quo Christus pro nobis uoluit acceptare passionem.

De uolitione Christi ponitur talis distinctio, quòd actus, quo Christus pro nobis uoluit acceptare passionem, quòd fuerit meritorius, potest dupliciter considerari. Vno modo in ratione formali, & intrinseca. Alio modo ex circunstantia suppositi, & de congruo, in quantum eliciebatur a supposito diuino: ut sicut datio alapæ non est magna de se, sed si daretur regi, ratione circunstantiæ, esset magnum peccatum.

ꝙ fuerit meritorius dup. potest esse.

9. propos.

10. prop.

Nona propositio. Actus meritorius Christi ex ratione formali est finitus: ergo non potuit acceptari pro infinitis.

Decima propositio. Actus meritorius ex circunstantiis suppositi infiniti potuit a uoluntate diuina acceptari pro infinitis, & decebat, ratione suppositi uerbi diuini, ac congruit, ꝙ ille actus acceptaretur pro infinitis.

11. prop.

Vndecima propositio ibi, Si autem. Si meritum alterius per sonæ finitæ fuisset, tunc nec ratione operis operātis, nec operis operati decuisset, quòd fuisset acceptatum pro infinitis. Et ratio est, quia illud opus esset finitum. Secundo ex ratione operantis, quia illa persona esset finita. non sic de Christo, quia actus eliciebatur a supposito uerbi diuini; ideo cōgruū fuit, ut ille actus acceptaretur pro infinitis hominibus.

12. prop.

Duodecima propositio. Illud meritum Christi sufficiebat pro quot, & quibus Deus uoluit acceptare illam passionem, siue illum actum. Dicit Paulus. 2. cor. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis tanquam ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo est, sed Deus uoluit ipsum acceptare pro infinitis ratione suppositi elicentis, quod est uerbum diuinum: ergo hoc fuit a uoluntate diuina acceptante illum actum.

13. prop. Efficacia & sufficiētia in merito ē ex parte Dei. Quid & qb. Christus meruerit quæritur Scot. Tripl. gratia.

Decimatertia propositio. Ille actus meritorius Christi, quantum est ex ratione sua formali, non fuit acceptabilis pro infinitis. patet, quia ille actus non erat infinitus, sed finitus. Ex quo sequitur, quòd efficientia in merito, & sufficientia prouenit principaliter ex parte Dei, & ex hoc Scotus magnificentiam Dei exaltat.

Hic Scotus quærit primo, quid, & quibus meruit Christus benedictus: utrum Christus meruerit nobis collationem gratiæ baptismalis.

Nota, quòd triplex est gratia. Prima est initiatiua, ut baptismalis: Alia est recuperatiua, ut pœnitentialis. Tertia finalis. Prima, quæ est baptismalis, datur in baptismo. Secunda in pœnitentia. Tertia datur in beatitudine æterna.

1. propos.

Prima propositio. Christus meruit Iudæ primam gratiam, & etiam multis aliis, & etiam secundam.

2. propos.

Secunda propositio. Quamuis Christus meruerit aliquib. primam gratiam, multis tamen nō meruit finalem, quia finaliter damnantur.

Resp. ad qō.

Pro responsione ad quæstionem. dico, quòd Christus meruit nobis illam primam gratiam baptismalem, Vnde nota pro hoc, quod triplex est baptismus, scilicet flaminis, fluminis, & sanguinis: & in iis tribus datur gratia, uirtute passionis Christi: tamen lata est differentia, quiain baptismo fluminis uoluntas baptizati nullo modo cooperatur, nisi in adultis, quia adulti debent habere aliquam deuotionem in receptione baptismi.

Secundo quærit. Vtrum Christus meruit nobis gratiam pœnitentialem? Respondeo, quòd licet meritū Christi sit principale in merēdo respectu gratię principalis, tamen requiritur aliqua operatio uoluntatis ad hoc, quòd aliquis recipiat Sacramentum pœnitentiæ, scilicet, quòd habeat attritionem. Vnde detestatio, & displicentia peccati uocatur attritio: & idem actus, postquam est informatus gratia, uocatur contritio, ut habet Scotus in quarto distin. 14. Vnde quando recipitur gratia in pœnitentia, ibi est unum meritum de congruo: & illud est meritum Christi. Aliud est meritum de congruo, & illud est displicentia de peccatis: & ideo, qui uadūt ad pœnitentiam ridendo, non recipiunt gratiam.

Quo Christus nobis meruerit gratiam pœnitentialem.

Tertio quæritur. Vtrum Christus meruerit nobis apertionem ianuæ cœlestis? Vnde nota, quòd si Christus non fuisset mortuus nullus intrasset paradisum de potentia Dei ordinata: quia Deus ordinauerat, quòd nullus intraret, nisi per passionem Christi.

Quo Christus nobis meruerit apertionem ianuæ cœli.

Quarto quæritur. Vtrum Christus meruerit amotionem impedimenti apertionis ianuæ cœlestis? Pro quo nota, quòd ianua cœlestis fuit clausa, & erat unum impedimentum, propter quòd non poterat aperire. Hoc supposito respondeo, quòd Christus, ut totalis causa meruit amotionem illius impedimenti. patet, quia Abraham, & alii patres fuerunt tanti meriti, quanti aliquis homo in mundo: sed illi non meruerunt apertionem illius ianuæ: ergo &c. Quid autem sit illud impedimentum, dico, quòd erat uoluntas diuina, quæ determinauerat, quòd nullus intraret, nisi per meritum Christi. nec peccatum originale erat illud impedimentum, quia B. Virgo non habuit peccatum originale: similiter alii patres, qui mortui sunt in gratia, tamen non intrassent nisi Christus satisfeciſſet.

Quid sit impedimentū apertionis ianuæ cœli.

Quinto quæritur; Vtrum Christus meruerit nobis introitum regni cœlestis? & nota, quòd apertio ianuæ cœlestis, amotio impedimenti, & introitus, non sunt idem: quia difficilior est apertio ianuæ, quam introitus. Respondeo, quamuis obstaculum sit amotum per passionem Christi, nullus tamen ingreditur cœlum, nisi cooperetur ad illum introitum ipsi Christo & primæ gratiæ: ita quòd antequam intremus paradisum, duplex est causa, Vna est ipse Christus: Alia sumus nos ipsi.

Apertio ianuæ cœlestis amotio impedimenti, & ingressus nō sunt idem.

Nota, quòd differentia est inter patres antiquæ legis, & nouæ; quia patres antiquæ legis cooperabantur ad introitum habitualem: nos autem meremur introitum actualem: Vnde introitus habitualis est, quando aliquis cooperatur, ut meretur introitum: Sed introitus actualis est, quando ianua est aperta, & aliquis facit merita, quòd intret: nullus autem de cō gruo intrabit paradisum, nisi per merita Christi, & propter merita ipsius: Christus autem pueris totaliter meruit introitum in paradisum: ideo paruuli habent minimam gratiam: & ratio est, quia non fuit eis aucta gratia per merita propria.

Differentia inter patres uet. et nou. legis.

Soluit. dub.

Dub. 1. quo Christus meruerit gratiā patribus uet. test.

Sed hic sunt aliqua dubia. Arguitur sic, quòd non meruerit omnibus, maximè sanctis patribus. Præmium non potest naturaliter præcedere meritum: ergo Christus non meruit patribus antiquis primam gratiam: nec etiam deletionem culpæ, nec gratiam pœnitentialem. probatur antecedens, quia si præmium præcederet meritum, sequeretur, quòd angeli potuissent recipere suam beatitudinem, & deinde per operationes suas possent mereri illam beatitudinem, ut dicit magister sententiarum. distinct. 5. secundi libri in quo loco non tenetur a doctoribus: immo Angeli meruerunt, antequam præmiarentur. probatur consequentia, quia si Christus meruisset gratiam patribus antiquis, & gratia fuisset præmium meriti Christi: ergo præmium præcessisset meritum.

Pro responsione ad istud dubium ponitur prima propositio. Deus præuidens passionem Christi, & acceptans eam, contulit

tulit patribus antiquis ex merito passionis præuisæ deletionem culpæ, & infusionem gratiæ, antequam ista passio exhiberetur in actu exteriori. Sed contra sic arguitur. Abrahæ non fuit collata gratia uirtute passionis Christi, quia meritum passionis Christi nullo modo erat tempore Abrahæ: ergo sibi non fuit data gratia ex merito passionis Christi.

Exemplo declaratur solutio.

Respondeo distinguendo, aut, quòd non fuerit exhibita, & sic concedo: aut, quòd non fuerit præuisa, & sic nego. Declaratur per exemplum Anselmi. est unus Rex, quem unus magnus capitaneus offendit, propter quam offensam rex facit ipsum, & ab eo descendentes omnes exules a regno, tanquam proditores. Contra, uenit unus de sanguine istorum, qui est innocens, & non fuit in culpa, & offert se regi, dicendo: Ego facio uobis unum seruitium: sed rogo, quòd uos remittatis omnibus consanguineis meis iniurias, uobis illatam, & consequenter, si postea incidant in aliquod peccatum quòd uos remittatis illud peccatum. quo facto rex est contentus: & dicit, propter seruitium, quòd tu debes facere, primo remitto eis talem culpam, scilicet pœnam; & si postea incidant in illud peccatum, & pœniteat eos, uolo illis remittere, dummodo satisfaciant; tamen nunquam intrabunt palatium meum, donec feceris, quod promisisti.

Sic in proposito. Passio Christi fuit talis, quòd Deus præuidens passionem Christi, misericorditer egit nobiscum, ita, quòd primo remisit nobis culpam originalem, & contulit gratiam primam, & secundo ex merito passionis Christi præuisæ in patribus antiquis, quando peccabant, per contritionem delebat illud peccatum: & hoc ex merito passionis Christi præuisæ, quia placuit remittere culpam originalem, & dare gratiam, & consequenter remittere alia peccata. Et ideo ad argumentum cum arguitur. Præmium non potest præcedere meritum; ergo Angeli non potuerunt præcedere meritum.

Sol. formaliter argum.

1. propos.

Respondeo, quòd non est simile, & ratio est, quia nunquā summum bonum, ad quod ordinatur meritum, debet conferri alicui antequam meritum sit exhibitum in actu exteriori.

Prima propositio. Summū bonum, ad quod ordinatur passio Christi, quod est introitus in regnum cœlorum, si non daretur patribus antiquis, potuit tamen dari remissio culpæ, & infusio gratiæ: & sic faciebat Deus.

2. prop. Sco.

Secunda propositio. Summum bonum, quod Angeli potuerunt mereri per merita sua, fuit beatitudo æterna, & actualis introitus: & ideo non est simile de Christo, quia Christus meruit aliquid, quod erat summum bonum: & aliquid, quòd nō erat summum bonum: Angelis autem non dabatur summum bonum antequam mererentur, quod est æterna beatitudo, & introitus actualis in regno. & ideo ad probationem respondeo, negando consequentiam: quia præmium Angelorum est summum bonum. Vnde præmium est duplex. Quoddam est summum. Aliud est minus principale, quod ad illud meritum ordinatur.

Præmium dupl.

Prima propositio. Summum bonum non confertur alicui ante actum meritorium.

Secunda propositio. Bonum minus principale potest conferri alicui pro merito præuiso; & ita faciebat Christus, quia meruit antiquis patribus gratiam, & gloriam: gratiam ante passionem, & gloriam post passionem exhibitam. Angeli autem si meruerunt, meruerunt summum bonum.

Ex quo sequitur, quòd quamuis Deus præuidens passionē Christi dederit patribus antiquis deletionem culpæ, & infusionem gratiæ, non tamen dedit introitum in regnum cœlorum, & obstaculi amotionem, nec ad apertionem ianuę regni aliquis hominum potuit cooperari Christo, licet bene quo ad actualem ingressum: quia aliud est aperire portam, & aliud est intrare, licet nec patres antiqui, nec nos potuerimus mereri apertionem ianuæ, sed ipse solus meruit: tamen quilibet nostrum potest cooperari ad actualem ingressum, & de facto cooperatur, quia nullus adultus intrabit paradisum, nisi per propria merita.

Ad actualē ingressū regni cœlestis, requruntur N propria merita.

2. Dub.

Secundo arguitur, probando, quòd Deus non potuit ex merito passionis Christi remittere culpam, & conferre gratiam patribus antiquis. Et arguitur sic. Quia si sic, sequeretur, ꝙ ex merito passionis Christi Deus potuisset ab æterno prædestinare omnes electos; consequens est falsum; ergo & antecedēs.

Sol. dub. Electi ante passionē pas

Probatur consequentia, quoniam dicis, ꝙ Deus ex merito passionis conferebat gratiam. Respondeo, concedo antecedens, & nego consequentiam: & ratio est, quia prius natura oēs electi fuerunt prædestinati, quam passio Christi præuideretur, quia Deus in primo instanti cognoscit se, & in secundo cognoscit omnes creaturas: in tertio prædestinauit electos ad gloriam, & circa malos nullum actum habuit: in quarto præuidit Adā casurum, & omnes electos casuros: in quinto præuidit de remedio, scilicet de passione Christi. Ex quo sequitur, quòd passio Christi non potuit esse causa prædestinationis electorum, quia antiqui patres sunt prædestinati: & nota, quòd istud argumentum est notandum pro materia de prædestinatione in primo.

sionis Christi sti fuerūt p destinati.

Ordo notab.

Ad argumenta principalia arguitur. Nullum meritum excedit præmium: sed actus meritorius Christi excedit gratiam & gloriam, &c. ergo ille actus Christi non est meritorius: & per consequens Christus non meruit nobis. Respondeo uno modo, si teneamus primam uiam de merito: Alio modo si secundam. Iuxta priuiam uiam, dicemus ad minorem, quòd ipsa est falsa, quia gloria data uirgini est nobilior, quàm actus meritorius secūdum portionem inferiorem: & ratio est, quia ille actus gratiæ habet Deum pro obiecto, & actus meritorius Christi secundum portionem inferiorem habebat creaturam pro obiecto in ordine ad Deum. Si autem teneamus, ꝙ Christus meruit non solum secundum portionem inferiorem, sed etiam secundum portionem superiorem, secundum actum quemcunque eius, quam uiam ego teneo, ut patet supra: & sic secundum hoc respondeo ad argumentum. Ad maiorem dico, ꝙ aliquis potest mereri dupliciter. Vno modo pro seipso. Alio modo pro altero, quia nobilior pro ignobiliori pōt mereri. exemplum primi: ego mereor mihi gratiam, & gloriā. exemplum secundi. vt Christus merebatur pro nobis. Prima propositio. Meritum, quo quis meretur sibi, non est nobilius suo præmio, quia quandocūque aliquis meretur pro se, Deus præmiabat ultra condignum. Secunda propositio. Non est necessarium, quòd meritum elicitum a nobiliori pro ignobilio ri, sit nobilius, quàm præmium ignobiliori collatum.

Sol. 1. prin. iuxta primā uiā de meri to.

Solu. iuxta secundā uiā quam tenet auctor.

Quis ꝑ mereri ꝑ se & pro aliis.

Secundo sic arguitur. Nullum finitum potest proportionari alicui infinito: sed meritum Christi, siue passio, est quoddā finitum formaliter: peccatum est infinitum formaliter: ergo Christus per meritum suum non potuit delere culpam mortalem. Probatur maior per Aristot. 2. physic. Probatur minor. Meritum Christi erat unum bonum formaliter finitum: & ꝙ peccatum sit formaliter infinitum, probatur, quia peccatum tantum est malum, quantus est ille, qui offenditur per peccatum: sed per peccatum mortale offenditur Deus infinitus, a quo homo auertitur: ergo peccatum est formaliter infinitū. Resp. ꝙ quamuis meritum Christi aliquid de se formaliter finitum dicat, quia tamen coniungebat obiecta finita per gratiam, & gloriam, potuit esse causa deletionis peccati mortalis. Et cum arguitur, ꝙ non, quia peccatum est formaliter infinitum; Resp. ꝙ peccatum esse formaliter infinitum potest dupliciter intelligi. Vno modo intensiuè, & per denominationē intrinsecam, & sic non: quia quodlibet peccatum est aliquis actus elicitus a creatura; Alio modo extensiuè, & per denominationem extrinsecam, & sic est quodammodo infinitum, idest auertens ab obiecto infinito, idest a Deo. Et ideo ad argumentum si dicas, ꝙ peccatum est infinitum intensiuè, hoc est falsum, quia tunc opinio Manichæorum esset uera, qui ponebant summum malum, & summum bonum. Et ad probationem cum arguitur, tantum est peccatum &c. distinguo de ly tantum, quia uel illud tantum, & quantum referunt rationes formales peccati, uel quandam denominationem intrinsecā potentiæ, i. ꝙ sit infinitum intrinsecè, & secundum suam rationem formalem, & sic est falsum. Secundo modo, ꝙ peccatum sit tantum malum, quantum bonum est obiectum infinitum. patet per exemplum. actus beatificus Michaelis est infinitus: & hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo intrinsecè, & formaliter: & sic non est infinitus, immo est una qualitas de prædicamento quantitatis. Alio modo extrinsecè, idest coniungens obiecto infinito, & sic est quoddam infinitum; ut grauius peccat, qui offendit militem, quàm qui offendit simplicem hominem: & grauius, qui offendit regem, quàm qui offendit militem: & hoc est ex ratione obiecti. patet etiam per aliud exemplum. ponatur, ꝙ sit dabile infinitum, ut per impossibile ponatur, quòd corrumpatur, ista corruptio est finita, non formaliter, sed extrinsecè, quia terminus a quo est unum ens infinitum: ita corruptio erat quodammodo infinita, sicut est de peccato, quia licet sit finitum intrinsecè, & formaliter, tamen extrinsecè, & ratione obiecti, est infinitum quodammodo.

Sol. 2. prin.

Peccatū ē formaliter infinitū dupl. ꝑ intelligi.

Et dicit Scot. quòd tanto amore potest quis ferri in Deum

Actū beati ficū esse infinitū dupl. ꝑ intelligi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Deũ diligendo, quãto intẽsio actu pòt quis peccando auertere sẽa Deo.

diligendo Deum meritoriè, quanto quis inordinatione intensiua auertitur a Deo. patet de Magdalena, quæ tanto amore ferebatur in Deum tempore præsentiæ suæ, quantum auertebatur a Deo, quando peccabat: quia Christus uidens eam secus pedes suos ex uerecundia, dicit Simoni, Remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum; quia tanto amore coniungebatur Deo per actum dilectionis, quantum auertebatur a Deo per peccatum. Idem dicendum est de merito, quoniam formaliter, & intrinsecè est finitum, tamen in quantum coniungit Deo, est quodammodo infinitum, & iõ ad argumentum respondeo, concedendo maiorem, & negando minorem quo ad secundam partem: & ad probationem, quando dicitur, quantum malum est peccatum &c.

3. princip.

Respondetur, distinguo, uel intrinsecè, & sic nego: uel extrinsecè, & sic concedo.

Tertio sic arguitur. Nullum finitum proportionatur infinito: sed meritum Christi est finitum, & pœna debita peccato est formaliter infinita: ergo meritum Christi non fuit sufficiens ad deletionem peccati mortalis: probatur minor quoad secundam partem: quoniam pœna durat in æternum, quia dicetur. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius: ergo illud meritum non sufficit ad remissionem culpæ.

Sol. 3. prin. Pœnam debitã peccato mortali esse infinitã dupliciter.

Respondeo, quòd pœnam debitam pro peccato mortali esse infinitam potest dupliciter intelligi. Vno modo intensiuè, & formaliter. Alio modo extensiuè, & ex ordinatione diuina. Prima propositio. Ista pœna infinita extensiuè prouenit ex ordinatione diuina, quia ubicunque ceciderit lignum, ibi stabit: homo est istud lignum habens magnas radices, idest magna peccata, & paruas radices ex alia parte, & tandem uenit ventus faciens cadere lignum, idest mors Secunda propositio. Pœna debita peccato mortali non est infinita intensiuè, quin aliter posset fieri a uoluntate diuina. Patet prima pars; quia illa pœna est maxima copia dolorum: quòd si Deus puniret tantum in uno die unam animam pro culpa sua, & crastina die annihilaret eam, sufficienter adhuc puniuisset eam, & nullam faceret iniustitiam. Secunda pars patet, quia posset Deus tantum punire animam ad tempus. Et ideo ad argumentum concedo maiorem, & primam partem minoris, & distinguo secundam partem minoris: uel intensiuè, & sic nego, vel extensiuè, & sic concedo, quòd posset Deus aliter punire si uellet, scilicet per tempus.

Ad formam arg. respon.

4. princ.

Quarto sic arguitur. Nullum finitum proportionatur infinito: sed meritum Christi est formaliter finitum, & peccata hominum possunt esse infinita: ergo meritum Christi non potuit sufficere pro omnibus hominibus. probatur minor pro secunda parte, quia si mundus continuaretur a parte post, essent infiniti homines, & quilibet contraheret peccatum originale; tunc peccata essent infinita: ergo meritum Christi nõ potuit sufficere pro omnibus illis.

Sol. 4. prin. Meritum Christi esse infinitũ dup.

Respondeo, quòd meritum Christi esse infinitum, & sufficere pro infinitis, potest dupliciter intelligi. Vno modo ex sua ratione formali intrinseca; Alio modo ex circunstantia suppositi elicientis actum meritorium.

1. prop.

Prima propositio. Bonum uelle, uel passio Christi considerata secundum rationem suam formalem posset recompensari per aliquod bonum finitum. patet, quia finitum potest recompensari pro aliquo bono finito: sed meritum, seu passio Christi, & bonum uelle Christi ex sua ratione formali erat quoddam bonum finitum: ergo potuit recompensari pro aliquo bono finito.

2. propos.

Secũda propositio. Meritum Christi ex bonitate ipsius suppositi elicientis talem actum, & ex liberalitate diuina, potuit acceptari pro infinitis, & recompensari in infinitis. Et ratio primi est, quia licet illud meritum sit formaliter finitum, tamen quia Deus præmiat ultra condignum, ideo recompensat pro infinitis. Secunda ratio est, quia ex circunstantia suppositi elicientis, idest uerbi, congruum est, quòd meritum acceptetur pro infinitis.

3 propos.

Tertia propositio. Quamuis Deus possit acceptare passionem Christi pro infinitis, non tamen infinitè: licet Deus possit diligere passionem Christi pro infinitis, non tamen infinitè. probatur, quia potentia non est infinita, nec obiectum est infinitum, nec actus est infinitus: & ista tertia conditio requiritur ad hoc, quòd aliquid diligatur in infinitum, uel infinitè.

4. propos.

Quarta propositio. Passio Christi fuit de facto acceptata pro electis efficaciter, licet sufficienter pro infinitis, & ideo ad argumentum cõcedo maiorem, & minorem, & distinguo conclusionem: uel, quòd non possit proportionari quantum ad efficaciam, & sic concedo: aut quantum ad sufficientiam, & sic nego.

5. princ.

Quinto sic arguitur. Non omnes recipiunt gratiam, & gloriam: ergo non omnibus sufficienter meruit gratiam, & gloriam. patet antecedens, quia multi sunt uocati &c. patet consequentia, quia si meruisset sufficienter pro omnibus, tũc omnes recepissent gratiam, & gloriam.

Sol. 5. prin.

Respondeo. nego consequentiam: & licet ex ordinatione diuina acceptante passionem, & bonum uelle Christi, sit efficax pro electis tantum, tamen illa passio sufficiebat pro infinitis.

DISTINCT. VIGESIMAE.

QVAESTIO VNICA.

Dem̃ repetitionis hũanæ per Christi passionem.

IRCA distinctionem vigesimam. Quæro utrum necesse fuerit &c. Nota primo, q̃ necessarium est duplex. Quoddam est simpliciter, cuius oppositum est impossibile; ut necesse est Deum esse. Aliud est ex suppositione, quando ad positionem unius, requiritur alterum: ut ad transeundum mare requiritur nauis. hic quæritur de necessitate secundum quid, scilicet suppositionis, idest supposito, quòd natura humana sit lapsa, & debuerit reparari, utrum necessitate consequentiæ debeat reparari per passionem Christi.

Necessariũ duplex.

Oũ dup. põ intelligi.

Notandum, quòd ista quæstio dupliciter intelligi potest. Vno modo de potentia ordinata, Alio modo de potentia absoluta. Primo modo supposito, quòd natura sit lapsa, utrum de potẽtia ordinata Dei debeat reparari per passionem Christi. Vel alio modo, utrum sit necessarium, quòd non possit aliter fieri de potentia absoluta, quin natura humana reparetur per passionem Christi, sicut dicit Anselmus. Tunc Scotus dicit, quòd supposito, quòd Deus sic ordinauerit, necessarium fuit necessitate consequẽtiæ, quòd natura humana lapsa per passionem Christi repararetur.

Passio capitur sex modis.

Et nota, quòd passio capitur sex modis. Primo modo pro conceptu animæ: Et sic capitur passio primo perihermenias, cum dicitur, quòd uoces sunt signa earum, quæ sunt in anima passionum notæ, idest uoces sunt signa subordinata conceptibus. Secundo modo pro propria passione, quæ prædicatur de suo subiecto, ut dicitur quarto metaphisicæ, quòd unum est passio entis. Tertio modo pro receptione alicuius formæ, ut dicitur tertio de anima, quòd intelligere est quoddam pati, idest recipere intellectionem, est passio quædam. Quarto modo, ut est species media prædicamenti qualitatis, ut dicit Aristotel. in prædicamentis, quòd tertia species qualitatis est passio, uel passibilis qualitas, & dicitur passio a passibili qualitate: quia ut est radicata in subiecto, uocatur passibilis qualitas: quando non, uocatur passio. Quinto modo pro prædicamento passionis, & sic Gilbertus Porretanus dicit, quòd passio est effectus, illatioque actionis, quæ consequitur actionem potentiæ in agente. Sexto pro corruptione subiecti; ut quando comburitur ali quid, uel quando quis dat alapam alteri, tunc est passio: & isto modo capitur passio 6. Ethicor. quando dicitur, quòd passio est abiectiua conuenientis a suo subiecto.

Christus meruit sex.

Nota, quòd Christus meruit sex. Primò sibi indirectè in passone. Secundo nobis gratiam baptismalem, & deletionem culpæ. Tertio augmentum gratiæ, in receptione sacramentorum. Quarto præseruationem a peccato. Quinto gratiam pœnitentialem, & deletionem culpæ mortalis. Sexto apertionem ianuæ cœlestis, & gloriæ collationem.

Scot. respon. ad quæstio.

Ad quæstionem propositam respondet Scotus, & notandũ est, quòd Anselmus fecit librum, qui uocatur, cur Deus homo; & sic incipit, Cur Deus homo, idest quare factus est homo: qui quidem liber est paruus tantum continens tria folia: & ponit ibi quatuor cõclusiones. Prima est. Necessarium fuit hominem lapsum redimi, idest reparari. probat faciendo

Quatuor cõclus. D. Anselmi.

unum

Deus facit hominẽ ad beatitudinẽ

num præsuppositum, scilicet, finis, ad quem homo est ordinatus, est uisio, & fruitio diuinæ essentiæ, ideſt beatitudo: & magister sententiarum in secundo dicit. fecit Deus rationalem creaturam &c. Probatur ista prima conclusio. Aut deduxisset hominem ad hunc finem, aut non: si non, ergo sequitur, quòd frustra fuit factus homo: quia quandocunque est aliquod ens non attingens suum finem, illud est frustra: ergo si Deus non deduxisset hominem ad suum finem, homo esset frustra, quod est falsum: quia Deus, & natura nihil frustra agunt, secundo cœli.

Tollitur instantia.

Contra. Iudas est factus propter beatitudinem, & tamen nunquam habebit: ergo Deus aliquid fecit frustra. Respondetur, concedo antecedens, & nego consequentiam, & ad probationem, quando dicitur, quandocunque est aliquod ens, quod non attingit finem suum, est frustra: sed Iudas est huius modi: ergo &c.

Regu. Scot. Quando aliquid dicitur factum esse frustra.

Respondetur in quarto distinct. 49. quæst. 9. Prima regula. Quandocunque est aliquod ens, quòd secundum suam totã speciem caret sua perfectione, ad quam ordinatur, est frustra. Ex quo sequitur, quod si opinio D. Thomæ sit uera, scilicet, quòd quilibet Angelus facit suam speciem distinctam, cum multi Angeli sint damnati, sequitur, quòd Deus fecit illos frustra, quod est falsum. Secunda regula. Quandocunque est aliquod ens, quod non secundum suam totam speciem, sed secũ dum aliquod indiuiduum caret aliqua perfectione, illud non est frustra: & ideo licet Iudas non attingat beatitudinem, nõ tamen est frustra: quia non caret illa secundum suam totam speciem. Si dicas, quòd deduxisset ad illum finem: ergo oportet, quod postquam ceciderit, quòd redimatur, & reparetur, quia aut Deus perficiet, quod incœpit: aut erit frustra.

2. regu. Sco.

2. cõcl. Anselmi. Satisfactio quid.

Secunda conclusio. Homo lapsus non potest redimi sine satisfactione. Pro declaratione nota, quòd satisfactio, ut dicit Scotus in 4. di. 15. q. 1. articulo primo, est redditio uoluntaria æquiualentis pro æquiualenti, alias indebiti. In qua quatuor tanguntur.

Ex quo sequitur primo, quod satisfactio non est absoluta datio: dicitur uoluntaria, quia si esset violenta, non esset satisfactio. sed potius satis passio, & ideo pœna in damnatis, non dicitur satisfactio, sed magis satis passio, quia murmurant: tertio dicitur æquiualentis pro æquiualenti, & hoc ideo dicitur, quoniã dicitur satisfactio. quasi satisfacio: quarto dicitur alias indebiti, quia ad satisfactionem requiritur, quòd non deleatur illud, quod redditur aliunde, seu alia causa. Exemplum. Quilibet adultus obligatur ieiunare in quadragesima; uenit ad confessionem, & ego audiens ipsum, impono sibi pro pœnitentia, ut ieiunet: duo ieiunia in eodẽ tempore non potest facere; quia ad utrunque tenetur seorsum, iõ non debeo sibi imponere, quòd ieiunet in quadragesima, sed postea. Et signanter in iis diebus, in quibus non tenetur ieiunare, aliter est obligatus aliunde.

Probatur secunda conclusio. Quicunque homo, qui debet admitti ad beatitudinem, debet reddere Deo, quod ab eo abstulit, & ei debet: sed homo peccator abstulit honorem a Deo sibi debitum peccando: ergo si sit admittendus ad uitam æternam, oportet, quòd reddat Deo honorem quem sibi debet.

Probatur maior; quia iniustus est omnis, qui non reddet alicui, quod debet sibi. Probatur minor; quia facit quod displicet Deo, & Deum inhonorat, quia peccando aufert honorem Deo.

Diceretur fortẽ, quòd non oportet propter hoc hominem iniustum dicere, quia excusatur propter impotentiam, quia non potest Deo satisfacere.

Refellitur euasio. Dup. impotẽtia & q̃ excusat et quæ non ostendi tur.

Contra dicit Anselmus excludendo illam responsionem: notandum, quòd duplex est impotentia, Quædam est, in quã aliquis incidit uoluntariè. Alia est, in quam quis incidit non uoluntariè. de prima exemplum; ut si intrarem domum, & scirem, quòd esset fouea in introitu portæ, & caderem. Exemplum de secunda, ut aliquis incidens in latrones non posset se liberare. Tunc dicit Anselmus licèt aliquis propter impotentiam inuoluntariam excusetur: non tamen propter impotentiam uoluntatiam. sic est de Adam, qui sponte incidit in impotentiam satisfaciendi: ergo non excusatur ad reddendum debitum, & dat exemplum Anselmus de domino, & seruo &c. sic est dicendum de Adam, q̃òd sponte se fecit impotentem ad reddendum debitum.

2. respon.

Diceret aliquis. Deus propter misericordiam suam potest remittere debita, & dare sibi uitam æternam sine satisfactione. & ista est secunda responsio, & melior.

Contra instat Anselmus excludendo istam responsionem, & arguit sic. Aut per misericordiam diuinam debitum dimittitur, quia propter impotentiã homo non potest reddere, aut dimittit pœnam sibi pro peccato debitam, dãdo sibi gloriam æternam: non est dicendum primum, quia non esset nisi vna derisio dicere, quòd Deus remittit alicui aliquod debitum, quia homo non potest reddere, & Deus non potest habere. Si dicas, quòd remittat sibi pœnam dando sibi gloriam: contra. tunc Deus daret illi gloriam pro peccatis. probatur, quia dat sibi gloriam propter illam impotentiam, ad quam non potest.

Perpendũtur dicta Anselmi.

In istis dictis Anselmi uidentur esse quædam dubia Nota, quòd Scotus loquitur ex positione Anselmi, & pro prima ratione fundat se in Augustino dicente, quòd alius modus nostræ redemptionis Deo non defuit, &c. quòd necessitas potest stare cum contingentia. pro quo nota, quòd duplex est necessitas, scilicet consequentiæ, & consequentis. Consequentis est, quando tam antecedens, quam consequens sunt propositiones necessariæ: ut homo est animal & homo est sensibilis: Alia est necessitas consequentiæ, & est, quando tam antecedens, quam consequens sunt contingentia, ut si Sortes currit, bene sequitur: ergo mouetur. ibi est necessitas consequentiæ, quia tam antecedens, quam consequens sunt contingentia. Prima regula. Cum necessitate consequentis stat contingentia antecedentis, vt homo est albus: ergo homo est animal. Secunda regula. Cum necessitate consequentiæ stat contingentia consequentis, ut si homo currit, homo mouetur. Tertia regula. Cum necessitate consequentiæ stat necessitas consequentis, ut homo est animal, ergo homo est sensibilis. Quarta regula. Cum contingentia consequentiæ stat contingentia consequentis, ut si homo est albus, homo sedet. ista cõtingentia est contingens, ergo non est inconueniens consequens esse contingens, tamen conclusio est necessaria.

1. rũ Sco. cõtra Anselm.

2. rũ Sco. ad idem.

Dup. necessitas, de qua supra.

1. regula.

2. regu.

3. regu.

4. reg.

Præterea. Nulla fuit necessitas genus humanum reparari: ergo non est necessarium Christum pati pro humani generis reparatione.

3. rũ Sco. ad idem.

Probatur antecedens, quia si sic, maximè esset, quia sunt aliqui prædestinati, & lapsi in peccatum non possunt beatitudinem consequi, nisi per reparationem: sed hoc non sequitur necessario, quia Deus contingenter prædestinauit homines, & per consequens potuerunt non prædestinari: ergo contingenter genus humanum reparatur: ergo contingenter Christus passus est.

3. cõcl. Anselm. dubia.

Tertia conclusio Anselmi. Satisfactio non potuit fieri a puro homine. probatur sic, quia nullus satisfacit &c. uide literam, sed nullus per quodcũque, quod est citra Deum, debuit peccare. probatur minor, quia, vt dicunt Theologi, nullus debet peccare mortaliter pro conseruatione cuiuscunque rei creatæ: vt si Deus diceret alicui, Ecce humanitatem Christi, & virginem, & alios spiritus, ego destruam omnem creaturam nisi tu pecces mortaliter: ego deberem potius uelle omnia illa perire, quam peccare. tamen si per impossibile Deus esset annihilabilis ab aliqua uoluntate mala: ego magis deberem peccare etiam infinitis peccatis mortalibus, quàm dimittere annihilari Deum. Dictum est distinct. 9. Circa ea, quæ tãguntur hic, Scotus remittit ad quartum an scilicet homo possit reconciliari Deo sine satisfactione: distinguo, Aut de potentia Dei ordinata, & sic non: Aut de potentia Dei absoluta, & sic concedo.

Contra tertiã cõcl. Anselm. arguit Sco.

Sed quoad tertium articulum. Vtrum purus homo potuit satisfacere pro redemptione humani generis.

Purus hõ potuit satisfacere Deo. 1. prop. Sco. 2. prop.

Respondeo, quòd sic, & ad argumentum dico, quod maior Anselmi est falsa. pro declaratione, sit prima propositio. Non est necessarium satisfactionem pro peccato primi hominis excedere totam creaturam formaliter in magnitudine, & perfectione. Secunda propositio. Sufficisset ad satisfactionem pro peccato primi hominis offerre Deo aliquod maius bonum, quàm fuerit malum peccatum primi hominis; Vnde si dedisset Adæ primam gratiam, & Adam habuisset multos actus diligendi Deum, & eum maiori conatu, quàm si peccasset, illi actus fuissent ad satisfactionem sufficientes, & tamen illi actus non essent aliquod maius, quam tota natura, quia substantia est perfectior, quàm accidens: & illi actus sunt accidentia, & ideo maior Anselmi est falsa, & sicut primus homo primo peccato peccauit amando inordinate suam vxorem, ita potuit satisfacere habendo vnum actum circa Deum, tanquã circa perfectissimum obiectum: & hoc fuisset sufficiens ad satisfactionem.

Prima propositio. Amor, qui debet offerri satisfaciendo Deo, debet excedere amorem cuiuscunque creatu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ræ; quia sicut est magnus amor circa aliquod obiectum ignobilius Deo, scilicet amando uxorem suam, ita debet esse maximus amor circa obiectum nobilissimum, puta circa Deum.

2. propos. Secunda propositio. Homo lapsus in peccatum satisfacien do debet diligere obiectum nobilius, sicut peccando diligebat obiectum ignobilius, & sic est maxima congruentia.

3. propos. Tertia propositio. Ille actus, quo creatura conuertitur in Deum diligendo Deum, in sua ratione formali non excedit omnem creaturam, immo minima substantia est perfectior in sua ratione formali, quam actus ille.

4. propos. Quarta propositio. Actus, quo Christus diligebat Deum, non fuit perfectior quacunque creatura, quia ille est purum accidens.

2. rō Anselmi perpendi tur. Secunda ratio Anselmi pro isto tertio articulo. si homo peccator redderet Deo &c.

Nota, quòd Scotus in quarto distinct. 15. q. 1. art. 2. reprobat istam rationem, quia sequeretur, quòd nullus posset facere opus supererogationis: quia secundum Anselmum omnia debeo Deo, uel ratione creationis, uel ratione gubernationis, uel redemptionis. Sed hoc est falsum: quia solus Deus nos obligauit ad decem præcepta Decalogi. Item etiam sequeretur, quòd nos non possemus satisfacere pro peccatis.

Ad qd nos obligauerit Deus. *3. rō Ansel.* Tertia rō Anselmi. Nullus homo potest satisfacere Deo, nisi reddat, quod sibi abstulit: sed nullus homo potest reddere Deo, quod sibi abstulit: ergo &c. probatur minor; quia abstulit à natura humana illud, quod decreuerat Deus facere de natura humana, scilicet adimplere casum angelorum: ergo &c.

Item arguitur sic. Si purus homo redimeret nos, tunc non essemus reducti in pristinum statum: sed hoc est falsum. ergo &c. Probatur. tantum teneremur illi homini ratione redemptionis, sicut Deo ratione creationis: & sic non essemus reducti ad statum innocentiæ.

4. concl. Anselmi. Quarta conclusio Anselmi est ista. Satisfactio pro peccato debuit fieri per mortem Christi. Probatur, quia ille præcisè debuit satisfacere pro peccato primi hominis: probatur conclusio, quia nullus potest satisfacere pro humano genere, nisi offerat aliquid maius omni creatura: sed sicut uita Christi fuit maius omni creatura, ita eius mors fuit maius malum, quam fuerit quodcunque aliud malum. hoc idem patet per Anselmum. Mors Christi sufficit pro omnibus. Similiter loquebatur cum discipulo, qui discipulus dicebat, quod quilibet debet magis uelle omnia alia annihilari, quàm peccare mortaliter: sed hoc est uerum. Et secundo dicit, quòd mallet infinita peccata hominum supra seipsum, quam inferre læsionem uitę Christi: & istud est falsum; & arguitur sic cōtra. Nullus debet peccare pro aliquo finito saluando: sed uita Christi est aliquid finitum: ergo &c.

Scot. arguit contradictiū Anselm. Scotus arguit contra hoc, quòd nullus potuit satisfacere, nisi esset Deus & homo: arguit quòd unus, qui non est homo, possit satisfacere pro alio. arguitur sic. Vnus potest orare pro alio: ergo &c. Probatur antecedens, quia angeli possunt orare pro nobis: ergo etiam satisfacere pro nobis. Similiter ego, qui non sum debitor alicuius, possum satisfacere pro illo apud creditorem suum.

1. prop. Sco. Angelus potuisset satisfacere p nobis. Prima propositio. Sicut Christus homo innocens satisfecit, sic potuit unus angelus satisfacere si Deus uoluisset; probatur. dictum est, quòd meritum ideo est meritum, quia est acceptatum à Deo. ponamus, quòd aliquis angelus elicuerit unum bonum actum: illum actum potest Deus acceptare: ergo angelus potuisset satisfacere pro hominibus reparandis.

2. prop. Sco. purus homo potuisset satisfacere p nobis. Secunda propositio. Aliquis purus homo potuisset satisfacere pro peccato hominis, si Deo placuisset: probatur. ponamus, q̄ fuisset aliquis innocens conceptus de uirgine mediāte operatione Spiritus sancti sine cōcubitu uiri: & q̄ Deus dedisset sibi tantam gratiam, quantam dedit Christo: & ponamus, quòd iste homo innocens elicuisset actum, & Deus illum acceptasset, tunc potuisset satisfacere pro humano genere: & licet illi essemus obligati, non tamen tantum sicut Deo, quia summè Deo sumus obligati.

3. prop. Sco. Tertia conclusio. Quilibet purus homo de potentia Dei absoluta potest satisfacere pro peccato suo, sine merito Christi. ponamus per casum, quòd Adam peccauit sicut fecit, & quod Christus non fuerit mortuus, & quòd Deus dedisset mihi gratiam sine meritis, tunc possem elicere bonas uolitiones, & possem satisfacere pro peccatis meis.

Ref. Ansel. Ad argumentum respondet Anselmus, quòd tu teneris aliunde ad istas bonas uolitiones.

Respondet Scotus in quarto, quòd Deus uidens nostram fragilitatem, noluit nos obligare, nisi ad decem præcepta Decalogi.

Et nota, quòd Deus non dat gratiam sine meritis, siue propriis, siue alienis. Contra. Si ex meritis, ergo non ex gratia, dicit Apostolus.

Solu. instāt. Respondeo distinguendo, uel ex meritis propriis, uel ex meritis alienis. Tunc dico cum Scoto in quarto distinct. secunda, quòd in uniuersis operibus Dei nullum opus fuit merè gratuitum, nisi incarnatio uerbi: & licet uirgo, uel patres antiqui meruerint accelerationem incarnationis, non tamen ipsam incarnationem uerbi. Et hoc est, quod dicit Aug. In rebus per tempus ortis summæ gratiæ est &c.

Ref. Sco. ad quæstionem. ¶ Tunc ad q. dico &c.] Hic consequenter Scotus respondet ad q. secundum mentem propriam ponendo aliquas conclusiones, quæ sunt claræ in textu, & in secunda habetur, quomodo Scotus est hic deuotus, & inducit homines ad moriendum pro iustitia, & æquitate, sicut Christus mortuus est pro ueritate dicenda, & similiter Beatus Ioannes Baptista cum reprehenderet Herodem dicendo, Non licet tibi habere uxorem fratris tui, &c. & similiter alij martyres: sic hodie deberent facere prædicatores. & licet alij modi redimendi genus humanum fuerint Deo possibiles, tamen mors Christi fuit congrua propter tria. Primo, quia Christus erat mediator ad placandum altissimum: & ideo cum Deus esset offensus ab homine, congruum fuit, vt Deus placaretur ab aliquo innocente, qui fuit solus Christus. Secundò fuit melior, quia erat remedium ad curandum congruentissimum, quia dicunt medici, quòd calida frigidis curantur. Nam sicut Adam peccauit per superbiam, ita medicina fuit per contrarium, scilicet per obedientiam, & quia Adam fuit superbus & inobediens. similiter peccauit per Gulam, Christus autem in contrarium fuit humilis, obediens, & ieiunauit. Tertio quia hoc fuit medium perfectissimum ad attrahendum nos; non potuit autem Deus melius trahere nos ad seipsum, quam mittendo nobis filium suum, sicut exemplar. patet exemplum de Rege, qui si haberet unicum filium, illum daret pro salute inimicorum suorum. & ideo Philippus Cancellarius Francię contemplans passionem Christi, dicit hæc uerba, quæ sequuntur in persona Christi. Vide quæ pro te patior. ad te clamo, qui pro te morior: vide pœnas, quibus afficior: uide clauos, quibus confodior, & cum sit dolor tantus exterior, interior tamen planctus est gratior, tam ingratum dum te experior.

Mors Christi fuit congrua propter tria.

2. princ. inducitur. Secundo arguitur. Quilibet actus Christi fuit sufficiens ad redemptionem humani generis: ergo non fuit necessarium Christum mori pro redemptione. probatur antecedens, quia actus est laudabilior passione: ergo si passio diceretur bona, in quantum eliciebatur ab illo supposito, potuit elicere actū quem Deus poterat acceptare.

Sol. 2. prin. Respondeo, quòd bonum uelle Christi potuit Deus acceptare pro redemptione, tamen hoc nō placuit Deo, & ad philosophum dico, quòd duplex est passio, Quædam est consequens actum virtutis sic, quòd est imperata a uirtute, Alia, quæ non consequitur actum uirtuosum. Exemplum primi. ego uolo per patientiam pati dolorem propter Deum. Exemplum secundi, ut delectatio, quæ consequitur actum: passio autem imperata a uirtute est nobilior actu uirtutis.

Passio dup.

De actu uirtutis & passione quo ad rōnē meriti. Prima propositio. Actus uirtutis circa tristabilia est magis meritorius, quam circa delectabilia. Exemplum. actus patientiæ est magis meritorius, quam actus temperantiæ.

Secunda propositio. Passiones consequentes actum uirtutis imperatæ a uoluntate sunt magis meritoriæ, quam actus uirtutis. sic fuit in Christo; & quòd sit nobilior, patet, quia dicit Christus Paulo, Vade ad Ananiam, & dicet tibi quid te oporteat facere.

3 prin. solu. Item tertio Ethicorum. In passionibus nec laudamur, nec uituperamur.

Quib. passionib. non laudamur, et q̄bus contrā laudamur. Respondeo distinguendo, Aut intelligitur de passionibus, quæ concomitantur actum uirtutis, & sic nego. Aut de his, quæ non consequuntur actum uirtutis, & sic concedo. Tres propositiones ponuntur de passione Christi. Prima propositio. Peccatum occidētium Christum potuit redimi merito Christi, ut dictum est superius. Secunda prop. tamen difficilis est propter Anselmum dicentem, quòd si Iudæi sciuissent, Christum nunquam crucifixissent. Pro responsione ponitur tertia propositio. Quamuis Iudæi cognoscentes Christum interfecissent eum, potuit tamen redimi peccatum eorum. probatur propositio, quia Deus plus acceptauit passionem Christi, quam deacceptauerit peccata Iudæorum.

Peccatū occidentium Christū potuit remitti per meritū passionis Christi.

Secun-

Secundo probatur, quia ille actus non erat ita malus, quantū erat bonus actus Christi uolentis passionem; quia ille actus Christi bonus fuit elicitus secundum magnum conatum Christi, & secundum inclinationem charitatis Christi. Et si uenissent ad B. Petrum confitendo peccata eorum, ipse absoluisset eos.

Prosolu. qō nis ponstur opin. Henr. Aliqd est futurum scdm cās naturales. qđ non erit pp impedimētū cārū superiorum, & econtra. Dico etiam, quòd peccatum Iudæorum esse remediabile in aliquibus fuit remissum. patet de Longino, cui fuit remissum peccatum, & tandem mortuus est martyr, & est nunc in paradiso. Similiter legimus, quòd Christus tempore suæ mortis dixit. Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. & tūc habuit orationem efficacem: ergo fuit exaudita: ergo Deus pepercit illis, saltem illis, quibus uoluerit quærere salutem eorum: imo dicitur Lucæ 23. Iudæi uenientes percutiebant pectora sua. dicit de Lyra, quòd uelum templi fuit scissum, & quòd Petræ scissæ sunt, & quòd etiam multi percutientes pectora sua dicebant, Peccauimus &c. Item Centurio dicebat, Verè filius Dei erat iste: ergo nō solum peccatum Iudęorum fuit remissibile, uerum etiam fuit remissum multis. Cōtra, dictum est, quòd oratio Christi fuit exaudita, qua orauit, Pater si fieri potest, transeat &c.

Dup. Christi oratio, et q̄ fuerit ex audita.

Respondeo q̄ duplex est oratio, Quædam est absoluta, & efficax, & sic semper fuit exaudita: Alia est conditionata, & sic non fuit semper exaudita. Et cum arguitur per Apostolū, q̄ si dominum cognouissent &c. Respondeo, quòd hoc intelligitur de dæmonibus; quia si cognouissent, nunquam permi sissent redemptionem nostram. Contra. intrauit Satanas in cor Iudæ, ergo &c. Respondeo. concedo, quòd Satanas ignorauit Christum esse filium Dei, immo dicit de Lyra, quòd Satanas semper dubitauit, quandiu Christus uixit in mundo, an uerus esset filius Dei, & si potuisset cognoscere per scripturas, tamen non fuit permissus, quando autem Satanas uidit, quòd Christus dixit Iudæis, Quem quæritis? & repsondentes, Iesum Nazarenum, omnes ceciderunt in terram, & quòd sanauit Malchum, poterat Satan cognoscere omnia illa esse miracula, & non posse fieri sine uirtute diuina: & tunc Satan cognouit, quòd Christus erat verus filius Dei, & procurauit ne moreretur, & iuit ad uxorem Pilati cōminando ipsi, & Pilato, dicendo, quòd multa mala euenirent super eos, si Pilatus condemnaret eum.

Dupl. futurum. Secundo probatur, quia ille actus non erat ita malus, quantū erat bonus actus Christi uolentis passionem; quia ille actus Christi bonus fuit elicitus secundum magnum conatum Christi, & secundum inclinationem charitatis Christi. Et si uenissent ad B. Petrum confitendo peccata eorum, ipse absoluisset eos.

Dico etiam, quòd peccatum Iudæorum esse remediabile in aliquibus fuit remissum. patet de Longino, cui fuit remissum peccatum, & tandem mortuus est martyr, & est nunc in paradiso. Similiter legimus, quòd Christus tempore suæ mortis dixit. Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. & tūc habuit orationem efficacem: ergo fuit exaudita: ergo Deus pepercit illis, saltem illis, quibus uoluerit quærere salutem eorum: imo dicitur Lucæ 23. Iudæi uenientes percutiebant pectora sua. dicit de Lyra, quòd uelum templi fuit scissum, & quòd Petræ scissæ sunt, & quòd etiam multi percutientes pectora sua dicebant, Peccauimus &c. Item Centurio dicebat, Verè filius Dei erat iste: ergo nō solum peccatum Iudęorum fuit remissibile, uerum etiam fuit remissum multis. Cōtra, dictum est, quòd oratio Christi fuit exaudita, qua orauit, Pater si fieri potest, transeat &c.

Qđ dicitur de fletu pro falsum. Respondeo q̄ duplex est oratio, Quædam est absoluta, & efficax, & sic semper fuit exaudita: Alia est conditionata, & sic non fuit semper exaudita. Et cum arguitur per Apostolū, q̄ si dominum cognouissent &c. Respondeo, quòd hoc intelligitur de dæmonibus; quia si cognouissent, nunquam permi sissent redemptionem nostram. Contra. intrauit Satanas in cor Iudæ, ergo &c. Respondeo. concedo, quòd Satanas ignorauit Christum esse filium Dei, immo dicit de Lyra, quòd Satanas semper dubitauit, quandiu Christus uixit in mundo, an uerus esset filius Dei, & si potuisset cognoscere per scripturas, tamen non fuit permissus, quando autem Satanas uidit, quòd Christus dixit Iudæis, Quem quæritis? & repsondentes, Iesum Nazarenum, omnes ceciderunt in terram, & quòd sanauit Malchum, poterat Satan cognoscere omnia illa esse miracula, & non posse fieri sine uirtute diuina: & tunc Satan cognouit, quòd Christus erat verus filius Dei, & procurauit ne moreretur, & iuit ad uxorem Pilati cōminando ipsi, & Pilato, dicendo, quòd multa mala euenirent super eos, si Pilatus condemnaret eum.

1. propos. ad q. solutionē. Ad propositum, Prima propositio. Corpus Christi post mortem fuisset putrefactum quantum est ex parte causarum naturalium, nisi fuisset prohibitum a Deo: & ratio est, quia in corpore Christi erant accidentia tam intrinseca, quàm extrinseca ad corruptionem: ergo nisi causæ naturales fuissent impeditæ, corpus Christi fuisset putrefactum.

2. prop. Secunda conclusio per modum corollarii. Dicēdum, quòd simpliciter corpus Christi non fuisset putrefactum post mortem eius. patet per regulam positam. Illud est simpliciter futurū, & euenit, quod Deus vult euenire: sed Deus uolebat impedire causas naturales corruptionis corporis Christi post mortem eius: ergo simpliciter corpus Christi non fuisset corruptum, quia fuisset præseruatum a Deo, quia omnia contraria fuissent impedita.

Ex quo sequitur, quòd corpus Christi post mortem in triduo non fuit cadauer, & ratio est, quia cadauer est corpus habens formam organicam cum qualitatibus disponentibus ad putrefactionem: & ideo corpus Christi in triduo nō erat cadauer.

Possibilia sunt duplicia scdm hāc uiā Henr. & Sco. Dicit Scot. q̄ secundum istam uiam, quædam sunt possibilia simpliciter secundum causas supernaturales &c. Et not. q̄ secundum Henr. & Scot. duplicia sunt possibilia. Quædā simpliciter, & sunt illa, quæ sunt possibilia a uoluntate diuina: quia illam uolunta tem nulla res potest impedire. Alia sunt possibilia secundum quid, & sunt illa, quæ sunt possibilia secundum causas naturales. Scotus hic in ista materia est cum Henrico.

Sed vltra, quo fuit, &c. quæreret aliquis sic, quomodo fuit corpus Christi præseruatum a corruptione? Respon. Henr. q̄ per antiquum miraculum, quo fuit natura humana vnita verbo, & non per nouum miraculum. Probat Henr. per Damasc. dicentem, q̄ corpus Christi fuit vnitum verbo indissolubiliter: ergo sequitur, q̄ non fuit perfectibile.

Scot. contra Henr. Sco. reprehendit Henr. in isto ultimo dicto, non autem in primo; quia in primo bene dicit: & ideo contra secundum dictum, scilicet, quòd corpus Christi non fuisset putrefactum propter nouum miraculum, & q̄ hoc fuerit propter nouum miraculum arguit sic. Actuo naturaliter approximato passiuo naturaliter &c. uide textum.

Vnguētum ex myrrha, et Aloe ser uat corpora Nota, quòd ex Myrrha, & Aloes fit vnguentum, mediante quo si aliqua corpora vngantur, non ita cito tendunt ad putrefactionem: tamen bene postea in processu temporis; ut patet de regibus antiqui Testamenti, qui fuerunt vncti isto unguento, & tamen sunt corrupti, ut patet.

Contra Henric. ponit euasionem dicens, quòd Scotus non probat, quòd per nouum miraculum corpus Christi fuerit

DISTINCT. VIGESIMAEPRIMAE. QVAESTIO VNICA.

De cōsequentibus corpus Christi post separationē aiæ agitur hic.

Putrefactio quid. IRCA distinctio. vigesimamprimam. Quæro, vtrum corpus Christi, &c. Nota quòd ista quæstio præsupponit vnum, & quærit aliud. Præsupponit enim quòd Christus resurrexit, & q̄ resurrectio fuit accelerata. & quærit vtrum corpus Christi fuisset putrefactum &c. pro quo est notādum, q̄ putrefactio secundum philosophum quarto metaph. est corruptio eius, quæ in vnoquoque humido propriæ, & secundum natūrā caliditatis, ab aliena caliditate. Prima particula est corruptio, quæ est genus: dicitur quædā, quia putrefactio est alterius corruptio. Consequenter tangitur subiectum, quia oportet, q̄ sit humidū, si veniat ad partes exteriores: tertio dicitur ab aliena caliditate: hæc autem caliditas est à calore corporis ambientis, & extrahentis illum ad partes exteriores corporis, quod debet putrefieri, &c. ideo corpora in montibus frigidis diu durant. Nota ulterius, quòd humectatio, putrefactio, & incineratio se habēt per ordinem, quia primo est humectatio: secundo putrefactio: tertio incineratio. Pro parte negatiua ad quæstionem arguitur q̄ non. Quia in psalmo dicitur. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, idest corpus tuum uidere corruptionem: quia nō est dubium, quòd si stetisset usque ad resurrectionem generalem, non fuisset putrefactum. patet de aliquibus sanctis: de lingua Beati Bonauenturæ, quæ est nunc ita recens, sicut quādo fuit mortuus.

¶ AD quæstionem &c.] Pro responsione ad q. ponitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

præseruatum. Scotus arguit, quod sic. Primo, quia si uerbum diuinum impediuit corporis passibilitatem in uita mortali Christi, hoc fuit per nouum miraculum: ergo si impediuit resolutionem corporis Christi post mortem, fuit nouum miraculum. probatur antecedens, quia stante unione, corpus patiebatur dolores. probatur cõsequentia, quia æquè bene corpus illud erat corruptibile, sicut erat passibile a lancea, & ab aliis nociuis.

Diupl. processus in natura.

Notandum, quod duplex est processus in natura, Vnus est perfectiuus, Alius est defectiuus. Primus est, qui tédit ab imperfecto ad perfectum. Secundus est, qui tendit a perfecto ad imperfectum. 9. meth. loquitur Arist. quæcunque sunt priora per fectione, sunt posteriora generatione, & econtra. quæcunque sunt priora generatione, sunt posteriora perfectione. patet. In seminaliter generatis natura primo incipit a semine, & producitur forma seminis: secundo sanguis generatur: tertio caro: quarto & ultimo generatur corpus organicum. & per oppositum, quando fit corruptio, primo corrumpitur forma organica corporis: secundo forma carnis: tertio forma sanguinis: & partium homogenearum.

1. rõ contra Henr.

Tunc arguitur sic. Si uerbum uniuisset sibi naturam humanam secundum processum naturæ, scilicet primo semen: secundo sanguinem: tertio carnem: quarto uniuisset corpus organicum, ex miraculo non fuisset impeditus processus successiuus naturæ; & si fuisset, fuisset per nouum miraculum: ergo eodem modo est in processu defectiuo, quòd posita unione corporis ad uerbum, per illam non impeditur processus naturæ; & si impediatur, quòd corpus non tendat ad corruptionem, hoc erit per nouum miraculum.

2. rõ ad idẽ

Secundo sic. Deitas unita carni uiuæ non impediuit fluxũ carnis per sudores: & si impediuisset, hoc fuisset per nouum miraculum: ergo ubi impediuit corpus, ne corrumperetur, hoc fuit per nouum miraculum. Vel sic arguitur. Sicut se habuisset uerbum ad partes carnis fluentes, ita corpus tendens ad corruptionem: sed uerbũ non impediuisset fluxus partium totius, nisi per nouum miraculum: ergo nec etiam impediuisset corrupti onem corporis, nisi per nouum miraculum. Et ad Damasc. dicitur, quòd non loquitur de unione corporis ad uerbum, sed de unione duarum naturarum, scilicet naturæ humanæ, & diuinæ in uerbo.

Nota, quòd in translatione Linconiensis dicitur, quòd una natura humana fuit unita uerbo inuertibiliter, sic, quòd una natura non fuit conuersa in alteram, nec econtra, & aduerbia illa in alterabiliter, inuertibiliter, debent referri ad naturas illas, sic, quòd si transferantur ad inde positionem naturæ humanæ a uerbo, tunc esset dicẽdum, quòd natura humana fuit unita uerbo: & ista natura semp fuisset unita, ita quòd unio animæ ad corpus semper permansisset. Scotus autem imaginatur, quòd si illa aduerbia referantur ad indepositionem naturæ a uerbo, sic nunquam natura potuisset deponi; & tunc unio animæ ad corpus ex isto miraculo antiquo semper permaneret; & quòd Christus non fuisset mortuus, nisi per nouum miraculum; quia per antiquum miraculum nunquam potuit corpus deponi, & superari ab anima: ergo si aliquando natura humana fuisset separata a uerbo, ut fuit in triduo, hoc fuisset miraculose, sed hoc est falsum, quia Christus mortuus est naturaliter.

Resp. Scot. ad quæst. 1. concl.

Ad quæst. respondet Scotus. Prima conclusio. Corpus Christi minime fuisset putrefactum in sepulchro, si resurrectio nõ fuisset accelerata; quia Deus impediuisset actionem causarũ naturalium.

2. concl.

Secunda conclusio. Quamuis corpus fuisset præseruatum a putrefactione, non tamen antiquo miraculo, sed nouo: quia alia uolitione secundum rationem uolebat Deus istud corpus esse præseruatum a putrefactione. Et nota, quòd eadem est uolitio Dei respectu o nium obiectorum: & si ponantur plures, hoc est propter denominationem extrinsecam, penes diuersa obiecta.

Vnica Dei uolitio.

Consequenter Scotus facit unum incidenter. Interrogatus B. Petrus, utrum corpus Christi fuisset putrefactum, respondet, quòd non: & arguebat sic. Resurrectio Christi fuit accelerata: ergo non potuit corpus eius esse putrefactum, & sic magis apparenter arguit B. Petrus, quàm Henricus de Gandauo: tamen dico, quòd non sufficiẽter B. Petrus probat, quòd corpus non fuisset putrefactum; quia ista consequentia non ualet, Illa resurrectio fuit accelerata; ergo corpus non fuisset putrefactum: quia non probat B. Petrus, quòd qualitates nõ fuerint in corpore Christi disponentes ad corruptionem. patet de Lazaro quatriduano, qui fœtebat. licet ergo corpus Christi non fuisset putrefactum ultima putrefactione, tamen non sufficienter probat, quod in illo corpore non fuerint factæ dispositiones tendentes ad corruptionem: Verum B. Petrus prædicabat grosse, & exemplariter.

Respon. ad Damasc.

Ad Damasc. qui dicit, quod semel assumpsit &c. ergo non fuisset putrefactum corpus Christi; respondet, quòd dictum est superius, quòd debet intelligi de partibus principaliori bus: uerum est quo ad partes principales; sed non est uerum quo ad partes minus principales: quia partes carnis fluebant per sudores: similiter totum compositum, scilicet humanitas in triduo a uerbo fuit dimissa, quia uerbum diuinum dimisit illam naturam humanam totam cathegorematicè, non tamẽ capiendo totum sincathegorematicè.

Quo uerbũ dimisit qđ assumpserat in triduo. Soln. princ.

Ad argumenta principalia, primo arguitur probando, q̃ corpus fuisset putrefactum, si resurrectio non fuisset accelerata, sic. Quemcunque motum natura potest inchoare, natura potest finire; sed natura de facto inchoauit motum tendentem ad putrefactionem: ergo, si resurrectio non fuisset accelerata, fuisset ille motus incœptus, & terminatus per illam corruptionem. Patet maior secundo methaph. & 6. physic. Natura non incipit motum, quem terminare non potest. Probatur minor, quia naturaliter Christus mortuus est: ergo si resurrectio non fuisset accelerata, terminus corruptionis fuisset in corpore.

Sol. 1. priꝰ.

Respondetur distinguendo maiorem, uel si natura nõ prohibeatur a superiori agente, & sic concedo: uel si impediatur a fortiori agente, & sic nego. Exemplum. lapis descendit deorsum, ille lapis descendere debet, nisi impediatur. Ad propositum de Christo, tale corpus fuisset, præseruatum a Deo, licet a natura fuisset facta separatio animæ a corpore, quia in hoc Christus meretur; & si fuisset putrefactum, non meruisset.

2. princ.

Secundo sic. Christus assumpsit passiones naturæ uiuæ: ergo etiam passiones naturæ mortuæ: sed passio naturæ mortuæ est putrefactio: ergo assumpsit putrefactionem: ergo corpus Christi fuisset putrefactum. Patet antecedens per Damasc. Christus assumpsit sitim, sudores, & alia huiusmodi, ut mereretur nobis. Patet consequentia a simili, quia non est maior ratio de una, quam de alia.

Respondeo, concedo antecedens, & nego consequentiam, quia duplices sunt passiones, Quædam pœnales, in quibus potuit Christus mereri, ut sitis, fames. Aliæ pœnales, in quibus non potuit mereri, ut putrefactio, ignorantia, peccatum &c. Tunc dico, quòd quamuis Christus assumpserit passiones naturæ uiuentis, in quibus merebatur, non tamen illas, in quibus non poterat mereri, ut putrefactio; quia in illa non potuisset nobis mereri, immo fuisset magis causa erroris.

Sol. 2. prin. Duplices passiones naturæ humanæ.

Ad argumentum post oppositum, quando dicit, Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. respondeo, quòd primo loquitur de facto: quia corpus Christi non fuit putrefactum. Sicut uoluntate æterna uoluit Deus unire corpus uerbo, ita uoluit uoluntate æterna illud corpus nunquam putrefieri in sepulchro, & uoluit, quòd illa putrefactio in illo triduo non fuisset inchoata in Christi corpore, postquam autẽ homo est mortuus, inchoatur putrefactio: tamen si causæ naturales non fuissent prohibite per miraculum, putrefactio fuisset inchoata: sed Deus impediuit. Et ad Damasc. cum dicit. Quod semel assumpsit &c. dico, quod intelligitur de partibus principalioribus, ut dictum est supra.

Resp. ad argum. post oppositum.

DISTINCTIO VIGESIMAESECVNDAE.

QVAESTIO VNICA.



IRCA distinctionem vigesimamsecundam quæro &c. Pro declaratione terminorum nota, quòd Christus secundum Isidorum nominatur secundum tria idiomata, quoniam in Græco uocatur Christus: in Latino Vnctus: in Hebræo Messias. Et istud nomen Christus attribuitur aliquibus tripliciter. Vno modo ratione potẽtiæ; sicut dicitur in Esaia, Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, qui Cyrus erat rex Persarum

Christi triplex nomen. Et quo aliquibus attribuatur trip.

rum potentissimus. Secũdo ratione bonitatis, sicut dicit Psalmus. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Tertio rationi summæ bonitatis, & sic attribuitur Christo, quia habuit omnia dona gratuita, ut dicit Damascen. in tertio sententiarum, quòd differentia est inter Iesum & Christum; quia Iesus importat Deum hominem factum esse; sed Christus importat humanitatem unitam diuinitati. Vel secundum eundem Damascen. Christus importat suppositum subsistens in duabus naturis. Ex quo sequitur primo, q̃ Christus non fuit ab æterno. secundo sequitur, quòd Christus incipit esse. tertio sequitur, quòd ista propositio Christus est Christus fuit falsa ab æterno. patet, quia subiectum dicebat rationem in se falsam. quarto sequitur, q̃ ab æterno istæ fuerũt falsæ, Christus est homo; Christus est Deus. patet, quia subiectum importat rationem in se falsam.

Differentia inter Christũ & Iesum.

Nota ulterius, quòd triduum a tris, quòd est tres, & duũ, quòd est dies, dicitur; quasi spacium trium dierum. & capitur tripliciter; uno modo pro illis tribus diebus, in quibus planctus Hieremiæ cantatur. Vide q̃ hic est Guillielmus Vorill. in isto 3. d. ista.

Ad quæst. respond. ponendo talem conclusionem, q̃ Christus in triduo non fuit homo. probatur sic arguendo. Christus in triduo non habuit animam unitam corpori, tanquam formam perficientem. ergo non fuit homo. Probatur antecedẽs, quia fuit mortuus, & mors est separatio animæ a corpore: ergo &c.

Concl. ad qõ. Christus in triduo non fuit homo.

Probatur consequentia, quia homo dicit aliquod compositum ex anima, & corpore; sed anima non erat unita corpori in triduo: ergo Christus non erat homo.

¶Hic primo uidendum est, &c.]

Intẽtio Theolog. in hac q.

Pro primo articulo ponitur suppositio talis, quòd Theologi quando mouent istam quæstionem, non quærunt, utrum sit uera de uis sermonis, sicut cum quærunt, utrum ista possit esse uera, Sortes est homo, Sorte non existente: sed quærunt istam quæst. secundum realitatem, Vtrum ista sit uera, Christus in triduo est homo, & dicitur quòd non; quia ista est uera, Sortes est homo, Sorte non existente, quia Sortes dicitynũ conceptum per se, non autem Christus.

Opin. Hug.

Prima opinio ponitur, quæ est Hugonis dicentis, q̃ Christus in triduo fuit homo: & probat sic. Omne habens animã sibi unitam est homo: sed Christus in triduo habuit animam sibi unitam: ergo fuit homo. Probatur maior, quia homo nihil aliud dicit nisi animam utentem corpore; & accidit sibi, q̃ non utatur corpore. Probatur minor, quia quod semel assumpsit &c. quia anima erat unita uerbo: ergo Christus in triduo fuit homo.

Opin. magistri, quæ nõ tenetur.

Alia est opinio Magistri sententiarum dicentis, quòd Christus in triduo fuit homo, & hic dimittitur magister, & similiter supra in hac distinct. quando dicit, quòd anima est persona. probatur ratione, sic. Habens animam, & corpus sibi unita, est homo: sed Christus in triduo habuit animam, & corpus sibi unita: ergo fuit homo. Probatur maior, quia ad hoc, quòd aliquid dicatur homo, satis est, quod anima, & corpus uniantur alicui tertio, & illud tertium, dicitur esse homo.

Probatur minor, quia anima erat unita uerbo; corpus quoq; erat unitum uerbo: ergo Christus fuit homo. Arguitur cõtra hoc, probando simili modo, quòd istud lignum sit homo: arguitur sic. Omne habens animam, & corpus unita, est homo per te: sed Deus potest facere, quòd anima, & corpus sint unita isti ligno: ergo lignum erit homo, quod est falsum: ergo etiam opinio magistri sententiarum est falsa.

Opi. Alberti Magni.

Tertia opinio est Alberti dicentis, quòd Christus in triduo fuit homo: & dicit secundo, quòd materia non est de intrinseca ratione quidditatis, sed sola forma; ita quòd forma dicit totum esse quidditatiuum: & ideo anima intellectiua dicit totam quidditatem hominis. Probatur prima conclusio. Omne habens formam ipsius hominis est homo: sed Christus in triduo habuit formam hominis, scilicet animam intellectiuam: ergo in triduo fuit homo. Probatur maior, quia forma dicit totam quidditatem rei, ita quòd humanitas non includit, ni si animam intellectiuam: & quòd materia non sit de intrinseca ratione quidditatis ipsius hominis, arguit sic Albertus. Omne includens materiam potest generari, & corrumpi: sed quidditas non potest generari, & corrumpi: ergo quidditas non includit materiam. Probatur maior septimo metaph. Materia est, qua res potest esse, & non esse. & omne includens materiam partem sui est generabile, & corruptibile. Probatur minor, septimo metaph. ubi dicitur, quòd ipsa quidditas non est generabilis, nec corruptiqilis; quia generationes fiunt circa singularia, & non circa quidditates: ergo ipsa quidditas nõ includit materiam.

1. rõ Alb. q̃ materia non sit pars quidditatis.

2. rõ eiusdẽ

Secundo sic. Nullum ignotum est de intrinseca ratione quidditatis: sed materia est ignota: ergo non est de intrinseca ratione quidditatis. patet maior. definitio est principium cognoscendi definitum, ut animal rationale est ratio cognoscendi hominem. ergo si materia sit ignota, ipsa non põt esse pars definitionis. probatur minor 7. metap. Materia est p se ignota. & primo physic. Materia non cognoscitur nisi per analogiam ad formam.

Tertio sic arguitur. Illud, quod prohibet quidditatem esse idem cum eo, cuius est, non est de per se ratione quidditatis: sed materia prohibet quidditatem esse eandem cum suo qđ quid est: ergo &c. probatur maior, quia quidditas est eadem cum eo, cuius est.

3. rõ eiusdẽ.

Quarto Si sit aliquid, quod prohibeat talem quidditatem, illud non est de intrinseca ratione quidditatis: probatur minor, quia 7. metaph. In compositis ex materia, & forma quod quid est non est idem cum definito; & tamen in rei ueritate definitio, & definituum sunt idem: & quòd anima dicat totam quidditatem, probatur: quia anima est substantia, idest est essentia, & species, & quod quid erat esse.

4. rõ eiusdẽ.

Item. ibidem septimo metaphysic. dicitur, quòd materia, & compositum dimittenda sunt, quia ista non pertinent ad definitionem; quia huiusmodi substantia, idest compositum, & materia est quid posterius.

5. rõ ad idẽ

Item, quòd materia, & forma nullo modo pertinent ad definitionem arguit sic etiam Albertus, quòd anima intellectiua dicit totã quidditatem hominis, quia in resurrectione generali, si ipsa uniatur cum alio corpore a priori, erit idem homo numero propter unitatem formæ specificæ.

6. ratio.

Contra ipsum arguitur sic; quia tunc sequeretur, quòd idẽ homo secundum diuersas partes esset damnatus, & saluatus. probo. Volo, quòd ego meruerim, quòd corpus meum, & anima mea sint in paradiso: & pono per casum, quòd sit aliquis alius homo malus, qui moriatur, certum est, quòd propter malum, quod fecit, debet esse damnatus: ponatur, quòd corpus illius informetur anima mea bona, anima, quæ debet saluari, damnabitur, quia est in corpore malo, quod debet damnari: & per consequens etiam corpus meum bonum damnabitur, si anima damnetur.

Auct. arg. contra Alber. opin.

Contra istam opinionẽ Doct. arguit probando, quòd Christus non fuerit homo in triduo per humanitatem, ideſt per formam suam: & quòd anima intellectiua non dicit totã quiditatem hominis; & contra Hugonem, & contra magistrum sententiarum arguit primo per Augustinum, qui hoc improbat, Hoc inquit uerum est, quòd totus homo non est anima: sed est melior pars. subdit secundo, quod corpus non est totus homo; sed est imperfectior pars hominis: & sic condemnatur opinio Hugonis: & sequitur contra Magistrum: Sed cum est utrunque coniunctum simul, habet hominis nomen. Hoc stãte arguitur sic. Ad hoc, quòd aliquis sit homo, requiritur, q̃ anima, & corpus sint unita: sed anima, & corpus non fuerunt unita in triduo: ergo &c.

Sco. arg. contra concl. in quæ conueniũt prædictæ opin.

Item Damascenus dicit. Plures hypostases, ideſt plura singularia contenta sunt sub humana natura, & omnes eandem recipiunt rationem naturæ, quia iste est homo, & est animal rationale: & iste est homo, & est animal rationale; & oẽs sunt compositi ex anima, & corpore. Contra Hugonem, & Albertum, qui dicunt, quòd non est pars hominis, sed tantummodo anima. Contra magistrum sententiarum est, quia homo est aliquid compositum ex anima & corpore: sed partes separatę non componunt: ergo &c.

Arg. auth. Dam.

Item Damascen. disputat contra hæreticos dicentes, quòd Christus assumpsit de materia cœli: quia dicebant, quòd corpus acceperat cęleste, & non nostrum: quia nostrum est nimis uile, & etiam, quod corpus Christi transiuit p uterũ uirginis, & quòd etiam uirgo non dedit sibi corpus: sed hoc est falsum, quia cœlum non est palpabile; nec dormit; nec fatigatur: sed corpus Christi erat palpabile, dormiebat, & fatigabatur. Item si Christus haberet corpus de materia cœli, tunc non esset eiusdem naturæ nobiscum, sicut arguebat Damascenus contra hæreticos, & tamen si corpus uel caro non esset de ratione hominis, licet Christus habuisset corpus cœleste, quoniam tamẽ habuisset animam, uerè fuisset homo eiusdem naturæ nobiscum: quia anima esset tota natura hominis, & tunc Damasce. malè arguisset contra hæreticos, sed ex hoc tantum habuit propositum, quia anima non dicit totum esse hominis: sed ét

Dam. cõtra hæreticos.

caro

Universidad de Deusto
Biblioteca

caro est de intrinseca ratione hominis.

¶Sed ultra, &c.]

Arg. Sco. cõtra Alb. Forma non dicit totam quidditatẽ.

Hic Scotus arguit inducens quæstionem metaphysicalem quia dicit Albertus, quòd materia non est de intrinseca ratione rei; ut humanitas non includit in se materiam. Arguit hic, quòd quidditas includit in se materiam hoc modo. si forma diceret totam quidditatem rei materialis, sequeretur, q̃ materia superflueret: sed hoc est falsum. probatur antecedẽs, quia essentia cuiuslibet rei materialis est sufficiens ratio intrinseca essendi talis substantiæ, circunscripta quacunque alia re extrinseca: sed si forma substantiæ naturalis dicat totã essentiam quidditatis, sequitur, quòd circumscripta quacunque alia re, substantia materialis habebit suam essentiam: & sic habebit esse completissimum: ergo oportet dicere, quòd materia superfluit, quia postquam habet perfectissimum esse sine materia, nihil inseruiret materia. probatur maior, quia sicut albedo est sufficiens ratio essendi album, & qua aliquid denominatur album, ita & humanitas essendi hominem.

2. rõ contra Alb.

Secundo sic. Cuius essentia est secundum se incausata, illud est secundum se incausatum. probatur, quia impossibile est, quòd aliquid sit causatum, & tamen essentia sit incausata: quia esse, & essentia idem sunt: ergo eodem addito utrobique arguitur sic. Cuius essentia est incausata a causis intrinsecis, est incausatum a causis extrinsecis: ergo si essentia rei materialis sit incausata a materia, & a forma, sequitur, q̃ esse substantiæ materialis sit incausatum.

3. rõ ad idẽ.

Tertio sic. Nullum ens completum facit unum per se cum illo, cui unitur: si igitur forma ignis sit ens per se dicens totã quidditatem, non faciet unum per se cũ illo, cui unitur: igit nõ poterit informare materiã. probatur minor per Sco. in 7. q. quodlibeti, qui dicit, q̃ nullum ens per se subsistẽs potest informare materiam. probatur maior. Quando aliquid unitur alteri, oportet, quòd sit pars respectu alterius: ergo si in igne sit materia, & forma, ut dicit tota philosophia, oportebit dicere, quòd ignis non dicit, nisi illam formam igneitatis: sed ista sunt absurda in bona philosophia: ergo absurdum est quòd forma &c.

4. rõ ad idẽ.

Quarto sic. Quod non includit quidditatem aliquam in genere, nec includitur in quidditate in aliqua quidditate, nec in aliquo existente in genere, nõ ponitur in genere, nec p̃ se, nec per accidens: sed secundum Albertum materia non includitur in aliquo, quod ponatur in prædicamento: ergo erit unum nihil.

Aliquid ponitur in prdicamento dupliciter. Vide hanc auctorẽ circa initium lib. præd.

Notandum, quòd aliquid reponitur in prædicamento dupliciter. Vno modo directẽ. Alio modo indirectè. Primo modo genus, species, & indiuiduum. Indirectè reponuntur in prædicamento, Vno modo tanquam principium constitutiuum spẽrũ, ut differentiæ. Secundo modo tanquam principiũ rei, quę est directè in prædicamento: & sic punctus, & unitas, ponuntur in prædicamento qualitatis: materia, & forma reponuntur in prædicamento substantiæ, tanquam principia rei naturalis. Tertio modo per accidens, ut propria passio, quæ reponitur in illo prædicamento, in quo ponitur eius subiectum. Quarto modo tanquam uia ad terminum, & sic alteratio est in prædicamento qualitatis; & generatio in prædicamento substantiæ: augmentatio, & diminutio in prædicamento quantitatis. Quinto modo, tanquam priuatio formę; & sic priuationes formarum substantialium reponuntur in prdicamento substantiæ, & priuationes formarum accidentalium, in prædicamento accidentis. Probatur maior, quia ad hoc, quòd aliquid reponatur in prædicamento, requiritur, q̃ includat aliquid positiuum in genere, uel includatur in aliquo, quod est per se in prædicamento. Probatur minor. Notandum, quòd controuersia est inter aliquos, utrum materia includat quidditatiuè substantiam; utrum anima includat quidditatiue substantiam; utrum corpus organicum includat quidditatiuè substantiam. Aliquis soluens dicit, quòd sic: sed hoc est falsum, quia anima est substantia, non est prædicatio quidditatiua, sed quodammodo denominatiua. 11. distinct. 4. quæstio. 3. de pluralitate formarum ibi habetur, quòd corpus organicum non ponitur in prædicamento, nec etiam anima separata.

Item rationi materiæ non repugnat, quòd sit communis diuersis materiis, & in diuersis indiuiduis, & etiam rationi formæ non repugnat, quòd sit communis similiter, & potest abstrahi materia in essentia ab ista materia, & ab illa, & similiter forma: & sic se habent, quòd una potest uniri alteri, & ex illis fieri unum tertium: & ratio est, quia ex duobus fit unum tertium, quorum unum se habet, ut potentia; & reliquum, ut actus: & cum quidditas hominis nihil aliud sit, quam homo, quidditas eius erit materia, & forma.

5. rõ ad idẽ.

Item quinto metaphysi. & secundo physic. Causæ proportionantur effectibus, ita quòd effectus particulares habẽt causas particulares, & effectus uniuersales habent causas uniuersales, ita quod sicut Sortes componitur ex hac materia, & ex hac forma; ita homo componitur ex materia, & forma in cõmuni septimo metaph. Similiter sicut ex hac materia, & ex hac forma fit hoc indiuiduum determinatè, & ultimatè; ita ex materia, & forma fit homo in communi, & resultat tertia entitas hominis, scilicet humanitas. Probat Arist. istam consequentiam; Facere per se unum conuenit huic materię; & huic formæ; & illi materiæ, & illi formæ: ergo oportet, q̃ cõueniat illis per aliquid commune. quia quando aliquid conuenit aliquibus, oportet, quod conueniat eis per aliquid commune sicut Sorti, & Platoni conuenit risibilitas: ergo hoc erit per aliquid commune, scilicet per homine m. & sic habemus, quòd quidditas, quæcunque sit illa, componitur ex materia, & forma.

Instat cõtra rationem.

Contra. tu dicis, quòd definitio hominis componitur ex materia, & forma; ut homo est aliquid compositum ex anima, & corpore.

Duplex definitio.

Notandum, quòd duplex est definitio. Quædam physica, & est illa, quæ datur per materiam, & formam; ut dicit Aristot. secundo metaphysic. Alia est metaphysica 8. metaphysicæ, quæ componitur ex duobus, quorum alterum est potentia, alterum actus. Arguitur sic. Vnius rei est tantum una definitio: sed homo est una res: ergo habet unam definitionem. f. animal rationale: ergo &c.

Soluitur instan.

Respondeo ad maiorem distinguendo; aut physicalis, aut metaphysicalis. Et nota, quòd inter definitionem physicam, & metaphysicam plures sunt differentiæ.

Differentiæ inter definitionem physicã, & metaph.

Prima est, quòd partes definitionis metaphysicæ sunt idẽ realiter inter se, ut animal rationale: sed partes definitionis physicæ sunt distinctæ realiter adinuicem, 12. d. 2. materia distinguitur realiter a forma.

Secundo differunt, quia definitio metaphysica est eadẽ realiter cum definito: sed physica distinguitur realiter a definito. patet, quia animal rationale identificatur realiter cũ homine: tamen materia, & forma distinguuntur realiter ab ipso toto.

Tertio modo differunt, quia definitio physica manet toto destructo; sed definitio metaphysica non remanet toto destructo, quia postquam homo est destructus, animal rationale non remanet: quia corrupto eo, cum quo partes definitionis sunt eędem realiter, corrumpuntur illæ entitates: sed illæ realitates, animal rationale, sunt eędem realiter cum homine; & tamen bene manent anima, & corpus, &c.

Quantum ad istum articulum, &c.]

Ponitur opĩnio Sco. Materia est pars quidditatis substãtiæ materialis Cãe dupl.

Consequenter ponitur opinio Scoti dicentis, quòd materia est pars intrinseca quidditatis substantiæ materialis. Et notandum, quod duplices sunt causæ secundo physic. Quędã sunt intrinsecæ, Aliæ extrinsecæ, quæ sunt causa efficiens, & finalis: Intrinsecæ, ut materia, & forma.

Prima regula. Causata in genere causæ efficientis sunt duplicia. Quædam non habent nisi unam causam efficientem, ut anima, gratia, & angelus. Alia habent plures causas, ut homo producitur ab homine, sole, & Deo. primò & immediate producitur ab homine: secundo a sole: tertio a Deo. Itẽ scientia habet præcise duas causas, f. efficientem, & finalem, & nõ materialem, & formalem.

Secunda regula. Aliqua causata in genere causæ finalis diuersimode se habent ad causas finales: patet, quia aliqua habent tantum unum finem ultimatum; ut homo habet Deum & alia diuersimode se habent, quia habent plures fines: quia nos sumus quodammodo finis omnium. 2. physic. & Psal. dicit. omnia subiecisti sub pedibus eius. At bruta, & alia animalia habent finem immediatum, ut nos: ultimo tamen Deum.

Tertia regula. Sicut aliqua causata diuersimode se habẽt ad suas causas in genere causæ efficientis, & finalis: ita aliqua causata diuersimode se habent in genere causæ materialis, & formalis: quia duplices sunt essentiæ: quædam, quæ nõ componuntur ex materia, & forma; ut anima, & angelus; sed sunt simplices. Aliquę componuntur ex materia, & forma; ut quælibet substantia materialis.

Ad propositum cum homo sit substantia materialis consequens est, ut eius essentia includit materiam, & formam. Iden ad primum argumentum dicit Scotus, quòd Albertus de-

Soluitur 1. arg. Alb.

decipiebatur in textu Arist. quia nesciebat ponere differentiam inter speciem, simul totum, & materiam, quia sunt voces multiplices, & dicitur primo elenchorum. Qui uirtutis terminorum sunt ignari, de facili paralogizant.

Materia dupliciter.

Ponitur distinctio. species capitur dupliciter. Vno modo pro forma partis & sic anima intellectiua est species. Secundo modo pro forma specifica, seu quidditate specifica, & sic humanitas est species: & per oppositum materia capitur dupliciter. Vno modo prout opponitur formæ partis; & sic corpus organicum est materia, uel materia, ut materia, secluſa forma. Alio modo ut opponitur formæ specificæ, & sic materia est differentia indiuidualis. Nota bene hanc distinctionẽ, quia non sic eodem ordine ponitur in textu, sed debet poni sicut ponit Antonius Andreæ in septimo metaphysic. quæstione 12.

Simul totũ capitur tripliciter.

Secunda distinctio. Simul totum capitur tripliciter. Vno modo largissime. Secundo modo large. Tertio modo stricte. Primo modo capitur pro quidditate composita; ut humanitas dicitur simul totum, quia est aliquid compositum ex anima, & corpore.

Definitio quidditatiua conuenit alicui tripliciter.

Prima propositio. Simul totum hoc modo sumptum ẽ species specialissima reponibilis directè in prædicamento substantiæ.

Secunda propositio. Simul totum est id, cui definitio quidditatiua primo conuenit. Et est notandum, q̃ definitio quidditatiua conuenit alicui tripliciter. Vno modo primo & per se, & sic definitio conuenit quidditati specificæ; ut hõi; Alio modo per se, sed non primo, & sic conuenit Sorti, ut Sortes est animal rationale per se, sed non primo. Tertio modo per accidens; ut animal rationale conuenit homini albo per accidens.

Simul totũ largè.

Tertia propositio. Simul totum est illud, de quo primo, & adæquate prædicantur passiones, quæ sibi primo conueniũt, ut passiones, quæ conueniunt homini.

Secundo modo largè capitur simul totum pro indiuiduo substantiæ compositæ ex materia, & forma: & sic simul totũ dicit naturam humanam cum differentia indiuiduali.

Prima propositio. Simul totum hoc modo captum est illud de quo natura specifica directè prædicatur: quia homo prædicatur directè de Sorte, & Platone; ut Sortes est homo.

Secunda propositio. Illud, simul totum, per se & directè reponitur in prædicamento, quia nihil est in sua ratione formali, propter quod sibi repugnet poni in prædicamento.

Tertia propositio. Quicquid est naturæ prædicatur per se, sed non primo de isto simul toto; ut ista est uera, Sortes est animal rationale.

Singulare triplex.

Quarta propositio. Istud simul totum æque bene abstrahit ab existentia, & tempore, sicut tota coordinatio generica.

Totũ simul stricte.

Est notandum, quòd triplex est singulare, Quoddam est, quod includit præcise numerum singularem, & differentiã indiuidualem; & aliqua accidentia, ut quantitatem, qualitatem, & alia: & istud non ponitur in prædicamento.

Tertio modo capitur simul totum, pro aliquo indiuiduo substantiæ compositæ ultimatè contracto. & sic est aliquod singulare, quod dicit non solum naturam, & differentiam indiuidualem: sed etiam existentiam.

Prima propositio. Istud simul totũ est illud, quod proprie generatur, & corrumpitur.

Secunda propositio. Istud simul totum non habet definitionem, nec demonstrationem: & sic singularium non est definitio, nec demonstratio, inquantum includit existentiam: & tamen bene est definitio, & demonstratio alio modo, ut uidisti.

Instat Scot. contra se.

¶Et si arguatur, &c.]

Consequenter hic Scotus arguit contra se; quia si sic, sequeretur, quod solum ens per accidens generaretur; consequens est falsum: ergo & antecedens. Probatur consequentia, quia tale est quid aggregatum ex substantia, & existentia. Pro responsione huius ponuntur quatuor propositiones.

Soluitur instan.

Prima. Actio generantis, ideſt generatio terminatur ad esse: patet, quia secundo de generatione dicitur, q̃ generatio est progressio de non esse ad esse.

Secunda propositio. Quamuis esse existentiæ huius hominis non sit alterius prædicamenti ab eo, non tamen propter hoc facit ens per accidens metaphysicum: tamen quia abstrahit ab existentia, quæ non est de intellectu hominis, ideo facit unum ens per accidens logicè, ut homo existit, est ens per accidens logicè. Vnde ens per accidens metaphysicè est, quãdo unum extremum non includit aliud; ut homo est risibilis: quia homo non includit risibile, in primo modo dicendi per se.

Dño hõ existit sit ens q̃ accidens

Dictum est in octaua distinct. quòd existentia est eiusdem prædicamenti cum illo, cuius est: tamen quia non includitur in esse hominis sequitur, quod iaciat cum homine unũ ens per accidens logicum.

Tertia propositio. Realiter dicitur metaphysicè loquendo; hic homo existens est terminus generationis, & corruptionis: ex quo sequitur, q̃ terminus totalis generationis, & corruptionis est ens per accidens logicè: & ista est prima uia de termino generationis.

Quarta propositio est ista. Quamuis homo hic possit dici terminus generationis, tamen non potest esse, nisi necessariò concomitetur ipsum existentia. Nota, quòd existentia nõ est propriè terminus: sed modus, qui necessariò concomitatur terminum, sicut calliditas necessariò requiritur ad calefacien dum; non tamen est ratio calefaciendi, sed calor. Et ad argumentum respondeo distinguendo: uel capiendo ens per accidens logicè, & sic concedo: uel metaphysicè, & sic nego, & dico, quod hic homo, est terminus generationis, quem consequitur existentia, tanquam modus intrinsecus. Vnde nota, quòd existentia secundum Scotum non est alterius generis ab eo, cuius est; sed est eadem realiter: & esse essentiæ, & esse existentiæ non distinguuntur realiter 35. d. 1.

Existentia ẽ idem realiter cum eo cuius est. secundũ Scot. & cum esse essentiæ.

Tertia distinctio. Materia capitur quinque modis. Vno modo prout est unum principium potentiale nullo modo cõtractum per aliquid sibi aduenies: & sic, sicut humanitas est quidditas prædicabilis de pluribus, & non contrahitur, ita; ma

Materia capitur s. modis

teria prædicatur de ista materia in Sorte, & Platone: & ista ẽ materia, quæ est de intrinseca ratione rei materialis. Secundo modo capitur pro materia contracta per indiuisibilitatẽ, & per differentiam indiuiduantem; & sic materia existens in Sorte est talis materia. Vnde in homine pono tres differentias indiuiduales: Vna est totius: alia est in anima: & tertia ẽ in materia, & alia est in corpore quod est organicum resultans ex materia, & forma organica. Tertio modo, & extra textum capitur pro materia contracta per indiuiduationem & existentiam; & ista est materia existens in me. Quarto modo, prout contrahitur per accidens nõ necessarium. Pro quo nota, quòd materia contrahitur per accidens dupliciter. Vno modo per accidens, non necessarium. Alio modo per accidẽs necessarium. exemplum de prima; ut cera est materia, in qua literarum, & syllabarum, quia syllaba potest intelligi sine cera: quia tempore antiquo libri erant cerei, & accidit syllabis, quòd sint in cera. Quinto modo capitur materia pro materia contracta per accidens necessarium duo semicirculi sunt materia circuli, non tamen intrinseca, sed materia remota, quia sunt partes integrales integrantes circulum, non tamẽ sunt æs, uel cera: quia circulus non potest esse sine semicirculis; tamen bene æs accidit: quia circulus potest fieri in alia materia.

Materia cõtrahitur per accidens dupliciter.

Prima conclusio. Materia capta pro differentia indiuidua li non est de quidditate naturæ specificæ. patet, quia natura specifica est prior natura indiuiduata: ergo non includit eã.

Secunda conclusio. Materia capta primo modo pro materia non contracta aliquomodo est de quidditate naturæ specificæ substantiæ materialis. patet per Aristot. 8. metaphysic. qui post opin. philosophorum laudat Architam Tarentinum approbando ipsum.

Tertia concl. Materia contracta per differentiam indiuidualem est de intrinseca ratione indiuidui.

Quarta conclusio. Materia contracta per existentiam est de intrinseca ratione singularis existentis. patet, quia essentiæ existentis principia essentialia sunt existentia: sed illud existit: ergo principia existunt, quæ sunt materia, & forma.

Quinta conclusio. Materia contracta per accidens non necessarium non est de intrinseca ratione illius, cuius est: quia literæ, & syllabæ possunt cognosci sine cera.

Sexta conclusio. Materia contracta per accidens necessariũ etiam si non sit de intrinseca ratione illius, cuius est immediatè, est tamen de intrinseca ratione illius, cuius est mediatè, ideſt duo semicirculi non sunt de intrinseca ratione circuli immediatè: tamen bene mediatè. Probatur, quia integrant & componunt circulum: ergo pariter integrant definitionem circuli.

Soluit arg. Alb.

Ad rationes, quas faciunt ad formam argumenti arguebat Albertus. Omne includens materiam, & formam potest corrumpi: sed quidditas specifica includit materiam, & formam:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reflectit Sco. 1.arg. Alb.

mam: ergo potest corrumpi. Docto. retorquet argumentum sic arguendo. Omnis res naturalis, de qua demonstratur corruptibilitas per aliquod medium, includit materiam: sed quidditas specifica corporis naturalis non est corruptibilis: ergo quidditas specifica corporis naturalis non includit materiã. Probatur maior, quia materia est illud, quod est medium ad demonstrandum corruptibile de aliquo; quia si non, nõ magis demonstraretur de corpore, quam de angelo. Probatur minor, quia scientia naturalis est uera scientia, & est de quidditatibus; non enim corpus in communi est corruptibile, sed hoc corpus: patet minor arguendo. Omne habens materiam, & formam est corruptibile: corpus physicum est compositum ex materia, & forma: ergo corpus physicum est corruptibile & ideo per rationem Alberti magis probatur oppositum, scilicet quòd includatur materia.

Corruptibile duplex.

Ad formam argumenti respondetur, cum arguitur. Omne compositum ex materia, & forma est corruptibile: respõdeo, quòd corruptibile est duplex. Quoddam est corruptibile potentia propinqua. Aliud est corruptibile potentia remota. Illud est corruptibile, secundo modo quod habet unde corrũpatur, ut illud est calefactiuum potentia remota, quòd habet in se calorem. Primo modo illud est corruptibile, quod habet materiam contractam per existentiam actualem; ut illud est calefactiuum potentia propinqua, quod habet calorem, & passum approximatum. ista distinctio ponitur in 1.d.12.qõ.2.& sic quidditas specifica est corruptibilis potentia remota. non sic angelus est corruptibilis potentia remota, nec accidens; qa ista non habent materiam.

Quidditates materialiũ sunt corruptibiles potentia remota non propinqua.

Secunda propositio. Corruptibile potentia propinqua est, quod habet materiam contractam per existentiam actualem, & differentiam individualem. & ideo ad argumentum, cum arguitur. Omne compositum &c. distinguo: uel omne includens materiam in potentia remota, & sic concedo: uel in potentia propinqua, & sic nego. modo dico, quòd licet quidditas includat materiam, non tamen est corruptibilis, quia adhuc requiritur, quòd includat materiam actu existentem cõtractam per actualem existentiam: & hoc modo non includit materiam ipsa quidditas: & sic quidditates materiales nõ sunt corruptibiles potentia propinqua, sed bene potentia remota.

Secundo sic arguebat Albertus. Illud, quod est secundum se ignotum, &c.

Retorquet Sco. 2. arg. Alb.

Respondet Scotus retorquendo contra eum faciendo unũ enthimema. Arguitur sic. Ad cognitionem rei materialis districtam necessario requiritur cognitio materiæ: ergo materia includitur in quidditate rei materialis. probatur antecedens primo physic. Scire autem arbitramur unumquodque, cum causas cognoscimus, &c.

Item primo posteriorum. Scire est rem per causam cognoscere. & secundo metaphysic. Requiritur ad cognoscendum effectum, quòd cognoscantur causa materialis, & formalis. Et dicit secundo physic. quòd si causæ essent infinitæ, nõ posset cognosci effectus, quia infinitum non contingit pertransire: ergo cum materia sit una causa, requiritur necessario cognitio materiæ. probatur consequentia, quia si materia non includeretur in quidditate rei materialis, illa sufficienter cognosceretur sine materia: quia unumquodque sufficiẽter cognoscitur per sua principia: ergo cum ipsa materia includatur in quidditate rei materialis, sequitur, quòd sine eius cognitione quidditas rei materialis non cognoscatur.

Quo materia secundũ se dicatur ignota.

Consequenter soluit Scotus argumentum Alberti, & pro responsione ostẽdit, quomodo materia secundum se est ignota. Et ponit quatuor propositiones.

Prima est. Nulla res includens materiam tanquam partem sui potest perfectè cognosci sine cognitione materiæ: patet, quia aliter sequitur, quòd homo nunquam haberet scientiã de substantia composita: quia ad cognoscendum scientificè substantiam compositam, oportet cognoscere materiam. Itẽ omnis cognitio scientifica esset de rebus simplicibus, & immaterialibus præcisè, quod est falsum: quia maiorem cognitionem habemus pro statu isto de rebus materialibus, quam de rebus immaterialibus, & simplicibus; & sic ad perfectam cognitionem rei materialis requiritur, quòd cognoscatur materia.

Secunda propositio. Quamuis cognitio materię requiratur ad cognitionem rei materialis, ut etiam cognitio formæ, tamen aliter, & aliter concurrunt ad causandum intellectionẽ.

Tertia propositio. Sicut forma est magis ens, quàm materia, ideò perfectius eris, ita etiam perfectius causat notitiam compositi.

Quarta propositio. Forma est quoddam medium ad cognoscendum ipsam materiam. Ex quo sequitur, quòd forma est ratio cognoscendi ipsam materiam, & ipsum compositũ. hoc patet in 2.d.quæst.1.articulo ultimo. Vnde nota, quòd materiam esse ignotam potest intelligi dupliciter. Vno modo simpliciter, & sic non est ignota, quia omne ens absolutum potest cognosci ab intellectu, quia materia non est prima ratio cognoscendi, immo forma est ratio cognoscendi, & potissima ratio cognoscendi compositum, & sic est intelligendum quomodo materia est ignota. In secundo sententiarum dicit Scotus, quod operatio facit cognoscere formam; ut ignis cognoscitur per operationem ignis, & uidemus, quòd est in materia una forma, & in alio genere cognoscitur materia: tamen perfectè non cognoscitur a nobis pro statu isto. Et cum dicis, materia est ignota, dico, quòd materiam esse ignotam potest intelligi dupliciter. Vno modo simpliciter, & sic nego. Alio modo sic, quòd forma est ratio cognoscendi materiam sic, quòd pro statu isto non uenimus in cognitionem materiæ per ipsam materiam. Vel cum dicitur, materia est ignota, distinguo: aut capiendo materiam non contractam per differentiam individualem, & sic concedo: aut capiendo materiã, ut est contracta per existentiam, & tunc est ignota, & nõ cognoscitur cognitione scientifica; quia de rebus existentibus, ut existentia sunt, non habetur scientia, sed tantum opinio ut dictum est. tamen materia in communi, quia constituit naturam specificam, est cognoscibilis, & potest cognosci scientificè. Et ideo ad formam, cum arguitur. Illud, quòd secundum se &c. concedo, & nego minorem. Et ad probationem Aristot. distinguo: uel simpliciter, ideſt, quòd nullo mõ possit cognosci, & sic nego: uel non est perfectior ratio cognoscẽdi compositum, & sic concedo. Sco. in 2.d.12.q.1.

Per formã cognoscitur materia. Materiam esse ignotã dupliciter.

Ad formã resp.

Materialis̃ cet sit cognoscibilis, non tamẽ perfectè a nobis p statu isto.

Prima conclusio. Materia est cognoscibilis. Secunda propositio. Materia secundum se non potest cognosci perfectè a nobis pro statu isto.

Concl. Sco.

Probatur ista propositio. Omnis entitas creata ad extra habens Ideam in Deo, est cognoscibilis: sed materia est entitas absoluta: ergo &c.

Probatur secundo pro statu isto. de nulla substantia possumus habere conceptum proprium, & distinctum.

Tertio sic arguitur. Illud, quod prohibet, &c. Respondeo transeat maior, & nego minorem. ad probationem Arist. ponitur distinctio. Aliquid potest habere quidditatem, seu definitionẽ tripliciter. Vno mõ per se primo. Alio mõ per se non primo. Tertio mõ p accidẽs. Primo mõ illud dicitur hẽre definitionẽ per se primo, quod est uniuersale: ut homo est animal rationale. Sortes habet definitionem per se, sed non primo. Sortes albus habet definitionem istam, animal rationale est disgregatiuum uisus.

3. arg. primi soluitur. Aliquid ſt hẽre quidditatem tripliciter.

Prima propositio. In habentibus quidditatem per se, & primo, quod quid est idem est cum ipso definito. patet, quia homo habet definitionem: ergo animal rationale est idem cum hominẽ.

Secunda propositio. In habentibus quidditatem per se, sed non primo, cp quid est idem est cum eo, cuius est per se nõ primo; ut Sortes est animal rationale.

Tertia propositio. In habentibus quidditatem per accidẽs, quod quid est idem est cum eo, cuius est per accidens; ut Sortes est albus, habet definitionem istam, animal rationale ratione humanitatis; disgregatiuum uisus ratione albedinis, & cum arguitur, probando, quòd definitio non sit eadem cũ definito, quia anima, & corpus est definitio hominis, & tamen distinguuntur realiter ab homine.

Soluitur in ſtan.

Respon. concedo antecedens; & distinguo consequens: uel idem realiter, & sic concedo: uel formaliter, & sic nego. Vel sic distinguo: in non habentibus materiam quod quid est, idẽ est cum eo, cuius est, uerum est formaliter.

Quo qd qd est ſit idem cum eo cuius est.

Ad propositum. Prima propositio. Homo habet quidditatem per se primo, & ideo definitio est eadem homini.

Secunda propositio. Hic homo habet quidditatem per se, sed non primo.

Tertia propositio. Homo existens habet quidditatem per accidens; ideo quod quid est, est idem per accidens.

Quarta prop. Homo albus habet magis quidditatẽ per accidens, & sic quod quid est idem est cum eo, cuius est eo mõ quo habet entitatem illam. Ad formam cum arguitur. In cõceptibilibus cum materia &c. distinguo, Vel in materia cõtracta per esse existentiæ actualis, & sic concedo: Vel cum materia uniuersali, & sic nego. immo quod quid est idem est cũ eo cuius est. patet 7. metap. singulare. n.i. definitum non est aliud a sui quidditate, ideſt definitione.

Resp. ad auct. Arist. Animã esse qditatẽ sub ſtãtiæ materialis dupliciter.

Ad authoritates, quæ probant, quòd materia non est de quidditate substantiæ materialis, respondetur ad primam, animam esse quidditatẽ substantiæ materialis intelligitur dupliciter. Vno modo, quòd anima sit tota substantia animati, & sic nego: Alio modo tota substantia, s. perfectior pars animati, & sic concedo. patet. anima non est animal, sed aliquid animalis, quia perfectior pars animalis.

Ad aliam authoritatem, cum arguitur. Compositum ex materia, & forma dimittendum est. Respõdeo distinguo, Vel capiendo materiam pro materia contracta ex actuali esse existentiæ, & sic concedo: Vel capiendo materiam pro materia uniuersali, & sic nego: & sic materia in communi est pars definitionis, & de intrinseca ratione definiti. Et quando dicitur, anima est perfectior pars animalis, concedo, quòd est perfectior pars.

Probat ſuã ſententiam auct. Arist.

Consequenter Scotus adducit authoritates ad probandũ conclusionem principalem.

Prima est authoritas Arist. septimo metaphysic. Definitio est quædam ratio, ideſt oratio, & omnis oratio habet partes: tunc arguitur sic. Sicut se habet definitio ad exprimendum totũ definitum, ita partes definitionis ad exprimendũ partes definiti; sed materia est pars definiti: ergo oportet, quòd partes definitionis exprimant partes definiti: sed materia ẽ pars definiti; ergo necesse est quòd materia includatur in quidditate. Item in octauo metaphysi. ubi laudat Architam qui tam materiam, quàm formam complexus est in definitione. Item dicit, oportet terminum, ideſt definitionem esse orationẽ longam. Item septimo metaphy. Materia est pars speciei, & species nominat quidditatem: ergo materia est de quidditate specifica.

Concl. Sco.

Ad propositum. Prima propositio. Realiter, & Theologicè loquendo, Christus non fuit homo in triduo contra Hugonem, & magistrum sententiarum, & Albertum.

2. prop.

Probatur propositiõ. Quoniam illud non est homo, quod non habet humanitatem: Christus in triduo non habebat humanitatem: ergo non fuit homo.

Secunda propositio. Humanitas non dicitur pars hominis præcisè contra magistrum, qui dicebat, quòd partes siue separatæ, siue coniunctæ, dicunt totum: alias Sortes mortuus non esset homo.

3. prop.

Tertia propositio. Partes unitæ, & simul sumptæ hominis, non sunt ipsa humanitas, contra Nominales.

4. prop. quid ſit humanitas ſ declaratur.

Quarta propositio. Humanitas dicit entitatem absolutam distinctam realiter a suis partibus.

Probatur ista propositio. primo sic. Illud, quo Sortes est homo, non est aliqua relatio: sed Sortes humanitate est homo, ergo humanitas non dicit illas partes unitas.

Secundo sic. Si homo esset partes unitæ, sequeretur, quòd homo non esset unum per se, sed unum aggregatum, quod est falsum; quia tunc non esset magis unum, quàm aceruus lapidum.

Tertio sic. Sicut se habet numerus quinarius ad quinque unitates, sic humanitas ad partes hominis: quia numerus quinarius est unum totum, cuius partes sunt quinque unitates. sed quinarius numerus est aliquid resultans ex quinque unitatibus: ergo &c. probatur, quia aliter si non esset, nisi quinq; unitates, tunc illa unitas non esset maior unitas, quàm unitas aggregationis, quod est falsum; quia numerus quinarius est numerus unus per se: & iste numerus est subiectiuè in quinque unitatibus.

Dub. ſolu.

Contra. Nullum accidens & in quinque subiectiuè: sed numerus quinarius est accidens: ergo non est subiectiuè in quinque unitatibus. Respõsio. distinguo, Aut in pluribus subiectis adæquatis, & sic concedo, Aut inadæquatis, & sic nego. Vel sic, Aut in actibus continuis, & sic concedo: Aut in actibus discretis, & sic nego.

5. prop.

Quinta propositio. Humanitas dicit unitatem quandam, & entitatem distinctam a partibus.

6. prop.

Sexta propositio. Humanitas non dicit entitatem partialẽ faciens compositionem cum suis partibus.

7. prop.

Septima propositio. Humanitas non fuit unita uerbo in triduo: & ratio est, quia fuit corrupta, quia partes erant diuisæ; nam unio præsupponit existentiam partium.

8. prop. Totũ qd ſecundum nominales.

Octaua propositio. Quamuis totum essentiale compositũ ex materia, & forma non possit esse sine unione partium, tamen illa unio non est rõ formalis totius, nec ratio formalis, quod totum est unum, contra Nominales, qui dicunt, cp totum non est nisi partes unitæ.

¶Sed quid logicè loquendo, &c.]

Examinat logicè ueritatẽ duarum prop.

Consequenter uidendum est hic de ista propositione; si sit uera secundum logicos, quæ est de præterito, Christus fuit homo in triduo: & de ista de præsenti, Christus est homo, si aliquis protulisset eam in triduo, Vtrum fuisset uera? Et ratio dubii est, quia non rogamus istam, Cæsar est homo, quamuis Cæsar non existat. Hic Sco. ponit tres propositiones.

Prima est. Ista propositio, Christus fuit homo in triduo, logicè loquendo non est uera: probatur sic. omnis propositio uera de præterito habet aliquando aliquam propositionem de præsenti ueram: sed ista propositio, Christus fuit homo in triduo, non habuit aliquando aliquam propositionem de præsenti ueram: ergo ista propositio, Christus fuit homo in triduo, non est uera logicaliter loquendo. Maior istius rationis intelligitur in se, uel in suo synonimo propter istam, ego bibo. probatur minor, & sit secunda propositio. Si B. Petrus protulisset istam in triduo, Christus est homo, illa fuisset falsa: ergo oportet nunc dicere, quòd ista est falsa, Christus in triduo fuit homo.

Tertia propositio. Quamuis ego negem istã, Christus fuit homo in triduo, Christus est homo, non tamen uolo negare istam, Cæsar est homo: Sed quare conceditur ista Cæsar est homo, & non ista, Christus est homo?

Chriſtus im portat duplicem conceptum.

Respondet Scotus, quòd ratio est, quia Christus importat conceptum duplicem, Cæsar conceptum simplicem: ideo una negatur, & alia conceditur. Quod autem Christus importet duplicem conceptum, patet per Damascenum in litera. Nam Christus tantum uult dicere, sicut Deus homo: ideo est neganda, quia propositio, cuius subiectum includit duplicem conceptum, est neganda: quòd probatur similiter exemplo. Arguitur sic. Quandocunque subiectũ habet duplicem conceptum respectu alicuius prædicati, oportet rationem illius subiecti esse uerã ad hoc, cp talis propositio sit uera; sed Christus importat duplicem conceptum, & in triduo dicebat rationem falsam, ut probabo: ergo illa propositio non fuit uera Christus fuit homo in triduo.

Reg. de propoſit. ueritate.

Pro ista maiori declaranda, uide 8. regulas superius positas in septima distinct. huius. Patet etiam maior; capiamus aliquod subiectum, quod importet duplicem conceptum, & sit istud, homo est albus, tunc ponamus istam propositionem, homo albus est animal, requiritur, quòd istud subiectum dicat in se rationem ueram: & quòd prius ista sit uera, homo est albus, quàm ista, homo albus est animal. probatur, quia si adhoc, quòd ista propositio esset uera sufficeret subiectum includere prædicatum, sequeretur, quòd ista esset uera, maius Deo est, uel melius Deo est: quia esse quod est prædicatum, includitur in subiecto, scilicet in ly, Deo: quia esse est de quidditate Dei ex prima quæst. quodlib. patet, quia si ego dicerem, coruus albus est animal, hęc non esset uera: quia licet prędicatum includatur in subiecto, tamen quia subiectum includit in se rationem falsam, ideo non est uera. Similiter ista propositio, Maius Deo, est impossibiliter uera, ideſt est impossibilis: Patet ergo maior. Probatur minor. certum est, cp Christus importat duo, ut dictum est, scilicet naturam diuinam & humanam: sed natura humana in triduo non fuit sibi unita: ergo tunc fuit ratio in se falsa.

Eſſe eſt de quidditate Dei.

Consequenter Scotus dat exemplum. Nullo homine existente, ista est falsa, homo albus est homo: patet, quia quando sequitur una propositio falsa in bona consequentia, collatio est falsa: quia ex uero non habetur nisi uerum: probatur sic arguendo. bene sequitur homo albus est homo: ergo homo est homo albus, per conuersionem simplicem, & ultra, bene sequitur, homo est homo albus: ergo homo est albus, a parte in modo ad suum totum: & sicut ista est falsa, homo albus est homo, ita ista, Christus in triduo est homo.

Inſtan.

Et si arguatur, Omnis propositio de per se est uera, & necessaria primo post. sed ista, Christus est homo, in triduo fuit per se: ergo fuit uera. Minor probatur, quia omnis propositio in qua prædicatum est de ratione subiecti, est per se: ergo uera & necessaria; patet in modis dicẽdi per se: fed in ista, Christus est homo, subiectum includit prædicatum.

Soluitur in ſtan.

Respondet Scotus, sicut fuit dictum in 7. d.q.i. quod si ad propositionem per se ueram sufficeret prædicatum includi in subiecto, tunc ista fuit uera, & necessaria: sed hoc non credo uerum, sed requiritur aliud. Duæ ergo conditiones requiruntur hic, & in 7. d. huius.

Ad ueritatẽ prop. duo requiruntur

Prima, quòd subiectum importet rationem per se unã, & ideo istæ non sunt per se, homo albus est animal; Christus est homo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

homo. Secunda conditio est, quòd prædicatum sit de essentia subiecti, hic autem deficit prima conditio: ideo arguendo ab una conditione tantum, fit fallacia consequentis. dicebat Scotus in illa 7. distinct. quæst. 1. quòd ista propositio, Christus est homo, est partim per se, quia prædicatum includitur in subiecto: & partim per accidens, quia subiectum non dicit unũ conceptum per se.

Inquisitio soluitur. Cæsar est hõ est propõ uera ẽ Cæsare nõ existente

Pro maiori declaratione quæro, Vtrum Cæsare non existente, ista sit uera, Cæsar est homo? Ista quæstio ponitur in logica Antonii Andreæ.

Pono primo conclusionem, quod ista, Cæsar est homo, est uera, Cæsare non existente. Probatur auctoritate, & duplici ratione. Auctoritate Porphirii in communitatibus prædicabilium dicentis, quòd Sortes est rationalis. Ratione sic, benè sequitur, Adam est, ergo homo est. benè sequitur, quòd ista est necessaria, Adam est homo: antecedens est notum, probatur consequentia per regulam logicam. Omnis consequentia necessaria tenet uirtute alicuius propositionis necessariæ sub intellectę, hoc dicit Scotus in primo dist. 2. de propositione per se nota. Secundo arguitur sic. Sequitur, quod non esset aliqua propositio de omni simpliciter: patet, quia ista est de inesse simpliciter, quę est uera pro quocunque tempore: quia p hoc differt a propositione de omni, a propositione de inesse, ut nunc, quæ est uera solum pro aliquo tempore.

Secunda conclusio contra Nominales. Sorte non existente, ista est uera, Sortes est Sortes. Probatur logicaliter, primo sic, Vel ista est uera, uel sua contradictoria: non sua contradictoria: patet. quia ista, Adam non est, Adam, ẽ est sua cõtradictoria, & nulla est falsa propositio, in qua idem prędicatur de seipso. Respondent Nominales, quòd uerum est, si subiectum supponat. Contra, bene sequitur, Sortes non est Sortes: ergo Sortes est non Sortes: patet secundo perihermenias, a propositione negatiua de prædicato finito, ad affirmatiuam de prædicato infinito.

Item, non Sortes est Sortes, Sortes est non Sortes: ergo Sortes est Sortes: præmissæ sunt ueræ, ergo conclusio est uera: & est in prima figura. Præterea. contradictoria huius, Sortes est Sortes, infertur in syllogismo ex oppositis: ergo oportet dicere, quòd illa est uera. patet, quoniam est regula in logica, q conclusio syllogismi ex oppositis est impossibilis: ergo &c. patet antecedens, Sortes est albus, Sortes est non albus: ergo Sortes est non Sortes. Item Boetius dicit, q nulla est uerior prædicatio, in qua idem prædicatur de seipso.

Instan.

Sed contra. Ista argumenta concludunt contra Scotũ. probatur arguendo, chimera non est chimera, concluditur in syllogismo ex oppositis: ergo ista est uera, chimera est chimera, quæ negatur a Scoto. patet, quia est contradictoria conclusioni syllogismi ex oppositis, sic arguendo, sicut de alia.

Sol. Instan.

Respondeo, quòd non est simile, quia chimera dicit rationem in se impossibilem: Sortes autem dicit rationem per se unam. Et si argueretur, chimera est alba: chimera non est alba: ergo chimera non est chimera. Item arguunt Nominales. Omnes propositiones, in quibus subiectum pro nullo supponit, & in quibus copula non est ampliata, sunt falsæ, bene dicit, de præsenti, quia ista est uera, Antichristus erit: sed ista propositio, Sortes est Sortes, Sorte non existente, est huiusmodi: ergo &c.

Respondeo negando maiorem. Sed magister Brulifer dicebat: transeat maior & negatur minor: quia Sortes supponit pro aliquo inesse cognito, & hoc sufficit. & hoc dicit Canonicus secundo phyfic. Vnde adhoc, quòd aliqua propositio sit necessaria de contingentibus per se, satis est, quòd sit necessaria habitudo inter subiectum, & prædicatum sic, q prædicatum includatur in subiecto, ut homo est animal: uel quòd prædicatum necessariò concomitetur in subiecto, ut homo est risibilis. Sed ubi fundatur illa habitudo? dico, quòd in terminis cognitis; hoc dicit Scotus in natura de synceris ueritatibus.

Soluuntur arg. prin.

¶ Ad primum principale cum dicitur, &c.]

Hic respondet Scotus ad principalia argumenta. Ad primum argumentum Scotus adduxit tres responsiones. prima non ualet: secunda est Scoti: & tertia parum ualèt.

Prima est, cum arguitur &c. nego consequentiam; & ratio est, quia si ista esset uera, Christus est homo, esset similiter uera ista, homo albus est homo, de qua dictum est. Ista responsio nihil ualet, quia iam dictum est, quòd antecedens est falsum.

Secunda responsio est, cum arguitur, Nulla propositio est uerior, &c. distinguo: Aut si subiectum importet rationem ueram, & sic concedo. Aut si subiectum non importet rationẽ ueram, & sic nego.

Tertia responsio est negando consequentiam, & ad probationem, oppositum consequentis etiam nego: probo, quia benè sequitur, Christus non est homo: ergo &c. distinguo uel ratione totius consequentis, & sic nego: uel ratione alterius partis, & sic concedo. Ista responsio nihil ualet, quia bene deduceretur, homo albus non est homo: ergo homo albus non est homo albus, a toto in modo ad suam partem.

Soluuntur 2. prin.

Ad secundum argumentum cum arguitur, Christus in triduo habuit humanitatem: ergo &c. probatur antecedens, quia habuit animam intellectiuam: ergo habuit humanitatẽ per commentatorem, qui dicit, quòd anima est tota humanitas.

Respondeo, quòd Scotus non respondet ad commentatorem. si uis respondere sibi, dicas, quòd anima est principalis pars. si non uis tenere commentatorem, nega ipsum: quia Augustinus est maioris auctoritatis.

Cõfirmatur 2. prin.

Item Christus in triduo habuit humanitatem: ergo fuit homo: patet antecedens, quia habuit corpus, & animam unita sibi. sed humanitas nihil aliud dicit, quia alias Christus aliqd dimisisset, quod est contra Damasc.

Respondeo negando, quod anima, & corpus siue unita siue separata fuit humanitas, & hæc sit prima propositio.

Secunda propositio. Humanitas dicit tertiam entitatem.

3. prin. deducitur.

Præterea tertio sic. Omne suppositum subsistens in natura creata potest denominari ab illa natura: sed uerbum in triduo insistebat in natura creata: ergo poterat denominari ab illa. probatur minor, quia uerbum erat unitum animæ, & corpori Christi: ergo poterat denominari ab ista natura creata: sed uerbum non denominabatur ab anima, nec a corpore; ergo denominabatur a natura humana in triduo homo. Respõdeo, quòd quamuis hoc sit uerum, quòd Christus habuit animam, & corpus in triduo unita, non tamen placuit Doctoribus, quòd denominaretur ab illis partibus, quæ sunt corpus, & anima: cuius ratio est, & pro responsione ponitur talis regula: Quandocunque aliquæ partes natæ sunt esse alicuius totius, non subsistunt naturaliter, nisi in suo toto, nec denominãt aliquid de nominibus usitatis, nisi mediante suo toto. Contra. Corpus meum, quando est mortuum, subsistit, & anima contingenter est in paradiso.

Soluitur 3. prin.

Christus in triduo nõ denominabatur a corpore, uel aĩa Reg. Sco.

Arg. cõtra solut.

Solu. arg.

Respondeo, & dico, quod non subsistunt, quia adhuc nata sunt communicari toto, quia non habent aliqua esse nisi in toto: & si partes subsistant in uerbo, homo non est naturaliter, nec natæ sunt denominare aliquid, nisi mediante toto: & cum anima, & corpus sint nata denominare ipsum totum, & ipsum totum fuit humanitas. ergo uerbum non denominabatur a partibus.

Soluitur dub an uerbũ in triduo potuerit denominari per alia denominatiua.

Certum est, quòd uerbum in triduo non dicebatur anima nec corpus; quia caro, uel corpus potest considerari tripliciter. Vno modo in maxima abstractione, ut abstrahit ab individuo, & suppositio cuius est pars: & sic caro in maxima abstractione sumpta non prædicatur de aliquo, & uocatur carneitas: quia ista est falsa, caro est carneitas: corpus est carneitas: Christus est carneitas. similiter corpus sumptum in maxima abstractione sumpta non prædicatur de aliquo, ut ista est falsa, hoc est corporeitas; patet, sed dubitatur, quia in 3. distinct. 1. quæst. 1. Scotus dicit, quòd in substantia est tantum una abstractio, in accidentibus absolutis sunt duæ, & in relationibus sunt tres: tamen uidemus, quòd hic in substantia facit tres abstractiones. Dicendum est sic, q uerum est si loquamur de substantiis partialibus.

Caro, uel corpus põt tripliciter considerari.

Soluitur dub.

Alio modo potest caro, uel corpus considerari, ut abstrahit in suo individuo, & sic caro non potest prædicari de mente Scoti: ut quando aliquis abstrahit ab hoc, non potest prædicari de hoc: ut albedeitas non potest prædicari de suo inferiori, ut ista est falsa, albedo est albedeitas: & ideo melius est dicere, q caro potest considerari, ut abstrahit a suppposito, cuius est pars, licet concernat suum individuum, ut ista est falsa, homo est caro. Tertio modo accipitur caro concretiue, prout conuenit suppositum, cuius est pars: & sic nata est denominare suppositum, ut ista est uera, homo est carneus: & sic similiter corpus potest considerari dupliciter. Vno modo, ut abstractum maxima abstractione, ut ista est falsa, homo est corporeitas. Secundo modo, ut abstractum ab individuo. Tertio, ut abstractum ab individuo, cuius est pars. Conclusio est ista. Christus in triduo non denominabatur corpus, nec anima, nec corporeum, nec animatum. patet primo, quia sicdicimus,

Concl. Sco.

Albedo tripliciter põt considerari.

cimus, quòd caro nata est prædicari de suo individuo: sed Christus in triduo non erat individuum carnis: ergo caro nõ prædicabatur de uerbo. ut ista fuit falsa, uerbum est caro, similiter ista, uerbum est carneum; quia caro in maxima abstractione non est nata prædicari, nisi de toto: sed uerbum nõ fuit homo in triduo, nec etiam corpus, nec corporeum: probatur, quia corporeum natum est solum prædicari de supposito, cuius est pars: sed humanitas non fuit in triduo: ergo illud suppositum non fuit natum denominari corporeum. Nec carneum prædicatur de aliquo, nisi mediante supposito, cuius est pars: sed humanitas non fuit in triduo; ideo non poterat prædicari de uerbo: & ideo istæ erant falsæ in triduo, uerbum est caro, uerbum est carneum, uerbum est carnale, quia carnale secundum communem usum, dicit uitium: ergo cum non fuerit aliquod denominabile in triduo, licet fuerit aliquod denominatiuum, illud non potest prædicari de aliquo, nisi mediante illo, cuius est pars. Propositum declaratur per exemplum. Albedo potest considerari tripliciter. Vno modo, ut abstrahit a subiecto, & individuo, ut albedineitas, & sic nullo modo prædicatur. Alio modo ut non tantum abstrahit sed prout concernit individuum, & abstrahit a subiecto: & sic licet concedatur ista, hic color est albedo, non tamen ista, paries est albedo. Tertio modo, ut concernit individuum, & subiectum, cuius est pars; & sic est denominatiuum, huiusmodi est album. & ad hoc, quòd album prædicetur de aliquo, hoc erit mediante subiecto; ita de carne, corpore, & anima, quæ sic se habent, quòd de nullo possunt prædicari, nisi mediante illo, cuius sunt partes, s. mediante suppposito hominis: sed in triduo non fuit illa humanitas; ideo uerbum non denominabatur carneum.

Et si uerbum assumeret quantitatem sine subiecto, non denominaretur quantum; & ratio est, quia quantum non est natum prædicari de aliquo, nisi mediante subiecto. i. nisi quantitas informet subiectum illud: & quia humanitas non erat in triduo, ideo caro, & corpus non erat humanitas; & nõ poterat prædicari de uerbo.

Contra arguitur sic. Verbum denominatur homo, quia humanitas unitur sibi: ergo etiam uerbum denominatur corporeum, quia corpus unitur uerbo, nego.

Probatur a simili. Dico, quod non est simile, quia homo non solum natum est prædicari de aliquo alieno supposito, sed de suo individuo: sed corpus non concernit nisi individuum, ideo ista est falsa, Verbum est corporeum: nec erat uerum, quòd corporeum prædicaretur de uerbo. Quæro utrum uerbum in triduo potuerit denominari per alia denominatiua?

Respondeo, quòd uerbum posset denominari a carne, & corpore, si haberent denominatiua imposita: patet, quia si uerbum assumeret quantitatem sine subiecto, & imponeretur denominatiuum a quantitate, posset denominari, non tamen per denominatiua, quæ habemus. Et ratio est, quia non sunt nata denominare, nisi supposita, quæ informant. Et quia qualitas non informaret uerbum: ergo &c. Vel sic. licet uerbũ non denominaretur ab anima, & corpore, tamen potuit denominari solum denominatione distrahente, ut uerbum est homo mortuus.

Prima propositio. Verbum in triduo non denominabatur homo ab humanitate simpliciter: patet, quia humanitas non erat in triduo.

Secunda propositio. Non denominabatur a corpore, quamuis corpus esset unitum sibi; patet, quia corpus non est natũ prædicari, nisi de proprio individuo: sed uerbum nõ fuit proprium individuum: ergo &c.

Tertia propositio. Nec potuit denominari a corpore corporeum; patet, quia corporeum est denominatiuũ, quod non est natum prædicari, nisi de suo toto, cuius est pars: sed in triduo non fuit illud totum.

Quarta propositio. Nec potuit denominari a carne, & dico caro, quamuis caro fuisset unita sibi: & ratio est, quia caro non est nata denominare nisi proprium individuum.

Quinta propositio. Nec potuit denominari carneũ a carne, quia carneum non prædicatur, nisi de toto.

Sexta. Nec uerbum potuit denominari ab humanitate assumpta cum determinatione distrahente: patet, q uia ista est uera, uerbum est homo.

Septima propositio. Quamuis nerbum non potuit denominari a partibus, quæ sunt corpus, & anima, tamen si fuissent denominatiua imposita, potuissem denominari. Et ideo ad argumẽtum, quando suppositum &c. distinguo; uel, q posset denominari omni denominatione, & sic nego: uel aliqua sibi competente & debita, & sic concedo. exemplum. licet uerbũ diuinum sit humanatum, non tamen dicimus uerbum diuinum est humanum.

DISTINCT.

VIGESIMAETERTIAE.

QVAESTIO VNICA.

Agitur de fide.

CIRCA distinctionem uigesimamtertiam, in qua magister agit de uirtutibus, & primo de fide, quantum ad eius essentiã. Quęritur. Vtrum de credibilibus nobis reuelatis sit necesse ponere fidem infusam. Aduerte pro declaratione terminorum.

Virtus tripliciter.

Primus terminus est, Virtus, & capitur tripliciter. Vno modo communissime, & sic accipitur primo de cœlo & mundo. Virtus est ultimum de potentia, ut uirtus, qua uisus potest uidere, & auditus audire, quæ est potentia naturalis, & agit secundum totam uirtutem, & sic non capitur hic.

Secundo modo accipitur communiter, & sic definit eam Arist. in Ethic. Virtus est, quę habentem perficit, & eius opus bonum reddit. & hoc intelligitur de uirtutibus moralibus, ut est prudentia, temperantia, &c.

Nota, quòd habitus est formalis ratio, quòd uirtus sit bona, uel actus; quia actus præcedentes uirtutes sunt perfectè boni.

Tertio modo accipitur uirtus strictè, & sic dicit B. Augustin. in soliloquiis, quòd uirtus est habitus cum recta ratione, quo perfectè dirigimur in ultimum finem. dicitur cum recta ratione, quia est conformitas ad dictamen rectæ rationis. & dicitur in ultimum finem, & hoc immediate; quia licet per uirtutes morales in Deum dirigamur, non tamen perfectè & immediatè, sed per uirtutes Theologicas; & sic est uirtus Theologica, ut capitur hic.

Credibile quid.

Secundus terminus est credibile. Aduerte primo, quòd duplex est obiectum, scilicet incomplexum, quod est res habens conceptum per se unum, ut Deus, homo, lapis. Aliud est complexum, & est propositio mentalis, uocalis, uel sumpta. Ideo quæritur, Vtrum credibile sit quid complexum, uel incomplexum. unde secundum B. Bonauenturam, credibilia sunt propositiones complexæ, ut q Deus est trinus, & unus, est unum credibile.

Credibile ẽ obiectum cõplexum.

Prop põt dupliciter cognosci.

Aduerte quòd propositio complexa potest dupliciter cognosci, scilicet apprehensiuè, & indicatiuè. Apprehensiuè, quando apprehensis terminis componitur propositio sine quocunque assensu, ut patet de ueritatibus contingentibus ante determinationem diuinæ uoluntatis: quia primo uidit res omnes, & nihil eis uoluit, & potuit facere propositionem ut uidit Petrum saluandum, intellectus diuinus potuit componere, Petrus est saluandus sine quocunque assensu. Sed notitia iudicatiua ab Occham sic definitur, est, qua iudicatur de ueritate, uel falsitate propositionis, sed secundum Scotũ, licet reddat in idem, dicit, quòd est assensus, uel dissensus propositionis: assensus est de ueritate; & dissensus de falsitate propositionis; & hic quæritur de credibilibus quantum ad notitiam iudicatiuam, & non apprehensiuam.

Not. iudicatiua qd sit.

Credibilia in duplici differentia.

Aduerte, quòd credibilia sunt in duplici differentia. Quædam sunt de necessitate salutis, ut quòd Deus est tiinus, & unus. Verbum est incarnatum. Verbum est passum. Alia sunt credibilia, quæ non sunt de necessitate salutis, quia sine illis quis potest saluari, ut credere uirginem esse assumptam in corpore, & anima: similiter B. Ioan. Euangelistam, quia Ecclesia hoc non præcipit.

Quis potest teneri assentire alicui credibili dapliciter

Et adhuc aliquis potest dupliciter teneri adhoc, ut assentiat alicui credibili; Vno modo explicitè, ut est, credo Deum trinum &c. Alio modo implicitè, ut credo sanctam matrem Ecclesiam; quia multa continentur in præceptis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesiæ,quæ non explicantur:quæ tamen sunt de necessitate fidei:& utroque modo quæritur hic s. tam de implicitis, quàm de explicitis.

Reuelatio quid. Tripliciter pót fieri reuelatio. Reuelatio naturalis, quæ uocatur uisio. Reuelatio supernaturalis Quid prophetia.

Tertius terminus est reuelatio, ut est amotio umbraculi, per quam res ignota monstratur. Et potest esse tripliciter, scilicet naturaliter, supernaturaliter, & supernaturaliter cum extasi. Vnde fit reuelatio naturaliter, quando res, quæ reuelatur, intuitiue uidetur: & sic uidendo Sortem intuitiue, uideo quòd mihi reuelatur Sortes esse. Sic Christus uidit Iudam, & uirginem, quia ab eo fuit amotio umbraculi: Iudam fore uidit damnandum, & uirginem glorificandam: & proprio nomine uocatur uisio. Alio modo supernaturaliter, & sine extasi, & est ab inæquali, uel superiori, quæ potest fieri a Deo, & ab angelis: & sic reuelatio est genus ad prophetiã. Vnde prophetia est reuelatio diuina ab excellenti persona rerum euẽtus immobili ueritate denuncians, uel ad præsentes, uel ad præteritos, uel ad futuros. Præterita fuerunt reuelata Moysi, qui Pentateuchum scripsit, & in primo lib. scilicet Gen. 1. reuelauit sibi Deus mundi creationem. Futura Esaiæ, & Danieli, & multis aliis. De præsenti, eis, & nobis multa reuelata sunt supernaturaliter, & sic reuelatio est superius ad prophetiam. Alio modo supernaturaliter, cum extasi, & ista facta est Paulo, qui a Deo reuelationem habuit, cum accepit epistolas in Damascum; & quòd fuerit cum extasi, patet per illud, quòd ibi asserit. Scio hominem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: Vnde differentia est inter reuelationem, & oraculum, ut dicit Macrobius de somnio Scipionis; quia reuelatio fit tam æquali, quàm inæquali, sed oraculum est locus, in quo diuinum responsum habetur, sicut Francisco a cruce habuit, & multi alii, a quibus reuelatur nobis uiatoribus, scilicet prophetis, & Apostolis, & nobis.

Differentia inter reuelationem et oraculum.

Quartus terminus est necesse. Vnde duplex est necessitas, scilicet simpliciter, & præsuppositionis: quia fidem non habuit Christus, nec angeli, & tamen sunt saluati: ideo non est ibi necessitas simpliciter, sed præsuppositionis: quia præsuppositа sacra scriptura habemus ponere fidem in intellectu uiatoris.

Duplex necessitas

Quintus terminus est fides, & capitur tripliciter. Vno modo pro iuramento, & sic apostolus dicit. Fides infidelibus seruanda est. similiter in matrimonio est fides; & illi, qui nubunt debent seruare inter se fidem.

Fides tripliciter.

Secundo modo capitur fides pro sponsione, quando aliquis pro aliquo spondet, idest promittit; ut si Ioã. debeat scutum, & ego promittam soluere pro eo, ego spondeo, i. fidem facio, quod pro eo satisfaciam: & sic Christus fidem pro nobis fecit apud patrem. Vnde Apostolus. Fideiussorẽ habemus apud patrem Iesum Christum. Similiter dici possunt omnes, qui se spondent pro aliis, fideiussores.

Fides pro assensu multiplex.

Tertio modo capitur fides pro assensu, & hoc multipliciter: primo obiectiue, & sic Deus est obiectum fidei: secundo modo pro subiecto fidei, & sic est intellectus; quia fides est subiectiue in intellectu uiatoris: tertio modo pro actuali assensu propositionis credibilis, ut assensus, quo actualiter assentio huic propositioni, Deus est trinus, & unus: quarto pro assensu habituali inclinante intellectum certitudinaliter, & sine formidine de oppósito ad assensum alicuius credibilis: & sic capitur hic, & non in aliis modis.

Fides dupl.

Vnde fides est duplex, scilicet infusa, & acquisita: infusa, quæ non potest acquiri mediantibus causis naturalibus: sed acquisita, quæ potest acquiri mediantibus causis naturalibus uidelicet per doctrinam, & prædicationem, ut quòd Deus est trinus, & unus.

Fides infusa dupl.

Vlterius nota, quòd fides infusa capitur dupliciter. Vno modo largè, & sic est a Deo: Alio modo strictè, & sic tria requiruntur: primo, quòd habeat Deum pro obiecto: secundo, quòd a Deo infundatur immediate: tertio, quòd inclinet secundum regulas æternas; & sic de ista ultima quæritur hic, & non primo modo: quia eandem fidem, quam acquiro per prædicationem, possum immediate habere a Deo.

Sensus qõ.

Et ideo sensus quæstionis est. Vtrum de credibilibus complexis, siue implicitè, siue explicitè nobis reuelatis, prophetis, uel prædicatoribus, uel doctoribus mediantibus, uel a Deo immediate, necesse sit necessitate præsuppositionis ponere fidem infusam strictè captam.

Arguitur argumento post oppositum, quòd sic; quia secũdum Apostolum ad Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo: Sed certum est, quòd multi placuerunt Deo: ergo necesse est ponere fidem respectu credibilium nobis reuelatorum. Maior est nota, & minor probatur: quia paruuli baptizati placent Deo, & tamen non habent fidem acquisitam: ergo per fidem infusam. Similiter patet minor de adultis, ut dicit B. Bonauentura, & de illo, quem baptizauit Matthias, qui non habuerunt fidem acquisitam, quia nondum erant instructi per prædicatores, uel per Doctores, & tamẽ habuerunt fidem: ergo habuerunt fidem infusam. Et quòd authoritas supra allegata intelligatur de fide infusa, patet per Apostolum 1. ad Corinth. 13. Adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro, quæ est fides infusa, qui est habitus infusus excellentior, quam habitus acquisitus: sed multi placuerunt Deo, ut patet de beata Virgine, & Sanctis omnibus, & hoc propter fidem infusam, quia Beata, quæ credidisti, quoniam perficientur in te, quæ dicta sunt tibi a domino: igitur ad placendum Deo necesse est ponere fidem infusam de credibilibus.

Ordo dicendorum.

¶ In quæst. ista, Primo dicam, &c.]

In ista quæstione ponuntur tres articuli. In primo uidebitur, quomodo ponitur fides acquisita, & ad quid: In secundo articulo, qui est difficilis, ostendetur de fide infusa quomodo sit ponenda in nobis: & erunt duæ uiæ difficiles; quia in ea quæretur, utrum fides infusa inclinet ad actum credendum; uel utrum sufficiat fides acquisita, & quomodo in nobis ponitur fides infusa, & acquiritur. In tertio articulo respond. ad quæstionem, & ibi uidendum est quomodo ponitur fides, & ad quid, siue fit acquisita, siue infusa.

1. art.

¶ De primo articulo, &c.]

Quantum ad primum articulum ponit unam conclusionẽ, quam probat authoritate, & multis rationibus, & consequẽter infert unum corollarium.

Concl. Sco.

Conclusio. Certum est in nobis esse fidem acquisitam credibilium nobis reuelatorum. Vnde sensus est. Ex experientiis, & actibus nostris cognoscimus nos habere fidem acquisitam. probatur per Augustin. in epistola contra fundamentum Manichæi, qui ait. Non crederem Euangelio, nisi quia ecclesiæ catholicæ credo. Vnde supponitur, quòd sicut est in assensu in scientiis naturalibus, sic est in probationibus credibilibus: sed in scientiis naturalibus assentimus conclusioni propter præmissas: ita in credibilibus assentimus uni credito propter aliud creditum.

Quare credendum est euangelio.

Aduerte, quod alicui propositioni credibili potest aliquis assentire dupliciter. Vno modo, quia credit reuelantem nolle mentiri, & hoc, quia est uerax. secundo propter authoritem approbantis illud credibile fuisse reuelatum. Exemplum primi; ut credo, quòd Roma est, quia Ioann. hoc dicit, quia est uerax, & non uult mentiri. Similiter credo, quòd Deus est trinus, & unus; quia Doct. siue prædicator hoc docuit. Similiter subditi credunt superiori, quia credunt ipsum nolle mẽtiri. Sed quæritur. Vtrum assentiens dicto prædicatoris, qui falsum dicit puta, quòd uerbum non est incarnatum, eidem credens sit hæreticus? & si hoc prædicasset, uel propter ignorantiam, uel malitiam?

Quis pót assentire propõib. credibilibus dupliciter. 1. modus assentiendi credibilib. Vtrũ credẽs prædicatori falsum dicenti sit hæreticus.

Respon. q̃ credere aliquem dictis prædicatoris, potest intelligi dupliciter, s. explicitè, uel implicitè.

Prima propositio. Si credit implicitè, quia credit ipsum dicere, seu prædicare secundum fidem, licet subditus erret, tamen non est censendus hæreticus, nec peccat mortaliter.

Secunda propositio. Si credit explicitè, hoc potest esse dupliciter. Vno modo pertinaciter, & sic peccat mortaliter, & est hæreticus. Alio modo cum humilitate, ita quod si crederet ipsum malè dixisse, est paratus credere aliter, & secũdum fidem: & sic non est hæreticus, nec peccat mortaliter.

2. modus assentiendi credibilib.

Secundo modo assentimus articulis fidei, eo quòd ecclesia appprobat. Vnde Euangelistæ multa credibilia scripserũt; & ideo dictis eorum dupliciter assentire possum, Vno modo, quia ueraces, & noluerunt mentiri, & sic non assentio: & hoc est quod auctoritas Augustini dicit, Non crederem Euangelio, &c. Vel secundo modo, quia ecclesia approbauit: & sic dicit nisi quia ecclesiæ approbanti credo, &c. & hoc est propter assistentiam Spiritus sancti, quia actuum cap. 15. dicit, Visum est Spiritui sancto, & nobis.

Ex quo sequitur, quòd in iis, quæ sunt de necessitate fidei Spiritus sanctus semper assistit. Arguitur sic. Non crederẽ Euangelio, nisi quia ecclesiæ credo auctorizanti, & approbãti; quia dicit Aug. quia Euangelium Nazareorũ non admitto, eo q̃ ecclesia non admittit. Aduerte, quod multi scripserunt euangelistа, tamen non sunt acceptata huiusmodi Euangelia in Ecclesia; nam illi, qui fuerunt sanctificati in utero matris, ut Hieremias, & Ioann. Bapt. & forte multi alii dicti sũt Nazarei, idest sanctificati. Ideo dicit Augustinus non recipiam, non quòd dubitem, uel dicam, quòd illi uoluerunt mentiri: sed quia non admittuntur ab Ecclesia, quia assentio Ecclesiæ approbanti, & non aliis: sed si nulla fides infusa esset in me, crederem firmiter historiis sacri canonis propter auctoritatẽ Ecclesiæ fide acquisita, sicut fide acquisita assentio historiis a quibusdam famosis uiris scriptis, & narratis: ergo fide acquisita credo articulis fidei, quia credo scriptores ueraces: iõ hoc audiens, acquiro mihi habitum fidei.

De obligatione religiosorum ad regulã propriam obseruandam.

Quæro, utrum religiosi sint obligati ad regulam obseruandam.

Respondeo, quòd aliquem obligari ad obseruantiam regulæ potest intelligi tripliciter. Primo, quia est a fundatore, ut est a B. Benedicto, uel a D. Aug. aut a B. Francisco; quia Spiritu sancto illustrati locuti sunt sancti Dei homines. Secundo, quia sunt de statu religionis, & ecclesia approbauit regulam. Tertio, quia per uotum se obligat religiosus.

Prima propositio. Religiosus non tenetur ad obseruãtiam regulæ, inquantum est a fundatore, quia non magis teneor dictis ipsorum, quàm dictis illorum, qui fuerunt sanctificati in utero matrum.

Secunda propositio. Religiosus tenetur ad obseruationem regulæ, inquantum Ecclesia eam approbauit, quia sicut teneor credere Euangelio per ecclesiam approbato, ita teneor ad obseruantiam regulæ propter auctoritatem ecclesiæ approbantis.

Tertia propositio. Licet ecclesia non approbasset regulam, tamen propter uotum obligor obseruare; Psal. uouete, & reddite, &c.

1. corol. Per fidẽ acquisitã possum assentire credibilibus reuelatis, sine infusa.

Ex quo sequitur, quòd si nulla esset fides infusa in me, sicut assentio historiis Romanorum, Francorum, & Vitis Patrum per fidem acquisitam, ita possum assentire credibilibus reuelatis per fidem acquisitã, quamuis essem in peccato mortali, & adhuc essem hæreticus, licet per hæresim perdatur fides infusa: quia credo Moysi, & Esdræ, qui libros recuperauit & ideo illis assentire possum absque fide infusa; & sic patet primò, quòd non immediate per fidem acquisitam assentio articulis, sed quia ecclesia approbat. secundo patet, quòd nõ est necesse ponere fidem infusam in me, ut assentiam articulis fidei fide acquisita.

2. corol.

¶ Præterea si unus, &c.]

2. rõ ad idẽ

Ponitur talis casus. Sunt duo iuuenes, unus baptizatus, & alius non: & dentur isti duo alicui Christiano, qui instruat eos in fide, tunc possibile est, quòd non baptizatus firmius assentiet articulis fidei, quia habebit organum phantasiæ magis dispositum, quam baptizatus. Tunc sic arguitur. Nõ baptizatus assentit articulis fidei, puta isti, Deus est trinus, & unus, &c. & tamen non habet fidem infusam: ergo per fidem acquisitam.

Prima pars anteceden tis patet per casum: & secunda probatur, quia non habet charitatem; quia quando Deus hominem sanat, perfectè sanat; non sicut medici, qui sanant infirmitatem cordis, & inducunt infirmitatem capitis, quia Deus nunquam curat intellectum alicuius ab errore, nisi curet uoluntatem a peccato: & tamen aliquando firmius assentit non baptizatus, quàm baptizatus: ergo quis potest habere fidẽ acquisitam non habendo fidem infusam.

3. rõ ad idẽ

¶ Præterea hic, &c.]

Ponitur talis casus. Volo quòd sit Sortes, & erret circa unum articulum fidei, & omnibus aliis credibilibus assentiat; tunc sic arguitur. Sortes assentit omnibus articulis fidei firmiter uno excepto, scilicet quòd Spiritus sanctus non procedat a patre, & filio, ut Græci: & hoc non per fidem infusam: ergo per fidem acquisitam. Prima pars patet; quia non oportet hæreticum errantem circa unum articulum, errare circa omnes: probatur, quia hæreses non sunt necessario cõnexæ: sed fides infusa corrumpitur, cum hæresis generatur: igitur fide acquisita credit aliis articulis.

Quòd hæreses nõ sint cõnexæ potest esse dupl.

Aduerte, quòd errans circa unum articulum, & non circa alium, uel quòd hæreses non sint connexæ, potest intelligi dupliciter, s. habitualiter, uel actualiter.

Prima propositio. Necessario habitualiter errans circa unum articulum per fidem infusam, errat circa omnes: patet, quia hæresis est incompossibilis fidei infusę: nam hæresis contrariatur fidei: ergo adueniente dissensu habituali circa unũ articulum fidei, desinit esse fides infusa circa quemcunque articulum: & sic potest intelligi dictum Iacobi. Qui in uno offendit, factus est omnium reus: quia per hæresim circa unum articulum perdit totam fidem infusam.

Secunda propositio. Errans per actum circa unum articulum fidei non necessario errat circa omnes: & sic intelligitur Doct. quia non assentit per fidem infusam, quia illam non habet propter hæresim: ergo assentit omnibus aliis credibilibus per fidem acquisitam.

Not. Quis sit hæreticus

Aduerte, quòd hæreticus est eligens falsum: & ille dicitur hæreticus, qui non obedit ecclesiæ, summo pontifici, excommunicatus pertinaciter, assentiens oppositum alicuius articuli fidei: sed in oppósito hæreticus est, qui sacram scripturã intelligit aliter, quam Spiritus sanctus flagitat, cuius authoritate tradita est licet ab ecclesia non recesserit.

Ad hæreticũ constituẽdum requiruntur tres cond.

Nota, quòd ad hoc, quòd aliquis sit hæreticus, tres conditiones requiruntur: prima, quòd intellectus habeat errorem: secunda, quòd uoluntas percipiat: tertia quòd sit pertinax, & monitus nolit credere. Ideo breuiter arguitur sic. Errans circa unum articulum, non errat circa alios, & hoc non est per fidem infusam: patet, quia fides infusæ contrariatur hæresis: ergo per fidem acquisitam. Aduerte, quòd per nullũ peccatum quantumcunque sit enorme tollitur fides infusa, nisi per hæresim. Et si dicas, q̃ in isto instanti, in quo perditur fides infusa, acquiritur fides acquisita. Contra. Vnum oppositũ ex oppósito non potest generari: sed error, & fides sunt oppósita: ergo errore ueniente non potest generari fides acquisita: quia prius inerat fides acquisita, quam error generaretur, & fides infusa amitteretur.

¶ Præterea, ad Rom. 10. &c.]

Ponatur talis casus. Accipio B. Dionysium ante conuersionem suam, & B. Paulum, quando Athenis prædicauit, q̃ Dionysius tempore passionis fecit Aram Deo ignoto, cum cognouit eclypsim non naturaliter uenisse: tunc arguitur sic. Paulus prædicauit Athenis Christi mortem, & resurrectionem; tunc Apostolus, quomodo crederet in quem non audierunt; quomodo audient sine prædicante; uel magistro docente? & quomodo prædicabunt, nisi mittantur? sed si B. Paulus non fuisset missus Athenas, B. Dionysius nõ habuisset fidem & non habuit ante baptismum fidem infusam: ergo acquisitam. patet, quia ante fidem susceptam non credebat, sed uisis signis, & miraculis, & Apostolus uidens arã Dei ignoti, dixit, Hic est Iesus, quem prædico. B. Dionysius assensit, & habuit fidem huius articuli, Christus passus est, & ista non fuit infusa: ergo acquisita. patet, quia B. Dionysius ante fidem susceptam credebat B. Paulo, quia credebat Deum nolle assistere falso, & non per fidem infusam: ergo acquisitam: sed fides acquisita fuit in B. Dionysio, sine infusa: ergo non est necesse ponere fidem infusam ad habendum fidem acquisitam.

Not. quare Deus facit miracula.

Aduerte, q̃ Deus aliquando facit miracula ad exaltationẽ sui nominis, aliquando ad exaltationem fidei, & hoc in argumento patet: aliquando ad ueritatis doctrinę probationẽ: & sic Apostoli prædicantes approbauerunt dicta sua per miracula, quia sermonem confirmante, sequentibus signis: aliquã do ad probandum sanctitatem sanctorum, & sanctarum. Aduerte, q̃ Deus assistens alicui per miraculum nunquam assistit falso: sed multi hæretici potuerunt hæc uidere non per fidem infusam: ergo per fidem acquisitam: quia certum est, q̃ assentiebant dictis, & miraculis: similiter in nobis ponitur fides acquisita sine infusa.

Deus nũquã per miracula assistit falso.

¶ Ex istis sequitur corollarium, &c.]

Quia iam in isto articulo ostendit, quòd certum est in nobis esse fidem aquisitam, & probant authoritate, & rationib. & hoc propter q. motam. Nunc infert unum corollarium, & est tale. Propter certitudinem assensus alicuius credibilis reuelati, non est necesse in nobis ponere fidem infusam: & hoc ut assentiamus firmiter articulis fidei. probatur, quoniam ad istum assensum sufficit fides acquisita, & ponit quatuor assensus.

Coroll. Non est necessariũ ponere fidẽ infusam, ut assentiamur alicui art. fidei. 4. assensus. 1. scientiæ. 2. opin.

Primus est scientia, qui est assensus habitualis, firmus sine formidine de oppósito, habens euidentiam ab obiecto, ut dicit Arist. 1. post. Scire est rem per causam cognoscere, &c.

Secundus assensus est opi. quæ est assensus alicui parti contradictionis cum formidine de oppósito; ut q̃ Sortes pœnitẽs tenetur facere pœnitentiam in gratia, est opinio, quia doctores diuersificantur.

Tertius assensus est cum dubitatione, & formidine de utro que oppósito contradictionis; ut si quis quærat, utrum fides sit practica, uel speculatiua, quia nunquam intellectus assentit, sed dubitat donec fuerit demonstratum per demonstra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fides qt assensus sit

tionem alteram partem esse ueram, uel falsam.

Quartus assensus est fides, qui est assensus firmus, sine formidine, sine tamen euidentia, ut credo Deum trinum, & unum: adhæreo firmiter, sine formidine, tamen non est ibi euidentia ex obiecto.

Prima propositio. Fides est infra scientiam, sed non est scientia: quia continet aliquid de pertinentibus ad scientiam. Vnde tres conditiones requiruntur ad scientiam: prima, quòd sit notitia certa: secunda, quòd sit sine formidine: tertia, ꝙ sit cum euidentia. Fides habet duas primas conditiones, s. certitudinem, sine formiditate: sed non habet tertiam, scilicet euidentiam ab obiecto.

3. cõditiones requiruntur ad scientiam.

Secunda propositio. Fides est supra opinionem. i. perfectior opinione, quia assensus fidei est sine formidine de opposito; & opinio est cum formidine.

Tertia propositio. Fides non est dubitatio, quia per fidem assentio uni parti contradictionis, & per dubitationem nulli parti assentio.

In credibilibus assentimus uni pp aliud

Istis propositionibus positis, declarat Scotus propositum: sicut est in scientiis naturalibus ita est in credibilibus per fidē: sed in scientiis naturalibus assentimus conclusioni per principia. ergo in credibilibus assentio uni credibili per aliud credibile. probatur. sic assentio per fidem acquisitā, quòd Rex ingressus est Romam sic, & sic; quia credo scriptorem esse ueracem, & quòd non uult mentiri; sed ego non habeo euidentiā: ergo assentio huic propositioni credibili, Rex ingressus est Romam tali die per istud credibile, quòd ille, qui scripsit, uel uerbo refert, est uerax: & isti, per aliud, quia non uult mentiri. Ad propositum, credo multa tempora præcessisse me, & mundum, & homines; quia credo reuelantem esse ueracem, & ꝙ noluit mentiri, quia nescio euidenter si Adam fuit, uel Cæsar, & huiusmodi; quia sunt contingentes, & contingens non potest demonstrari, quia demonstratio primo post. est impossibilium aliter se habere.

Præteritorū nō ē scientia ut præterita sunt.

Similiter ista præterierunt, & secundum Aug. Præteritorum non est scientia. Sed nonne ista, homo est risibilis, præterierit? quia Adam fuit homo risibilis.

Respondeo, quòd præteritorum sub ratione præteritorū, non est scientia: sed est scientia, ut sunt quædam res, quæ præterierunt sub aliqua conditione: & sic non uult negare Augustin, sed ut præterijt, quia ut sub tali coexistentia est unū præteritum, & est unum contingens, ideo de tali non est scientia, neque opinio, neque dubitatio: ergo est fides, & non infusa: ergo acquisita.

Ad propositū de Deo, quia sicut est in nobis respectu scientię, ita respectu Dei reuelantis credibilia: ideo pono duas propositiones. Prima. Credo ueracitati Dei reuelantis credibilia. Secunda. Credo ecclesiæ approbanti ista fuisse reuelata prophetis. ex quo sequitur, quòd credo dictis ecclesiæ, & sacri canonis, ut quòd Deus est trinus, & unus: & quòd Deus passus est, & resurrexit, &c. quia credo Deo reuelanti.

Quare credimus sacræ scripturæ.

1. prop. probatur

Prima propositio probatur, quia naturaliter insertum est cuilibet, quòd Deus est uerax, sed contra. Istud non est certū paganis: patet, quia illud, quòd inest a natura, inest omnibus; sed paganis non est certum, quòd Deus est trinus, & unus, & quòd est uerax: ergo nobis non est naturaliter certum.

Aliquid ē certū a natura dupliciter.

Respondeo, quòd aliquid esse certum a natura potest intelligi dupliciter: uel iis, qui credunt tantum unum Deum, uel determinatum Deum: uel iis, qui credunt unum Deum, & non determinatum Deum. Vel aliter. uel credunt Deum in uniuersali, ut aliquem esse Deum in uniuersali: uel in particulari, ut hunc Deum.

Deum nolle mentiri naturaliter notum est omnibus Ordo nostræ fidei acquisitæ, quo ad assensus.

Prima positio. Qui credunt unum Deum esse in uniuersali, credunt ipsum nolle mentiri, & istud est notum a natura omnibus tam fidelibus, quàm infidelibus.

Secunda propositio. Respectu huius, quem credimus, non est notum paganis a natura. Ex quo sequitur, quòd notum est nobis a natura unum esse Deum. Secundo, quòd Deus nō uult mentiri. Tertio, quòd ex hoc credimus ipsum esse ueracem. Quarto, quòd hoc est propter approbationem ecclesiæ approbantis dicta prophetarum. Quinto, quòd tenemur assentire omnibus illis, quæ sunt in sacro canone: & si aliquis non assentiret, & esset pertinax, hæreticus esset, & sic patet corollarium.

De 2. art. 5. cõd. fidei acquisitæ

¶Secundo de fide infusa, &c.]

De secundo articulo, scilicet de fide infusa sunt duo modi dicendi: unde fides infusa similis est in aliquo fidei acquisitæ; & ideo ponit Scotus primo quinque conditiones fidei acquisitæ. Prima, quòd per unum credibile credimus alteri. Secunda, quòd asserens credibile reuelabat aliis, & hoc, quia sibi fuit a Deo reuelatum: ut prophetæ, uel Apostoli habuerunt fidē, quia reuelatum fuit eis aliquid credibile, uel a Deo, uel a Spiritu sancto, & nos habemus ab Apostolis fidem acquisitā, quia credimus Apostolis & prædicatoribus, quia eis reuelatum est per scripturam. Tertia, quòd fides est certus assensus. Quarta, quòd est in ænigmate. Vnde duplex est cognitio, scilicet in se, & in alio: in se, uel in sibi simili cognoscitur aliquid, & sic non quæritur hic. Alia est cognitio in alio, & hæc est duplex; uel in speculo claro, uel obscuro: obscurum uocatur ænigma.

Cognitio duplex.

1. prop.

Prima propositio. Per uisionem beatificam reuiuidentur in uerbo per speculum clarum.

2. prop. Vna fides eium artic. fidei infusæ. aliquid cognoscitur dupliciter.

Secunda. Fides uidet in ænigmate per speculum obscurū.

Tertia. Omnium articulorum fidei est una fides infusa. Ad uerte, ꝙ aliquid cognoscitur dupliciter. Vno modo per se, ut principia, quia primo post. principia cognoscimus, inquātum terminos cognoscimus. Alio modo per aliud; ut conclusio ꝙ præmissas. sic per fidem aliquid cognoscitur per se, s. reuelās, & aliquid per aliud, s. illud, quod reuelat: & probatur, ꝙ sit una fides infusa omnium articulorum. Quia fides infusa cognoscitur per aliud; & non est nisi una propositio, per quam creduntur omnia reuelata esse uera, s. ꝙ reuelans non uult mentiri, & ille est unus. s. Deus: ergo est tantum una fides infusa omnium credibilium: & ponitur talis propositio. Tot sunt conditiones fidei infusæ, quot sunt acquisitæ.

1. cõd fidei.

Prima conditio fuit, ꝙ assentimus uni credibili per aliud: sic fidei infusæ assentimus per aliud puta propter Deum reuelantem; & hoc potest intelligi dupliciter: scilicet causaliter, uel formaliter: causaliter, quia fides est causa assensus, quo credimus credibili: formaliter, quia est, quo assentimus actualiter; & sic non intelligitur: uel non habitualiter, & sic intelligitur, quia articulis fidei assentimus per aliud, puta per reuelantem nobis tales articulos fidei.

Assentimus fidei infuse propter Deū reuelantem

2. cõd fidei.

Secunda conditio, quia Deus illud, quod aserit reuelat: sed quid est Deum aliquid reuelare?

Quid ē Deū reuelare

Respondeo, quòd est assensum causare in intellectu eius, cui reuelat, & hoc potest esse multipliciter. Vno modo per uoces, ut Moysi, quando reuelauit Deus sibi decem præcepta. Secundo imaginationes, ut in Ezechiele. Tertio per similitudines, ut Ioann. in Apoc. Quarto causando assensum actualem, uel habitualem alicuius credibilis, qui inclinat ad assensum talis credibilis: & sic intelligitur, ita quòd, si Deus uult, quòd assequeretur Christianis aliquod credibile illud uult, quòd nobis reueleti & hoc causando in nobis habitum fidei infusæ.

3. cõd. fidei de certitudine fidei,

Tertia conditio. Fides infusa est certus assensus, quia assentit certitudinaliter: & talis certitudo est maior, quā sit certitudo scientiæ, licet non habeat euidentiam ex obiecto, ut uidebitur in seq. quæst.

4. cõd. fidei.

Quarta conditio est in ænigmate, & in obscuro: quoniam talis certitudo non causatur a rebus, nec ex intuitione terminorum, siue rerum immediate; sed est a Deo reuelante mediatè, uel immediatè.

5. cõd fidei.

Quinta conditio. Omnium credibilium est una fides infusa, quia talis notitia fidei est a reuelante, & talis est unus, qui est uerax, & non potest causare in nobis assensum falsum, quia nec fallitur, nec falli potest. Vnde Ioan. 14. Ego sum uia ueritas, & uita: & causat in nobis habitum, qui inclinat ad assensum uerum.

Not.

Et nota, quòd in sacro canone sunt multa geometricalia, & physicalia, quæ sunt scibilia, quæ si essent reuelata, omnium esset una fides infusa: & sic patet sicut sunt quinque conditiones fidei acquisitæ, ita sunt quinque conditiones fidei infusæ.

Instat contradicta

¶Contra, &c.]

Doct. impugnat istum modum dicendi, ut ueritas magis pateat: sed aduerte, quòd Scotus dicit in quinta conditione, quòd respectu omnium credibilium est una fides infusa, quia est unus habitus inclinans per se ad unum assensum; scilicet quòd Deus est uerax: & per accidens ad illa, quæ continentur in sacro canone. Vnde in sacro canone sunt diuersi articuli fidei: quia quidam sunt de fide immediatè, ut ꝙ Deus ē trinus, & unus; Deus est colendus in sacramento: alii sunt de fide mediatè, ut Physicalia, metaphysicalia, mathematicalia & astronomica. Et ista dupliciter cõsiderantur; Vno modo ut sunt obiecta naturalia naturaliter cognoscibilia, & sc̃m ꝙ hēnt passiões demõstrabiles de eis, ut de influētia cęli, & diuersitate effectuū: ut ꝙ aliq̃ est humiditas, aliq̃ pluuiæ, aliq̃ siccitatis. Alio modo, ut quando credimus talia immediate a Deo esse producta, & tractantur in sacro canone ad seruiendum Theologiæ: ut ꝙ Moyses habuit filios tales, uel tales. Abraham Astrologiam.

Quo est una fides infusa. Diuersi art. sunt in sacro canone.

2. rō ad idē. Ens rōnis non est obiectū motiuum potētiæ

Physica metaphys. dupliciter considerantur.

Prima propositio. Physicalia, Metaphysicalia &c. prout sunt passiones demonstrabiles de eis, & ut sunt obiecta naturalia, non sunt obiecta fidei: probatur, quia ut sic, demonstrātur passiones de eis: sed de eis ut fidei obiecta, non fiunt demonstrationes, quia secundum Greg. fides non habet meritū, ubi humana rō præbet experimentum: ergo non pertinent ad scientiam Theologicam.

Secunda propositio. Physicalia, Metaphysicalia &c. pro quanto creduntur immediate esse a Deo, pertinent ad fidem, probatur, quia fuerunt ad instructionem fidei, quia per talia uenimus in cognitionem Dei: ergo illorū est fides infusa, quia per talia uenimus ad assensum fidei.

Doct. reprobat supradictū modum dicendi in duob. 1. rō ꝙ fides infusa nō sit necessaria

Sed Doct. improbat istum modum dicendi in duobus; primò, quòd fides infusa non est ponenda adhoc ut assentiamus reuelatis a Deo: secundo, quòd non est necesse ponere fidem infusam, sed sufficit acquisita. arguitur sic. quia sequeretur, quòd esset processus in infinitum in assentiendo propositionibus Theologicis sic, quòd non esset deuenire ad unam primam creditam: sed hoc est inconueniens: igitur &c.

Maior probatur, quia si non assentio isti, quòd Deus est trinus & unus, nisi quia est reuelatum a Deo, quæ est prima ueritas, iterum quæram; quare est reuelatum a Deo? patet per similе. Accipio notitiam conclusionis demonstrationis, puta, quòd triangulus habet tres &c. quæro, uel iste assensus huius conclusionis dependet a principio, uel ab alio: quodcunque dixeris, est inconueniens: si primum, habeo intentum: si secundum, est inconueniens. probatur, quia istud principium scilicet habens tres &c. dependet ab alia priori, uel non: si sic, sit, a, iterum quæro de illo, utrum &c. sic si fides infusa inclinat ad assensum huius, Deus est trinus, & unus, quia reuelatum a Deo est, Deum esse trinum, & unum; tunc quæro, quomodo scis?

Respondeo, quòd credo reuelatum a Deo esse uerum: sed quare credis reuelatum a Deo esse uerum? Resp. quòd Deus non uult mentiri: & quare? Resp. quia est uerax. sed quare credis ipsum esse ueracem? & sic in infinitum; & per consequēs iste modus ponendi fidem infusam non est bonus. Si dicas, ꝙ assentis isti, Deus est trinus, & unus, quia reuelatum est a Deo & hoc fide acquisita.

Credenter quidā primò qui &c. sed.

Quod sufficiat fides acquisita. quia arg.

Et nota, quòd ibi sunt duæ propositiones, sicut ibi Sortes est, uel currit: similiter Deus est trinus, & unus, est una propositio: Alia est, reuelatum est a Deo, Deū esse trinum & unum: & assentio illi, sed per quid?

Duab. prop. duplici fide assentimur.

Respondeo, quòd potest dupliciter assentire: uel fide infusa, uel acquisita. Vnde primæ assentio fide acquisita: secundæ fide infusa; quia alio habitu assentio isti, Deus est trinus, & unus, quia habitu fidei acquisitæ: & alio habitu assentio isti, reuelatum est a Deo, Deum esse trinum & unum, quia est habitus fidei infusæ.

Arg. contra solut. Not. concl. pendere a notitia principiorū pōt esse duplici ter

¶Contra. igitur tunc &c.]

Aduerte, quòd notitia conclusionis demonstratæ dependere a notitia principiorum, potest intelligi dupliciter: Vel quātum ad substantiam: uel quantum ad assensum, quia conclusioni assentio propter euidentiam principiorum, firmitatem & certitudinem. In proposito sequeretur, quòd notitia huius articuli, Deus est trinus, & unus, qui habetur mediante fide infusa, & quantum ad esse & quantum ad assensum, dependeret ab acquisita: & tamen quantum ad esse est meudens, licet quantum ad assensum sit certa, quia assensus fidei infusæ est certus, ut dictum est, sed iste assensus non dependet ab opinione, nec a dubitatione, nec a scientia: quia scientia est assensus euidens, & sic fides acquisita non dependet ab infusa, sed infusa ab acquisita; quia sicut notitia conclusionis dependet a præmissis, sic fides acquisita est causa fidei infusæ.

Ens rōnis obiectū terminatiuum

Præterea sicut se habet obiectum potentiæ ad potentiam, ita ratio formalis scientiæ ad scientiam; sed ratio formalis obiecti potentiæ non potest esse ens rationis: ergo obiectum scientiæ realis non potest esse ens rationis.

Subiectum scientiæ duplex.

Nota, quod duplex est obiectum, scilicet motiuum, & terminatiuum.

Prima propositio. Obiectum motiuum non potest esse ens rationis cuiuscunque potentiæ. patet, quia de ratione obiecti motiui est, causare notitiam entis realis; sed ens rationis non habet rationem partialem, uel totalem causandi ens reale: igitur ens rationis non est obiectum motiuum.

Secunda propositio. Ista est uniuersaliter falsa, nullum obiectum terminatiuum cuiuscunque potentiæ est ens rationis: patet de intellectu, qui habet obiectum terminatiuum ens rationis; quia, si ens rationis non posset esse obiectum terminatiuum potentiæ, sequeretur, quòd logica non esset scientia, nec de merito, nec de obligatione ad pœnam æternam, nec de sacramentis, quod est falsum. Similiter dicendum est, quòd subiectum scientiæ est duplex, scilicet uirtualis continentiæ, & sic ens rationis non est subiectum: uel attributionis, & sic potest esse subiectum scientiæ, quia sic obiectū scientiæ realis non potest esse ens rationis: sed assensus fidei infusæ est aliqua scientia realis: ergo fides infusa non potest habere obiectum, quod sit ens rationis: sed sic est, quòd esse reuelatum, Deum esse trinum, & unum non dicit ultra Deum trinum, nisi ens rationis: ergo illud non potest esse obiectum fidei infusæ, & quòd non sit nisi ens rationis istud, quod significatur per istam propositionem, reuelatum est a Deo non est nisi ens rationis, declaratur per istud exemplum, Sortes est uolitus ad uitam æternam: uolitus, nihil addit nisi ens rationis: sic reuelatum est a Deo, non est nisi ens rationis: igitur reuelari a Deo passiue, cum sit ens rationis, non potest esse obiectum fidei infusæ.

Subiectum scientiæ duplex.

¶Præterea, in primo cui &c.]

Scotus hic ponit differentiam inter credentes, quia quidā sunt primi, ut Prophetæ, & Apostoli, qui a Deo habuerunt reuelationem sacri canonis: Quidam secundi, ut sumus nos, quia reuelatum est nobis per Apostolos, quia In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. ideo nos sumus secundi credentes.

Locutio angelorū, qūo fiat.

Hoc supposito arguitur sic probando, quòd non requiritur fides infusa in nobis, sed sufficit acquisita. Paulo sufficiebat fides acquisita: ergo & nobis. patet consequentia per Augustin. super illud psal. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam, ita quod simplices illuminantur a superioribus; ita quòd superiores, qui intelliguntur per montes, debent illuminare inferiores, qui intelliguntur per colles. sed heu, nunc est per oppositum, quia superiores sunt indocti, & delicati, quia cum nobiles inceperunt habere bona ecclesiæ, ordo subuersus est, & sic non descendit pluuia, ita quòd impletum est istud Dauidis, Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia, &c.

Christus pōt dupliciter illuminare angelos.

Et nota, quòd angeli mutuo loquuntur mentaliter; sicut nos uocaliter; sed illuminatio, & reuelatio, quæ fit inferioribus, patet in angelis. Arguitur sic. Sufficit fides acquisita in montibus, ideo in superioribus: igitur in uallibus, ideo in nobis inferioribus. probatur consequentia, quia non potest aliter illuminans illuminare aliud nisi de eo, quod scit: nec nō scit nisi per fidem acquisitam: ergo non illuminat nisi fide acquisita, & per consequens sufficit fides acquisita, sine infusa.

Instan. tertia cur.

Nota, quod Christus potest illuminare angelos dupliciter. Vno modo in proprio genere, & sic non potest dare perfectiorem notitiam in uerbo, quam ipse habebat. Alio modo in uerbo, & sic potest bene dare perfectiorem notitiam angelo.

Arguitur sic. Paulus nesciuit articulos fidei, nisi fide acquisita: ergo nec illi, qui habuerunt fidem a Paulo: patet per maximam supradictam. Sed diceres, bene dicis, sed non probas, quod Paulo sufficiebat fides acquisita: & ideo probo sic. Ex puris naturalibus, habita fide acquisita, Paulus potuit deducere in cognitionem huius, Deus est trinus, & unus: quia ex puris naturalibus potest quis assentire omnibus reuelatis ab aliquo: sed ista fuit sibi reuelata a Deo, qui est uerax, & non uult nec potest mentiri, & ex puris naturalibus homo potest assentire, quòd Deus est uerax: ergo fide acquisita ex puris naturalibus potest assentire omnibus articulis a Deo reuelatis: & si Paulus hoc potuit fide acquisita: ergo quilibet alius, & per consequens non requiritur fides infusa ad assentiendum fidei articulis, sed sufficit fides acquisita.

In pueris naturalib. dupliciter.

Nota, quòd in puribus naturalibus dupliciter potest quis intelligi. Vno modo, quòd habeat illud, quod pertinet ad essentiam hominis sine quocunque dono, & sic angeli fuerunt creati. Alio modo sine donis, pro quanto illa dona sunt infusa; sicut sunt fides, spes, charitas, quæ sunt dona supernaturalia. Vnde si esset unus homo nutritus cum bestiis & ꝙ Deus dimiserit sibi peccatum originale, & uolo ꝙ sine lege iste habebat fidem infusam, tamen nulli ponōi Bibliæ assentit; quia si detur sibi aliqua propō in sacro canone, non concedit nec dissentit. & sic non intelligitur ex puris naturalibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

libus,sed secundo modo,quod est,quando quis non habet ali quod donum supernaturale,s. fidem,spem,& charitatem, tamen habet assensum de fide: & tunc iste assensus habitus de si de acquisita immediate assentit propositionibus Theologicis,& sic patet,quòd non requiritur fides infusa, sed sufficit acquisita.

¶Præterea,quòd sufficiat &c.]

Et pro isto argumento supponitur, ꝙ h omo potest habere scientiam dupliciter, Vno modo per inuentionem, Alio modo per doctrinam,sicut nos habemus.hoc supposito sic argui tur.Ex puris naturalibus nō potest aliquis homo habere scie tiam Geometriæ,uel Physicæ per inuentionem, & in suo lu mine naturali.Et dicitur aliquis homo, quoniam quidā ho mines habuerunt Geometriam, & alias scientias, & fuerunt inuentores,sicut Aristoteles,& multi alii. sic in proposito nō potest aliquis homo per se deuenire ad notitiam propositio nis Theologicæ,tamen postquam est inuenta,& ordinatè tra dita,potest deuenire ad notitiam Theologicę scientię,patet consequentia de aliis scientiis;quia per Doct.nos uenimus in cognitionem Geometriæ,uel aliarum scientiarum:igitur eo dem modo est in Theologia,quia quamuis nemo solo natu rali lumine intellectus possit propria inquisitione deuenire in notitiam huius,Deus est trinus,& unus,tamen postquam est reuelata alicui,alius potest habere notitiam illius, quia il le potest firmiter assentire reuelanti:ergo non est necesse po nere fidem infusam,ad hoc ut assentiamus articulis fidei,sed sufficit acquisita.

4. rō ad idē Hō pōt here scientiā du pliciter.

Facta reuelatio aliqui hus, pōt qs ex naturalibus habere fidē, & credere reuelatis

¶Præterea fides infusa, &c.]

Arguitur sic.Fides infusa si ponitur,est certior fide acquisi ta:sed si acquisita haberetur per infusam sequeretur, ꝙ fides acquisita esset certior fide infusa:sed hoc est falsum:igit, &c. probatur per simile,quia assensus conclusionis est minus cer tus,quàm assensus principiorum:quia quandocunque assen sus conclusionis est certus,assensus principiorum iest certior: quia tota certitudo conclusionis est ex certitudine principio rum:sed huic,Deum esse trinum & unum, assentio quia re uelatum est a Deo fide infusa,quia credo ita esse reuelatum a Deo:& quia Apostolus hoc dicit,uel alius,esse sibi reuelatū: sed si hoc ego audiuissem,crederem fide acquisita,quia crede rem ipsum esse ueracem,& nolle mentiri:igitur & modo cre do fide acquisita ex auditu scripturarum,uel prædicatione, uel lectione illud esse reuelatum Apostolo, uel alteri.& sic to ta firmitas,quam ponis in fide infusa,est ab acquisita.& sic pa tet,ꝙ non est ponenda fides infusa propter illam rationem, quia fides acquisita habetur ab infusa.

5. rō ad idē

¶Aliter potest poni fides infusa &c.]

Visum est,quomodo uno modo ponatur fides infusa, quia prius inclinat ad assensum reuelantis,quàm ad assensum arti culi.Hic ponit alium modum dicendi,& ponit aliquas pro positiones.

2. mo dus po nendi fidem infusam.

Prima propositio.De rebus possumus habere duplicem cō ceptum,s.an uniuersali,& particulari. Conceptus rerum in uniuersali est conceptus entis,ueri, boni ; &c. ut cognosco hominem in conceptu entis, ueri, boni, sed conceptus in particulari est cognoscere hominem sub propria ratione es sentiali,ut ꝙ homo est animal rationale.ad propositum, in istis propositionibus,Deus est trinus,& unus;uerbum est in carnatum,& huiusmodi,possunt cognosci in uniuersali,& in particulari:in uniuersali, ut Deus cognoscitur sub ratione entis,boni:& trinus cognoscitur in numeris,quia tres;& ab istis extrahuntur conceptus communes,& hmōi,& dicuntur conceptus generales,seu uniuersales.

1. prop. de reb. dup. cōceptus haberi pōt.

Ex quo sequitur,ꝙ ista propositio,Deus est trinus,& unus potest concipi in terminis generalibus,quia ex rebus possunt abstrahi conceptus communes;& ex illis potest formari pro positio,& consequenter apprehendi;ut ista, Deus est trinus, & unus.Alio modo in particulari,& distinctè sub propria ratione;ut si haberem proprium conceptum Dei,& huius Tri nitatis,& huius unitatis,tunc ex illis possent formari propo sitiones,& haberi conceptus proprii. & sicut de quacunque alia re potest haberi duplex conceptus, ita de articulis fidei potest haberi duplex conceptus,s.uniuersalis,& particularis ut cognoscere hanc essentiam est proprius conceptus, & par ticularis:& huius,Deus:& huius,trinus:& huius unus. philo sophi potuerunt habere conceptum de Deo in uniuersali.

Ista prop̄, Deus est tri nus & unus dupliciter pōt concipi.

Secunda propositio. Hæ propositiones,Deus est trinus, & unus:filius Dei est incarnatus secundum omnem conceptū, quem possumus habere ex terminis, non sunt euidentes, & naturaliter notæ,nec immediate,sed mediate.

2. prop.

Et nota,ꝙ duplex est propositio,s.mediatā, qua est altera prior;& immediata,qua non est altera prior.similiter duplex est propositio,s.per se nota:& non per se nota: & nota differentiam in primo post.inter propositiones,& mediatas, & p se notas.probatur propositio,quia omnis conceptus,quē possumus naturaliter habere de istis propositionibus,est in uniuersali,& non in particulari: & ex istis conceptibus non formantur propositiones immediatè,nec per se notæ:igitur istæ propositiones non sunt immediatæ,sed mediatæ, non euidē tes:& per consequens non possumus scire naturaliter esse ve ras,uel falsas.

Dupl. propō

Tertia propositio.Si distinctè conceperimus terminos,tūc possemus formare propositiones per se notas,& immediatas in intellectu.Vnde ad propositionem per se notam duæ con ditiones requiruntur:prima distincta cognitio terminorum, ubi termini nati sunt distincte concipi: secunda ꝙ illæ propo sitiones formentur.Ex quo sequitur, ꝙ formatis propositio nibus per intellectum in ea scientia in qua nati sunt termini distincte concipi,illæ propositiones sunt per se notæ intelle ctui formanti,& concipienti,sic,ꝙ est impossibile, ꝙ intelle ctus non assentiat.

3. prop.

Ad prop.ꝙ se notā duæ conditiones requiruntur.

Quarta propositio.Istæ propositiones,s.Deus est trinus,& unus;filius Dei est incarnatus, & hmōi formatæ ex concep tibus terminorum generaliter, sunt propositiones neutrę; ut etiam ista,quod Antichristus erit, in intellectu diuino for mata:& hoc est contra nominales, qui uolunt concedere hu iusmodi propositiones. unde Scotus in materia de prædesti natione dicit, ꝙ ante determinationē diuinæ uolūtatis sunt propositiones neutræ: ut ꝙ Antichristus erit. similiter ista, Hoc est corpus meum;quia non est conuersa,nec conuertēs. similiter ista,Deus est trinus,est unus, est propositio neutra: quia accipio Iudæum,uel paganum,qui habet conceptū ter minorum in vniuersali, in prima apprehensione propositio nis,quando est formata,non assentit,nec dissentit;& hoc præ supposito,quòd uoluntas non se determinet.

Artic. fidei duplices.

Quinta propositio.In statu uiæ nos nullum conceptum ha bemus de Deo naturaliter,nisi in uniuersali. patet in primo d.3.ut ꝙ Deus cōcipitur in particulari;ꝙ Deus est infinitus: debet intelligi in primo modo concipiendi rem.Vnde duplex est modus concipiendi rem, Vnus per uiam resolutionis, ut quando resoluitur unum in plura ; ut propositio in subiectū, & prædicatum.Alius est per uiam diuisionis;ut ens quantum non quantum:finitum,non finitum.

5. prop.

Duplex mo dus cōcipien di, &c.

Ex quo sequitur,ꝙ omnis assensus, qui potest haberi de i stis propositionibus, est assensus imperfectus.

Et nota,quòd sicut duplex est cognitio,scilicet confusa,& distincta;ita duplex est assensus,s.confusus,& imperfectus, ꝙ includitur in assensu distincto;& sicut distinctum continet cō fusum,ita perfectum continet imperfectum. Alius est assen sus distinctus,& perfectus.

Duplex cognitio, & duplex assē sus

Sexta propositio. Iste assensus imperfectus in nobis potest intelligi dupliciter causari : Vno modo a causis naturalibus, ut si sint species repræsentantes hominem in intellectu meo in conceptu uniuersali, scilicet entis, quia repræsentat homi nem in conceptu entis, & non hominis , & ex isto nati sunt causari assensus imperfecti in intellectu meo , & quia habeo assensum de terminis,habeo assensum imperfectum de propo sitionibus formatis ex illis terminis imperfecte cognitis.A lio modo per aliquid supplens uicem obiecti naturalis, sicut sunt propositiones contingentes,quia de illis non possuut ha beri proprii conceptus sic, quòd non possumus habere no titiam huius,Deus est trinus,& unus , & hoc ratione termi norum non habemus notitiam propositionis : & per con sequens non habemus assensum perfectum , sed imper fectum.

6. prop. Assensus im perfectus po test dupliciter intelligi

Ex quo sequitur, quòd antequam habeamus assensum per fectum istarum propositionum,oportet,quòd causetur in no bis habitus a Deo,qui habitus dicitur fides infusa, sine quo non assentiremus istis propositionibus.

Septima propositio . Istarum propositionum ueritas dici tur esse obiectum,quod est Deus,quia sicut se habent termi ni in beatis in propositionibus Theologicis, sic se habent in uiatoribus:sed in beatis termini confuse concipiuntur: ergo in nobis similiter.In beatis, Deus est obiectum primum con fuse conceptum : ergo in nobis Deus est obiectum primum confuse conceptum.

Nota , quòd esse obiectum primum potest intelligi du pliciter.Vno modo,ut obiectum causans, & sic non intelli gitur ; quia non continet assensum de ueritate istarum pro-

Obiectū 1. dupliciter.

positionum.Alio modo,ut obiectum adæquatū, ad quod obiectum reducuntur omnes istæ propositiones formatæ de articulis fidei.

Coroll. 1.

Ex quo sequitur primo,quòd in nobis ponitur fides infusa ad supplendum uicem obiecti naturalis.Secundo sequitur, quòd non ponitur fides infusa propter eādem rationem , qua ponitur fides acquisita,quia fide acquisita assentio articulis, quia a Deo sunt reuelati mediatè,uel immediatè: sed fide in fusa assentio articulis fidei immediatè ex inclinatione fidei inclinantis intellectum uostrum ad assensum articulorum .

Octaua propositio.Aequè immediatè assentio uni articu lo fidei,sicut alteri.probatur,quia fides respicit ipsum Deum de quo formantur articuli,quibus articulis assentimus,sicut obiectis secundariis per habitum fidei, & ille assensus non est ex euidentia terminorum.& aduerte,quòd duplices sunt ar ticuli:quidam necessarii, & quidam contingentes.necessarii, ut Deus est trinus,& unus.pater generat, &c.qui formantur de Deo ad intra. contingentes, ut solus Deus est incarnatus , passus,& huiusmodi.Et omnes articuli,qui formātur de Deo extrinsecè, ut incarnatio filii , resurrectio mortuorum, &c. qui dependent a uoluntate diuina, licet sit ibi necessitas præ suppositionis,quia Deus sic ordinauit fieri ex præsuppositio ne diuinæ uoluntatis, & dicitur necessitas conditionata , & adhuc potest dici,quòd est necessitas , quia omnis propositio de præterito uera est necessaria:sunt tamen simpliciter con tingentes,ut quòd Deus iustificet peccatores, uerbum est in carnatum,&c.licet de ipsis credibilibus tam necessariis,quàm contingentibus Deus sit obiectum primum , ideſt adæquatū, ad quod omnes propositiones de articulis fidei reducuntur.

Artic. fidei duplices.

Quo causa tur fides in fusa in nobis.

Sed quomodo causatur fides infusa in nobis? Pro solutio ne nota,quòd quidam sunt habitus repræsentantes obiectū , qui sunt per species intelligibiles:alius est habitus, qui facili tat potentiam, & non repræsentat obiectum, & talis est cau satus ab actu,nullus habitus causat potentiam, licet facilitet potentiam ad operandum.Secundo nota, quòd homines mul ta aliquando obliuiscuntur propter amissionem speciei in telligibilis,sed si aliquis reducat ad memoriam,facilius,& de lectabilius capiunt,quam illi,qui nescierunt, & hoc non est, nisi per species intelligibiles.

Prima propositio . Nullus habitus causatus ab actu repræ sentat obiectum fidei infusæ.

Quare ponatur habitus fidei infusæ.

Nota, quòd fides infusa ponitur in intellectu nostro,ut fa cilius,promptius,& firmius assentiat articulis fidei,ut si prædicator prædicet articulos , habens fidem infusam facilius e xit in actum credendi,quam alius,puta paganus,qui non ha bet fidem infusam,& æquè immediatè inclinat in unum arti culum,sicut in alium.

9. prop.

Nona propositio.Iste assensus est obscurus,quia si quis cō cipiat terminos confusè,non potest habere notitiam euiden tem de conclusione.sic est de fide confusa,quia confusè con cipiuntur termini fidei,& articulorum: ergo assensus erit cō fusus,& obscurus, quia non est in terminis distinctis, sed in terminis confusis, & obscuris . Et sic fides pro statu uiæ est in ænigmatè,& sic patet quomodo ponatur fides infusa in intel lectu uiatoris,quòd licet non euidenter faciat obiecta fidei , tamen inclinat ad assentiendum firmiter articulis, quia habi tus fidei inclinat in ueritatem articulorum,secundum quòd inclinat intellectum in talia obiecta:secundo patet,quòd ta lis assensus est confusus, & obscurus, & immediatè ita bene cognosco unū articulum , & assentio uni articulo fidei, sicut alteri , & siue sint propositiones contingentes, siue necessa riæ.

Arguit con tra 5am mo dū dicendi. Fides pōt causari in nobis dupl. Fides a sup plente uicē obiecti causatur dupl.

Contra,quia sic dicendo , nota, quòd fides ponitur in no bis propter firmitatem,& certitudinem assensus propositio nis credibilis . Vnde fides potest causari naturaliter in nobis dupliciter,Vno modo ab obiecto,ut in scientiis naturalibus, & sic causat per terminos,& principia , patet de conclusione syllogismi demonstratiui.Alio modo a supplente uicem ob iecti,& hoc dupliciter . Vno modo causando immediatè fidē de credibilibus , & sic fides fuit causata in intellectibus pro phetarum,immediatè a Deo.Alio modo causatur mediatè, & hoc est per habitus,& sic ponitur fides infusa, ut assentia mus propositionibus creditis , quia non potest causari assen sus credibilium nisi causetur immediatè a Deo fides de reue latis:& quia nos non sumus primi,quia a Deo non habemus immediatè,sed mediatè,quia per apostolos, & prædicatores, ideo necesse est ponere habitum ad assentiendum a rticulis fi dei,quia habitus est fides infusa,quæ inclinat ad assensum cre dibilium,& non ponitur sicut in prima opinione,ubi dictum est,quòd fides infusa ponitur mediante fide acquisita. Ideo Scotus arguit duobus argumentis contra secundum modum dicendi .

1. arg. cōtra 5ām modū dicendi.

Arguitur primo sic.quia sequeretur,quòd fides esset potē tia;sed consequens est inconueniens:ergo & antecedens .

Nota,quòd potentia est, qua aliquid possumus , ut intelle ctus intelligere,auditus audire,&c.sed habitus est,qui expe ditè,facile,& delectabiliter facit operari potentiam circa il lud obiectum, quod respicit ille habitus . patet de intellectu , uoluntate, &c.Tunc sic,fides est qua simpliciter possumus as sentire articulis fidei:ergo est potentia,& non habitus. patet consequentia,quia quantuncunque potentia sit habituata , si obiectum non est præsens,non poterit exire in actum,nisi me diante potentia:ergo ponitur fides in nobis, ut simpliciter o peremur,& non ad facilitandum potentiam , & per conse quens,fides est potentia,& non habitus quia nullo modo pos sum assentire huic: Deus est trinus,& unus,nisi per fidem .

Solu. argu.

Respondeo,quòd argumentum non includit,& ratio est, quia potentia se tenet ex parte animæ, quæ est pars potestati ua animæ.aduerte,quòd triplex est pars animæ, scilicet essen tialis,totalis,& potestatiua:sed habitus se tenet ex parte ob iecti,ut partialis causa respectu actus.sed contra, anima perfi citur habitu;ergo habitus se tenet ex parte animæ,patet quia anima dicitur formaliter credens, sciens &c. ergo habitus se tenet ex parte potentiæ,& non obiecti.

Habitus se tenet ex par te obiecti.

Obijcitur.

Respondeo,quòd argumentum non concludit, & ratio est quia habitum esse in anima, potest intelligi dupliciter . Vno modo ut forma informans. Alio modo,ut obiectum, quia ob iectum est mouere,& partialiter causare notitiam sui. Prima propositio.Habitus primo modo est in anima,quia informat animam,& hoc non negat Scotus.Secunda propositio . Habi tus quando habet rationem obiecti est obiectiuè in anima , quia partialiter causat habitum,& sic se tenet ex parte obie cti,quia obiectum mouet potentiam . Et ideo ad formam ar gumenti negatur consequentia. Ad probationem quando ar guitur,quòd fides est,qua simpliciter possumus assentire &c. distinguo,uel ex parte potentiæ,& sic concedo : uel ex parte obiecti,& sic nego.

Solu obiect. Habitū esse in aīa pt intelligi dup.

Secundo sic arguitur.Sequeretur,quòd actus fidei acquisi tæ esset alterius rationis ab actu fidei infusæ:quia quorū prin cipia sunt alterius rationis,conclusiones sunt alterius ratio nis:sed principia fidei acquisitæ puta actus credendi,est aliud a principio credendi fidei infusæ; quia non solum a distinctio ne totali principii habet actus distinctionem,sed aliquando a principio partiali,patet de intellectionibus, & obiectis: quo niam ad distinctionem intellectionis,sequitur distinctio habi tus,quia principium assensus credendi, pro quanto dependet a fide acquisita,est altetius raticnis a principio fidei infusæ, quia principium,quo assentio isti, Deus est trinus,& unus,& huiusmodi per fidem infusam,non sunt eiusdem rationis: igi tur actus credendi per fidem acquisitam , & habitus per fidē infusam,sunt alterius rationis, & per consequens non est po nenda fides infusa; quia est inconueniens.

2. arg. cōtra 5ē.

Respondeo, quòd non est inconueniens, sicut non est in conueniens de actibus intelligendi respectu diuersorum obie ctorum, quia si obiecta sint distincta , & actus intelligendi est distinctus.

Contra,& est ad principale.fides naturaliter inclinat : er go si totus assensus sit ex habitu fidei, sequitur, quòd positis omnibus, quæ concurrunt ad actum credendi in esse primo, necessario ego assentirem articulis fidei , sed hoc est falsum : igitur non inclinat naturaliter.patet consequentia, quia si fi des infusa naturaliter inclinaret, necessario assentirem arti culis fidei.falsitas consequentis patet,posito aliquo nunc ba ptizato qui est puer,cum est adultus, non assentit articulis fi dei:ergo non necessario credo articulis fidei,positis omnibus &c.non est ponenda fides infusa,cum sufficiat fides acquisita patet:quia nos non experimur , in nobis,nisi fidem acquisi tam. patet, quia volo , quòd sit aliquis hæreticus , & habeat notitiam terminorum,puta mortui,& resurgent.tunc intelle ctus suus potest formare istam,mortui resurgent.& si fides in fusa necessario inclinaret ad assensum huius , sequeretur, ꝙ necessario assentiret:sed hoc est falsum, quoniam infusa faci litat potentiam ad credendum , & magis in decimo anno, quam in primo:sed istis positis nunquam plus assentit , quàm ante,nisi fuerit edoctus de illo articulo,scilicet quod mortui resurgent,quod sit credendus : igitur sufficit fides acquisita exauditu,nec aliquis experitur se habere aliam fidem nisi in tali assensu.

3. rō ad idē.

Præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

4.vñ ad idē.

Præterea si fides infusa præbeat assensum per modum naturæ inclinantis in actum, sequeretur, quòd homo assentiret credendis ante omnem actum voluntatis, cum termini eorũ possint apprehendi ante omne actum voluntatis, sed hoc est falsum, & contra B. Aug. super Ioan. Homel. 26. cætera potest (inquit) homo nolens, credere aũt non potest nisi uolens, sed si habitus necessario inclinaret, nolens necessario assentiret: ergo non est ponenda necessario fides infusa. Item sequeretur, quòd sine fide acquisita possemus credere, patet sic, quia quotiescunque est aliquis habitus perfectus, non eget alio per quod non præsentatur eius obiectum: sed fides infusa est habitus perfectus: ergo non est necesse ponere fidem acquisitam, quia fides acquisita est ex auditu: auditus autem per uerbum: sed fides non est uerbum: ergo per fidem acquisitam non præsentantur nobis obiecta credibilia. patet consequentia, quia habitus intellectuales infusi sunt perfectiores a toto genere habitus intellectualibus acquisitis stante in eodem genere notitiæ: ergo non est necessaria fides acquisita de articulis fidei, antecedens est falsum. igitur &c.

3.vñ ad idē.

Præterea si ponеretur fides infusa propter assensum, sequeretur, q̃ non esset necesse ponere fidem acquisitam: sed hoc est falsum. patet consequentia, quia aliter sequeretur, quòd in quocunque credente essent ponendi duo habitus: unus habitus, qui præsentaret credibilia, ut neutra, & præsentia intellectui, & alius, uel alia fides per quem fieret assensus in talia credibilia: quia termini eorum, & complexio est neutra, & sic quilibet perfecte credens, ut Theologus haberet in se duos habitus intellectuales & per unum essent sibi credibilia præsentia, ut neutra, & per aliũ assentiret, quod est falsum: ergo fides infusa non ponitur necessario propter assensum credibilium.

Ad quæst. tamen dico &c.]

Ref. Scot. ad q. ex ppria mente.

Ad quæstionem respondet Sco. quod ponenda est fides infusa, propter auctoritatem sacræ scripturæ, & sanctorum. sed q̃ritur utrum possit demonstrari fidem infusam inesse alicui? Respondeo, quòd non, nisi præsupposita fide, quòd uelit credere scripturæ, & sanctis, sed in fideli nunquam potest demonstrari: quia sicut credo Deum esse trinum & unum, ita credo me habere fidem infusam.

Nõ p̃t demõstrari dari fidē infusā.

Ad qd ponatur fides infusa.

Sed quæritur, ad quid ponitur fides infusa? Respondeo, q̃ fides infusa ponitur a Deo, ut perficiat animam ad actum primum. Aduerte quod poni fidem infusam in nobis, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quantum ad actum primum, & talis actus primus est duplex. Quidam essentialis, qui est anima; Alius accidentalis, qui est ipsa operatio, sed quo ad actũ primum, hoc est dupliciter, uel quòd naturaliter possimus cognoscere esse in nobis fides infusa, uel supernaturaliter.

Poni in nobis fidē infusam dupl. p̃t intelligi.

1. prop.

Prima propositio. In nobis non potest concludi ex naturalibus quòd sit ponenda fides *infusa*.

2. propos. Ponēda est in nobis fides infusa.

Secunda propositio. In nobis ponenda est fides infusa de necessitate. & supernaturaliter, propter auctoritatem sacræ scripturæ, 1. ad Corint. 13. nunc autem manent fides, spes, charitas. Ratione sic probatur, quia sicut credo illi, Deus est trinus & unus: Verbum est incarnatum, ita credo me habere fidem infusam, quòd est uerum credibile: ergo ex creditis, ponenda est fides infusa. Item sicut imago per peccatum fuit deformata tota, ita fuit rationabile, quòd tota repararetur q̃ aliquid: sed nõ potuit reparari, nisi per dona supernaturalia, & hoc a Deo ut animam perficiat in actu primo: ergo ponenda est fides infusa unde imago, est perfecta similitudo: & capitur dupliciter. Vno modo pro eo, quòd perfectè imitatur artificem. Alio modo pro imagine imperfectè repræsentante, & cum distinctione, & sic capitur hic, & non primo modo, & sic distinguitur contra vestigium. Vnde duplex est imago. Quædam naturalis, quæ consistit in tribus potentiis animæ, scilicet intellectu, memoria, & voluntate, & hoc est quantum ad actum primum, & secundum: Alia est uirtualis, quæ est quantum ad actum primum tantum. Alia est supernaturalis, qua informatur anima donis supernaturalibus, ut fide, spe, & charitate, & aliis donis spiritussancti: & sic capitur hic, & hoc est, quòd dicit August. in sermone, si homo seruasset in se bonum, quod Deus creauit in illo, ideſt imaginem suam, scilicet supernaturalem, qua anima formatur illis tribus virtutibus, semper laudaret Deum &c.

Imago dup.

Dup. imago

Arguitur sic, probando, quòd sit ponēda fides infusa, quia sicut se habet Deus ad perficiendum corpus, ita ad perficiendum animam: sed cum Deus sanat, & perficit aliquem secundum corpus, perfectè sanat pro statu in quo est: ergo &c.

Et nota, quòd non facit sicut medici, qui aliquando sanãt caput, & non ventrem &c. minor sed non perfectè sanaret hominem secundum animam, si non sanaret, & perficeret secũdum tres potentias per dona supernaturalia: ergo ponēda est aliqua virtus, quæ perficiat intellectum, quia anima per peccatum fuit deformata in tribus potentiis: ergo debet in illis tribus reparari, scilicet in intellectu, memoria, & uoluntate.

Nota, quòd in voluntate ponitur charitas, in memoria ponitur spes, & in intellectu fides, & per consequens sicut in voluntate ponitur charitas, & in memoria spes, ita in intellectu debet poni fides: ergo necessario, est ponenda fides in intellectu ad perficiendum animam. Ideo non solum propter actum primum Scotus dicit, quòd ponenda est fides infusa necessario in nobis.

Fides quo ad actum secundum ponitur pp tria.

Et quia poterat intelligi dupliciter, vel quo ad actum primum, vel quo ad actum secundum, uisum est de actu primo, hic uidendum est de actu secundo. Nam fides in nobis ponitur quantum ad actum secundum, propter tria, Primo propter perfectionem actus secundi. Secundo propter acceptationem actus. Tertio propter assensum certum, & firmitatē assensus. Quantum ad primum est simile sicut de charitate, & ponit tria, quæ sunt in charitate, & duo sunt tantum in fide. Primo ponitur charitas in uoluntate ad perfectionem voluntatis, Secundo propter elitionem actus. Tertio propter acceptationem actus. Quantum ad primum dicit, quòd charitas ponitur in nobis propter perfectionem accidentalem uoluntatis, & non essentialem, quia voluntas est æquè perfecta in puris naturalibus sine charitate, sed non secundum perfectionem accidentalem. Secundo ponitur propter elitionem actus diligendi Deum, & hoc potest esse dupliciter, uel secũdum subsistantiam actus, & sic non. vel secundum perfectionem accidentalem, & sic ponitur. sicut calor ignis unius gradus, est ita perfectus sicut trium graduum, & hoc secundum extensionem non tamen secundum intensionem.

Quare ponatur charitas infusa.

Charitas ad perfectionē actus ponitur quo.

Prima propositio Nõ solum ponitur charitas propter perfectionem potentiæ, sed etiam propter intensionem actus.

Secunda charitas non ponitur in voluntate propter subsistiam actus, sed propter perfectionem actus ita, quòd sicut actus diligendi Deum est perfectior cum charitate, quàm sine charitate, ita actus credendi est perfectior cum fide infusa, quàm sine fide infusa.

Et nota, quòd duæ conditiones inueniuntur in fide infusa ipsius charitatis, & tertia non inuenitur, scilicet, quòd faciat actum esse acceptatum Deo: quoniam fides infusa hoc non facit, licet charitas faciat.

Charitas facit actū acceptū Deo, nõ fides infusa.

Aduerte, quòd duplex est fides. Informis, & formata: quòd autem actus diligendi Deum sit perfectior cum charitate, q̃ sine charitate, quæ est ex potentia tantum, patet lib. 1. dist. 17. sic. Actus credendi est perfectior cum fide infusa, quam sine fide infusa. patet, quia sicut charitas facit actum secundum intensiorem, & perfectiorem, ita fides infusa facit actum secundum perfectiorem, & intensiorem. sed charitas ultra hoc facit actum Deo acceptatum, & non solum actum secundum, sed actum cuiuslibet alterius potentiæ. Et ponitur talis casus; accipio Platonem, qui habeat voluntatem perfectissimam, & non habeat charitatem; tãto plus deficiet a propria perfectione in actu secundo: & accipio Sortem, qui habet voluntatem, & charitatem; Tunc sic. Actus, quo Plato diligit Deum tanto plus deficit ab actu secundo secũdum proportionem Geometricam, quam posset habere propter carentiam charitatis proportionate, quantum excederet Sortes in perfectione prima propter charitatem, quam habet: igitur perfectior est actus cum charitate, quam sine charitate.

Fides dupl.

Actus ꝓueniens a charitate, est perfectior actu proueniente a uoluntate sine charitate.

Nota, quòd proportio est duarum quantitatum, quantæcunque sint, eiusdem generis, certa & determinata unius ad alteram habitudo. Et est duarum quantitatum, ut sunt duæ superficies, quæ sunt eiusdem generis: certa, & determinata accipitur dupliciter: vel pro determinato noto; vel noto etiam indeterminato, vel infinito: & non capitur pro determinato, & certitudinaliter noto, sed determinante notũ; ut duæ quantitates, una 10 pedum, alia 20. Et nota, quòd duplex est proportio, scilicet Geometrica, & Arithmetica: vel duplex est proportio, scilicet rationalis, quæ est numerus, & dicitur Arithmetica, quia non est proportio in infinitum; Alia est irrationalis, quæ est in determinato, quæ est in infinitum, quia quantitates sunt diuisibiles in infinitum; & talis reperitur in aliis a quantitate, quia in aliis rebus, puta in substantiis, & formis; & ibi est proportio Geometrica, quia non est præcisè in numeris. Hic Scot. comparat charitatem ad actum elicitum, quia

Quid proportio.

Dup. proportio.

quia tantum excedit uoluntas Sortis informata charitate, quantum uoluntas mali Angeli deficit. ideo quantumcunque voluntas eliciat actum, non potest elicere actum ita perfectũ sine charitate.

Reuertitur ad ꝓpositũ.

Ad propositum de fide infusa. Actus credendi a fide infusa est perfectior, quam ille actus credendi, qui non est a fide infusa: ergo ponenda est fides infusa propter intensionem formæ, quia intensio non est forma, sed ipsa intensio est modus formæ, & est gradus formarum in actu: nam fides infusa est supernaturalis, quæ perficit intellectum.

3. prop.

Tertia propositio. Fides infusa ponitur in nobis propter assensum firmum credibilis, qui assensus non est totaliter a uoluntate.

Probatur primo, quòd propter assensum. nam aliqui uellẽt magis assentire articulis fidei, qui tamen minus assentiũt: sed hoc non potest esse nisi propter fidem infusam: ergo ponenda est fides infusa. patet hoc de apostolis, qui petebãt, Domine adauge nobis fidem, Similiter in quadã collecta dicitur, Omnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum: sed istud non oporteret petere, si totus assensus esset a voluntate: nec fides excludit omnem dubitationem, sed solum dubitationem trahentem in oppositum credibilis.

Ex quo sequitur primo, quòd sicut actus fidei acquisitæ est intensior in uno, quam in alio, ita habitus fidei infusæ est intensior in uno, quam in alio: & sic ponēda est fides infusa propter intensionem gradus, & substantiæ, ideſt assensus, & certitudinis.

Probatur sic. Per fidem acquisitam non potest esse firmus assensus, nec certitudinaliter assentimus articulis: ergo necesse est ponere fidem infusam. patet antecedens, quia per fidem acquisitam nullus credit alicui, nisi ei quem scit posse falli, & posse fallere, licet non velit fallere: quoniam principium fidei acquisitæ est homo, qui potest fallere, & falli. Patet de falsis Prophetis, & aliis, qui innituntur principio humano: sed nemo assentire perfectè potest dictis eius, quem nouit posse falli, & fallere; patet, quia credo Petrum dixisse, & non velle decipere: tamen quia potest fallere, & falli, ideo non assentio firmiter dictis ab eo de credibilibus: ergo ponenda est fides infusa, quia per illam nullus potest decipi. patet. Illud, quod est a principio, quod non potest falli, nec fallere, ponẽdum est; sed fides infusa est huiusmodi; patet, quia est a Deo supernaturaliter infundente: ergo ponenda est fides infusa.

Fidei infusæ nõ potest subesse falsum.

Aduerte, quòd sicut est de actu intelligendi, quia potest cõsiderari dupliciter, quantum ad subtractum, & sic potest decipi homo quantum ad subtractum, quia Deus potest causare subtractum: uel quòd Deus possit causare actum, per quem attingatur falsum: & sic non. Similiter, quòd Deus nõ potest fallere, vel quantum ad subtractum actus. Ex quo igitur ita est, quòd non possumus habere certitudinem per euidentiam obiecti, quia illud non videmus: ergo oportet ponere fidem infusam, quoniam de tali obiecto formãtur propositiones mediate, & immediatè de credibilibus: & sic, vel sic respiciunt obiectum, quoniam aliquæ contingenter, & aliquæ necessario, & sic patet de isto articulo per tres propositiones.

¶Contra hoc vltimum &c.]

Arguit Sco. contra determinata.

Hic probat Scotus, quòd non sit ponēda fides infusa, quia vel ponitur, ut assentiamus firmiter, ita quòd non possimus non assentire, vel dubitare de eo, cui assentimus; aut ad hoc, quòd necessario assentimus in fallibiliter, & sine deceptione sic, quòd non decipimur in nostro assensu: sed neutrum est dicendum: non primum, quia hoc facit fides acquisita, quia stãte fide acquisita, & dum homo assentit alicui obiecto, non potest dubitare, vel non assentire, quia aliter de eodem obiecto sub eadem ratione esset fides, & dubitatio, quod est falsum. patet, quia ista sunt opposita; nam fides est firma adhæsio, dubitatio non: & ista contradicunt: ergo propter firmam adhæsionem non oportet ponere fidem infusam. Nec secundum est dicendum, scilicet, quòd necessario, & infallibiliter assentiamus per fidem infusam, & sine errore, cum per fidem acquisitam possit quis falli, & fallere.

Tria circa, ꝙ p̃t attẽdi firmitas sine deceptione.

Nota quòd tunc tria, circa quæ potest attendi firmitas sine deceptione: quia potest comparari ad habitum: secundo ad assensum: tertio ad præsentationem obiecti.

Prima propositio. Firmitas sine deceptione non est ex parte habitus. Secunda, nõ est ex parte assensus. Tertia, prouenit ex parte obiecti.

Dubitat cõtra determ.

Contra &c. Probatur, & accipio aliquem, cui notæ sunt propositiones ex terminis. Secundo, quòd sit aliquis, cui termini non sint noti istius principii, quia male edoctus est.

Arguitur sic. Decipi, & non decipi non est ex parte habitus nec ex parte assensus, sed ex parte obiecti: quia iste, qui est bene edoctus, firmiter, & certitudinaliter assentit, alius non: ergo firmitas prouenit ex parte obiecti aliter, & aliter se repræsentantis, si est de fide, quia aliter præsentantur articuli Sorti, & aliter Platoni. Et hoc non est propter habitum, nec propter assensum: ergo hoc est propter præsentationem obiecti: ideo fides infusa non est certior, quantum ad non decipi, acquisita: sed oportet inuenire, quòd hoc proueniat ex alio, & alio obiecto.

Prima propositio. De necessitate est ponenda fides infusa ad perficiendum potentiam animæ in nobis.

Sol. dub. 1. propos.

Secunda propositio. Similiter ponēda est propter perfectionem actus, sicut charitas.

2. propos.

Tertia. Non est ponenda fides infusa in nobis propter firmitatem assensus, quia firmitas non prouenit exhabitu: ergo nõ est ponenda propter assensum.

3. propos.

Quarta propositio. Si quis uelit ponere fidem infusam propter certitudinem, soluat argumentum. Et cum arguitur, est ex alio, & alio obiecto, nego: ergo est ex parte habitus, uel ex parte assensus, nego: nam fides acquisita ponitur propter dicta aliquorum, ad quæ inclinat habitus per actus, & tamen p illam aliquando assentitur falso, quia potest illud non esse uerum, cui assentitur per fidem acquisitã, ut quòd rex est Neapolis, sed fidei infusæ non potest subesse falsum.

4. prop.

Fide acquisita p̃t assentiri falso.

Contra. Fides infusa est habitus naturaliter inclinans, sed fidei acquisitæ sub est aliquãdo falsum: igitur & fidei infusæ. negatur consequentia: ideo dico, quòd fides infusa non solum ponitur propter habitum, sed etiam propter assensum firmum.

Instatur. solvitur.

Sed quid dices de fide infusa &c. Visum est de modo ponendi fidem acquisitam, & infusam, & si infusa inclinat ad actũ credendi: & uisum est, quòd sic. Nunc quæro, si possumus cognoscere nos habere fidem infusam: quoniam nos cognoscimus nos habere acquisitam per actus credibilium; ideo quæro, vtrum naturaliter possumus cognoscere nos habere fidẽ infusam. Et August. uidetur dicere, quòd sic, qui dicit. Firmissima, & certissima scientia scimus nos habere fidem infusam quia rerum absentium fidem habemus, quia præsens est fides, & rerum, quæ foris sunt, intus habemus fidem: & rerum, quæ non uidentur, uidetur fides. Vnde fides est de obiecto primo, scilicet Deo, & hoc potest esse dupliciter, scilicet immediatè vel mediatè: immediatè, ut Deus est trinus, pater spirat: mediatè, vt verbum est incarnatum. Aduerte, quòd Deum esse præsentem potest intelligi dupliciter. Vno modo localiter. Alio modo in ratione obiecti.

Vtrũ possimus cognoscere nos habere fidẽ infusam examinatur.

Prima propositio. B. August. non intelligit de præsentia locali. Secunda. Intelligit in ratione obiecti, quia habens fidem recipit habitum, quem non habebat. Item, rerum, quæ extra sunt, est fides intus per inhærentiam formalem; quia fides subiectiuè est in intellectu, & hoc est, quia supplet vicem obiecti. Item, rerum, quæ non videntur a nobis, videtur fides, & debet intelligi de visione intellectuali, & non corporali. Istis suppositis arguitur sic. Fides uidetur a nobis: sed visio est scitia: ergo habemus scientiam de fide. habemus scientiam de fide, ergo experimur nos habere fidem. patet, quia scientia est notitia certa, & euidens, & fides est scientia: ergo scimus nos habere fidem infusam, sicut scimus nos habere scientiam.

Nescit utrũ odio, uel amore dignus sim.

Pro solutione huius argumẽti nota, quòd duplex est fides. Quædam quæ acquiritur ex actibus, quæ est acquisita. Alia, quæ non acquiritur, sed infunditur a Deo supernaturaliter.

Not. ꝓ solutione.

Fides dupl.

Propositio prima. Certissima scientia possumus nos scire habere fidem acquisitam: patet, quia fides acquisita scitur per demonstrationem, sed perfectius scio post demonstrationem, quam ante, quia illud, quod habetur de conclusione, est habitus, qui naturaliter inclinat ad scientiam: ergo scio me habere scientiam acquisitam.

Possumus scire nos habere fidẽ acquisitã, non aũt infusã.

Secunda propositio. Certissima scientia non possum scire me habere fidem infusam, quia non possum naturaliter me cognoscere habere fidem: ergo non possum me naturaliter scire habere fidem infusam, quia scientia naturali non possum scire Deum esse trinum, & unum; igitur hoc est mere creditum: quia credo me habere fidem infusam, sicut credo Deum trinum, & vnum.

Nescit utrũ odio, uel amore dignus sim, fit declaratur.

Et per hoc declaratur illa auctoritas. Nescio an odio, uel amore dignus sim, quia non habeo scientiam de hoc, sed tantum credo; quia suscepi sacramentum Baptismi, & Pœnitentiæ, & feci quod in me est, & hoc est per fidem infusam, quia hoc sciri non potest scientia naturali.

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Resp. ad argum. Dup. scia. Habitualiter possum scire me habere fidem infusam. non ut actu.

Ad argumentum respondeo, quòd duplex est scientia, scilicet habitualis, & actualis. Habitualis est obiectum esse in memoria sufficienter præsens. Actualis est actus intelligendi.

Prima propositio. Certissima scientia, & naturali scio me habere fidem infusam, & hoc habitualiter: quia sicut anima est nota sibi: ita scit se esse, quia est sufficienter præsens. Secunda. non scio me actualiter habere fidem per actum intelligendi, quia sicut anima non habet actum intelligendi, nisi per uiam demonstrationis in particulari; quia ex actibus scimus nos habere scientiam talem, & talem, non tamen secundum se, quia nullius substantiæ habemus conceptum proprium, neque per se, neque reductiuè; Et tamen dicitur, rerum absentium est fides. verum est in absentia.

Sol. argum. princ.

Ad argumenta principalia. ad primum cum dicitur, sufficit fides acquisita ad notitiam credibilium certam actus credendi, quam experimur in nobis: ergo frustra ponitur infusa; patet consequentia, quia frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora: ergo fides infusa superfluit, & ponitur frustra. Probatur consequentia, quia habitus non ponitur, nisi propter perfectionem actus: & quando vnum sufficit, frustra ponuntur plura.

Notandū.

Nota, quòd in textu sacri canonis ponuntur plura, quibus firmiter inhæremus; quia sicut patet de historiis, & gestis Romanorum, credimus, & de rebus præteritis, & aliis, quæ scribuntur in Chronicis, & hoc est fide acquisita, quia credimus ipsos esse veraces, & nolle mentiri: & ex istis, Quædam sunt Apocripha, & illis non damus fidem. Alia sunt uera, & ipsis assentimus. Sic est in sacro Canone: quia quædam sunt tradita Canonicè, & ista sunt duplicia. quædam approbata ab ecclesia: alia non approbata. Vnde ab ecclesia sunt approbati 22. libri, & isti sunt de fide ecclesiæ, ita quòd si quis non crederet hæreticus esset. Alia sunt, quę permittuntur, vt vita Iob, & alii libri: tunc arguitur. sicut fide acquisita assentio gestis Romanorum, & historiis, quia credo, quòd scriptores earum no luerunt mentiri, sic dictis in canone: ergo sufficit fides acquisita, sine infusa.

Quib. credimus fide acquisita.

Libri sacri Canonis ap probati.

Quædā reuelata a Deo ĭmediatè q̄dā mediatè.

Aduerte, quòd in historiis canonicis, quædam sunt reuelata immediatè a Deo, quia tradita, & immediatè a Deo. Alia ab homine, vt a prophetis, & apostolis immediatè, & sic possum assentire historiis sacri canonis fide acquisita: ergo frustra ponitur infusa.

Dupl. certitudo.

Respondeo, quòd duplex est certitudo. Quædam, quæ opponitur sensui opinatiuo, ut quòd Rex est nūc Neapolis, vel Romæ, & venit cursor portans literam, tunc sum certus vbi est, & ista opponitur sensui opinatiuo. Alia est, quæ opponitur deceptioni, & ista est fides infusa, quæ est necessaria ad assentiendum sine deceptione. Ad formam negatur antecedēs, & dico, quòd licet fides acquisita sufficiat quantum ad assensum, & certitudinem actus, prout credere opponitur sensui opinatiuo: non tamen prout opponitur deceptioni: nec actus esset ita intensus sine fide infusa. Similiter fides acquisita non ita perficit animam in esse primo, sicut infusa: ideo necesse est ponere utranque.

2. prine.

Præterea arguitur sic. Ad assentiendum fidei articulis, non requiritur fides infusa: ergo non est ponenda. patet, quia est, magis supra inclinationem intellectus, immo contra, assentire falsis impossibilibus oppositis necessariorum, quàm assentire obiectis neutris, quæ licet sint vera, non tamen habent euidentiam ex terminis: sed aliquis fide acquisita assentit opposito per syllogismum falsigraphum conclusioni demonstratę, uel demonstrabili. patet de illo, qui habet ignorantiam dispositionis, qui est in errore, quando firmiter assentit falso: ergo fide acquisita pt credere uera esse neutra, cuiusmodi sunt credibilia a nobis. patet, quia ex principiis malè intellectis potest malè concludi: sed difficilius est assentire conclusioni demonstratæ, quam credibili; ergo non est ponenda fides infusa. Si dicas, quòd ratione naturali quis est astrictus assentire conclusioni demonstratæ, quia sibi persuadentur ex euidenti apparentia argumenti: sed de credibilibus non sunt persuasiones, ideo non est syllogismus falsigraphus, & per consequēs fides est hic, & non ibi, Contra, & pono exemplum. est quidam hæreticus, qui firmiter adhæret suo errori, puta, quod Spiritus-sanctus non procedit a patre, & filio: & credit hoc esse verum in tantum, quòd paratus est mori, & sic assentit illi, & est hæresis acquisita, quæ inclinat ipsum in errorem, nec talis est persuasus ratione, sed quia credit auditui aliquorum, uel proprio conceptui; igitur aliquis potest fide acquisita adhærere alicui articulo sine fide infusa.

Sol. 2. prin.

Respondeo, maiorem concedo, & nego minorem, puta, quòd sit per syllogismum falsigraphum: patet, quia peccat in materia, uel in forma. dico, quod non peccat in materia, quia tunc non staret aliquod principium verum, sed esset processus in infinitum: sed peccat in forma, quia est ibi aliqua fallacia.

Prima propositio. Peccat in materia, quia tunc esset processus in infinitum, quia oportet accipere oppositā principia, vel quærere alia principia.

Secunda propositio. Peccat in forma, quia non subsumitur debitè sub medio. Vnde in forma syllogismi falsigraphi duo sunt, scilicet apparētia, quæ est assensus, quo credimus, quòd sint principia, & non sunt, & defectus in forma, quæ est causa deceptionis. Sed ad exemplum de hæretico dico, quòd non assentiunt falsis sine ratione, quia nullus est hæreticus propriè loquendo, qui non reputet se Christianum, exceptis insidelibus, quia persuadetur sibi rationibus, ut Arrianistæ propositionibus Arriani; si ipsæ inuentæ sunt propria mente, sibi persuadent, quia habent syllogismum falsum in intellectu, & concludunt conclusionem falsam pertinaciter adhęrendo, sicut illi, qui male intelligunt uerba apostoli. Qui infirmus est olera manducet: quia non debent intelligi in sensu literali, scilicet, quòd infirmi corporaliter debeant olera comedere; sed debent intelligi in sensu, quem facit Spiritus sanctus, & intelligit, qui sensus spiritualis est: quia sicut aliis quodammodo est nociuum, & quodammodo medicinale, quantum est de se est nociuum, sed quantum ad effectum est medicinale; sic per hoc debet intelligi pœnitentia, quia quantum est de se, affligit, & nocet, sed quantum ad effectum, est contra peccatum mortale medicina, sed quia hæretici accipiunt secundū sensum, quem facit litera, sunt decepti, ideo debet accipi, & intelligi sic ille passus, Qui infirmus est per peccatum mortale, olera manducet, hoc est pœnitentiam assumat.

Duo sunt in syllogismo falsigrapho.

Item. Si fides infusa esset immediatè a Deo, illa non posset corrumpi, nec amitti a nobis: sed amittitur a nobis: igitur nō est immediatè a Deo. Maior patet, quia sicut habitus infusus est immediatè a Deo, quia creatura, ut creatura, non potest habere causalitatem, patet, quia ex actibus nostris non generatur: sic quando corrumpitur, annihilatur: & sicut creatura non potest creare, ita nec annihilare: ergo habens fidem non potest quocunque errore annihilare eam, attingendo essentiam habitus, nec demeritorię.

3. prin.

Respondeo, quòd aliquid corrumpi in nobis potest intelligi dupliciter, scilicet causaliter, uel demeritorie.

Sol. 3. prin. Aliquid corrumpi dup.

Prima propositio. Fides causaliter a Deo potest corrumpi.

Secunda. Fides a nobis demeritorię corrumpitur, quia causa demeritoria sumus nos. Contra. Si hoc esset verum, esset permaximum peccatorum, sed hoc non: igitur non potest demeritorię a nobis corrumpi. Vnde maximum peccatorum est odium Dei si esset possibile, sed quia non est possibile, est desperatio: sed desperatio non opponitur fidei sed spei, cum sit perfectior virtus, vt videbitur, ipsa fide, quia est habitus appetitiuus: ergo videtur, quòd fides infusa demeritorię non possit corrumpi.

Respondeo, negādo maiorem, & totum argumentum: sed solum corrumpitur per suum oppositum, quod est error, uel infidelitas.

Nota, quòd duplices sunt errantes, Quidam, qui nullo modo sunt fideles, ut pagani, Iudæi. Alii sunt, qui sunt fideles, sed errauerunt in aliquo articulo, ut quòd Deus non est trinus, & unus, uel quod uerbum non est incarnatum.

Præterea quarto sic. Si fides infusa esset ponenda, sequeretur, quòd esset perfectior omni habitu acquisito, hoc est falsum, igitur &c.

Probatur consequentia, quia ille habitus ad quem homo non potest ex suis naturalibus attingere, est simpliciter perfectior eo habitu, ad quem potest naturaliter attingere: sed fides infusa est huiusmodi habitus, ad quem nullus ex naturalibus potest attingere. ergo est simpliciter perfectior omni habitu acquisito: & sic erit perfectior, quam scientia conclusionū, & habitu principiorum, quod uidetur inconueniens, quòd actus credendi fidei infusæ sit perfectior, quàm actus intelligēdi prima principia per habitum principiorum.

Sol. 4. prin. Perfectio fidei pōt dupl. attendi.

Respondeo, quòd fides infusa est perfectior: unde perfectio potest attendi, uel circa obiectum, uel circa causam.

Prima propositio. Quanto obiectum est perfectius, tanto habitus est perfectior in ratione causæ, quia non potest causa ri nisi a Deo.

Secunda propositio. Obiectum est imperfectius ipso habitu in ratione subiecti, quia subiectum, quod causat scientiam, est imperfectius: & cum dicis, quòd actus credendi est perfectior, quam

quam actus intelligendi, Respondetur vel quantum ad substantiam actus, uel quantum ad attingentiam actus fidei infusæ; est perfectior quocunque habitu acquisito, quantum ad substantiam actus.

Duo actus possit esse p fectior uno mō, & alio impfectior.

Tertia propositio. Actus fidei infusæ, quantum ad attingētiam, non est perfectior quocunque habitu acquisito. Exemplum. Accipio uisum hominis, & Aquilæ, & duo obiecta, scilicet solem, & lumen candelæ: uisio circa solem est perfectior quam uisio circa lumē candelæ: quia potentia est acutior, sed secundum proportionem, uisio luminis cādelæ est perfectior, quia obiectum est magis proportionatum.

Prima propositio. Actus videndi Aquilæ circa solem est perfectior, quam uisio hominis circa solem.

Secunda propositio. Visio cādelæ ab homine est perfectior, quam uisio Aquilæ circa solem, quia perfectiori modo attingit lumen candelæ, quam faciat aquila lumen Solis, & sic patet solutio quæstionis.

DISTINCT. VIGESIMAEQVARTAE.

QVAESTIO VNICA.

Vtrum scīa sīet cumfide de credibili bus reuela. is.

HIc quæritur si fides. Circa distinctionem vigesimamquartam quæritur, Vtrum de credibilibus reuelatis possit aliquis habere simul scientiam, & fidem, & hoc loquēdo de scientia pro omni notitia certa accepta ex euidencia rei. Primus terminus est credibile; præter ea, quæ distincta sunt in præcedenti quæstio. notandum est, quòd credibile est propositio, quæ licet certitudinaliter, non tamen euidenter potest cognosci. Vnde credibilia sunt duplicia, Quædam a nobis reuelantur, ut Roma est, Parisius est &c. quæ non sciuntur a nobis, nisi per reuelationem reuelantis, quia credo ipsum uera dicere. Alia sunt reuelata, vt propositiones de fide, & hoc à Deo per reuelationem Diuinam, uel per Angelos, & hoc potest esse dupliciter, scilicet immediatè, & per se sicut Moysi, & aliis: uel mediatè, ut per Angelos, & Prophetas, & Apostolos, & prædicatores: & ista sunt triplicia, Quædam, quæ pertinent ad beatitudinem beatorum necessario, & sunt illa, quæ dicuntur de Deo ad intra, ut Pater spirat: Alia, quæ concomitanter pertinēt, ut verbum caro factum est, Christus est passus: Alia, quæ nec necessatio, nec concomitanter pertinēt ad beatitudinem beatorum, ut cognitiones Angelorum, & hic intelligitur de duobus primis modis, & non de alio.

Credibile quid.

Credibilia triplicia.

Reuelatio quid.

Secundus terminus est reuelatio, & est quædam notitia actualis, uel habitualis, per quam remouetur ignorantiæ obstaculum.

Aduerte, quòd antequam reuelarentur ea, quæ sunt in sacro canone, erat obstaculum, quod non poterat cognosci Trinitas: sed in nouo Testamento remotum est, quoniam patres antiqui non cognouerunt apertè Trinitatem. Nota differentiam inter reuelationem, uisionem, & raptum. Vnde raptus addit super notitiam, & extasim, & dicit notitiam cum extasi, de quo Apostolus. Scio hominem, &c. & hic loquitur de reuelatione, non autem de uisione, vel raptu.

Scientia' ca ptiur tripl.

Tertius terminus est scientia, & capitur tripliciter. Vno modo pro notitia certa alicuius rei, & sic accipit Aristotel. in 6. Ethicor. cum dicitur, scientia est qua uerum dicimus. Secūdo magis determinate, ut distinguitur contra sapientiam, & sic accipit Aristot. quando ponit differentiam inter habitus intellectuales. Similiter Apostolus, quando dicit, Alii datur sermo scientiæ, alii sermo sapientiæ &c. Tertio modo pro habitu conclusionis per demonstrationem acquisito, & sic quæritur in titulo q. hoc tertio modo.

Fides capiur multis modis.

Quartus terminus est fides, & accipitur multis modis: tamen pro nunc tres modi sufficiunt. Primo capitur pro obiecto credibili, de hoc Athanasius. Hæc est fides catholica, quā nisi quisque &c. Secundo modo pro actu credendi, & accipitur ab Augustin. quando dicit, quòd fides est, qua credis, quæ non uides, ut credo Deum esse. Tertio modo pro habitu inclinante ad assensum creditiuum, & sic accipit Apostolus ad Rom. 1. Iustus ex fide uiuit: & Apostolus ad Hebr. Fides est substantia rerum sperandarum. argumentum non apparentium, & hic capitur duobus ultimis modis, & non primo, ita quòd sensus quæst. est, Vtrum de credibilibus reuelatis possit simul duratione, & in eodem instanti de eodem, uel de eadem propositione habere scientiam. Tertio modo, quæ est strictè capta, & fides tam pro actu credendi, quàm pro habitu inclinante in assensum creditiuum.

Et arguitur, quòd non 2. ad Corin. 5. Per fidem enim ambulamus. non per speciem, glosa dicit, modo per fidem tantum illuminamur. *Arg. p par te negatiua.*

Arguitur sic. Tantum per fidem ambulamus: ergo non scimus, quæ credimus: patet, quia exclusiua esset falsa, si ea, quæ credimus, sciremus, cum sint habitus distincti. patet sic, quia suæ exponentes sunt istæ, tantum per fidem ambulamus, hoc est fide ambulamus, & nulla alia uia, quam per fidem cognoscimus credibilia: ergo hæc cognoscimus per fidem. cum igitur hæ duæ exponentes sint ueræ, sequitur, quòd & illa exposita sit uera, & per consequens non potest de eodem non esse fides, & scientia.

Quid conclu dat argum.

Nota, quòd istud argumentum procedit de facto, & nō de possibili. modo quæstio quærit de possibilitate, ideo consequētia non ualet de possibili.

Dup. cogniśio.

Præterea. Omnis cognitio &c. supponitur pro isto argumento, quòd duplex est notitia, siue cognitio, scilicet obscura, & clara. Obscura est ænigmatica, qua aliquid cognoscitur non ex euidentia rei, sed aliunde habetur certitudo. Alia est clara, quæ habetur ex euidentia terminorum, principiorum, uel rerum.

Arguitur sic. Cognitio, quam habemus de fide, est obscura deducta ex credibilibus reuelatis, sed cognitio scientiæ est clara deducta ex principiis per se notis, & naturalibus: ergo de conclusione, quæ habetur de fide deducta ex credibilibus non potest esse scientia. patet, quia scientia est euidens, fides non est euidens: sed euidens, & non euidens contradicunt: ergo propositiones compositę ex illis contradicunt. patet, quia istæ contradicunt, scientia est euidens, nulla scientia est euidens: similiter nulla fides est euidens, & fides est euidens: ergo cognitio de conclusione fidei, & scientiæ, non possunt simul esse, & per consequens de eodem credibili non potest simul haberi scientia, & fides.

Quæstio ista includit &c.

Pro solutione quæst. ponuntur duo articuli. Primus est. Vtrum de eo obiecto possit esse scientia, & fides. Secundus. Vtrum de illis possit simul stare scientia, & fides.

Credibile dup. pt consi derari.

Aduerte, quòd credibile potest dupliciter considerari; Vno modo in se, & absolutè, ut uerbum est incarnatum, Christus est passus, in quantum sunt tales propositiones. Alio modo in ordine ad fidem.

Prima propositio. Quæstio non quærit de credibili in se, & absolute.

Secunda propositio. Quæstio quærit de credibilibus in nobis, in ordine ad fidem, ut assentio huic articulo fidei, Verbū est incarnatum. Ideo quæro, Vtrum simul in eodem intellectu, de eodem credibili aliquis possit habere scientiam, & ūdem, ideſt, quòd assentiat actu, vel habitu fidei conclusioni deductæ ex principiis credibilibus: & actu, uel habitu scientifico. Pro solutione ponuntur tres opiniones. Prima est B. Tho. Secunda Henrici Gandeuensis. Tertia Scoti ibi ad quæstion. Respondeo quantum ad primam opinionem B. Thomæ. Doctor quatuor facit. primo ponit quatuor conclusiones: secundo declarat: tertio probat: quarto impugnat. Quantum ad primum,

Opi. B. Tho.

1. cōclus. D. Tho.

Prima conclusio. Scientia subalternans, & fides, de eodem obiecto, in eodem intellectu, non possunt simul stare.

Secunda conclusio. Scientia subalternata, & fides de eodē obiecto, in eodem intellectu, possunt simul stare. quantum ad secundum aduerte, quòd ad scientiam subalternantem tria requiruntur: primo, quòd causetur ex principiis illius scientiæ, ut scientia, quæ habetur de homine, causatur a suis principiis, ita quòd nulla alia principia sunt priora, ut principia huius conclusionis, homo est risibilis, causatur ab istis, omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale: quæ sunt principia per se nota ex euidentia terminorum. Secundo requiritur, quòd conclusiones in illa scientia demōstrentur propter quid, & a priori, secundum B. Tho. per causam necessariam, & intrinsecam ipsius obiecti: ut causa forma lis hominis, est rationale, & causa quare homo est risibilis, iō dicit B. Tho. quòd illa est propter quid. Tertio requiritur, q euiden-

Tria requrūtur ad sciam subalternā tem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

euidentia terminorum sumatur a re sic, quòd euidenter cognoscatur a re, & non ex intuitione terminorum.

Tria requirũntur ad scientiã subalternatam.

Similiter ad scientiam subalternatam tria requiruntur. Primo, quòd principia non resoluantur immediate in terminos sed in priores propositiones: quia principia subalternatæ sunt conclusiones scientiæ subalternantis. Secundo, q̃ nõ est scientia propter quid, quia non est per causam immediatam: quia habet causam priorem, licet sit per causam remotam, & non propinquam: quia principia scientiæ subalternatæ sciuntur per causam, ideo scientia subalternata non est propter quid. Tertio, quòd principia scientiæ subalternatæ non habent immediatè euidentiam a re, sed a prioribus propositionibus, scilicet scientiæ subalternantis. His declaratis ponit duas propositiones.

1. pp. B. Th.

Prima propositio. Scientia subalternans, & fides de eodem obiecto in eodem intellectu, sunt incompossibiles. In intellectu beati est scientia de credibilibus, puta de iis, quæ nos credimus, & non habent fidem, quia fidei succedit visio: & cognoscunt propter quid, sed nos habemus fidem, & non scientiam.

2. pp. eiusdẽ

Secunda propositio. Scientia subalternata, & fides possunt esse in eodem intellectu simul, siue sit compræhenſor, siue uiator; quia talis scientia est compatibilis cum fide. Ad hoc arguit sic B. Thom. posuit duas propositiones, & declarauit eas & quia in secunda est difficultas, ideo probat istam duabus rationibus, puta istam, quod scientia subalternata, & fides possunt simul esse in eodem intellectu, de eodem obiecto.

1. rõ Bo. Th. ad scdam p. positionem.

Prima ratio. Scientia subalternata supponit, & accipit principia sua a scientia subalternante, sic, quòd conclusiones sunt principia scientiæ subalternatæ: puta de Perspectiua, quæ accipit sua principia a Geometria, quia Perspectiuus considerat lineam uisualem, & Geometra considerat eam, in quantum est longitudo &c. sic, quòd pro principiis scientiæ perspectiuæ accipiuntur conclusiones geometricè.

Arguitur sic. Scientia subalternata, secundum quòd subalternata, & sub propria ratione, qua subalternata, est uera scientia; licet accipiat principia sua a scientia subalternante, & non habet principia sua nota ex terminis: igitur potest stare vera ratio sciẽtiæ subalternatæ, quamuis supponat principia suã: ergo Theologia nostra, licet subalternetur sciẽtiæ beatorum, est vera scientia, & per consequens stat talis scientia subalternata cum fide, sub propria ratione scientiæ.

¶ Ad primum pro prima opinione &c.]

Sol. 1. rõ B. Tho.

Aduerte, quòd duplex est Theologia, scilicet strictè capta, quæ est, qua cognoscitur obiectum Theologicum sub ratione formali obiecti, & sic Deus est obiectum Theologicum. Alio modo large, quæ est cognitio obiecti, secundum, quòd est talis res nata confusè cognosci; & sic est Theologia in doctis, & studiosis, & non in rusticis: quia talis est uera scientia, quia talis subalternatur scientiæ beatorum: sed scientia beatorum est vera scientia; sequitur, quòd scientia subalternata potest stare cum fide in eodem intellectu: quia quantuncunque sumus Theologi, credimus Deum trinum, & unum: & scimus per scientiam subalternatam: ergo de obiecto habetur scientia, & fides.

Theologia duplex.

1. propos.

Respondeo, ponendo sex propositiones. Prima propositio. Argumentum B. Thom. nihil aliud probat, nec habet uigorem, nisi quod scientia subalternata est vera scientia sub ratione, qua subalternata.

2. propos.

Secunda propositio. Illam propositionem concedo, & declarat, quòd scientia potest considerari dupliciter. Vno modo in se, & est quando consideratur secundum quòd nata est esse in se de tali obiecto. Alio modo in tali intellectu, ut est quando est talis scientia.

Scia dupl.

3. propos.

Tertia propositio. Scientia subalternata in se, accipit principia sua a scientia subalternante. Similiter scientia subalternata est in intellectu Sortis: quia sicut se habet scientia in se, ita in intellectu Sortis: quia habet secundum quòd nata est habere: ergo sciẽtia Sortis subalternata accipit principia sua a scientia subalternante.

4. propos.

Quarta propositio. Dicere Perspectiuam accipere principia sua a Geometria, hoc nihil est.

5. propos.

Quinta. Dicere, aliquem non posse habere scientiam subalternantem, & fidem, ista propositio est falsa.

Hére sciam et fidẽ dup.

Aduerte, quòd aliquem habere scientiam, & fidem, potest intelligi dupliciter, scilicet simul, uel successiue, simul, & sic non potest habere: sed successiue habetur scientia, & fides, quia de eodem obiecto potest haberi fides, & opinio: quia secundum philosophũ Oportet addiscentem credere, & postea opinari; ut quòd homo est risibilis, ante formationem syllogismi demonstratiui, est opinio, & post demonstrationem, est scientia.

Ex quo sequitur, quòd de eodem obiecto potest haberi fides, opinio, & scientia: quia credo principiis: secũdo opinor: tertio ex discursu generatur scientia: sed hoc est successiuè, & non simul.

6. propos.

Sexta. Solus intellectus beati, habens scientiam subalternantem habet ueram Theologiam, sed uiator non, quia non habet scientiam subalternantem, & subalternatam; quia beatus ille demonstrat ex primis, ueris, & imediatis.

Ad formã argumenti.

Ad formam, negatur consequẽtia. & cum probatur, quòd est scientia subalternata, quia subalternatur scientiæ beatorum.

Respondeo, aut de terminis distinctè cognitis: & sic dico, quòd beatus habet Theologiam, sed uiator non; quia solus beatus habet scientiam subalternatam: quia etiam solus beatus habet scientiam subalternantem.

2. rõ B. Tho.

Præterea. Perspectiua, in quantum perspectiua, & sub propria ratione, est scientia: ergo perspectiuus, in quantum perspectiuus, est sciens: sed potest haberi Perspectiua sine Geometria: ergo scientia subalternata sine subalternante: patet, quia sunt habitus specie distincti: nam Geometer considerat lineã secundum longitudinem &c. & Perspectiuus lineam uisualẽ, quia accidit lineæ, quòd sit perspectiua: ergo una potest esse sine alia. Et sicut Perspectiua potest esse sine Geometria, ita Theologia uiatoris potest uerè esse scientia sine Theologia beatorum.

Sol. 2. rõ D. Tho.

Ad secundum dico, quòd prima consequentia est bona, scilicet, quod Perspectiua est scientia, & perspectiuus est sciẽs: sed quando dicis, Perspectiua &c. nego, quia Perspectiua non potest haberi sine Geometrica, & quando dicis, quòd distinguuntur specie: concedo, & quòd sunt distincti habitus: ergo potest haberi una sine alia, nego; quia acquisitio scientiæ subalternatæ dependet necessario ex acquisitione subalternantis; & sic patet, quòd in intellectu meo non potest haberi sciẽtia subalternata sine subalternante: & ratio est, quia principia scientiæ subalternatæ sunt conclusiones scientiæ subalternantis, ita quòd nunquam causatur scientia subalternata, ni si prius habeatur subalternans. sic uiator de Theologicis non potest habere ueram sciam subalternatam, nisi habeat scientiam subalternantem: sed non potest habere subalternantem quia non habet euidentiam principiorum, & terminorum, ex quibus causatur conclusio: ergo non potest habere scientiam. Et sic patet, quòd non habet simul scientiam subalternatam de aliqua conclusione absque eo, quòd habeat scientiam subalternantem: Patet sic, quia aliquæ sunt conclusiones, quæ accipiunt principia sua a scientia subalternante, aliquæ non; sed aliunde accipiunt. exemplum. potest haberi scientia de homine albo dupliciter. Vno modo in quantum accipit sua principia a principiis formalibus hominis sic, omne animal rationale est risibile, homo est animal rationale: ergo homo est risibilis. si arguitur, omne animal rationale est risibile, homo albus est rationale animal: ergo homo albus est risibilis: tunc non potest esse scientia de homine albo, quæ est subalternata, nisi habeatur de subalternante, puta de ista, homo est risibilis: sed si subalternata sumat principia sua a principiis albedinis, tunc potest haberi scientia subalternata sine subalternante de homine albo; ut sic arguendo, omne album est disgregatiuum uisus; homo est albus: igitur homo est disgretiuus uisus: sed hoc non est ad propositum, quia secundum quod habet talia principia, non est scientia subalternata. Ad formam cõceditur maior, & negatur minor: & negatur, quòd sint habitus distincti uniuersaliter, quia si unus habitus dependet in acquisitione ab alio, unus non potest esse sine alio: sed sic est de scientia subalternata, & subalternante, quando sumit principia sua a scientia subalternante: ideo non sunt habitus uniuersaliter distincti.

Ad formam respond. 3 rõ D. Tho.

Præterea, philosophus 6. Ethic. ca. 4. arguit sic. Ex inductionibus possumus acquirere scientiam. patet sic arguendo, hoc Reubarbarum est sanatiuum choleræ: & hoc &c. ergo omne Reubarbarum est sanatiuum choleræ: quia arguitur sic a partibus ad uniuersale: Et secundum commentatorem, Omnis scientia acquiritur per syllogismum dupliciter, uel per demõstrationem, uel per inductionem. practica de animalibus.

Tunc sic arguitur Scientia, quæ acquiritur per syllogismũ est simpliciter perfectior, quam illa, quæ acquiritur per inductionem: quia syllogismus facit scientiam per terminos distincte cognitos: inductio per terminos confuse cognitos, quia in

Scia subalternata non habet sine subalternante sẽdm Sco.

uniuersali, sed scientia de credibilibus acquiritur per Syllogismum, & demonstrationem, uel per inductionem: quia ad hanc sufficit, quòd principia sint aliqualiter nota; ergo si inductio sit scientia, etiam & syllogismus.

Ex quo infert, quòd quis potest habere scientiam subalternatam sine subalternante, & hoc per inductionem, quæ est à singularibus ad uniuersalia: & cum talis sit scientia in uiatore: ergo in uiatore est simul scientia cum fide de credibilibus reuelatis.

Sol. 3. rõ D. Tho. Dup. inductio.

Respondeo, quod duplex est inductio. Vno modo accipitur pro ut distinguitur contra alias species argumentationis, & syllogismi, quia est una species syllogismi. Alio modo pro cognitione sensitiua, quæ est cognitio sensus: quia si cognosco hunc sonum, & hunc, uenio in cognitionem uniuersalis, quia omnis cognitio nostra ortum habet a sensu.

1. prop.

Prima propositio. Inductio primo modo non est necessaria, nec sufficit ad acquirendum scientiam: patet sic prima pars, quia nullis existentibus singularibus potest haberi scientia: patet de rosa non existente, de qua habetur scientia, & tamen nulla rosa existit, & sic patet, quòd inductio non est necessaria. secundo patet, quia inductio ex particularibus deducitur: sed particularia sunt contingentia, & ex contingentibus non est scientia primo post: sed scientia est necessariorum ergo non est scientia, magis sequitur econtra, puta ex uniuersali: quia bene sequitur, omne totum est maius sua parte: ergo hoc totum, & hoc totum: & sic inductio non sufficit ad scientiam habendam.

2. prop.

Secunda propositio. Inductio secundo modo accepta requiritur ad acquisitionem scientiæ in nobis, non tamen sufficit uniuersaliter. patet per Aristotel. quia omnis nostra cognitio ortum habet a sensu.

Scia in duplici differẽtia.

Probatur secunda pars: quia Aliquæ sunt scientiæ, quæ requirunt cognitionem distinctam, quia quamlibet partem, ut uideo quamlibet partem Sortis, & sic distinctè uideo.

Aliquæ requirunt cognitionem confusam, ut uideo Sortem. Vnde physica, & mathemathica requirunt notitiam confusam terminorum: sed in metaphysica requiritur distincta notitia terminorum, quæ non subest sensibus, & tamen talis notitia requiritur in physica: igitur non sufficit scientiæ in uniuersali, quia uniuersalia non sunt sensibilia, ergo ad scientiam requiritur alia notitia, quam sensitiua, quæ est notitia confusa.

Ad formam respond. Inductio dupl.

Ex quo sequitur, quòd physicus metaphysicus est perfectior, quam physicus non metaphysicus quia unus habet distinctam notitiam terminorum, puta physicus metaphysicus alius non, puta physicus non metaphysicus.

Ad formam respondeo, quòd duplex est inductio, siue acquiritur dupliciter, Vno modo ut est species argumentationis, & sic nego: Alio modo pro cognitione sensitiua, & sic cõcedo: & dico, quòd non sufficit cognitio confusa terminorũ, sed requiritur distincta notitia.

2. arr.

¶ Contra istam opinionem &c.]

Quantum ad secundum Articulum. Doctor improbat D. Thom. quia contradicit sibipsi, allegando duos passus: primus, ut supra dictum est: secundus passus est secunda secundæ, quòd fides, & scientia sunt incompossibilia. Et hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo de scientia subalternata, quod non sit simul in eodem intellectu cum fide: quia si simul starent, duo contradictoria starent simul, ut uisum est supra, sicut licet euidens, & non euidens. Alio modo intelligitur de scientia subalternante, & sic contradicit sibipsi.

Arguit contrã D Tho. 1. ratio.

¶ Præterea &c.]

Deinde arguit rationibus, quia accidens dependet a substantia in genere causæ efficientis.

Supposito hoc, arguit sic. Nullus habitus dependet essentialiter ab aliquo in genere causæ efficientis, sine quo talis habitus potest esse: sed Theologia uiatorum potest esse sine Theologia beatorum: ergo habitus Theologię uiatoris non dependet ab habitu Theologiæ beatorum: ergo uiator potest habere Theologiam sine Theologia beatorum, cum non dependeat a Theologia beatorum.

Probatur minor, quia scientia, quam habet beatus de Deo trino, quę est ipsa uisio, & hoc ex euidentia terminorum, non est causa Theologiæ nostræ, & hoc essentialiter, cum scientia non dependeat nisi ab obiecto, & potentia in se, uel in specie sua.

Probatur, quia quantumcunque cognoscam habitum beati Petri, non causatur in me Theologia de Deo, ita quòd ex cognitione, quam habet beatus Petrus, ueniam in cognitionem Dei trini: patet, quia non est obiectum Theologicum: ergo Theologia mea non dependet essentialiter a Theologia beatorum. nisi uelis dicere, quòd quia cognosco uirginem beatam, ideo sum beatus: ergo Theologia mea dependet, & subalternatur Theologiæ beatorum.

Tollitur ratio.

Contra, sequeretur, quòd in me esset Geometria, quæ est in Ioanne, quia credo Ioannem habere Geometriam: sed hoc est falsum: ergo scientia, & fides non simul stant.

2. rõ Sco. ad idem. Intelligibilia duplicia

Præterea, supponitur, quòd duplicia sunt intelligibilia, Quædam sunt intelligibilia solum, ut uniuersalia, & Quædam intelligibilia, & sensibilia, ut sunt singularia accidentiũ, ut hæc albedo.

Ordo cognoscẽdi.

Prima propositio. Quæ sunt priora in se secundum naturam in intelligibilibus, sunt priora nobis secundum intellectionem, ita quòd uniuersalia sunt priora in intelligibilitate nostra; quia primo cognosco ens, quam substantiam.

Secunda propositio. Quæ sunt priora in intelligibilibus sensibilibus, illa quę sunt priora secundum naturam, sunt posteriora secundum intellectionem in nobis, ita quòd singularia prius cognoscuntur, quam uniuersalia.

Arguitur sic. Bene sequitur, habeo Theologiam subalternatam: ergo subalternantem: patet, quia Theologica sunt intelligibilia præcisè, & nõ intelligibilia sensibilia, ut ista Deus est trinus, & unus: sed in intelligibilibus, illa quæ sunt priora simpliciter, sunt priora nobis, licet non sit ita in sensibilibus, quia sensibilia posteriora sunt nobis magis nota: sed si Theologia sit scientia, non est de sensibilibus, quia de sensibilibus non est scientia secundum Aristotel. 7. metaphysicorum nec demonstratio: ergo est de intelligibilibus: ergo si habeo Theologiam subalternatam, habeo subalternantem: quia prius cognosco Deum sub ratione Deitatis, quam sub propria ratione terminorum: si ergo ista scientia possit stare simul cũ fide, sequeretur, quòd prius essem beatus, quam uiator: ergo est falsum, quòd scientia subalternata stet cum fide: ergo & subalternans: quia sic essem compræhensor simul, & uiator, quod est falsum.

2. Opi. Hẽri Trip. lumen sẽdm Henr. Lumẽ gloriæ quod sit

Alia est opinio Henrici Gandauensis quodlib. 8. quæstio. decimanona, & dicit, quòd triplex est lumen, scilicet fidei, gloriæ, & medium. Lumen gloriæ est quædam qualitas supernaturalis immediatè producta à Deo, eleuans intellectum ad compræhendendum Deum: & istud sufficit ad claram Dei uisionem de iis, quæ nunc credimus, & uidebitur clara cognitione intuitiua, & propter quid.

Lumẽ fidei quid.

Aliud est lumen fidei, quòd est qualitas supernaturalis inclinans nos ad credendum articulis fidei.

Aliud est lumen medium, quòd est quidam habitus acquisitus in intellectu uiatoris de articulis fidei, & istud lumen est clarius lumine fidei, & infra lumen gloriæ.

Ex quo sequitur, quòd perfectius uidetur Deus per lumen gloriæ, quam per lumen medium, & clarius per lumen medium, quàm per lumen fidei: & sic lumen medium est perfectius lumine fidei, & imperfectius lumine gloriæ, & ideo dicit Henricus, primo, quòd cognitio beata, & aperta uisio in lumine gloriæ, non stant simul cum fide. Secundo dicit, quod cognitio media, quæ est scientia in lumine medio, stat cum cognitione fidei: quia extrema minus repugnant, & medium quam extrema inter se.

Ecclypsis pt dup. cognoscẽdi.

Exemplum de ecclypsi, quam aliquis potest cognoscere dupliciter, scilicet in uniuersali, uel in particulari: in uniuersali est carentia luminis, hoc est in conceptu communi.

In particulari dupliciter: uel in particulari uago, quia non intelligit cursum motuum cœlestium, nescit tali modo, uel tali hora, uel tali die, uel in tali puncto erit Ecclypsis solis, uel lunæ: uel in particulari determinato, quia tali hora, die, puncto erit Ecclypsis, Solis uel lunæ.

Ecclypsis pt cognoscibiliter.

Et declarat, quòd ecclypsis potest cognosci tripliciter ab illo, qui uidet intuitiuè, ut ille, qui uidet in particulari signato, uidet intuitiuè, & sic non habet fidem de ecclypsi. Secundo ille, qui uidet in uniuersali, habet scientiam, & tamen credit: similiter sciens in particulari uago habet scientiam, & cum hoc stat fides de ecclypsi, siue opinio.

Cum autem scit in particulari uago, siue in uniuersali, habet scientiam, & fidem, siue opinionem, & tamen cum scit, & uidet in particulari signato, & determinato, hec scientiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

& euacuatur fides, siue opinio.

Cũ cognitione uniuersali ꝑ stare fides.

Ad propositum. Prima propositio. Petrus cognoscit Deum in uniuersali tantũ, quia cognoscit cognitione naturali, & cũ tali potest stare fides, ut cognitio, qua cognosco aliquem unũ hominem esse Christum, aliquam unam mulierem esse Virginem Mariam.

Quarta propositio. Cognitio nostra stat in particulari uago, quia cognitio nostra est ænigmatica, & dubia. Quæritur, Vtrum talis cognitio sit sufficiens ad salutem, credendo, quòd aliquis est Deus, & aliquis est Christus, qui est passus, & aliqua est mater Dei?

Respondeo, quòd sic. Contra. Pagani habẽt fidem hoc modo, qui credunt Deum esse: ergo poterut saluari.

Respondeo, nego consequentiam, quia non sunt baptizati & hoc requiritur: sed quomodo credent in quem non audierunt?

Quo faciẽs qđ in se est illuminatur.

Respondeõ, quòd credunt Deum in uniuersali, & credunt in aliquem Deum in particulari uago, quia solem, lunam, Mahometum; & isti, qui sic credunt, sunt infideles: sed illi, qui credunt in uniuersali, possunt saluari; quoniam si fecerint, quòd in se est ad consecutionem salutis, Deus mittet in corde suo bonas inspirationes, vel homines, vel Angelos, ut doceant illos in his, quæ sunt necessaria ad salutem. sed baptizato non sufficit ad salutem, quòd credat aliquem Deum in particulari uago: & sic secũdum Henricum uiso excludit fidem, quia requiritur, quòd in particulari habeant notitiã de articulis, & hoc determinatè: sed scientiam non excludit. & hæc scientia de credibilibus habetur in lumine medio inter lumen gloriæ, & lumen fidei. Et hoc confirmatur per Augustinum. 14. de Trinitate capit. primo, quæ auctoritas consistit in una distinctione, scilicet, quòd aliquis potest scire credibilia, dupliciter. Vno modo, quia non habet principia, per quæ possit illa defendere. Alio modo, quia habet principia, & rationes, per quas potest illa defendere.

Quis põt scire credibilia dupl.

Prima propositio. Primi habent habitum fidei.

Secunda propositio. Secundi habent habitum fidei, & cum hoc habent alium habitum, per quem sunt prompti, & habiles ad disputandum. patet: quia de Apostolis dicitur, suscipiant montes, ideſt maiores pacem. Vnde de B. Ioann. Baptista dicitur, quòd erat mons: & per pacem intelligitur habitus, per quem confunduntur infideles: & colles iustitiam, per colles intelliguntur fideles.

Maiores in Ecclesia sũt mõtes.

Ex quo sequitur, quod in maioribus sunt duo habitus, scilicet fidei, & scientialis, & per consequens fides, & scientia sunt simul.

Item dicit, quòd duplex est lumen, scilicet maius, & minus Vnde scientia est in maioribus, fides in minoribus; quia maiores debent illuminare minores, sicut nos fumus illuminati per Apostolos, qui erant maiores, & nos minores: & nos, qui scimus articulos defendere respectu ruralium, sumus maiores: sed in superioribus manet fides, & habent scientiam: igitur fides, & scientia simul stant de eodem obiecto in intellectu.

Soluit Scot. rõnes Hẽri.

Ad aliud pro opin. secunda. Scotus soluit rationes Henrici, & auctoritates adductas per eum, per aliquas propositiones.

1. ꝓp. Scoti.

Prima propositio. Scotus non negat lumen gloriæ. Secunda. Scotus non negat lumen fidei. Tertia. Scotus non negat lumen medium, & hoc de facto, sed de possibili Scotus aliter dicit, quia de potentia absoluta, potest Deus facere, quòd uidere Deum sine lumine gloriæ.

2. ꝓp.

Secunda propositio principalis. ponendus est unus habitus medius inter lumen gloriæ, & fidei.

Tertia propositio. Illo habitu non uidentur in alio lumine Theologica, quàm in lumine fidei.

Dub.

Sed contra habitus est lumen, & est alius ab habitu fidei: ergo per alium habitum, quam per lumen fidei uidentur Theologica.

Soluitur.

Respondeo, negando maiorem, scilicet quòd omnis habitus sit lumen, quia omne lumen facit immediatè cognoscere uel uidere obiectum: sed iste habitus non facit immediatè uidere obiectum: ergo non est lumen.

Dub. solu. qđ lumen intelligatur Trip. modus cognoscẽdi &c.

Sed quæritur, Vtrum sit unus, & idem assensus, qui habetur per habitum scientificum, & per fidem?

Pro solutione nota, quòd per lumen intelligitur modus cognoscendi rem, & est triplex modus cognoscendi, scilicet certitudinaliter, euidenter, certitudinaliter non euidenter, & probabiliter. Certitudinaliter euidenter assentio conclusionem demonstratæ per discursum syllogisticum, & de tali est scientia, sicut habet Arist. primo post. Secundo modo assentio certitudinaliter non euidenter propositionibus Theologicis; ut quòd Deus est trinus, & unus, quia certius assentio, quam conclusioni demonstratæ, & tamen non propter euidẽtiam, quia termini non possunt distinctè concipi. Tertio modo probabiliter, & sic assentio syllogismo Dialectico. Dico ergo, quòd non est idem assensus, quia unus est euidens, alius ineuidens, quia illo habitu medio non uidetur euidenter, nec opinatiuè, sed certitudinaliter, & certitudo prouenit ex fide, & non ex illo habitu medio.

Resp. ad auctoritates & Hẽr. adductus.

Ad omnes authoritates Augustini. soluit Scotus auctoritates Augustin. & dicit, quòd si essent mille auctoritates de ista materia, quòd sit tale lumen medium de credentibus, in quo cognoscantur ultra lumen fidei, uideat eundem 15. de Trinitate, capit. ultimo. Cum inconcussè crediderint &c. si uis esse Theologus agas orando, inquirendo, & bene uiuendo, ut intelligas sic uidelicet, quòd non potes capere per rationes, mente uideas, quia fide uidentur. Sed qũo? Respondeo, legendo, studendo passus, qui contradiceret uidentur concordando, & comparando passum passui, & sic habebis Theologiam quia tota Theologia, quam habent Theologi, est quidam habitus acquisitus ex studio sacræ Theologiæ, per quod possunt concordare passum passui, qui in uniuersali uidentur sibi inuicem repugnantes. Sed utrum talis habitus sit scientialis.

Instantia.

Respondeo, quòd cum non habeant euidentes rationes, per quas possint probare in Theologia articulos fidei, ideo non est habitus scientialis. sed contra Ricardus dicit, non desunt nobis demonstrationes ad demonstrandum illam conclusionem, Deus est trinus, & unus: ergo male dicis, quòd nõ potest demonstrari per rationes.

Solu. Duplex rõ.

Respondeo, quòd duplex est ratio, scilicet in se, uel in nobis; in se, dico, quòd non desunt demonstrationes ad ostendendum multa de Trinitate; quoniam illi, qui Deum uident intuitiuè sicut Angeli, potuerunt demonstrare per species cõcretas multa de essentia diuina ratione diuinæ essentiæ: sed nobis uiatoribus desunt demonstrationes, & rationes necessariæ ex principiis euidenter notis, sicut dicit philosophus in Thopic. & primo post: sed quia principia non sunt nobis nota determinatè, quia non habent exterminis euidentiam, quæ requiritur ad demonstrationem. similiter requiritur notitia terminorum, quam non habemus pro statu isto: ideo nõ possumus Trinitatem demonstrare, licet acceperint simpliciter fidem, sicut credimus ex principiis ueris, & immediatis. & sic patet, quòd opinio Henrici nihil ualet.

¶Contra hæc: primo contra opinantem &c.]

Hic Scotus improbat opinionem Henrici, & ponuntur duo articuli. In primo impugnat secundum mentem propriã in principio: in secundo secundum mentem aliorum Doctorum.

Ibi prætærea alii arguunt. Quantum ad primum duo facit, primo impugnat eum ex dictis suis. & c. impugnat eum ex intentione sua, & ponit tria dicta; Primum dictum. In ecclesia necesse est maioribus illud lumen ponere medium, quòd nõ est lumen gloriæ, nec fidei, ideſt quod non est uisio essentiæ diuinæ, nec hdes: sed est medium primo, ut fides definiatur contra hæreticos: secundo propter simplices, qui non sunt docti, nec habent sufficientem notitiam credibilium: immo multa ignorant, quæ debent ab eis sciri, ideo Prælati, ut Episcopi, Curati, & alii maiores in Ecclesia, debent habere istud lumẽ, & hoc propter istas rationes, quia si non haberent statim periret fides, si non confutarent errores, & minores non instruerentur.

1. dictum.

Secundum dictum. Ad acquirendum istam scientiam in montibus, tria requiruntur; primo notitia literalis eorum, quæ scribuntur in sacro canone ad inuestigandum sensum literæ; secundo hoc habere debet, ut sciat ex sensu literæ deducere conclusiones explicantes: tertio quòd ipsi habeant donum ad intelligendum tam illa, quæ sunt tradita in sacra scriptura, quam elicita in sacro canone.

2. dictum.

Et nota, quòd quadruplex, est sensus literæ, scilicet literalis, qui est sensus, quem facit litera: Alius est sensus anagogicus, qui est, quando litera applicatur ad beatitudinem. Alius est allegoricus, quando applicatur ad Christi humanitatem: Alius est moralis, quando explicatur secundum sensum iuxtæ quẽ debemus moraliter uiuere. Vnde Ierusalẽ hẽt quadruplicẽ sensum: in sensu literali significat ciuitatem, de qua dictũ est, filiæ Ierusalẽ nolite flere &c. in sensu anagogico, significat paradisum, ut dicitur, Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem: in sensu allegorico significat militantem: in sensu morali significat existentem in gratia: & loquitur hic de primo sensu, scilicet literali. Secundo, quòd deducat conclusiones in iis, quæ sunt in sacro canone, ut ex una credita, & alia naturali sequitur conclusio credita. exemplum. verbum est incarnatum est propositio credita: quod componitur ex anima rationali, corpore, & sanguine, est homo, est naturalis: ergo uerbum est homo, est credita, Tertio, debet liberare, ut perfectè possit in telligere, quæ continentur in sacro canone, ut ex una credita, & alia naturali sequitur conclusio credita.

Tertium dictum.

Tertium dictum. Ad acquirendum scientiam in montibus, ut credita intelligantur, non est necesse habere tertium lumen, sed sufficit lumen fidei, & non requiritur lumen scientiale: sed supposita fide, potest docere alios. Et ego tunc infero, Contra. per te ad tertiám notitiam non requiritur lumen &c. nec ad notitiam primam, uel secundam, quoniam ad intelligendum sensum literæ, & conclusiones, sufficit naturale ingenium hominis; puta si quis non sit doctus, si legat in sacro canone, poterit illa intelligere.

Respondet Henricus negando assumptum. Probat Scotus, quòd sequatur ex dictis suis, & ponit differentiam inter Iudæum, & Christianum: quia Christianus firmiter assentit, & Iudæus opinatur, quia uidet hoc non esse impossibile; & quia non habet euidentiam, & opinatur.

Arguitur sic. In Iudæo non requiritur lumen ad opinandum: ergo in Christiano non est necesse ponere tale lumen, ut patet de dictis Pauli, quæ non recipiuntur a Iudæis, & tamen opinantur, & possunt deducere conclusiones, & assentire assensu opinatiuo, & Christianus assentiet assensu fidei, & sic non est necesse ponere lumen.

Arguit Sco. contra cõclusionẽ in se. 1. dictũ Hẽric. sđm dictum eiusdem. 3. dictũ eiusdem.

Contra conclusionẽ in se, & pro impugnatione in se ponit quatuor dicta Henrici. Primum dictum, scientia, & fides possunt stare in eodem intellectu; & illud lumen inittitur lumini fidei. Secundum dictum, scientia non potest præcedere fidem, licet fides præcedat scientiam, quia si haberemus primo scientiam de ista, Deus est trinus, & unus, nunquam habebimus fidem. sed si habeam primo fidem, possum post habere scientiam. Tertium dictum, Lumen istud est clarius lumine fidei, ita quòd per lumen scientiale cognoscitur perfectius, quàm per lumen fidei: sed istud lumen scientiale præsupponit lumen fidei, ita quòd si quis nunquam assentiat articulo, non potest habere fidem. Quartum dictum, ad causandũ scientiam in homine, non sufficit illud lumen medium.

4 dictum.

Contra primum dictũ arguitur.

Contra primum dictum arguitur, quòd si scentia, & fides essent simul in eodem intellectu, sequeretur ꝙ quis de omnibus conclusionibus logicalibus, methaphisicalibus, &c. posset habere simul scientiam, & fidem: hoc uidetur falsum: igitur consequentia probatur, quia lumen illud non facit cognitionem intuitiuam, sed abstractiuam de credibilibus: & secundũ hoc tota Geometria posset haberi simul cum fide. probatur, & pono, quòd aliquis sit Doctor, & legat Theologiam, & assumat aliquas propositiones naturales, scilicet, quòd corpus naturale est corruptibile; tunc ignorans habebit fidem tantũ, hoc audiens. & uolo consequenter, quòd exponat sibi istos terminos physicos: & quòd ex terminis sic declaratis, & sibi notificatis formet syllogismum demonstratiuum.

Tunc sic arguitur. Prius habuit fidem, nunc scientiam, & sic, potest ergo habere totam fidem, & scientiam simul in eodem intellectu de omnibus conclusionibus physicalibus, sed istud est falsum: ergo fides, & scientia non possunt stare simul in eodem intellectu.

Nota, quòd in textu est exemplum in Geometria, sed est simile huic, quia assumit istam, Omnis triangulus habet tres.

2. rõ ad idẽ.

Prætærea scientia, & opinio non stant simul, cum sint habitus specie distincti: ergo nec fides, & scientia.

Resp. Hẽri.

Respondet Henricus, quòd licet scientia, & opinio sint in compossibiles, non tamen fides, & scientia: quia opinionis ad scientiam est duplex differentia: prima, quia scientia dicit certitudinem, opinio dicit formidinem, siue dubitationem: secunda, quia scientia habet euidentiam ex parte rei, opinio autem non: sed inter scientiam, & fidem non est nisi una differentia, quia scientia est euidens, fides nõ. Modo dico, quòd inter scientiam, & opinionem sunt duæ differentiæ: ideo non possunt simul esse, sed inter scientiam, & fidem non est nisi una: ideo potest esse scientia simul cum fide, quia maior est repugnantia inter scientiam, & opinionem, quam inter scientiam, & fidem. Sed contra. quælibet contradictoria sunt æquè repugnantia inter se, cum sint incompossibilia: sed inter fidem, & scientiam est contradictio: ergo sunt incompossibilia inter se.

Reprobatur resp. Henr.

Aduerte, quod differentia est inter aliqua esse repugnantia, & inter aliqua esse distantia: nam illa repugnant, quæ nõ possunt se compati adinuicem, & sic est æqualis repugnantia in omnibus cõtradictionibus: sed est magis distantia, quando unum extremum positiuum contradictionis est perfectius altero extremo positiuo, ut Deus, & musca magis distant; & tamen non repugnant in ratione contradictionis. Sed quod inter fidem, & scientiam sit repugnantia contradictionis, patet quia scientia est euidens, fides non euidens: & euidens, & nõ euidens sunt contradictoria: ergo scientia, & fides repugnant & sic scientia contradicit fidei, sicut opinio scientiæ, & sic scientia, & fides non possunt stare simul in eodem intellectu.

Arguit Sco. contra sđm dictũ Hẽr.

Contra secundum dictum, quòd scientia non potest præcedere fidem, ita quòd si habeam scientiam de ista, pater generat, non potero habere fidem: sed si prius habeam fidem, potero habere scientiam, arguitur sic. Aut hoc est propter formalem repugnãtiam habituum inter se; aut hoc est propter formalem repugnantiam obiectorum: non ex parte habituum; quia tunc scientia non posset inesse post fidem, cuius oppositum ponis: ergo cum ponas istos habitus compossibiles, scientia potest præcedere fidem, & causare assensum fidei, sicut se qui. Si secundum ponas, scilicet, propter repugnantiam obiectorum, habeo propositum, quia obiecta distinguuntur secundum formales rationes ante, sicut post: & sic de eodem obiecto non potest esse scientia, & fides, ut de ista, Deus est trinus, & unus: quia absolute habetur scientia, & a uiatore fides si dicas, dico, quòd ista stant simul sicut contraria.

Contraria sunt duplicia.

Nota, quòd contraria sunt duplicia, scilicet mediata, & immediata. In proposito, dico, quòd fides, & scientia non repugnant, sicut duo contraria immediata, sed mediata, quia est quidam habitus medius, qui non est scientia, nec fides, sicut colores medii, ut rubor, qui non est nigredo, nec albedo: sed hoc nihil est ad propositum, quia quærimus hic de scientia, & fide.

Arguit contra tertium dictum, & scive nolẽs dupl.

Prætærea. Consequenter improbat tertium dictum, scilicet quòd illud lumen est clarius lumine fidei, & assumit dictum D. Augustini super Ioan. Homilia 26. Cætera autem potest homo nolens, credere autem non nisi uolens. Vnde aliqua scire nolens intelligitur dupliciter, uel per inuentionem, & sic non scit: aut per infusionem, & sic potest scire sic, quòd propositio Augustini potest intelligi, Cætera potest scire homo nolens, scilicet per infusionem, non autem per inuentionem. Vel aliter, quòd non possum assentire propositioni credibili, nisi uolens, & sic est uera, qualitercunque fuerit credibilis; quia nisi uoluntas imperet, homo non potest acquirere scientiam.

Arguit contra quartũ dictũ Hẽr.

Arguitur sic. Illud quod ex propria ratione sui non dependet essentialiter a uoluntate, non dependet essentialiter ab alio quo dependente a uoluntate: sed scientia non dependet ab actu uoluntatis, sed ab intellectu: & fides dependet ab actu uoluntatis: ergo scientia speculatiua non dependet essentialiter a uoluntate in quocunque lumine, sed præcedit uoluntatem, quia sicut intellectus est prior natura actu intellectus, sic uoluntas est prior actu uoluntatis: ergo natura est prior actus intellectus, actu uoluntatis: ergo potest habere scientiam sine fide: sed cum fides dependeat a uoluntate, non potest haberi fides, nisi imperetur a uoluntate: quia essentialiter credere dependet ab actu uoluntatis: & per consequens potest esse scientia sine fide, quia cognitio faciens scientiam non dependet essentialiter a fide. Si dicas, quòd illa habetur in lumine fidei, oppositum dixisti, sed dicis, quod in alio lumine.

¶Prætærea comparando &c.]

Contra quartum dictum, in quo dicis, quòd lumen medium sufficit ad acquirendum scientiam, probatur, quòd non; quia non potest sciri conclusio, nisi per principia; & principia sciuntur per terminos confusè, uel distinctè cognitos.

Arguitur sic. Euidentia conclusionis dependet essentialiter a principiis: sed principia immediata non possunt intelligi, nisi prius appræhendantur termini, ut sunt termini principiorum immediatorum. igitur istud lumen, ꝙ nõ facit appræhendere terminos principiorũ immediatorũ, non facit, nec pe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

facere intelligere principia immediata: nec per consequens conclusionem, quæ sequitur ex illis: sed istud lumen medium non facit distincte apprehendere terminos huius, Deus est trinus, & unus, ut sunt termini propositionis immediatę, sed cõfuse in generali. patet, quia nullum cõceptum habeo propriũ in aliquo lumine de Deo trino, & uno, quẽ non possit habere hęreticus, sed hæretico non sufficit illud lumen de terminis, quia hæreticus ex illis non potest sibi acquirere scientiam de credibilibus: ergo nec ego, quia nõ possum habere aliam notiam de terminis, quam habet, vel potest habere hæreticus; quia potest habere notitiam in sensu literali, sed talis notitia vocatur lumen medium: ergo potest habere scientiam, & tamen non potest habere fidem: ergo sequitur, quòd non sufficit illud lumen medium.

2. arg. cõtra idem. Præterea. Si illud lumen medium esset sufficiens ad causandum appræhensionem terminorum, & principiorum, sequeretur, quòd per illud lumen possem habere notitiam euidentem de articulis fidei: sed hoc est falsum: igitur patet quod & antecedens sit falsum; quia habita notitia de conclusione per præmissas, & terminos, possem habere scientiam euidentissimã, sicut beatus de iis, quæ sunt fidei: sed hoc est falsum, quia tunc fides esset assensus euidentissimus: & sic patet, quòd opinio Henrici est falsa: & quòd de eodem, in eodem intellectu, non potest esse fides, & scientia.

Adducitur quæ. aliorũ contra Hen. Præterea alii arguunt. huius articuli est secũda pars, uisum est quomodo Scotus impugnauit Henricum, qui dicebat, q̃ erat quoddam lumen medium, uirtute cuius poterat acquiri quidam habitus, qui stabat cum fide. Quærunt alii Doctores, quod est tale lumen? Respondet Henricus per duas propositiones: prima, illud lumen non est euidens. secunda, habens tale lumen potest se cognoscere habere fidem, & tamen non scit: ió arguunt contra, & supponunt, quòd aliquis potest habere talem habitum dupliciter, scilicet actu interiori, uel exteriori. Interiori, quia facilius habens habitum potest speculari, & exire in actu Exteriori, quando potest docere. probatur dupliciter: primo de charitate infusa, quia quis potest cognoscere se habere charitatem tam actu interiori, quàm exteriori; quia facilius inclinatur ad diligendum Deum actu interiori, & actu exteriori: & promptius ad sustinendum pœnas, & fer uentius operandum. non sic existentes in peccato, sed tales, qui habent tale lumen secundum eos non melius docent, nec firmius credunt, quam simplices: sed frequenter minus, igitur non debet poni.

1. võ contra Henr.

Cõtradictio apparens in dictis Scoti tollitur. Sed contra. Doct. contradicit sibiipsi, quia dicit, quòd nullus potest se cognoscere habere habitum quantumcũque habeat fidem infusam, quia si quis sola fide sciret se assentire articulis fidei, sequeretur, quòd fides acquisita non esset necessaria, & tamen dicit supra, quòd est necessaria.

Respondetur, quod non est de mente Scoti, sed aliorum: & quòd habens physicam facilius, & promptius docet, & tã actu interiori, quam exteriori potest cognoscere, & scire se habere physicam. Item. Si quis per illud lumen cognosceret se habere fidem de credibilibus, facilius operaretur: sed hoc est falsum, immo minus operatur frequentius: ideo tale lumẽ non debet poni.

Fund. sedæ rõnis ad idẽ Præterea contra est philosophus secundo post. & supponitur opinio Platonis, quæ est, quòd a principio creationis animæ omnes scientiæ fuerunt increatæ: secundo, quòd isti habitus nos latent propter quandam obscuritatem, quæ est in nobis, propter quam non possumus scire tales habitus: & tertio, quòd nostrum scire non est nisi reminisci quantum ad actum: quia non possumus uti habitu iam habito. Arguitur sic. Stultum est nos dicere habere tales habitus, & latere nos. Hæc propositio potest intelligi dupliciter, vel quantum ad obiecta talis habitus, & sic non: uel quantum ad habitus tales quos nos habemus, & tamen non cognoscimus, & sic intelligitur. patet, quia stultum est dicere, ego habeo physicalia, & non scio: ergo stultum est ponere in me aliquod lumen, & me ignorare siue latere me habere talem habitum: ergo si est in me. possum scire me habere tale lumen.

Item possum me cognoscere habere fidem. ergo cognosco me habere illud lumen. & hoc siue in uniuersali, siue in particulari. Antecedens patet, quia ego credo, idest assentio isti, Deus est trinus, & unus, & non nisi per fidem: ergo cognosco me habere fidem in uniuersali: ergo habere tale lumen, quia per te tale lumen est clarius lumine fidei: ergo lumen, quod tu ponis, non lateret habentem, quoniam sciret illud se habere, & per consequens posset istud ostendere actu exteriori.

3. vẽ ad idẽ. Præterea quæro, quando hoc lumen infunditur? uel in Baptismo, uel post? si in baptismo, tunc sequitur, quòd nutritus in nemore, uel inter Sarracenos, sine doctore posset deuenire ad tantam notitiam, sicut ille, qui studet in Theologia: & hoc quantum ad ueritates necessarias, quia per illud lumẽ posset cognoscere terminos, & formare propositiones: & ex principiis conclusiones inducere, & sic deueniret ad tantam doctrinam, quod est falsum. Si post baptismum, uel mediate, vel immediatè, & sic non: uel mediate, idest quando uenit ad annos discretionis; uel quando incipit studere Theologiæ, & ideo artistæ qui nouiter incipiunt studere in Theologia, debent se disponere ad accipiendum Theologiam.

Quid miraculum. Contra. sequitur, quòd infusio illa non esset miraculosa: sed hoc est falsum, igitur. Et nota, quid est miraculum, quia est opus supra siue præter naturam, à Deo immediatè, & non regulariter factum, propter ueritatem attestandam. supra naturam dicitur, quia creatio animæ est opus supra naturam, & immediatè a Deo, & tamen non est operatio miraculosa: quia quando in instanti est formatum corpus, Deus creat animam, & creando infundit corpori. patet consequentia, quia quando Deus assistit, ut generabilis causa ad aliquem effectum causandum, si natura se disponit, non est mirabile, nec illud collatum dicitur supernaturale, sed magis naturale, ut patet de animatione in corpore organizato, sed si post baptismum istud lumen medium infunditur, quia homo se disponit, non est miraculosum: ergo infusio illa non est miraculosa: & sic non esset miraculum, quòd maiores haberent istud lumen, & minores non. Si dicas, quòd non dat omnibus istud lumen, sed se dispon entibus, & non omnibus, sed quibus uult, ut Augustino, Hieronimo, Basilio, & etiam aliis, qui non fuerunt, ut Francisco, Antonio, &c. & tamen habent illud lumen. sed contra, sequeretur, quòd non esset studendum in Theologia, & quòd frustra laboraremus in inquirendo per studium ueritatem; sed esset melius stare in Ecclesia, & Deũ rogare, ut daret nobis hoc lumen: sed hoc est falsum, patet de sanctis patribus, quia licet habuerint aliqualem notitiam, non tamen ita amplam, sicut Scotus, Bea. Thom. & multi alii, qui laborauerunt studendo; & sic patet, quòd non est ponendum tale lumen medium ad hoc, ut quis assentiat articulis fidei.

Ref. Sco. ad quæstionẽ. Dupl. fides. Ad quæstionem igitur aliter respondeo. Scotus hic duo facit. Primo exponit titulum quæstionis: secũdo applicat ibi ad propositum. Quantum ad primum, nota primo, quia duplex est fides, scilicet infusa, & acquisita: & hic quærit de habitu fidei infusæ, & non acquisitæ.

Sc̃a capitur quadrupliciter. Aduerte secundo, quòd scientia capitur quadrupliciter. Vno modo pro certa, & infallibili notitia, & sine hæsitatione, uel dubitatione.

Quo sumatur sc̃a in titulo qõn. Prima propositio. De scientia isto modo accepta non quærit quæstio.

Quc cũ fide stet sc̃a & quæ. Secunda propositio. Cum fide stat ista scientia, quia sicut ista est certa, ita & fides.

Tertia propositio. Non solum fides est compossibilis huic, sed est scientia isto modo, quia sibi conuenit definitio; quia cuicunque conuenit definitio, & definitum: sed definitio scitiæ conuenit fidei: ergo definitum puta scientia conuenit fidei, & adducit Augustin. secundo de Trinit. capite. 3.

Sc̃as duplr. Sed nota, quòd sensus capitur dupliciter. Vno modo proprie, & sic sunt quinque interiores, & quinque exteriores. Alio modo communiter, & sic est potentia perceptiua: auctoritas est. Profecto ea, quæ &c. ad ea quæ sensu nostro cognoscere non possumus, sensus aliorum requirimus, quia testimonio aliorum credimus; ut quæro quid est de Rege, quia non uideo, ideo inquiro de eo, quia sicut est in potentia sensitiua, ita in intellectiua: sed ea, quę nescimus sensu, testimonio illorum scire uolumus, sic ea, quæ sunt fidei, per nos ipsos cognoscere non possumus: ideo testimonio dicentis credimus, & dictis assentimus, quia credo ipsum ueracem, & nollet me decipere; ideo firmiter assentio, & sic est fides, quæ est in intellectu, quia intellectus est potentia perceptionibus, & sic fides est scientia, accipiendo scientiam hoc primo modo. Secundo modo accipitur scientia pro illo, quo possumus certitudinaliter dicere uerum; & sic differt ab opinione.

Sc̃a secũdo modo accepta. Assensus dupl. Assensus est duplex. Vnde opinio est assensus propositionis cum formidine de oppósito. Alio modo assensus, qui acquiritur per propositiones probabiles ex discursu syllogistico, & sic doctores opinantur.

Prima

1. prop. Prima propositio. Assensus non accipitur pro opinione.

2. prop. Secunda propositio. Assensus accipitur secũdo modo, quia est secundum quem possumus dicere uerum.

3. propos. Tertia propositio. Scientia isto modo stat cum fide. ex quo sequitur, q̃ opinio stat cum fide, & est mens doctoris.

4. propos. Quarta propositio. Huiusmodi assensus potest esse de triplici obiecto, primo scilicet de speculabilibus, agilibus, & factibilibus; ut Sortes credit de agibilibus, Deus est diligendus: de factibilibus, parandæ sunt uię propter ornatum.

5. prop. Quinta propositio. Si est de speculabilibus, uocatur scientia, quæ est habitus conclusionis.

6 propos. Sexta. Si est de agibilibus, dicitur prudentia, quæ deducitur ex principiis moralibus.

7. prop. Septima propositio. Si est de factibilibus, dicitur ars; & sic fides infusa, & scientia isto modo stant simul. Tertio modo accipitur scientia strictissime, & ad eam quatuor cõditiones requiruntur. Prima, quòd sit certa, & infallibilis: per hoc, q̃ dicitur certa, tollitur opinio: per hoc, q̃ dicitur infallibilis, tollitur dubitatio: & dicitur sine deceptione, & per hoc tollitur syllogismus falsigraphus. Secunda, quòd est obiecti necessarii.

Ex quo sequitur, q̃ de contingentibus non est scientia. Secundo sequitur, q̃ de omnibus credibilibus non est scientia, quia aliqua sunt contingentia: ut uerbum est incarnatum. Tertia, quia est causata per causam euidentem intellectui, & hoc per causam propinquam. Vnde nota, q̃ causa est duplex, s. remota, & mediata, & illa est subiectum scientiæ, Alia est propinqua, & immediata, & illa sunt præmissæ, ut sunt principia syllogismi demonstratiui: & dicitur euidens, siue nota intellectui, quia si non sit euidens, ita quod termini non cognoscantur, non est scientia, sed requiritur cognitio distincta, seu cõfusa terminorum.

Cãe duplex scientiæ.

Dupl. notit. Nota, q̃ duplex est notitia, scilicet actualis, & habitualis: & utroque modo accipi potest; quia si habeam scientiam actu, necesse est habere actualem notitiam: & si habitu, habitualem; & hoc de principiis. Quarta, q̃ illæ causæ sint applicatę ad conclusionem per discursum syllogisticum, sic arguẽdo, Omnis figura tribus lineis contenta habet tres angulos æquales duobus rectis: triangulus est figura habẽs tres lineas: ergo triangulus habet tres Angelos &c. & hoc est, quòd dicit Aristotel. primo post. Scire opinamur simpliciter, & non sophystico modo, qui est secundum accidens: & per hoc excludit omnem dubitationem, opinionem, & incertitudinem, & hoc cum causam eius arbitramur cognoscere, scilicet necessariam: & quia illius est causa, per applicationem principiorũ, per discursum syllogisticum. & ex hoc infero, quòd scientia demonstratiua procedit ex primis, ueris, & immediatis, causisque conclusionis. Et ideo pono talem propositionem. In titulo quęstionis capitur scientia isto tertio modo, & nõ duobus primis modis, cum quæritur, utrum scientia, & ũdes possunt esse de credibilibus, &c.

¶Ad propositum tamen magis dico &c.]

Põderatur textus fœcũdus. Hic tractatus uidendus est propter textus obscuritatem, breuitatem, & fœcunditatem, & nota, quòd dictum est, quòd triplex est scientia, & quòd duobus primis modis scientia stat cum fide: tertio modo non, quia proprie accipitur scientia. Nunc Doct. uult ostendere quis habitus est compossibilis fidei, & quæ scientia, & quæ non. Et primo ponit duas propositiones.

1. propos. Prima. Aliqua notitia actualis, quæ non est notitia fidei, potest stare cum fide.

Dupl. notit. Nota, quòd duplex est notitia. Quædam incomplexa, quæ habetur de termino: Alia complexa, quæ habetur de propositione, siue principio. Et ista est duplex, quędam apprehensiua, ut cum quis appræhensis terminis componit propositionem, non tamen iudicat, ut apprehensis, Antichristus, & erit, intellectus componit, Antichristus erit, quæ non iudicatur uera, nec falsa ante determinationem diuinæ uoluntatis. Alia est iudicatiua, quam intellectus iudicat de ueritate, uel falsitate propositionis: Primum dictum est, non tantum loquitur de notitia complexa appræhensiua quando dicit, quòd notitia est compossibilis fidei, sed etiam loquitur de notitia iudicatiua, qua iudicatur de ueritate, uel falsitate propositionis, quia stante fide infusa in me, potest Deus mihi reuelare, uel dare notitiam distinctam terminorum credibilium, & componere principia, & ex talibus conclusiones inferre: & de conclusione habebo actum sciendi, & cum tali actu sciendi stat fides infusa. Patet, quia Deus potest mihi dare notitiam distinctam terminorum, & componere, & habere propositiones immediatas, & tamen est ibi fides infusa.

Not. cõplexa duplex.

Si dicas, quòd istud est uerum de diuersis credibilibus, sed non de eodem, contra. est idem credibile, quia de eadem conclusione: ergo simul de eodem est fides, & scientia.

Reprobatur resp. Respõdeo, quòd de eodem est scientia actualis, & fides habitus. Contra, si de eodem sit fides, & scientia, fides actualiter inclinat: ergo est fides actu.

Respondeo, quòd fides non inclinat actu, quia habet impediens, sed solum habitu, & sic cum fide infusa potest stare aliqua scientia, siue notitia de eodem credibili.

2. prop. Secunda propositio. Cum habitu fidei infusæ simul, & semel in eodem intellectu, de eadem propositione credibili, potest stare scientia tripliciter: & ideo uidendum est, qualem habitum potest habere aliquis cum fide. Primo, quæro, quem habitum potest habere homo ex sensu literæ scripturæ sacræ de creditis reuelatis. Secundo, qualem habitum habent exponentes sacram scripturam, & soluentes ea, quæ uidentur contraria, & sunt conclusiones oppositæ articulis fidei. Tertio, qualis habitus fuit in maioribus recipientibus primo scientiam. De primo dico, quòd dictum est, quòd dup. est sensus literalis: unus, quem facit litera, ut Manus tuæ fecerunt me, est duplex sensus literalis, scilicet si uas loqueretur figulo, diceret, manus tuæ fecerunt me. Alius est sensus, quem intelligit Doctor, quem Spiritussanctus dat intelligere, vt manus, idest potentia executiua, quæ est uoluntas diuina, fecerunt me.

1. art.

Huius ppõnis, Manus tuæ Domine fecerũt me. dup. sensus.

Aduerte, quòd in discursibus Theologicis syllogisticis est processus ad triplicem modum conclusionis. Primus ad conclusiones scitas, & hoc dupliciter: vel metaphysicas tantum, vt Deus est unus: uel est ad conclusiones Theologicas tãtum, ut pater spirat. Secundus processus est ad propositiones credendas, Vno modo explicitè, qui est assentire propositioni expresse contẽtæ in sacra scriptura; ut uerbum caro factum est. Alio modo implicitè, quæ est assentire propositionibus uiritualiter contentis in sacro canone.

Processus ad ppõsitiões credendas duplic.

Prima propositio. Non accipitur processus ad credendum propositionibus implicitè, tamen Occham hoc tenet, quia dicit, quòd omnis propositio semper fuit catholica, quæ est catholica, & omnis propositio semper fuit hæretica, quæ est inter hæreticas, quod tamen est falsum.

Secunda propositio. Hic intelligitur de propositionibus credendis explicitè. Tertius processus est ad propositiones.

1. prop. Prima propositio. Notitia, vel habitus, quem aliquis habet ex una credita explicitè, & alia credita implicitè, non est notitia scientialis, & euidens. patet sic, quia quando procedit ex una credita ad aliam, non mendicatur ex principiis a Doctore: ergo non est scientia; quia in scientia oportet mendicare propositiones, sed hic non: patet per August. Et pro auctoritate supponitur, quòd duplex est timor, scilicet humanus, cũ quis ueretur facere propter homines, quod non ueretur facere propter Deum, ut cognoscere non suam ueretur propter homines, quia in publico non facit, sed in occulto. Alius est timor diuinus, quando quis ueretur propter Deum, & nõ propter homines; ut ieiunare, orare &c. sic quando ueremur contemnere propositionem creditam, hoc est propter Deum, & non propter homines: quia non ueremur propter homines, sed propter Deum. Exemplum, Christus resurrexit, ergo nos resurgemus: ibi non mendicatur propositio naturalis, sed ex una credita, Christus resurrexit, deuenimus in aliam creditam, scilicet nos resurgemus.

Dup. timor.

Secunda propositio. De propositione, quæ infertur, & illa ex qua infertur, habetur aliquis habitus. Ista propositio habet duplicem sensum: uel unus habitus est, per quem assentitur uni per aliam, uel per quem immediatè assentitur, & non per aliam: ut Deus est trinus, & unus, quia reuelatum est a Deo, uel per ecclesiam reuelauit, infero, Deus est trinus, & unus: uel per quam immediatè assentio uni, sicut alteri: quia non assentio isti, Deus est trinus, & unus, per istam reuelatum est a Deo, Deum esse trinum, & unum: sed æquè immediatè uni sicut alteri. Dico ergo, quòd habitus, qui est in me, facit æquè primo assentire uni sicut alteri, & non uni per aliã & ille habitus uocatur fides infusa.

2. prop.

Tertia propositio. Si ponatur aliquis habitus, per quem ego assentio uni per aliam, ille habitus non est sciẽtialis, quia non est assensus certior fide: ergo non est scientia: patet, quia non est habitus faciens scire.

Instas tollitur. Si dicas, quòd scriptura procedit definitiue, diuisiue, arguendo sicut aliæ scientiæ. Respondeo, quòd hoc non uideo, nec scio ubi. si dicas, quòd Paulus arguit primæ ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cor. 15. Christus resurrexit: igitur mortui resurgẽt, quia ego assentio isti, nos resurgemus, quia Christus resurrexit: ergo est alius habitus a fide. Item B. Ioan. Deus dilexit nos: ergo debemus ipsum diligere, & per consequens non est idem assensus, & sic propositio tua falsa est.

Duplex est argum.

Respondet Scotus, quòd duplex est argumentum. Quoddã Theologicum, quod est habitus, quo assentimus propositionibus Theologicis per apostolũ, qui dicit, quòd fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium, & sic non loquitur Scotus. Aliud est logicum, quod est ratio rei dubiæ faciens fidem, quia conclusio ante probationem est incerta, & post fit certa.

Euidentia duplex.

Præterea per argumentum logicum sciuntur euidenter cõclusiones, quæ prius ineuidenter cognoscebantur: unde dup. est euidentia: Quædam illatiua: & quædam probatiua. unde omnia argumenta siue uera, siue falsa sunt euidẽtiæ illatiuę: sed probatiua est uirtute propositionis euidentis.

Quid sentiẽdũ de argumẽtis q̃ habentur in sacra scriptura.

Prima propositio. Si Paulus absolute dixisset istam, Nos resurgemus, ita certè assentirem isti, sicut quando addidit, Christus resurrexit: quia non magis assentio uni, quàm alteri patet, quia Paulus dicit, quòd si Christus non resurrexit, inueniremur falsi testes: ita, quòd est sensus, quòd ipsi fuerunt ueri testes, quia per testimonium eius æquè assentio isti absolute, sicut si non dixisset aliam.

Ad aliud dico, quòd argumentum factum a Ioan. est ad mouendum nos ad Dei dilectionem, & non dicit illam propositionem eo, quòd Deus dilexit nos, quòd eum diligamus: quia si Deus non dilexisset nos, & nihil pro nobis fecisset, adhuc teneremur Deum diligere propter dona naturæ: similiter ex discursu illo syllogistico acquiritur aliquis habitus, qui non est scientialis, nec euidens.

Trip. habitus.

Nota, quòd triplex est habitus fidei: scientialis, & medius. Prima propositio. Talis habitus est habitus medius. Secunda. Non est habitus scientialis. Tertia. Non est habitus fidei.

2. art. huius partis. 1. concl.

De secundo modo habendi habitum cum fide, dicit Scotus si aliquis habeat istum habitum, ille potest vocari maior.

Prima conclusio extra textum. Habitus, quo quis scit exponere sacram scripturam, explicare conclusiones, & defendere contra hæreticos sacram scripturam, non est habitus scientialis.

Qui scit exponere sacrã scripturam non habet habitũ scientialem.

Ex quo sequitur, quòd de Lyra, qui habuit istũ habitum, non habuit habitum scientialem. Probatur primo de habitu, quo quis scit exponere, & ille exponit sic, & exponit unum passum minus notum per alium magis notum.

Arguitur sic. Per artes uidet per Philosophiam Metaphysicam, Ethicam. Si primo modo, tunc ista expositio non est notitia scientialis, quia sicut assentio illi propositioni manifestę ita assentio alteri: primæ non assentio, nisi per fidem: ergo nec alteri. Capiamus unam propositionem exponentem aliam, dico, quòd non habeo maiorem notitiam de una, quam de alia. Et probat Augustinus, quia obscuritas diuini sermonis ad hoc prodest. exemplum. Spiritus sanctus, qui a patre procedit, illa est obscura, habitus exponendi illam per aliam non est scientia. si dicas, quòd exponit per philosophiam, sicut Scotus exponit Theologiam per metaphysicam D. Thom. per philosophiam, nominales per logicam, dicendo iste terminus, sic supponit, dicit Scotus, quod metaphysica multum iuuat ad intelligendum Theologiam: & si exponatur sic sacra scriptura, adhuc non est notitia scientialis, quia certitudo conclusionis sequitur certitudinem præmissarum, sed præmissæ sunt minus certæ, quia ex una de necessario, & altera de contingẽti, sequitur conclusio de contingenti, sic ex una propositione credita, & altera naturali, sequitur cõclusio credita: ergo propositio exposita, quæ exponitur per auctoritatem Aristot. & per propositionem creditam, erit conclusio credita, & non cõclusio scientialis, sed uocatur habitus distinctus a scientia, & est fides, qua aliquis habet fidem de credibilibus, tamen nescit exponere sacram scripturam. Secũdo. Sicut habitus, quo quis scit exponere, non est sciẽtia, ita habitus, quo quis scit defendere contra hæreticos, non est scientialis. patet, quia eodem modo imaginor de isto, sicut de illo qui scit exponere, quia quando respondeo, uel dico responsionem Theologicalem, vel naturalem innitendo auctoritatibus philosophorum, tũc ille habitus innitetur philosophiæ naturali.

Ex una naturaliter nota, & una credita sequitur propositio credita.

3. concl.

Tertia conclusio. Habitus, quo quis scit explicare sacram scripturam ad sensum moralem, quamuis sit explicatus magis ille habitus quam habitus exponendi sacram scripturam, non tamen est scientialis habitus, sicut patet in prædicantibus moralitates.

De tertio modo habendi fidem, Prima propositio extra textum, Deus potuit causare notitiam de credibilibus æquè certam, sicut est scientia de scientibus. probatur, Omnem effectum quem Deus potest creare mediatè causa secunda, potest immediatè creare uirtute propria: sed Deus mediantibus terminis, si termini cognoscerentur perfectè causaret notitiam respectu credibilium: igitur Deus potest sine illis causare certam notitiam credibilium. Notandum pro maiore, q̃ non est uerum uniuersaliter, quia Deus potest mediante corpore, & anima causare hominem, non tamen sine corpore: ĩo notandum est, quòd duplices sunt causæ: quędam intrinsecè, ut materia & forma: aliæ extrinsecè, vt efficiens & finis. Illa propositio maior intelligitur de causa extrinseca, & non intrinseca.

3. art. huius partis. 1. prop.

Secunda. Talem habitum firmiter inclinantem ad assentiẽdum credibilibus habuerunt Prophetæ, Apostoli, & multi alii. patet de prophetis, qui assentiebant credibilibus propositionibus ac si essent de præterito. patet de Apostolis.

2. propos.

Tertia. Isti homines, quibus datus est iste habitus, habuerunt talem assensum, quo stante impossibile fuit eos nõ assentire ita, quòd firmiter assentiebant sicut ego assentio isti, omne totum est maius sua parte.

3. propos.

Quarta. Certitudo illius assensus si esset maxima certitudo, non tamen habita ex certitudine rei, sicut est habitus scientialis. patet, quia ille habitus erat habitus non habens euidentiam ex obiecto.

4. propos.

Quinta. Quamuis certitudo illius assensus non fuerit habita ex principiis per se notis, tamen erat firmissima certitudo, & illa certitudo erat ex assensu quem habebant.

5. propos.

Sexta. Quamuis certitudo illius assensus non fuerit habitus ex principiis per se notis, quia non ex euidentia rei, tamẽ erat maior certitudine fidei. patet, quia certitudo fidei non excludit omnem dubitationem, tamen ille assensus excludebat omnem dubitationem.

Dup. dubit.

Notandum, quòd duplex est dubitatio. Quædam leuis, & non trahens in oppositum alicuius credibilis, & ista dubitatio stat cum fide. Alia est dubitatio trahens in oppositum credibilis, & uincens, & ista non stat cum fide. Scotus se resoluit.

Resolutio Scot. 1. cõcl.

Prima conclusio responsiua ad q. Cum fide non potest stare scientia propriè dicta de credibilibus nobis reuelatis, patet, quia termini credibilium non apprehenduntur sub propriis rationibus: igitur nec principia: sed nos non cognoscimus terminos, nisi in rationibus generalib. Item si possemus habere fidem, & scientiam de credibilibus, sequeretur, quòd aliquis posset habere fidem, & scientiam de speculabilibus, ut de geometricis: sed hoc est falsum; igitur &c.

Secunda propositio. Cum fide potest haberi, & habetur a multis aliquis habitus distinctus a fide de credibilibus: patet, quia ex sensu sacræ scripturæ iste potest acquirere unum habitum, & quamuis inter propositiones credibiles sit quidam ordo dignitatis, quia quædam sunt necessariæ, quædam contingentes: tamen habitus non inclinat ad assentiendum uni propter alteram, sed immediatè inclinat ad assentiendum omnibus credibilibus &c.

¶ Ad aliud pro opinione &c.

Resp. ad arg. Henric.

Hic respondet ad argumenta pro opinione Henric. ad primam auctoritatem Augustini. Hac scientia &c. Respondet Scotus, quòd licet simplices habeant fidem implicitè de credibilibus, non tamen habent fidem, qua sciãt exponere sacram scripturam & eam defendere contra hæreticos, & ideo illi, qui sciũt hoc facere, habent alium habitum distinctum a fide, sicut doctores, & maiores in ecclesia: tamen cum hoc stat, quod ille habitus non est scientialis: & cum dicit Augustinus hac scientia non possent &c. Dico, quòd scientia hic capitur pro isto habitu, quo quis scit exponere sacram scripturam, & illam defendere contra hæreticos, prout est notitia adhæsiua, qua determinatè uerum scimus. Ad aliam auctoritatem D. Aug. super illud. D. Ioannis, & Vita erat, Suscipiant montes &c. dico, q̃ si essent mille auctoritates dicentes, q̃ esset ponendum lumen medium, dicit Aug. si inconcussè, idest sine dubitatione crediderint sacris scripturis, laborando, ut intelligant ea, quæ crediderunt, & concordando passum passui uideant, quòd prius creditur.

Ex quo sequitur, quòd notitia, qua quis scit exponere sacram scripturam, non est scientialis; quia scientia propriè nõ acquiritur, nisi studendo. dicit tamen D. Bonauentura de D. Patre nostro Francisco, quòd nunquam studuit, immo usque ad uigesimum annum fuit mercator: tamen tanta secreta de Theologia sciebat, quod mirum erat. quicquid sit, uult habere

re Augustinus, quòd ille habitus, quo quis scit exponere, non est scientialis.

Arguitur sic, quòd de credibilibus possit haberi scientia, & fides per reuelationem. Forma argumentum sui uis.

Sol. arg. pro Henrico.

Respondeo, vel quòd demonstrationes non deficiunt in se, & sic uerum est: uel quo ad nos, & sic nego; quia beati possent demonstrare Trinitatem, & unitatem Dei, nos autem non sumus: quia omnis demonstratio procedit ex primis, veris, & immediatis, vel ex iis, qui fidem suæ cognitionis ex primis susceperunt, ut dicit philosophus primo topicorum. ita, quod vult dicere, quòd est demonstratio, quę dat propter quid, quę requirit notitiam non ex primis, & immediatis, sed ex aliis, quæ per ea prius suam euidentiam susceperunt: ut arguendo sic, omnis homo est risibilis, Sortes est homo: ergo Sortes est risibilis. Alia est demonstratio propter quid, & potissima, quæ est ex primis, ueris, & immediatis, & notioribus; ut sic arguẽdo, omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis: sed nos non habemus talem notitiam, quia non habeẽ notitia exprimis, ueris, & immediatis de articulis fidei.

Sol. princip.

Ad argumenta principalia. arguitur primo sic. B. Tho. credidit Christum esse, & tamen uidit: ergo de eodem obiecto potest haberi fides, & scientia capiendo scientiam largè. quòd viderit patet; quia Christus dicit, Quia uidisti me Thoma, credidisti. Respondeo ad antecedens, & nego, quod de eodem habuerit fidem, & scientiam, quia B. Thom. aliud uidit, scilicet humanitatem, & aliud credidit, scilicet diuinitatem; quia dicit, Dominus meus, & Deus meus, quia uidit Christum hominem, & credidit ipsum Deum.

2. princip.

Secundo sic, & est quædam replica de Petro, & Ioan. qui viderunt Christum crucifixum, & credebant Christum Crucifixum: ergo aliquis potest habere sciẽtiam, & fidem de eodem obiecto.

Solu scãm.

Respondẽt aliqui, transeat prima pars auctoritatis, & nego secundam partem, quia aliqui dicebant sicut Lucas, & Cleophas euntes ad Emaus, Nos sperabamus, quòd esset redempturus Israel.

Respondet Scotus. cum arguitur de Petro, & Ioan. quòd viderunt Christum crucifixum, concedo, & tamen crediderũt Christum crucifixum: nego. Vnde tenendo, quòd de omnibus credibilibus est una fides Petrus & Ioan. habuissent unam fidem de omnib. credibilibus, & credidissent ẽt Christum crucifixum, quamuis non uidissent. sed ex quo uiderunt, tamen postquam ille actus fuit transactus, quo Petrus, & Io. cogitabant passionem Christi, habuerunt fidem, sed dum uidebant non habebant fidem, quia impossibile est habere fidẽ, & scientiam.

Contra. tu dicis, quòd Ioan. non credidit: ergo fuit damnatus, quia omnes tenentur credere articulos fidei, similiter de Petro.

Respondeo, distinguo de gentibus: uel de illis, qui uiderũt illos actus, & sic nego: aut de illis, qui non viderũt illos actus, & sic dico, quòd gentes in Ecclesia debent credere. Ita etiam dicunt aliqui de Paulo, quòd post uisionem essentiæ diuinæ non habebat fidem de Trinitate personarum, quia illam poterat demonstrare, & habere scientiam propriè.

3 princip.

Tertio sic. Scientia, & opinio possunt esse simul de eadem propositione: ergo etiam scientia, & fides.

Probatur antecedens, & pono, quòd aliquis habeat conclusionem probandam, & habeat syllogismum dialecticum, & demonstratiuum ad probandum istam conclusionem, homo est risibilis, per syllogismum dialecticum habebit opinionem, & per demonstrationem habebit scientiam: ergo simul habebit scientiam, & opinionem.

Probatur consequentia, quia minus repugnant fides, & scientia, quam opinio, & scientia; quia opinio, & scientia differunt dupliciter, ut dictum est: quia primo scientia habet certitudinem, & opinio formidinem: secundo sciẽtia habet euidentiam, opinio autem non: sed scientia non differt, nisi unico modo a fide, quia scientia est euidens, & fides non: sed de eodem obiecto potest haberi scientia & opinio: ergo fides, & scientia, quia non differunt in certitudine, quia fides habet certitudinem sicut scientia.

Sol. 3. prin. Reg. Scoti.

Pro responsione ponitur regula. Quandocunque aliqui effectus sunt incompossibiles in aliquo, causæ illorum effectuũ sunt simul incompossibiles in causando illos effectus. exemplum. capiamus calidum, & frigidum in summo, quæ sunt incompossibilia in aliquo; & ideo si quis producat summum calorem in aliquo subiecto, frigus non poterit causare frigiditatem summam in eodẽ: sed sic est, quòd fides, & opinio sunt incompossibiles: igitur impossibile est, quòd aliquis causet fidem, & opinionem, ut si quis habeat opinionem de aliqua propositione, adueniente demonstratione corrumpitur opinio, quia impossibile est, quòd fides, & opinio sint de eodem; & pono, quòd aliquis habeat syllogismum dialecticum, & demonstratiuum, dico, quòd per demonstratiuum habebit scientiam, & syllogismus dialecticus non causabit opinionẽ, quia causa perfectior, quæ est syllogismus demonstratiuus, impedit dialecticum. Et ideo ad argumentum nego antecedens, & ad probationem dico, quòd si quis habeat syllogismum dialecticum, & demonstratiuum, non assentit propositioni per dialecticum, sed per demonstratiuum, quia impeditur syllogismus dialecticus.

4. princip.

Quarto sic. Aliquis potest in lumine naturali habere scientiam de obiectis fidei naturaliter cognitis; ergo aliquis potest habere scientiam in lumine supernaturali, & fidem de obiectis supernaturaliter cognitis de eisdem credibilibus; & cum habeatur fides de illis: ergo de eodem habetur scientia, & fides, hoc modo est clarum. Probatur consequentia. quia lumẽ supernaturale, s. fidei, est perfectius quàm sit lumen naturale: sed in lumine naturali, idest in uirtute intellectus cum motione obiectorum aliquis potest acquirere sciẽtiam: ergo etiam in lumine supernaturali. Respondeo, concedo antecedens, & distinguo consequens: uel in lumine supernaturali perfectissimo, sicut beati habent, & sic concedo: vel in lumine supernaturali imperfecto, sicut est fides, & sic nego.

Sol. 4. prin.

Notandum, quod lumen naturale est intellectus cum motione obectorum; sed lumen supernaturale est duplex, s. perfectum, & illud est lumen gloriæ: Aliud est imperfectum, & illud est fides. dicit Scotus, quòd non bene arguitur; quia non bene comparat, quia debet sic argui. In lumine perfectissimo naturali potest acquiri scientia: ergo etiam in lumine supernaturali perfectissimo; quia oportet comparare optimũ optimo: & ibi in textu non fit talis comparatio, quia ibi comparatur perfectum in naturalibus imperfecto in supernaturalibus.

Lumẽ naturale & supernaturale quid.

Quinto arguitur sic. Theologia potest stare cum fide: ergo etiam scientia potest stare cum fide. probatur antecedẽs, quia dicit Augu. huic scientiæ tribuo illud, quo fides &c. ibi loquitur de Theologia, cuius est defendere fidem, quia si nõ essent Theologi, periret fides: ergo scientia stat cum fide. probatur consequentia, quia Theologia est scientia; quia dicit Paulus. Alii datur sermo scientiæ, alii prophetiæ: dicit glosa, quòd ibi capitur scientia pro Theologia.

5. princip.

Respondeo, concedo antecedens, & nego consequentiam. Ad probationem dico, quòd licet Theologia sit scientia largè capiendo, non tamen propriè, sicut capit scientiam philosophus primo post. Ad Paulum, uel capiendo scientiam, ut definitur sexto Ethicor. & sic concedo: uel prout definitur primo post. & sic nego.

Sol. 5. prin. Quo Theol. dicatur sciẽtia.

Sexto sic. Aliquis in lumine naturali solo potest habere iudicium sufficiens ad causandum scientiam de aliqua conclusione geometrica: ergo etiam in lumine supernaturali potest aliquis habere iudicium ad causandum notitiam de credibilibus. probatur antecedens, quia in lumine naturali habeo iudicium, quod est sufficiens ad causandum scientiam. Probatur consequentia, quia nullus est, cui magis sit notum, q̃ Deus non potest fallere, uel falli, quàm quòd ipse non possit decipi in iudicando de aliqua conclusione: sed in lumine naturali potest habere iudicium: ergo &c.

6. princip.

Respondeo, transeat antecedens, ad consequẽs dico, quòd male procedit: quia montibus, idest prophetis erat data notitia de credibilibus, quæ erat ei ita certa, sicut est nobis certa conclusio demonstrata per demonstrationem propter quid: & ita certus, sicut ego sum certus de ista propositione, omne totum est maius sua parte. ideo libenter ibant ad mortem, ut patet de B. Laurentio dicente, Assatum est &c. Et cum dicitur, aliquis est magis certus de illa, quòd non potest Deus fallere, uel falli; & licet ista possit probari, Deus est infallibilis, tamen non possumus probare nos habere habitum, quo infallibiliter assentimus credibilibus, quia creditum est. ideo ista responsio non satisfacit argumento.

Sol. sextum.

Propterea dico, q̃ ex alia responsione patet solutio, quia ex lumine supernaturali imperfecto, cuiusmodi est fides, non possumus habere scientiam.

Septimo sic. Aliquis in Theologia potest cognoscere prima principia, & immediata propositionũ Theologic. ergo pt habere sciam de conclus. Theologalib. consequentia est nota, & ultra potest habere sciam de conclusionib. Theologalibus, &

7. princip.

habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet fidem de illis:ergo aliquis potest habere fidem,& scientiam. patet añs, quia in Theologia sunt aliqua principia prima,& immediata, quia alias esset processus in infinitum, quod est falsum:ergo oportet dicere,quòd sint aliqua prima principia:aliquis ergo potest illa cognoscere,igitur potest deducere conclusiones, & potest per fidem illis assentire : ergo potest habere fidem,& scientiam.Diceret aliquis, ista est responsio uera,& bona,nec est euasio ut aliqui dicunt, licet alia sint credibilia simpliciter prima,ut istud credibile, Deus est trinus,& unus : tamen nos non cognoscimus illos terminos sub propriis rationibus,& in particulari;ideo non est nobis notum illud credibile.Contra,si esset uerum,quòd illi termini non essent nobis noti,non possemus formare illam propositionem : ergo non haberemus fidem de illa; sed hoc est falsum.

Resp. Sco. ad 7.

Respondet doctor, quòd inter credibilia est aliquod primum,& immediatum,& necessarium, ut Deus est trinus,& unus.hic Scotus dicit,quod illa est prima,quod non credoverum;quia oppositum dicit in prologo primi,& in quodlibeto,quòd ex aliis illa propositio, Deus est trinus,& unus,posset demonstrari.immo etiam dico, quòd si quis cognosceret quidditatem Dei in particulari,demonstraret istam,Deus est trinus,quia Trinitas est passio Dei:& ideo dico,quod Scotus hic ponit exempla,quia exempla ponimus,non ut uera sint, sed ut intelligat addiscens,quod addiscit. Tamen si uolumus dicere saluando Scotum,dicamus , quod duplex est propositio immediata.Quæda é immediata immediatione subiecti, & sic illa est prima, Deus est trinus,& unus. Alia est immediata immediatione causæ ut ista,homo est animal rationale. Ad propositum dico, quòd quamuis illa propositio Deus est trinus,sit immediata,& prima inter credibilia,non tamen cognoscitur ut sic. patet. ille non cognoscit propositionem aliquam immediatam,qui non cognoscit terminos sub principiis propriis : sed termini illius propositionis, Deus est trinus, & unus, non cognoscuntur a nobis sub principiis propriis : quia non nisi in conceptibus generalibus quia abstrahimus Trinitatem a creaturis, idest numeris , quia hic uideo tres homines,& hic uideo unum sed significatū propriū & adæquatum illorum terminorum nullus pro statu isto potuit inuenire . Tamen dicendum est, quòd B.Paulus habuit proprium sensum horum terminorum . similiter B. Stephanus:credo etiam,q̄ B.uirgo habuerit, sed hic loquitur de lege communi : & dicit Scot. quòd extrema illius propositionis, Deus est trinus , & unus, non possunt causare in nobis scientiam.

Deus est trinus, et unus non est propō immediata ,sed demōstrabilis; iō Sco.sibi non contradicit, quia hic exē plariter loquitur.

Aliter solui appārentem contra dict.

Prop. immediata dupl.

Nor.

Dub solu.

Nota,q̄ dicit Sco.q̄ ad conceptum proprium Dei non deuenimus in uia clare,nec confuse.

Contra.ego cognosco deitatem confuse,cognoscendo infinitum:igitur.

Cognoscēdi aliquid cognitiue dupliciter

Respondetur,quòd duplex est notitia confusa obiectiua aliquid potest cognosci confuse dupliciter : Vno modo in uniuersali , alio modo secundum quid ; ut cognosco hominem non cognoscendo definitionem eius, sicut rustici cognoscūt hominem.Et ideo dicit Sco. q̄ non cognoscimus cōfuse quātum ad quid nominis,non cognoscimus deitatem, ut significatur per istud nomen, deitas,tamen bene cognoscimus deitatem in uniuersali in conceptu entis.

DISTINCT.

VIGESIMAEQVINTAE.

QVAESTIO PRIMA.

De necessitate fidei ante christi aduētum agit. Fidē artic. fuisse necessariam patribus dupliciter potest intelligi

IRCA distinctionem vigesimamquintam quæritur, Vtrum ante Christi aduentum &c.idest utrum patribus existentibus ante aduentum Christi fuerit fides necessaria,de articulis,quos modo credimus,cōtentis in symbolo.

Not.q̄ fidem esse necessariam patrib. in ueteri testamento, potest dupliciter intelligi. Vno modo de potentia ordinata,& sic erat necessaria. Alio modo de potētia absoluta,& sic non.

Aduerte , quòd articulus quadrupliciter sumitur. Vno modo Grammatice:alio modo Rhetorice: tertio metaphysicè:quarto modo logicè. Primo modo est parua dictio, quæ aliæ dictiones inflectuntur,idest declinantur , & sic sunt tres articuli,scilicet hic,hæc,hoc.Secundo modo est quædam permutatio,ut tonat,uocatur articulus , ut ibi , iguis , grando, nix,glacies. Inter istos terminos ponitur articulus. Tertio modo est quidam numerus denarius, diuisus in numeros partiales nullo indiuiso relicto.dicunt Mathematici, quod duplex est numerus:quidam dicitur,qui est numerus infra denarium constitutus: & alius est numerus compositus,qui ex articulo & digito permiscetur. Quarto modo articulus est quædam sententia in breui oratione compræhensa,ut ibi, Credo in unum Deum;ibi est articulus, quia ibi est sententia in breui compræhensa. secundum Richardum de sancto Victore , est quædam mentis ueritas indiuisibilis arctans nos ad credendum.

Art.4.sumitur.

Primo tangitur esse ipsius,dum dicitur ueritas indiuisibilis respectu magni ministerii contenti in eo.

Secundo dicitur,mentis, & per hoc tangitur subiectum , quia intellectus respicit illud .

Tertio dicitur arctans ,& per hoc tangit eius officiū, quia illa ueritas arctat nos ad credendum sub pœna damnationis:& sic capitur hic.Symbolum dicitur a syn,quòd ē simul, & bole,idest sententia,quasi simul sententia, quia apostoli erant congregati in unum,& quilibet dixit suam sententiam: ut beatus Petrus dixit,Credo in unum Deum.

Symbolū unde dicatur.

Notandum, quòd tria sunt symbola: quoddam est symbolum Apostolorum:aliud Nicenum:aliud Athanasii. Primum est credo paruum Nicenum,est magnum credo factum in ciuitate Nicena,a trecentis decem,& octo episcopis, & ibi fuit damnata hæresis Arriana . Aliud Athanasii,factum ab episcopo Athanasio; & ideo quærit,Vtrum ante Christi aduentum.i.utrum Adę, Abrahę,Moysi,& aliis , fuerit necessaria fides.

Respondet Scotus , quod fuit necessarium patribus habere istam fidem. probat. pro quolibet statu fuit necessarium homini diligere omnia diligibilia ex charitate: ergo habere fidem respectu credibilium:patet antecedens,quia fuit necessarium cuilibet habere charitatem , quæ inclinat ad diligendum diligibilia:igitur &c.patet consequentia ; quia nunquā charitas prodest sine fide.

¶Ad quæstionem, &c.]

Pro q.ponuntur tres articuli.Pro primo quæritur , Vtrum fides fuerit necessaria ,uel acquisita,uel infusa:& si infusa, Vtrum actualis,uel habitualis.

1.cōcl Scot. Fides infusa necessaria pro statu hominis . Triplex status hominis. Adam habuit fidem infusam.

Prima conclusio.Fides infusa fuit necessaria homini saluādo pro omni statu.Notandum, quòd hoc idem quærit prima q.prologi.Notandum,quòd triplex est status hominis, scilicet naturæ,scripturæ,& gratiæ . Primus status naturæ duravit ab Adam usque ad Moysen Secundus duravit a Moyse vsque ad Christum. Tertius cepit a Christo , & durabit usque ad finem mundi.

Ex quo sequitur,quòd Adam in statu innocentiæ habuit fidem infusam , quia nunquam Deus dedit charitatem , quin dederit fidem.probatur , quia sicut anima non est accepta Deo, nisi ornetur per charitatem,& gratiam quoad uoluntatem,ita non est accepta , nisi ornetur ista fide infusa , quo ad intellectum: & sicut intellectus præcedit uoluntatem ordine naturæ,ita prius natura perficitur intellectus fide infusa, quā uoluntas perficiat charitate.Ista autem supernaturalis perfectio,qua intellectus assentit propositionibus ueris, uocatur fides infusa: & ideo sicut fuit necessarium homini saluando habere charitatem,ita fuit necessarium habere fidem.

In hoc statu non est charitas sine fide, sed in futuro erit. Quo charitas sit forma uirtutis.

Notandum,quòd isti habitus non sunt necessario connexi , quia pro statu isto possibile est fidem informem esse sine charitate. In alio statu,scilicet in patria,habebit beatus charitatem sine fide.Charitas fructus fidei dicitur, forma uirtutū, quia facit omnes actus aliarū uirtutum acceptabiles Deo non tamen est intelligendum,q̄ charitas sit forma uirtutum sic,quod informet uirtutes;sed dicitur formavirtutum,quia facit actus uirtutum acceptabiles Deo. Ex uno ergo credito, quo credimus fidem infusam esse, concludimus patres ueteris legis habere fidem infusam.

Virū Angeli habuerint fidem

Sed quæro . Vtrum fuerit necessarium de angelis? utrum habuerunt fidem,cum secundum Beatum Tho.fuerint creati in gratia.

Respondeo probabiliter,quòd non fuerunt creati in fide; & ratio est , quia habebant speciem intelligibilem distincte representantem essentiam diuinam,qua mediante potuerunt acquirre scientiam.

De Adam dico,quòd in statu innocentiæ habuit fidē,quia aliter

non potuisset uenire ad notitiam illius, Deus est trinus, & unus.

Concl.extra tex.

De secundo articulo . Vtrum actus fidei fuerit necessarius pro quocunque statu?

Respondeo,& pono conclusionem extra textum. Aliquis actus credendi fuit necessarius hominibus adultis habētibus usum rationis pro quocunque statu , s.credere unum Deum esse creatorem cœli, & terræ.

Duplices uirtutes.

Ex quo sequitur,quod sicut actus uirtutum moraliū fuit , ut necessarius pro quocunque status pari rōne , & actus uirtutum Theologicarum fuerunt necessarii pro quocunque statu .

Notandum,quòd duplices sunt uirtutes.Quædam morales,quæ habent creatum pro obiecto, ut iustitia , temperantia, &c.Aliæ Theologicales,quæ habent Deum pro obiecto, ut fides,spes,charitas.probatur antecedens.præcepta affirmatiua,quæ obligant ad semper,obligant pro quocunque statu; quia fuit necessarium exhibere cultum latriæ , honorare parentes, & seruare præcepta decalogi:ergo actus præcepti affirmatiui fuerunt necessarii:probatur consequentia, quia actus uirtutum moralium non ordinantur in Deum , nisi per actus uirtutum Theologicarum,quia nullus est perfectè liberalis,nisi charitas inclinet ad liberalitatem:igitur , cum quilibet teneatur diligere Deum ex charitate , ita fuit necessariū cuilibet homini saluando habere actum elicitum fidei , quia habere istum actum, scilicet credo in Deum creatorem cœli & terræ.

Præcepta sunt ī dupl. differentia.

Notandum, quòd duplicia sunt præcepta. Quædam affirmatiua,quæ obligant ad semper,sed non pro semper; ut audire missam:Alia negatiua, quæ obligant ad semper , & pro semper;ut non furaberis,non fornicaberis . Dico ergo,q̄ actus credendi fuit necessarius homini uiatori habēti usum rationis pro quocunque statu sub pœna damnationis.

Circa quæ dēat esse actus credēdi.

Habita conclusione generali, Videndum est circa quæ debet esse actus credendi.circa quod est sciendum,quòd articuli possunt distingui dupliciter . Vno modo penes credibilia in se;Alio modo penes auctores illorum credibilium. Si primo modo,sunt quatuordecim:si secundo modo, sunt duodecim sicut fuerunt duodecim Apostoli, & possunt fieri de Deo,ut patet in primo articulo.Nam Petrus complexus est tres articulos.credo Deum unum esse . credo patrem omnipotentem esse.credo Deum creatorem cœli & terræ: & in hoc concordat B.Bonauen.cum Sco.& non in aliis,communio sanctorū collatio sanctorum,sic exponit de Nogento.

Art.dupliciter possunt distingui.

Dub.solu. quare paulus,& barnabas nō potuerint in symbolo aliquem art.

Sed quæro,Vtrum Paulus, & Barnabas fecerint aliqué articulum cum fuerint apostoli;patet de Paulo,qui dicit, Ego sum minimus apostolorum.

Actus credendi erat necessarius patribus uniuersali, non in particulari de Christo

Respondeo quod istud symbolum fuit actum antequamvocarentur ad apostolatum,ideo hic non enumerantur.

Quis pōt credere dupl.

Quæro,utrum fuerit necessarius actus fidei circa credibilia cuicunque uolenti intrare paradisum? dico de Adam, q̄ credebat Christum redemptorem,& descensurum ad inferos & etiam Moyses,in uniuersali,& non in particulari. Et ideo dicunt etiam Iudæi,quòd unus Messias est uenturus, qui debet esse rex Ierusalem ; sed an sit necessarium habere actum circa omnia credibilia prædicta?

Respondeo.prima conclusio.Necessarium fuit ipsi uiatori habenti usum rationis pro quocunque statu habere actū credendi implicitum de omnibus articulis fidei.

Notandum circa credibilia , quòd quis potest habere actum dupliciter , Vno modo explicitum , quando aliquis explicat mihi . Alio modo actum implicitum , quando habet habitum , licet non habuerit actum . ista ergo est prima conclusio , scilicet necessarium fuit homini uiatori habere habitum fidei circa credibilia, quo possit inclinari in illa credibilia.

Secunda conclusio.Non est sufficiens in homine adulto habente usum rationis habere actum præcise implicitum , sed requiritur aliquis actus explicitus circa illa credibilia.exemplum.aliquis homo habet uiginti annos,necesse est,quòd aliquando exeat in actum credendi,quia aliter non posset saluari,sicut est necesse,ut adultus exeat in actus charitatis,ut habere cultum latriæ.

Tertia conclusio . Non est necessarium cuilibet adulto habenti usum rationis distincte, & actu omnes illos articulos credere,& hoc pro quocunque statu: patet , quoniam regula est,quòd Deus nullum obligat ad impossibile:quia dicit Hieron.quicunque dixerit Deum obligare aliquem ad impossibile,mathema sit.& nota q̄ si fuerit rudis, qui non potest scire quid sit natura,& quid sit persona,ipse non poterit assentire isti propositioni,aliqua natura est una, & trina: sed debet credere iis,quibus credit sancta mater ecclesia.

Rudis tenetur credere his quib̄ credit S. mater ecclesia.

Quarta conclusio . Quilibet habens usum rationis tenetur sub pœna damnationis credere credibilia , quæ sunt nimis grossa.

Credibilia sunt dupl. Oēs fideles tenētur credere quædā credibilia explicitè .

Notandum,quòd duplicia sunt credibilia;Quædam grossa ut Christus est natus,mortuus,passus . Quædam subtilia, ut quod Pater,& filius producunt Spiritū sanctum. Dicit de Nogento,quòd credibilia,quæ sunt grossa ad credendum , idest de quibus ecclesia facit festum,scilicet de natiuitate Christi, de resurrectione,de ascensione, tenetur quilibet adultus explicitè credere:& ideo sequitur, quòd omnes homines adulti habentes usum rationis,siue sint clerici, siue laici , simplices, & rustici, tenentur ad actum explicitum circa aliqua credibilia in particulari.Ad actum uero implicitum,&habitum, circa omnia credibilia .

Triplex Hierarchia in ecclesia .

De montibus ecclesiæ sit Quinta conclusio . Quilibet maior in ecclesia tenetur ad omnia credibilia explicitè credenda, & tenetur instruere populum in uerbo ueritatis, & exemplo honestatis.Notandum,quòd triplex est Hierarchia.Quædam suprema,& de ista sunt summus Pontifex, Cardinales, Episcopi,& Abbates:Alii sunt de inferiori ,ut simplices, & rustici.Alii sunt de media,ut curati,ut mendicantes;quia sicut ipsi uolunt dicere,sunt in auxilio curatorum .

Prima propositio.Maiores in ecclesia,idest montes de prima Hierarchia,tenentur explicite credere omnia credibilia, & docere populum exemplo honestatis, & uerbo ueritatis . Dicit de Nogento : quando fiunt episcopi, & consecrantur, in missa consecrationis,episcopus celebrans missas, & consecrans nouum episcopum,quærit sibi,scitis ne nouum, & uetus testamentum? respondet scio.

Secunda propositio.Illi de media Hierarchia , ut curati,tenentur credere credibilia explicite , non tamen tenentur defendere : sed quando occurrit hæresis circa aliquem articulū fidei,debent adire episcopum.

Tertia propositio.Simplices, qui sunt de inferiori Hierarchia,tenentur credere implicite omnia credibilia : explicite aliqua credibilia.

Dub.pulcra

Sed hic occurrunt quædam dubia . Arguitur contra dictū prædictum , quòd rudes non teneantur ad credendum omnia credibilia explicitè.arguitur sic.benè sequitur,simplices non tenentur credere omnes articulos explicitè:ergo non tenentur cauere omnem errorem contrarium illi fidei:sed consequens est falsum:ergo & antecedens.patet cōsequentia, quia benè sequitur, non tenentur credere omnes articulos : ergo non tenentur cauere errores oppositos illis articulis: ergo aliquis simplex poterit licitè assentire errori oppositо fidei , quod est falsum:ergo simplices tenentur credere omnia credibilia.

Vis arg. quæ sit. Solu. arg.

Istud argumentum quærit, Vtrum simplex teneatur credere huic articulo, Deus est trinus, & unus .

Simplices tenentur uitare oē peccatum.

Respondeo ad argumentum.concedo anteeedens,& nego consequentiam;quia quilibet simplex tenetur cauere non solum errorem contrarium fidei articulis , sed omne , quod est contrarium dictis sacræ scripturę.ideo si aliquis &c. esset simplex,qui teneret pertinaciter oppositum alicuius propositionis Theologicæ, esset hæreticus,& esset comburendus : quia urtica mala scindatur,& in ignem mittatur.Ad aliam consequentiam;non tenetur cognoscere, &c. nego consequentiā , quia ista consequentia non tenet in moralibus;iste non tenetur cognoscere,quòd est peccatum mortale distincte:ergo nō tenetur cauere luxuriam,non ualet consequentia,quia quāuis non teneatur scire actus nostros esse peccatum mortale, uel ueniale,immo doctores dubitant , tamen tenetur cauere illud peccatum,ne quis contemnens uitare peccatum , incidat in peccatum.

Secundo sic.Si alicui simplici sufficeret credere aliqua credibilia,& non omnia,sequeretur , q̄ iste esset simul fidelis,& infidelis;consequens est falsum:ergo & antecedens.patet consequentia,capio uerum unam,& uadit ad sermonem;pono quòd cras unus prædicet sibi,& dicat, oportet quod uos credatis,quòd Deus est trinus,& unus;uel prædicet oppositum: ista erit fidelis,quia credit articulis de fide Christi, quia credit,quod Christus est natus:& erit infidelis,quia non poterit assentire,quòd aliqua res sit trina,& una.

Respondeo ,nego consequentiam. Ad probationem dico, quòd propositiones,quæ solent prædicari in ecclesia communiter a prædicantibus,sunt duplices.Quædam,quæ solent cō-

muni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

muniter prædicari in publico, ut quòd Christus natus est, passus est, conceptus est, & huiusmodi: & de istis dico, quòd propositiones, quæ solent prædicari in ecclesia communiter, illas tenetur credere uetula. Aliæ sunt, quæ non solent prædicari in publico, sed in aliquo loco de nouo, ut quòd frater minori non est danda pecunia: similiter, quòd simplex formicatio non est peccatum, & quòd in quadragesima non tenemur ieiunare, uel quòd uirgo Maria est concepta in peccato originali: & istas propositiones non tenemur necessario credere sed debet quis expectare quousque fuerit determinatum ab ecclesia, & postea credere firmiter, sicut erat de conceptione uirginis Mariæ: quia nunc credendum est, quòd fuit concepta sine peccato originali, & dicit Scotus, quòd si aliquis doctor prædicaret, quòd uendere aues in ponte tamperū in die Dominica, & uendere carnes in macello, & facere uascula est peccatum mortale; Contra alius prædicator prædicaret, & diceret oppositum illarum propositionum, & ista acciderunt in universitate Parisienti, uidetur, quòd aliquis simplex sit perplexus. Dicit Scotus, quòd iste non debet credere quousque fuit determinatum. Dat aliud exemplum. unus dicit, quòd sic mercari, est peccatum mortale: alius dicit, quòd nō. Scotus dicit, quòd tutius est non procedere sic, uel hic, sed expectare determinationem. sit unus mercator, uado ad ipsum & porto sibi bonum uadium; præstetis mihi pecuniam super isto uadio, & non dico sibi, & dabo tantum, sed ipse cogitat in mente sua, quòd ipse non præstaret, nisi speraret pecunias habere pro placito, Scotus dicit, quòd mercator potest capere pecunias, ut decem aureos pro placito: & sicut est in mora libus, de quibus dubitatur, an sit peccatum, uel non; ita est in credibilibus: ideo bene uidendum est in moralibus antequam aliquid destruatur, & hoc debent uidere prædicatores.

Mercator pōt capere supra Sortē ex quomodo.

Obiicit.

Contra. dicis, q uetula non tenetur assentire prædicanti, quòd uirgo fuit concepta in peccato originali: probo quod teneatur credere, quia uetula tenetur credere curato suo, tā quam patri suo dicenti sibi, quòd uirgo fuit concepta in peccato originali.

Solu. obiec.

Respondeo, quòd non tenetur sibi credere de illa propositione. pono per casum, quòd ipsa habuerit conscientiam erroneam de ista propositione, quòd ipsa debet credere omnibus, quæ dicit sibi curatus suus: hoc posito, si curatus prædicet illam propositionem quid faciet?

Respondeo uidetur, quòd si uetula habeat conscientiam erroneam per ignorantiam inuincibilem, quòd tenetur credere curato suo, tunc benè excusatur: sed si possit scire ueritatem per doctores, habendo conscientiam erroneam, & credēdo curato suo, peccat mortaliter: immo debet deponere illā conscientiam erroneam, quam habet de illa propositione, ego debeo credere iis, quæ dicit mihi curatus meus.

3. dub. circa idem.

Tertio sic. Maiores non obligantur ad credendum omnia credibilia magis, quàm simplices: ergo non tenentur ad credendum illa. patet consequentia, quia ideo aliquis tenetur ad credendum, quia obligatur aliqua speciali obligatione, probatur antecedens: quia simplices obligantur in baptismo: sed maiores non magis obligantur in baptismo, quam simplices, seu minores; quia tenentur scire illa, & explicare. Retpō detur ad hoc negando antecedens. Et ad probationem dico, quòd obligatio non prouenit ex baptismo, sed quia est in tali dignitate constitutus, quia est curatus: ideo quando capit illam dignitatem, obligat se ad sciendum illa credibilia explicare parochianis.

Consequenter doctor respondet ad quæst. Prima conclusio. Omnes adulti utentes usu rationis post lapsum tenentur habere fidem mediatoris.

Notandum, quòd Scotus non sine causa dicit, post lapsum quia Adam bene tenebatur credere, quòd Deus erat creator cœli, & terræ: non tamen propter hoc tenebatur credere de mediatore.

Probatur conclusio. Nullus potest saluari nisi in fide ecclesiæ: ergo nullus potest saluari nisi credendo mediatorem: patet antecedēs, quia ecclesia figuratur in arca Noe, in qua fuit Noe, & alii saluati. probatur consequentia, quia nullus pōt saluari, nisi in fide mediatoris: quia antiqui credebant mediatorem uenturum, nos autem uenisse.

Secundo sic. Quilibet adultus tenetur credere creatorem pro quocunque statu: ergo etiam redemptoré, quia sicut creator est principium essendi in natura condita, ita reparator est principium reparandi naturam.

Secunda conclusio. Quamuis quilibet adultus post lapsum non teneatur distinctè, & explicitè credere redemptorem requiritur tamen credere implicitè, & confusè in redemptorem. Notandum, quòd de redemptore potest haberi fides dupliciter. Vno modo distinctè, quia credimus, quòd mortuus est, &c. Alio modo confusè, ut credere, quòd Deus aliquo modo reparauit naturam humanam, uel per hominem, uel per angelum, uel per alium, & huiusmodi: quia si rogaretur iudæus, quis est reparaturus naturam humanam? diceret, quòd ipse nesciret, sed bene diceret, quòd Deus est missurus unum Messiam pro redemptione mundi.

De fide redemptoris, & quo duplicitèr hēri pōt fides.

Tertia conclusio. Habentes legem Mosaicam tenebantur magis explicitè credere, quam non habentes.

3. cōcl. de fide Iudæorū.

Nota, quòd lex fuit data populo Israelitico, gentiles autē uiuebant in lege naturæ; & illi populi de Israel plura credebant, quia plura erant eis data ad credendum.

Quarta conclusio. Nos in lege gratiæ magis tenemur explicitè credere credibilia, quam illi, qui erant in ueteri lege: patet, quia ad actum credendi requiritur primo habitus fidei inclinans ad assentiendum: secundo principia credibilium, ut prædicator prædicet: tertio actus uoluntatis imperantis ad credendum; quia cætera potest habere homo nolens, credere autem non potest nisi uolens: poterit enim credere homo, quòd astra sint paria: quarto requiritur fides acquisita, & ista non requiritur semper.

4. concl. de Christianis.

Probatur quarta conclusio, & arguitur sic. Ille tenetur plura credere, cui sunt plura credibilia explicata per doct. sed nobis plura sunt explicata credibilia p apostolos, & per alios: ergo nos tenemur plura credere, quam Iudæi. minor patet, quia antiqui credebant Deum esse in confuso: nos autem credimus Deum esse trinum, & unum. Ipsi etiam credebant in aliquem reparaturum genus humanum, nos autem credimus distinctè Christum Deum, & hominem reparasse genus humanum, & si quis fuisset in lege ueteri, cui reuelata fuissent tot credibilia, sicut nobis, sicut fuit Abraham, tenebatur credere explicitè sicut nos, & reuelare ista; & sic ante Christi aduentum fuit fides necessaria de credibilibus reuelatis.

Probatur 4. concl.

Pro solutione ad q. pono aliquas conclusiones.

Not propō & solut. q.

Prima conclusio. Patribus antiquis ueteris legis, tam in lege naturæ, quàm scriptæ necessaria erat fides infusa, sicut charitas.

Secunda conclusio. Patribus omnibus antiquæ legis, naturæ, & scriptæ, actus elicitus a fide infusa erat necessarius; quia sicut actus charitatis, erat eis actus necessarius, ita actus fidei.

Tertia conclusio. Actus credendi in mediatorem erat necessarius pro quocunque statu: probatur, quia nullus pōt saluari, nisi sit membrum Christi: sed nullus potest esse membrū Christi, nisi credat mediatorem: igitur.

Quarta conclusio. Quamuis patribus antiquis fuerit necessaria fides tam actualis, quam habitualis de aliquibus credibilibus, non tamen de omnibus: patet prima pars, quia tenebātur credere Deum esse: patet alia pars, quia nos tenemur credere Deum trinum, & unum, non tamen ipsi.

Quinta conclusio. Quamuis ante Christi aduentum omnes æqualiter tenerentur habitualiter credere omnia credibilia, idest habere habitum, quo mediante assentirent credibilibus, non tamen æqualiter tenebantur credere; quia illi, qui erant in lege naturæ, non tenebantur tot credere, sicut illi de lege scripta, quia ibi continetur quodammodo Christi passio, & Trinitas personarum, ut patet in prophetis, & psalmis.

¶ Vltimo uidendum est, &c.]

Dictum est, quòd antiqui credebant redemptorem sicut nos, licet non eodem modo, quia credebant redemptorem uenturum, nos autem credimus ipsum uenisse: ideo quæritur, utrum actus fidei eorum de redemptore ut de eodē credibili, de quo nunc est actus noster. Est hic una opinio: aliqui Logici dicunt, quòd est eadem propositio de præsenti, de præterito, & de futuro: ut curro, cucurri, curram, & probant. Ille propositiones sunt eædem, quorum extrema sunt eadem; sed propositiones de præsenti, de præterito, & futuro sunt de eisdem extremis: ergo &c.

Respondet, q actus credendi Petri est de eodem credibili. Contra. Vna propositio est de præterito, & alia de futuro. respondent, & dicunt, quòd non obstat.

Aliter ergo dico, q obiectum credibile de mediatore antiquorum non est idem cum obiecto nostro, immo distinguuntur specifice: igitur non est eadem propositio: probatur. Nulla eadem propositio potest esse uera, & falsa simul; contingens, uel necessaria: sed propositio, quam credebant uetercs est

est falsa, scilicet Christus nasceturi: ergo illa erat contingens, quæ dependebat a uoluntate diuina: & ista Christus est natus, nunc est necessaria, quia de præterito: ergo non est eadem propositio. Tamen dicit Scotus, quòd illa complexio, quam habent illi antiqui, potest dupliciter considerari. Vno modo si termini abstrahant a modo significandi, sine a consignificato temporis & hoc modo extrema capiuntur nominaliter; ut cursus, siue igitur uerbum absoluatur a connotatione temporis, sicut dicimus in propositionibus necessariis, eadē est propositio de præsenti, & de præterito, & de futuro: quia extrema sunt eadem: & ideo non est differentia, nisi in modo significandi, & per casum abstrahunt a modo significandi: igitur.

Cōplexio quā credebant antiq patres dupliciter considerari pōt.

Alio modo potest intelligi complexio pro aliquo instanti de terminato, dum tamen illud instans abstrahat a tempore præterito, uel futuro: quia de ratione instantis non est, quòd sit præteritum, uel præsens: & hoc modo capiendo complexionem non cum respectu ad tempus præsens, uel futurum, est eadem complexio nostra, & patrum antiquorum. Tertio modo potest capi complexio quæcunque non solum materialiter pro extremis, sed etiam formaliter pro consignificato uerbi: & tunc non est eadem complexio, quia complexiones non sunt eædem, nisi extrema sint eadem, & modi significandi sint idem: & sic non est eadem propositio, quam credebant antiqui patres, & nos. Sed Scotus uult soluere, quòd aliquo modo sint eadem credibilia; quia uirgo Maria ante mortem inclinabatur ad credendum istam, Christus morietur, Christus non morietur; nec est inconueniens aliquam causam uniuersalem cum aliquibus causis particularibus posse in contraria sicut dictum est. exemplum de calore cum humido radicali & sine humido radicali.

Solu. prin.

¶ Ad primum principale, &c.]

Hic doctor soluit argumēta ante oppositum. Primo arguebatur, & formabatur sic argumentum. Illi, qui erant in lege Moysi, non tenebantur ad credendum explicitè omnia, quæ Moyses tenebatur credere: ergo illi, qui erant in lege ueteri non tenebantur ad credendum omnia, quæ nos tenemur credere: patet consequentia, quia illi, & Moyses erant de eadem lege. Antecedēs patet, quia dicit Dominus ad Moysen Exo. 20. Ego sum Deus Abraham, &c.

Respondeo ad materiam. pono duas propositiones cum corollariis.

Prima propositio. Actus credendi dependet ex habitu inclinante, & præsentia credibilium. Vnde præsentia credibilium non habetur per habitum fidei, sed per species, quia p prædicatorem: quia oportet, quòd sit apparentia in prædicatore.

Ex quo sequitur, quòd Doctores, & prædicatores simplices in lege ueteri cum Moysi non tenebantur ad credendum tot credibilia sicut Moyses. Et ratio est, quia nō erant eis tot reuelata, sicut Moysi.

Secundo sequitur, q Moyses non tenebatur ad credēdum tot credibilia, sicut nos tenemur pro lege nona; quia Moyses non habebat istam propositionem reuelatam, Deus est trinus & unus: uidit n. Trinitatem personarum, tamen non prædicabat illam populo, forte quia non placebat Deo.

Secunda propositio. Non est simile de habitu fidei, & de habitu scientiali: quia habitus scientiæ generatur ex obiecto partialiter, ut habitus istius, homo est risibilis, generatur ex obiecto, & notitia præmissarum ab intellectu. non sic de fide, quia non generatur ex obiecto, nisi ex habitu præsente, & præsentia credibilium.

Notandum, quòd non sufficit quicunque occursus credibilium ad hoc, quòd habitus inclinet ad credendum. Credibilia dupliciter possunt esse præsentia in intellectu, Vno modo per species extremorum præcisè, Alio modo non solum per species extremorum, sed etiam per prædicatorem. Ad actum credendi non sufficit præsentia credibilium primo modo. patet. Volo, quòd puer aliquis baptizetur, & ponatur inter infideles, & nutriatur inter eos: & si præsentetur sibi istud credibile, Deus est trinus, & unus, licet habeat præsentiam per species, tamen non magis assentiet illi propositioni, quàm assentiet isti, homo est asinus.

Credibilia possunt dupliciter esse præsentia intellectui.

Tertia. Ad actum credendi fidei infusæ non solum requiritur præsentia credibilium per species, sed requiritur reuelatio per prædicatorem, uel alio modo: quia si nullus reuelasset mihi istam, Deus est trinus, & unus, non assentirem illi: & ideo requiritur fides acquisita ad assentiendum: nec sufficit sola fides infusa, & ideo cum arguitur, quia illi, qui erant in lege Moysi, non tenebantur tot credere sicut Moyses: ergo ante aduentum Christi non fuit necessaria fides de eisdem credibilibus, de quibus nos credimus; distinguo, uel de aliquibus, & sic nego; uel de omnibus, & sic concedo.

Secundo sic. Angeli ante aduentum Christi non cognouerunt incarnationem Christi: ergo patres antiquæ legis non tenebantur credere incarnationem Christi: ergo fides antiquorum non fuit de eisdem credibilibus, de quibus est nostra fides: patet, quia fides nostra est de isto credibili, q uerbū est incarnatum. patet antecedens primò Esaiæ 63. Quis est iste, qui uenit de Edon tuictis uestibus? ista q erant stupefacti, qualiter fiebat tantus honor illi homini. Item dicitur, q angeli dixerunt, Quis est iste rex gloriæ? & fuit eis responsum, Dominus fortis, & potens.

Probatur consequētia, quia non est necesse credere, q Angeli ignorauerunt.

Pro responsione ponitur ista propositio. Quamuis cōmuniter prius illuminētur Angeli, quàm homines, non tamē est necessarium, quòd sic fiat.

Pōt Deus aliquid reuelare hoī, & non angelo.

Notandum, quòd quando Deus uult reuelare aliquid homini communiter prius reuelat Angelo sibi propinquiori; & ille angelus illuminat alium & sic consequenter: tandem angelus inferior reuelat homini. possibile. est autem, quòd prius fiat homini reuelatio, sicut fuit factum de ista propositione, uerbum incarnabitur, quia fuit prius reuelata homini. Et iō ad argumentum, transeat antecedens, sed non ualet consequentia: quia licet illi angeli non cognouerunt, tamen Deus potuit homini reuelare, sicut fecit.

Contra. Angeli sunt perspicatioris intellectus, quam nos: igitur &c.

Obiicitur.

Respondeo. aut de naturaliter cognitis, & sic melius intelligunt; & tamen non est uerum de supernaturaliter reuelatis quia potest Deus reuelare homini, & non angelo.

Tollitur obiect.

Contra arguitur sic. Gabriel dicit Mariæ, Concipies, & paries &c. ergo misterium incarnationis fuit notum angelis: similiter angeli, qui cantauerunt in natiuitate Christi, Gloria in excelsis Deo, dixerunt etiam ad pastores, Euangelizo uobis gaudium magnum, quia natus est uobis hodie saluator mundi.

Instatur ite rum.

Pro responsione ad istud argumenutm. Notandum est, q ut dicit Scotus in 2. d. 1. duplices sunt angeli: quidam superiores, & illi non ignorauerunt incarnationem, quia Gabriel erat de superioribus: similiter illi, qui nunciauerunt natiuitatem pastoribus: alii sunt inferiores, illis ignotum erat incarnationis misterium, & quando fuit eis notum? dicit Hieronymus, quòd misterium incarnationis principatibus, & potestatibus fuit ignotum, quousque passio fuit completa, & passio Christi ad gentes deuenit per prædicationem, scilicet quādo apostoli, & discipuli prædicabant populo passionem Christi, resurrectionem, & fidem Catholicā, quando in omnem terram exiuit sonus eorum, tunc angeli inferiores cognouerūt misterium incarnationis, & non ante. Et sic Augustī. tenet illud Lucæ, Euangelizo uobis, &c. q angeli ignorauerunt, & hoc est uerum de inferioribus, & non de superioribus, & sic ad argum. dico, q angeli superiores cognouerunt, licet angeli inferiores non cognouerint.

Soluuntur instan. Angeli qui dā superiores quidam inferiores.

Quando angeli cognouerunt mysterium incarnationis.

Tertio sic. Ad perfectam obedientiam sufficit implere illa, quæ præcipiuntur cum promptitudine implendi alia: igitur ad perfectam fidem sufficit credere, quod explicitum est credendum esse, cū proposito credendi sic alia si explicentur, sed patribus antiquæ legis non fuerunt omnia nostra credibilia explicata: ergo non tenebantur ipsi ad credendum omnia, quæ credimus nos. patet minor, quia non erat eis reuelatum Sacramentum Eucharistiæ, quòd fide credimus.

Respondeo concedo, quòd non tenebantur ad tot, & dico q nihil est traditum de noua lege, quod aliquo mō non fuerit contentum in antiqua secundum aliquem sensum. Exemplum de sacramento Eucharistię. Istud sacramentum licet sit explicatum, & contentum in euangelio literaliter, tamen in ueteri lege est contentum secundum sensum allegoriū, scilicet de Manna, quia omnia illis in figura contingebant, ut dicit Paulus. sensus literalis dicit, quòd litera significat: sensus anagogicus perducit ad patriam. sensus allegoricus reducit ad ecclesiam. sensus moralis, ut anima nostra reformetur. exēplum sit de Ierusalem litera gesta docet, quid credas allegoria, & c. quia sensus literalis docet gesta; allegoria tractat de ecclesia; moralis sensus reducit ad mores: anagogicus reducit ad paradisum.

Verus docēs sensus scripturæ sacræ.

Ad argumentum primum post oppositum, quilibet pro quolibet statu debet diligere omnia diligibilia, ut dicit Scotus,

Ad 1. in opposi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus, quia dicit, Audistis, quia dictum est antiquis, &c. tamen Scotus malè dicit in hoc, quòd illa progenies Iudæorum male arguebat argumento a contrario sensu; datum est nobis præceptum ut diligamus amicos: ergo non debemus diligere inimicos. arguebat a contrario sensu. Scotus aperit secundâ uiam; posito, quòd tenerentur omnia diligibilia diligere, dico, quòd hoc est falsum, quia aliquem teneri omnia diligere potest intelligi dupliciter. Vno mó actualiter, & sic non; quia diligibilia non sunt actu præsentia. Alio modo habitualiter, & sic bene est, quòd quilibet est obligatus ad habendum habitum charitatis, quo mediante diligere potest omnia diligibilia.

Aliquè teneri ad diligendum oĩa diligibilia dupliciter. Quod fides non sit in intellectu argum.

Arguitur, quòd fides non sit in intellectu: quia sequeretur, quòd aliquis posset credere aliquem articulum ante uoluntatis actum: sed hoc est falsum: igitur.

Respondeo nego consequentiam, & ratio est, quia actus credendi dependet a tribus: primo ab habitu inclinante ad credibilia: secundo a præsentia credibilium, ut dictum est: tertio ex uolitione, quia dicit August. cætera potest homo nolens, credere non potest nisi uolens: quia quando alicui proponitur credibile ille non allicitur ad assentiendum illi articulo, quia obiectum demonstratur, ideo, requiritur actus uolendi, & quòd scilicet uoluntas imperet actum credendi credibilia potest tamen imperare intellectui, quòd assentiat oppositio credibilium, licet posset imperare intellectui, ne assentiat credibilibus auertendo intellectum, dicendo, uolo credere hoc quod tu dicis mihi: & ideo ad argum. dicendum est, ut dictum est.

QVAESTIO SECVNDA.

Quæritur an sit necessaria charitas ad habẽdam fidem.

IVXTA hoc posset, &c.

Vtrum ad hoc, quòd fides &c. Respondet beatus Tho. quòd nunquam potest intellectus alicuius per fidem infusam assentire alicui propositioni credibili, nisi charitas sit in uoluntate, scilicet illi, Deus est trinus, & unus: tamen dicit Scotus, quòd non est repugnantia intellectum alicuius assentire alicui credibili, nullo habitu infuso existente in uoluntate, mediante fide infusa, & acquisita: quia mirabile effet, q ego, qui nunc sum in peccato mortali, non possem assentiri isti propositioni, Deus est trinus, & unus; quia actus credendi dependet a tribus, ut dictum est; ab habitu, a præsentia obiecti credibilis ostensi per prædicatorem, uel reuelatorem; & per actum uoluntatis; ideo cum ponuntur ista tria, uel intellectus meus assentiet, uel non; si sic, habeo propositum; si uero dicas quòd non, non uidetur alia causa.

B. Th. arguit, & pro primo supponit primo, q intellectus pro statu isto non est natus moueri, nisi ab obiecto credibili, & a uoluntate quoad actum credendi, tanquam a causa uniuersali imperante intellectui.

Secundo supponit, quòd obiectum credibile ex se non est ita efficax, ut sufficiat ad causandum assensum in intellectu. ex quo sequitur, quòd requiritur uoluntas tanquam causa imperans intellectui. Istæ propositiones sunt ueræ, nec eas negaret Scotus.

Arguitur primo sic. Intellectus ad assentiendum alicui articulo non sufficit, quòd possit moueri a uoluntate sine habitu supernaturali informato: igitur requiritur aliquis habitus supernaturalis in uoluntate: quia sicut ad credendum requiritur habitus supernaturalis in intellectu, ita in uoluntate est habitus supernaturalis.

Sco. respondet. Prima propositio. Quamuis actus credendi dependeat effectiuè ab obiecto credibili, non tamen sic depẽdet a uoluntate; quia intellectus est causa partialis obiecti; alia est habitus fidei, tamen actum credendi dependere a uolũtate intelligitur dupliciter. Vno modo effectiuè, & elicitiuè, & sic non; quia actus uolendi non concurrit ad actum intelligendi, ut dicunt nominales. Alio modo imperatiuè, & sic benẽ; quia ad hoc, quòd intellectus assentiat propositioni requiritur, ut uoluntas imperet, quòd eidem assentiet, alioquin si uoluntas posset elicere actum credendi, sequeretur, quòd aliquis sine pſuasione posset assentire, q astra sint paria: sed hoc est falsum, quia nullus potest assentire, q astra sunt paria sine persuasione.

Actum credendi depẽdere a uolũtate dupl.

Secunda propositio. Quamuis uoluntas moueat ad actum credendi imperatiuè, nó tamen nisi obiectum prius moueat, quia licet uoluntas sit causa imperans respectu actus credendi, tamen requiritur, quòd obiectum credibile sit præsens per prædicatorem, uel reuelatorem, & ideo ad argumentum pono distinctionem, quòd credibilia possunt esse præsentia alicui intellectui dupliciter. Vno modo præsentia intellectui habituato fide infusa, & tunc sit hæc prima propositio. Credibilia præsentia intellectui habituato fide infusa solummodo, non sufficiunt ad causandum assensum in intellectu, ita q requiritur dispositio uoluntatis, ut intellectus acquirat fidem acquisitam.

Secunda. Intellectus informatus tam fide acquisita, quam infusa, potest assentire credibili sine actu uoluntatis; patet q casum, quòd aliquis habeat fidem infusam, & acquisitam; & præsentetur sibi istud credibile, Deus est trinus, & unus, ante actum uoluntatis potest assentire, sed contra. cætera potest homo nolens, credere aut non nisi uolens: dico, quòd illud, q dicit August. per ly, non nisi uolens, intelligitur, ideſt, non uolens: quia si uoluntas esset uolens, intellectus non crederet.

Charitatem requiri ad actũ credendi dupl. põitur elligi

Tertia. Quamuis ad credendum requiratur motio uoluntatis, ideſt uolitio actualis, sufficit tamen motio uoluntatis in puris naturalibus: patet, quia uoluntas in puris naturalibus in nobis potest sufficienter imperare intellectui, ut assentiat credibilibus, & sic soluuntur argumenta. & ideo cũ arguitur, nego antecedens: nec requiritur habitus supernaturalis in uoluntate, immo sufficit, quòd uoluntas non concurrat, ideſt non habeat actum uolendi, intellectus potest assentire ex se.

A quo fides infusa hẽt unitatem.

Secundo arguitur sic. Ad hoc, quòd actus dependens a causa uniuersali instrumentali, sit perfectus, requiritur, q causa uniuersalior sit causa perfecta supernaturaliter, ideſt informata per habitum, sicut per causam instrumẽtalem: sed actus credendi dependet ab intellectu, & uoluntate tanquam a causa uniuersali instrumentali: ergo sicut requiritur, quòd intellectus sit habituatus supernaturaliter, ita requiritur, q uolũtas sit habituata supernaturaliter. Vnde causa principalis ad actum credendi est uoluntas, & causa instrumentalis est ipse intellectus.

Dupl. unitas habitus intellectualis

Respondet Scotus, & dicit, quòd cum dicitur agens principale debet esse ita dispositum, sicut instrumentale, nego; q licet acuti es requiritur in gladio ad scindendum aliquod corpus durum, non tamen in manu mea; ita similiter, licet requiratur, quòd intellectus sit habituatus habitu fidei ad hoc, q assentiat, non tamen requiritur, quòd uoluntas sit informata habitu supernaturali. similiter ad hoc, quòd causa instrumentalis, ideſt intellectus difformiter operetur, non requiritur difformitas uoluntatis, ideſt intensio, uel remissio, & actus uoluntatis ut intense, uel remisse credat: patet: hic est unus intellectus, cum habitu fidei infusæ, & acquisitæ, producit actũ credendi perfectum, & alius producit actum credendi imperfectum a hde infusa solummodo, non tamen requiritur difformitas in uoluntate habendo charitatem, uel non habendo, uel habendo actum remissum, uel intensum, adhuc, q intellectus credat intensè, uel remissè.

Notandum, quòd charitatem requiri ad actum credendi potest intelligi dupliciter. Vno modo ad actum credendi meritoriè, & sic charitas requiritur in uoluntate, adhoc, quòd intellectus assentiat articulo meritorie; quia ad actum meritorium requiritur, q actus eliciatur secundum inclinationẽ charitatis. Alio modo, q requiratur naturaliter, & sic non requiritur charitas in uoluntate.

Consequenter doct. quærit unam aliam q. a quo sumat unitatem suam habitus fidei infusæ.

Notandum, quòd duplex est habitus: Quidam intellectualis, & est habitus informans intellectum: Alius est appetitiuus informans appetitum. quæstio quærit de primo. Vnitas habitus intellectualis est duplex quædam intrinseca, alia extrinseca.

Prima propositio. Extra textum. Quilibet habitus intellectualis sumit suam unitatem intrinsecam a sua differentia formali; patet, quia ab eadem re habet unitatem, a qua suam entitatem: sed habitus habet suam entitatem a differentia sua formali: ergo etiam ab illa habet suam unitatem intrinsecam.

Secunda. Quilibet habitus intellectualis sumit suam unitatem extrinsecam ab unitate obiecti, in quo habitus uirtualiter continetur.

Notandum, quòd habitus intellectualis causatur ab obiecto 13: quæst. quodlib. exemplum est de linea, & est habitus sumens distinctionem, & unitatem ab ipsa linea: quia talis habitus continetur in ea: quia omnia, quæ tractantur in Geometria, continentur in linea mediatè, uel immediatè: patet, quia

quia præsumamus, quòd linea sit una species specialissima, q continet immediatè principia Geometriæ, & mediatè continet conclusiones, sicut homo, si esset scientia de ipso immediatè, contineret sua principia, s. animal rationale, & mediatè contineret istam conclusionem, homo est risibilis, & huiusmodi.

Concl. dupliciter põt intelligi.

Notandum, quòd conclusiones, quæ sumuntur in Geometria, possunt dupliciter considerari, Vno modo secundũ suas rationes formales. Alio modo inquantum continentur in obiecto aliquo. similiter sic dicendum est de aliis scientiis suo modo, ut in scientia de homine, homo est risibilis, homo est flebilis, homo est beatificabilis: istæ conclusiones possunt cõsiderari dupliciter. Vno modo inquantum continentur in aliquo obiecto, & sic omnium istarum est una scientia unitate continentiæ uirtualis.

Secunda propositio. Considerando illas conclusiones secũdum suas rationes formales, tot sunt habitus in scientia de homine, uel in Geometria, quot sunt conclusiones in termino, uel terminis differentes.

Notandum, q conclusiones differunt tripliciter: aliquæ differunt ex parte subiecti, ut homo est risibilis, Sortes est risibilis: aliquæ ex parte prædicati, ut homo est risibilis, homo é flebilis: aliquæ ex parte utriusque, ut homo est risibilis, Sortes est beatificabilis, & sic hoc modo capitur habitus in Geometria. In Geometria sunt plures habitus. tot sunt habitus, quot sunt conclusiones, tamen primo modo est unus habitus, s. continentiæ uirtualis.

De Theologia prima conclusio. Fidès infusa non capit suam unitatem extrinsecam a Deo, tanquam ab obiecto.

Probatur primo, quia Deus non mouet intellectum ad causandum fidem de credibilibus, quia Deus non concipitur a nobis in particulari.

Secundo, quia credibilia non concipiuntur in particulari, quia sic non cognoscimus, licet Deus clare uisus contineat uirtualiter credibilia necessaria, non respondet nobis euidentiam.

Secunda conclusio. Habitus fidei infusæ susципit suam unitatem a Deo reuelante, nam ipse producit ipsum habitum. Notandum q, ut dictum est, fides infusa potest poni dupliciter. Vno modo, q respiciat unum obiectum, s. omne reuelatũ a Deo est uerum, & sic fides susципit suam unitatem ab illo complexo: tamen teneo secundam opinionem, q fides infusa susципiat suam unitatem a Deo infundente habitum, & nó in ratione obiecti.

Pro responsione pono tres conclusiones. Prima. Habitus fidei infusæ capit suam unitatem intrinsecã a sua ratione formali, sicut homo capit suam unitatem a sua differentia intrinseca.

Secunda. Fides infusa non capit suam unitatem a Deo in ratione obiecti: patet, quia non immediate causatur fides ab eo, tanquam ab obiecto. Ex quo sequitur, q fides infusa non capit unitatem ab obiecto, ut habitus scientialis naturaliter acquisitus, quia capit suam unitatem ab obiecto in ratione obiecti, non autem fides.

Quæ capiat suã unitatẽ immediate a Deo

Tertia. Fides infusa capit suam unitatem a Deo efficiente illam fidem in intellectibus nostris: patet. ab eo res habet unitatem, a quo habet entitatem: sed fides habet suam entitatẽ a Deo: ergo & unitatem; quia quilibet angelus, anima, & habitus infusus a Deo capit suam unitatem.

DISTINCT. VIGESIMAESEXTAE.

QVAESTIO VNICA.

Spes tripl.



IRCA distinctionem vigesimamsextã quæro. Vtrum spes sit uirtus Theologica distincta a fide, & charitate. Spes capitur triplic. Vno modo pro passione ipsius appetitus. Boe. de cõso. metro ult. gaudia pelle, spẽq; fugato, ibi spes capitur pro passione, quæ est de obiecto absente, & gaudium de obiecto præsente. Secũdo modo pro obiecto ipso, & sic dicimus de Deo, tu es spes mea. ad Tit. 2. Expectãtes beatam spẽ, &c.

Tertio modo pro habitu Theologico inclinante nos ad diligendum Deum mediante merito, & gratia: ideo peccatores publici propriè non habent spem de Deo, & si dicant, q habeant spem, falsum est, immo habent præsumptionem, & sic dicit Aymo, q fides est certa expectatio de futura beatitudine prouenies ex merito, & gratia. ad Rom. 8. Certus sum, q nec mors, nec uita poterit me separare a charitate de futura beatitudine; quia spes non est de pecuniis, nec de beneficiis. & ideo dicit magister sententiarum, spes est uirtus inclinãs ad expectandum æterna, & spiritualia: dicitur prouenies ex gratia, & meritis; quia magis præsumptio esset alicui expectare beatitudinem sine meritis præcedentibus: nec sufficiũt merita, sed oportet expectare cum gratia: & ista est duplex; quædam acquisita, quam aliquis acquirit ex pluribus actibus expectandi a Deo, & ista acquiritur, & experitur quilibet in se. Alia est infusa, habita in baptismo, quæ non perditur nisi per desperationem; & sic est duplex, Quædam actualis, quæ é actus elicitus, quæ est desideriũ ultimi finis. Alia est habitualis, quæ est uirtus, quæ uocatur spes. Virtus Theologica capitur tripliciter. Vno modo largè, & est illa, quæ est de Deo tã quam de obiecto, & sic spes acquisita, & fides sunt habitus Theologici isto modo. Alio modo capitur uirtus Theologica stricte, & sic habitus infusus a Deo, qui innititur primæ ueritati, habens Deum pro obiecto immediatè. Primo dicitur habitus infusus a Deo, & sic nulla uirtus moralis naturaliter acquisita, nec spes acquisita, nec fides acquisita, sunt habitus Theologici. similiter Theologia nostra non est habitus Theologicus propriè, quia de ratione habitus Theologici est, q sit infusus a Deo. secundo dicitur, Innititur primæ ueritati. i. q innititur alicui principio sumpto a primaveritate: & sic fides acquisita, quæ innititur alicui reuelanti creato, quoniam pót fallere & falli, & uirtutes morales non sunt habitus Theologici: tertio dicitur habens Deum pro obiecto immediatè; & sic latria, & si respiciat Deum pro obiecto immediatè, tamẽ nó est uirtus Theologica, quia non est habitus infusus a Deo.

Pecatores spẽ nõ hẽnt.

Dupl. spes infusa Virtus Theologica dup.

Virtus Theologica quid.

¶ In ista quæst. &c.]

Pro ista q. Doct. recitat tres opiniones. Prima est, quæ innitur rationi naturali, & uocatur opinio innitens rõni naturali, dicens, q sequens rõnem naturalem, non est necessariũ ponere spem esse uirtutem Theologicam distinctam a fide, & charitate, & probatur primo sic. Non est ponenda pluralitas sine necessitate: sed non est necessarium ponere spem esse habitum distinctum a fide, & charitate: ergo nõ est ponẽda spes distincta a fide, & charitate: patet maior ex 1. physi. probatur minor dupliciter: primo sic. p probatione pſuppono q uolũtas eadem uirtute sufficienter disponitur ad uolendum aliquid ordinatè, & ad uolendum eius oppositum: patet, quia nó potest esse ordinatum uelle. Exemplum. habeo nolle respectu obiecti, quod est luxuriari, per eundem habitum habeo inclinationem ad uolendum castitatem, & sic de aliis uirtutibus, & extremis earum. 1. de anima, rectus est index sui, & obliqui. secundo suppono, q per eandem uirtutem sufficiẽter disponitur uoluntas ad amandum aliquod pſens, & ad desiderandum aliquod absens. habetur hæc q. de beatitudine in 4. & habetur 2. d. 2. q duplex est actus uoluntatis: unus uocatur uelle, & iste est duplex. quidam est actus uolendi amicitię qui est uelle bonum alicui propter se: Alius concupiscentię, & est duplex, quidam est amor respectu obiecti absentis, & uocatur desiderium: Alius est respectu obiecti præsentis, & uocatur ille amor tentio. Alius est actus uolendi, qui est nolle, ita quòd charitas est sufficiens principium ad nolendum aliquid præsens, & aliquid absens. patet per exemplum. graue tẽdit deorsum per grauitatem, & per eandem quiescit in centro. Item Aug. appetitus inhiantis sit amor fruentis, & eadẽ uoluntas est principium desiderandi, & fruendi; & debet sic intelligi appetitus inhiantis, ideſt ipsi desiderio, qui est actus spei sit amor fruentis. i. succedit amor, qui est tentio, & non fruitio.

Amor cũm pſcientiæ duplex

Quo intelligitur. Appetitus inhiantis sit amor fruentis

Arguitur sic. In quocunque est habitus disponens sufficienter uoluntatem ad uolendum aliquid præsens, in eo est habitus disponens ad uolendum absens: sed charitas est disponens uoluntatem ad uolendum obiectum præsens: ergo etiam charitas erit sufficienter dispositiua ad uolendum aliquid absens. Sed uelle aliquid absens est actus spei: ergo spes non distinguitur a charitate.

3. opin. pro resp.

1. opin. dicit spẽ nõ distingui a fide, & charitate.

Secundo sic, Amicitia acquisita est principium sufficiens dispositiuum.

Confirmatur argumentum per simile, supponendo, q duplex est amicitia, s. infusa, & acquisita: acquisita sufficit ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

uolendum aliquid bonum præsens, & ad uolendum bonum absens, ut Sorti uolo bonum, quod habet, & desidero unum bonum quod non habet, & per eundem habitum: ergo & per eundem habitum possumus uelle præsens, & uelle absens: ergo nó est necesse ponere spem distinctam ab aliis uirtutibus; tenens istum modum quid dicet de spe? Primum dictum. tenens istum modum, non habet ponere spem distinctam a charitate, & fide. Secundum dictum tenens istum modum, habet dicere, q̃ spes non est aliud, quàm fides, & charitas: sed p definitionem spei positam a magistro, q̃ spes est certa expectatio futura beatitudinis, mediantibus meritis, est ibi aliquid pertinens ad fidem, & aliquid pertinens ad charitatem. cũ dicitur est certa, ponitur ibi fides, quia fides est certa. ponitur post expectatio beatitudinis futuræ, hoc pertinet ad charitatem, quia per charitatem dicebat Paulus, cupio dissolui & esse cum Christo.

Dupl. est expectatio beatitudinis.

Not. est, q̃ expectatio beatitudinis est duplex s. meritoria, & demeritoria. exemplum primi, ut Paulus. Cursum consumaui, fidem seruaui, &c. & est expectatio cum charitate. exemplum secundi datur de multis. tertium dictum, spes non ẽ formaliter uirtus distincta a duabus illis, s. fide, & charitate, sed aggregat istas duas uirtutes simul. s. fidem, & charitatem, & hæc est prima uia, quæ innitatur rationi naturali.

Resp. Sc. ad 1. rõnẽ opi.

Ideo doct. respondet ad rationem istam. quando arguitur, &c. negatur minor, immo necesse est ponere spem infusam ab aliis distinctam, & necessitas est pp auctoritatẽ Pauli, & propter demonstrationem: probatur tamẽ minor, suppositis duabus suppositionibus, primo q̃ aliquis potest habere uelle ordinatum, & nolle ordinatum; tunc arguebatur sic. Per eundẽ habitum sufficienter disponitur ad uolendum bonum præsens, & ad desiderandum bonum absens; doct. supponit, q̃ duplex est actus uoluntatis, s. amicitiæ, & concupiscentiæ. amicitiæ est actus quo tendit uoluntas in aliquid nõ propter se, sed propter aliud, & de actu cõcupiscentię loquitur: & actus spei proprie est actus concupiscentiæ. secundo notandum est, q̃ concupiscere aliquod bonum est dupliciter. Vno modo sistendo in illo, Alio modo non sistendo in illo, sed tendendo i aliud ut ego concupisco beneficium bonum, & patet q̃ ego non sisto ibi, sed tendo in aliud. etiam uolo Deum, & concupisco Deum in ordine ad me, dicit doct. q̃ eodem habitu concupiscit aliquis aliquod bonum sistendo in eo, & eodem non sistẽdo in illo, sed in aliud tendendo. si est per charitatem, ibi sisto: & per spem non sisto, sed in aliud tendo. & ideo non eodem habitu uolo præsens, & desidero absens. patet, de fide acquisita, siue de charitate acquisita; dicit doct. quod non est simile loqui de amicitia acquisita, & de amicitia infusa. probabatur, q̃ unum essent ista duo, spes s. charitas & fides, quia includuntur ista duo. nego, patet, spes est certa, dat certitudinem, & hoc est præsuppositum: quia antequam aliquis speret aliquid ex inclinatione spei infusæ, oportet ut illud sit certũ per fidem infusam, & sic de alio. quòd expectatio beatitudinis pertineat ad charitatem, falsum est; quia ista expectatio non est meritoria sine charitate, dices. ergo est charitas? nego. etiam, actus credendi non est meritorius sine charitate, ergo est charitas, falsum est. Quia tamen desiderium illud ẽ nõ habiti, potest esse uoluntatis sine charitate. Ponit opin. innitens rationi naturali, q̃ spes non est ponenda distincta ab aliis uirtutibus. Positæ sunt duæ uiæ ad sustinendum illam opinionem.

Necessario ponenda est uirtus spei distincta ab alijs.

Prima fuit, q̃ spes aggregat alias uirtutes, scilicet charitatem & fidem. probatur secunda uia cuius fuit primum dictum, sicut in anima sunt duæ potentiæ, s. intellectus, & uolũtas, sic sufficit ponere duas uirtutes ad perficiendum illas, s. fidem, & charitatem. secundum dictum huius uiæ pro secunda declaratione primæ opinionis. licet spes non aggregat in se fidem, & charitatem, tamen spes est ipsa fides formaliter. corollarium. Spes est ponenda in intellectu, quia fides secundum uirtutem, in intellectu ponitur, & spes est fides quædã; ideo ponitur in intellectu. tertium dictum. licet spes dicatur fides, non tamen est fides uniuersalis, sed est fides particularis. Vnde notandum est, quòd duplex est fides, scilicet particularis, & uniuersalis; uniuersalis est, quæ est de credibilibus uniuersalibus, & ista respicit omnes personas, & omnia tempora uniuersaliter. ut credo, quòd omnis iustus saluabitur. illud credibile respicit omnia tempora, siue iustos qui fuerũt & qui erunt. respicit etiam omnes Iudæos, & Christianos, & omnes homines. Particularis est, quæ respicit credibilia futura pertinẽtia ad ipsum credentem. ut credo si finaliter morior in gratia, saluabor. dicebant quod spes non est fides uniuersalis, sed particularis. Corollarium. spes non est charitas, sed ẽ quædam fides particularis. Ecce secundum modum sustinendi primam opinionem eorum, qui rationi naturali innituntur, & sic patet, quòd spes sit fides particularis, quia habitus uniuersalis, & particularis non sunt distincti habitus, sed tantum unus habitus: ergo spes non est distincta a fide, quia spes est fides particularis respectu credendorum pertinentium ad ipsum credentem. Confirmatur, quia cum aliquis est desperatus accedit amicus, qui eum persuadet, dicit, crede, quòd maior ẽ misericordia Dei, quàm tuum peccatum: etiam suadet, ut credat salutem suam: ergo spes est quædam fides particularis.

Duplex fides secundũ hanc uiam.

Diceretis, tu dicis, quòd spes est respectu credendorũ pertinentium ad credentium.

Contra. futuritio, & præteritio distinguuntur, & habent distincta obiecta, fides est præteritorum, & spes est futurorum: ergo non saluatur, quòd spes non sit distincta a fide, sed sint idem spes, fides. Quidam aliter dicunt, quòd præteritio, & futuritio non uariant specificè obiectum, sed sunt quædam conditiones obiecti, patet, quia tunc spes non esset uirtus Theologica, quia si futurum in ratione futuri est obiectum spei, & etiam aliquid temporale, ut futurum. ergo non esset Deus eius obiectum: ergo non esset uirtus Theologica.

Conclusio ergo est, quòd spes est quædam fides particularis. dicebatur in prima uia, quòd spes est charitas, & fides, hæc opinio non ponitur ut sustineatur, sed ut uideatur subtilitas; dicunt isti, quòd quando dicitur, quòd fides, & charitas non sunt spes, sed spes est ista duo aggregatione, uel aliter, uerum est, quòd non est charitas, nec fides uniuersalis, sed particularis.

Concl. 1. opi.

Ad argumentum. idem est habitus particularis, & uniuersalis, uerum est habitus particularis medicinæ, & uniuersalis est idem, quia eodem habitu inclinatur medicus ad omnes ueritates medicinæ, & ad aliquas particulares ueritates medicinæ: ergo spes non est alius habitus ab habitu fidei: nego, patet, quia spes est fides quædam particularis, nego; si dicerem quòd est fides particularis, haberem dicere, quomodo distingueretur a fide; sed non dico, patet enim, quòd sperare ẽ credere salutem propriam: nego, quia sic credere est actus fidei: sed desiderare ista futura est actus spei, ideo alius est actus fidei particularis, & spei: quia actus fidei est credere suam salutem, & spei est desiderare iliam.

Solu. arg. opin.

Sunt hic aliqua dubia. Vtrum sit actus spei desiderare Sorti bonum istud eiusdem rationis cum meo.

Secundo utrum desiderare B. Petro bonum, quòd habet, sit actus spei.

Notandum est, quòd ad actum spei multa requiruntur.

Reqsita ad actum spei.

Primo oportet, quòd bonum illud, circa quod est actus spei, sit absens, & non iam habitum: ideo Petrus non potest sperare suam beatitudinem, quia iam habet. etiam nó spero legere, quia iam lego.

Secunda conditio est ex parte sperantis, quia istud bonum absens concupiscitur sibi, & non alii, & ex ista secunda conditione soluitur prima quæstio. ex prima conditione soluitur secunda quæstio, & etiam ex secunda conditione habeo secundam expositionem huius opinionis. dicimus, quod intẽdendo secundam, non est necesse ponere spem a fide, & charitate distinctam.

¶ Alio modo posset, &c.]

Veniamus ad alium modum dicendi. Quia aliqui ponunt alium modum, & dicunt, quòd spes habitus est ponendus in uolũtate moderatiuus spei passionis, distinctus a fide, & charitate, istud dictum requirit dictũ positum in prin. quod Spes capitur dupliciter.

Primo pro spe passionis, sicut cum bonum est præsens, sequitur passio in anima, & uoluntate, quæ dicitur gaudium; sic etiam quando bonum est absens, & est in futurum sibi, & præsentatur uoluntati, sequitur passio in anima, & uoluntate, quæ dicitur spes.

Alio modo capitur spes pro habitu, & est moderatiuus spei passionis, quia spes passio est duplex. potest esse excessiua & etiam defectiua: cum sit excessiua, est præsumptio si sit defectiua, est desperatio, quia contingit, & excessiue sperare, & defectiue sperare. ideo oportet ponere in uoluntate spem habitum moderatiuum spei passionis. ecce iste est secundus modus dicendi.

2. modus ab cẽdi impugnatur.

Doct. impugnat istam opinionem sic. spes habitus est moderatiuus spei passionis: ergo spes est habitus, & uirtus moralis secundũ istã spei. & nó Theologalis: ergo &c. patet cõsequẽtia quia istud moderari passiones pertinet ad uirtutes morales: sed hoc facit spes habitus: ergo est uirtus moralis, hoc est contra fidem. ergo &c. confirmatur, quia si spes tantum esset ad moderandum spem passionem: ergo esset ponendus timor infusus: hoc est falsum, quia sunt præcipue tres uirtutes infusę: patet consequentia, quia ponitur spes habitus, quia cõtingit excessiuè timere, & defectiuè sperare: sed etiam contingit ex cessiuè timere, & defectiuè timere: ergo ad moderandum timorem passionem, oportet ponere timorem habitum infusum. patet minor, quia aliquem esse pusillanimé est excessiuè timere; & aliquem esse temerarium, & audacem, est defectiuè timere.

Scot. impbat rõnẽ Henr. Bonũ arduũ est obiectum irascibilis nõ probatur Sco.

¶ Alio modo ponitur, &c.]

Est alius modus ponendus, qui est ipsius Henrici. dicit ipse, spes distinguitur tanquam habitus Theologicus distinctus a fide, & charitate formaliter, & specificè. Secundo dicit. non solum spes a fide formaliter distinguitur, sed etiam subiectiuè; quia fides est in intellectu, spes est in uoluntate. Tertio dicit, q̃ licet charitas, & spes formaliter distinguuntur, sunt tamen eiusdem potentiæ, s. sunt in eadem potentia, s. uoluntate. Quarto dicit, licet spes, & charitas ponerentur in uoluntate, tamen non sunt de eadem ui uoluntatis. Vnde duplex est uis uoluntatis, s. concupiscibilis, & irascibilis; secundum concupiscibilem appetit commoda: secundum irascibilem aggreditur aduersa: ponitur charitas in concupiscibili, spes autem in irascibili, Scotus præcisè discordat ab eo in hoc.

Vis uoluntatis dupl.

Hic est una difficultas. Vtrum irascibilis, & concupiscibilis ponantur præcisè in parte sensitiua, & intellectiua; Scotus disputabit hoc infra. Henricus autem ponit, q̃ sic, quia sunt ponendæ in parte intellectiua distincta ab irascibili, & concupiscibili. & in parte sensitiua. probauit Henricus, quòd ista duo distinguuntur in uoluntate, sicut distinguuntur inter se sic, quòd spes est in irascibili, & charitas est in concupiscibili. probat quatuor rationibus.

In quo discordat Sco. ab Henr.

Prima. Ex parte obiectorum irascibilis, & concupiscibilis distinguuntur in uoluntate: quia obiectum irascibilis ẽ aliud ab obiecto concupiscibilis: ergo in eadem uoluntate distinguuntur ista duo: patet assumptum, quia bonum commodũ, sine concupitum in quantum commodum ipsi concupiscenti est obiectum concupiscibilis; obiectum irascibilis est bonum arduum, & est illud, quod sic appetit uoluntas, q̃ per istud appetit superare contraria: ista duo bona non sunt idẽ obiectũ, ergo assumptum est uerum.

Henr. pbat q̃ irascibilis & concupiscibilis distinguuntur inter se.

Secundo declarat antecedens; quia bonum est duplex: est bonum, ut nunc, & est bonum ut aliquando, ut q̃ pater meus suspendatur est bonum ut nunc; quia per istam mortem, sedatur ciuitas, quæ erat perturbata: hæc mors, est bonum ut nunc. Aliud est bonum simpliciter, ut est Deus. Sed Scot. non est contentus de hac ratione: ideo ipsam improbat: quia dicit, quod bonum arduum est obiectum irascibilis, quid intelligit per bonum arduum? aut intelligit bonum absens, aut bonum excedens facultatem potentiæ, uel bonum amabile, appetibile excedens omnia alia sibi contraria. Si primum: ergo in patria non est ponenda irascibilis, consequens est falsum, ergo &c. patet consequentia, quia obiectum illud est bonum absens, non est aliquid tale respectu beatorum: ergo &c. patet falsitas consequentis; quia si non esset ibi irascibilis, ibi non esset tentio succedens spei, quod est falsum: patet consequẽtia, quia in eadem potentia ponitur ipes, & illud, quod succedit spei, sicut est de fide, & charitate: sed spes est in irascibili: ergo & tentio, ergo si non est ibi irascibilis, ergo nec tentio. Si secundum dicas, q̃ intelligas bonum excedens facultatem potentiæ; contra, ergo in Deo non est irascibilis; consequẽs est inconueniens: ergo, patet consequentia, quia nullum ẽ bonum, q̃ excedat facultatem potentiæ Dei: ergo in Deo non est irascibilis. patet falsitas consequentis; secundum irascibilem nos possumus esse tentiones: sed in Deo est tentio suæ beatitudinis: ergo in Deo est irascibilis, q̃ non habemus dicere, dicendo illud secundum. Si dicas tertium, q̃ est bonum amabile, etiam sequitur tunc, q̃ obiectum spei non distingui tur ab obiecto charitatis: ergo charitas, & spes sunt idẽ, quia charitas est respectu boni amabilis appetibilis super omnia contraria, etiam spes: ergo non distinguuntur. Confirmatur, quoniam dicis appetibile, ut dicit appetibilitatem aptitudinalem, aut actualem: si aptitudinalem, tunc obiectum spei, & charitatis sunt unum, & idem; quia bonum aptum natum appeti a uoluntate ex charitate est Deus infinitus, etiam obiectum spei: si actualem, appetibilitatem tunc appetibilitas nó poterit esse ratio formalis obiecti irascibilis, quod est contra

te; patet consequentia, quia nullus actus circa aliquod obiectum est ratio formalis obiecti; sed appetere actualiter est actus circa aliquod obiectum, & actus sequitur rationem formalem obiecti.

Secunda ratio Henrici est ex actibus, quòd ex actu irascibilis, & concupiscibilis distinguuntur; quia irasci est actus distinctus, ut est actus uoluntatis ab actu concupiscibilis ipsius uoluntatis: ergo & irascibilis a concupiscibili. patet consequentia, quia operationes distinguunt uires potentię, q̃a potentiæ distinguuntur per actus: patet antecedens, quia irasci est peccatum. ergo est actus uoluntatis, patet: Irascimini, & nolite peccare.

Resp. Sco. ad 2. rõnem

Respond. doctor, & dicit, quòd hæc ratio non ualet. supponit enim q̃ in quacunque potentia est ponere actum adæquatum, & uoluntati, & intellectui, & irascibili, & concupiscibili: tunc arguit sic, Irasci non potest respicere bonum arduum: ergo bonum arduum non est obiectum irascibilis, ergo ex secunda ratione destruetur prima, quia antecedens est contra primam; & consequens contra secundam; patet antecedens, quia irasci est appetere uindictam, & istud appetere uindictam nó habet pro obiecto bonum arduum; quia habet offensiuum, uel punibile, uel tristabile. ideo irasci non est actus adæquatus, qui possit esse obiectum, & bonum arduum, ergo bonum arduum non est obiectum irascibilis, q̃ est contra primam rationem Henrici.

Tertio probatur hoc ratione diuersorum. Posita est opinio Henrici de spe, & eam ponit in irascibili, distincta a concupiscibili in uoluntate; probata est sua opinio tribus rationibus.

Tertio arguitur ad idem. Nulla una & eadem uoluntas habet actum impeditiuum suiipius in actu suo principali: ergo irascibilis, & concupiscibilis distinguuntur in uoluntate. antecedens patet deductiuè in omnibus potentiis: primo in intellectu, nam intellectus contemplando quadrangulũ, nullum habet actum impedientem actum principalem: patet, & pono casum, q̃ uoluntas uellet quiescere in contemplatione summi boni, quod est summum. uolo etiam, quod ille uellet quiescere in lasciuis, tunc uoluntas surgit contra uitia, & propugnat uoluntatem, & impedit actus sensitiuus: tunc in ista propugnatione turbatur uoluntas, & non potest quiescere. ita in contemplari Deum impeditur uoluntas non per cõcupiscibilem, quia & sic non impedit: ergo est per irascibilẽ, quòd impeditur: ergo distinguuntur concupiscibilis, & irascibilis in uoluntate, quia irascibilis est propugnare.

Ecce tertium argumentum Henrici: si ergo istæ uirtutes distinguuntur, oportet esse duos habitus istas perficientes distinctos.

Notandum est pro solutione contingere quod impediatur actus alicuius potentiæ dupliciter. primo positiuè, quando simul cum actu istius potentiæ, est alius actus positiuus impediens actum talis potentiæ; ut in hyeme Sorti est approximatus igni, & est in domo, & uentus intrat ad omnem partem; tunc calefit ante, & retro friget per frigefactionem, quæ est actus positiuus, quo impeditur alius actus, qui est calefactio: etiam si aliquis uellet seruire Deo, & mundo, non poterit simul, actus enim oppositi per se impedient: nam plurib. intentus minor est ad singula sensus.

Secundo contingit actum alicuius potentiæ priuatiuè impediri, & sic quandoque ponitur. quo fit, ut actus potentię nõ insit, qui tamen alias natus esset in esse.

Exemplum, uelle fornicari impedit actum istum, qui est uelle iuste uiuere, & impedit priuatiuè, quia stante isto actu, uelle fornicari, impeditur, ne actus iste, qui est uelle iustè uiuere, insit. & si non inesset, aliud potest inesse.

Eiusdẽ potentiæ ẽ elicere actũ, & impedire eiusdẽ actũ priuatiuè, licet nõ positiuè uniuersaliter.

Dico primo secundum Scotum, quòd eiusdẽ potentiæ est elicere aliquem actum circa aliquod obiectum, & impedire illum actum priuatiuè, ne insit. quia eius est prosequi, & fugere secundum eandem uim. prosequimur conuenientia, & fugimus disconuenientia: uoluntatis enim est uelle iuste uiuere, & istum impedire priuatiuè.

Secundo dico, non est eiusdem potentiæ elicere aliquem actum circa aliquod obiectum, & impedire positiuè illum actum, saltem regulariter, & uniuersaliter; quia secundum diuersitatem causarum posset esse uerum; ut uolo, quòd intellectus habeat actum adæquatum intelligendi triangulum, non potest se impedire positiuè; sed uoluntas potest bene eum impedire; quia eum potest auertere ab isto actu intelligendi. si autem intellectus habeat actum remissum circa Euangelium, & modicum magis intensum circa

Universidad de Deusto
Biblioteca

ca Deum;potest se impedire positiue.Et etiam uidetur sequi unum,quòd est implicans,in opinione Henrici:dicit, ꝙ concupiscibilis cum uult quietari in contemplatione summi boni,ꝙ pugnabat,quia delectatur,sed dicit, ꝙ irascibilis propugnat,& impeditur delectatio.

Quarto arguitur sic ab Henrico : quia bene sequitur,ista duo distinguuntur in parte sensitiua ; istud est notum; dicit ex actibus irascibilis, & concupiscibilis , quæ distinguuntur in uoluntate;similiter dicit doct.quod oportet multa probare,& uidere Henricum : quia multi assignantur actus ipsius irascibilis,qui non sunt actus eius;dicit unum, quòd irascibilis est circa futurum,ut futurum est,quòd est falsum , quia est circa præsens,scilicet circa offendens.Diceretis nego , quòd Henricus dicat,quòd irascibilis sit circa futurum , ut futurū est,sed quia poneret eam esse respectu actus fidei; & actus iste est circa futurum,ut futurum est. Additur hic unum,quia dicebatur in prima ratione,quòd distinguuntur istæ duæ uires ex obiectis:quia dicit , quòd concupiscibilis est circa obiectū commodi,ut commodum est,contra,ergo in Deo non est eō cupiscibilis;quia non uult creaturam,ut commodum ē,quia dicit,Bonorum meorum non indiges:quod est falsum:patet, quia Deus habet perfectissimam diligentiam,& ista secundū Henricum sunt incompossibilia:ergo &c. doct.se remittit ad 34 d.huius 3 quomodo distinguuntur istæ duæ uires,& quomodo ex istis rationibus non ponitur complementum opin. Henr.dubitat Henricus, quæ est principalior duarum uirtū ? dicit, ꝙ concubiscilis & perficit ipsam , & irascibilis defendit ipsam,& est minus principalis: & ideo perficitur concupiscibilis perfectiori habitu,s.charitate, & alia minus perfectio ri habitu.

Scot contra Henr.

Doctor contra hoc sic arguit;quia sequeretur,quòd actus spei est perfectior actu charitatis,ꝙ est falsum:patet,quia sequitur,ꝙ actus spei includit actum charitatis,&aliquid aliud addit:ergo erit perfectior;quia actus addens aliquid, & includens alium,est illo perfectior:patet consequentia, quia irascibilis includit concupiscibilem : ergo obiectum irascibilis includit actum concupiscibilis.sicut potentia ad potentiam,ita obiectum ad obiectum,siue actus ad actum: ergo actus spei includit actum charitatis,& hoc de opin.Henr.

Resp. Sco. ad q. Concl.Sco.

¶Ad q.igitur,dico, &c.]

Doct.respondet ad q.secundum mentem propriam , & ponit talem conclusionem.Spes est uirtus Theologica unica distincta a fide,& charitate.ex prima parte sequitur,quod spes non est uirtus moralis , sicut uidebatur concludi ex secunda opinione dicta.Ex secunda parte sequitur, ꝙ falsa est opinio ponens causam unam aggregatione,quia dicebat,quod erat charitas,& fides.Ex tertia parte sequitur , ꝙ falsa est illa ista ponens spem esse eandem cum charitate, & fide.doct.facit unam suppositionem, ꝙ actus spei est in nobis:patet,& arguitur hic.Actus spei est in nobis distinctus ab actu charitatis, & fidei:ergo in nobis ponendus est habitus spei ab aliis distinctus.patet antecedens,quia experimur illū in nobis,& nō est actus fidei,& charitatis:patet,quia experimur in nobis,quia actus spei est desideratiuus,& etiam ad actum spei tres condi tiones requiruntur.

Actus spei ē in nobis.

Ad actum spei 3.cond. requirūtur.

Prima.est desideratiua boni infiniti in nobis : iō iste actus est respectu futuri.

Secunda conditio,a Deo nobis liberaliter donante,nō primo,sed mediante aliquo alio, quia uolumus ipsum mediantibus meritis;iste actus non est charitatis,& non est fidei : ergo est actus spei.

Pro declaratione istius conclusionis ponuntur tria dicta.

Primum,spes est uirtus,patet.actus alicuius habitus,qui est rectus,& circumstātionatus est actus uirtutis:actus spei est huiusmodi.ergo est actus uirtutis:ergo spes est uirtus.sed cōtra. si istud argumentum ualet,sequitur actus tristitiæ est actus uirtutis,quia est rectus,& circumstantionatus: ergo tristitia est uirtus:probo, ꝙ iste actus habeat omnes circumstantias: primo habet circumstantiam obiecti, ꝙ est desiderare bonū absens,& ita habet conditionem boni,sed contra sit arg.ꝙ non sit boni absentis;quia angeli desiderant , & non habent bonū absens:patet antecedens per se,in quem angeli desiderāt per spicere.Respondeo, ꝙ habent desiderium complacentię , & non diffidentiæ;& iste actus est charitatis. Prima ergo circunstantia conuenit,s.obiecti,quia obiectum est bonum. Secūda est,cui mihi desidero,quia mihi debitum meritis præcedentibus.est ibi circunstantia debita efficientis,quia a Deo sequitur non primo,& immediate, sed aliquo præsupposito ordinatum est,ut nullus consequeretur finem ultimum, nisi præ-

Solu. arg.

suppositis meritis;ecce primum dictum. Secundum dictum. Spes est uirtus appetitiua,patet, quandocunque actus uirtutis expressus est actus uoluntatis , ille actus est actus uirtutis appetitiuæ,& ista uirtus est appetitiua ; actus spei est huiusmodi,quia ē actus uirtutis expressus,& actus uolūtatis, & actus elicitus a uoluntate:ergo est actus uirtutis appetitiuę, ergo spes ē uirtus appetitiua.Tertiū dictū.Spes est uirtus Theologica.patet,quia illa est uirtus Theologica, quæ habet Deū pro primo obiecto:spes est huiusmodi: ergo est uirtus Theologica:patet minor,discurrendo per conditiones.

Obȳcit contra se

Contra probo, ꝙ spes non sit uirtus Theologica,quia obiectum eius est bonum temporale:ergo non est uirtus Theologica:patet antecedens,quia ratio obiecti eius est futurum, ut futurum est,quia spes respicit futurum ; ut aliquando est futurum:hmōi autem conditio est obiecti temporalis,quia ꝙ aliquid sit in futurum,est temporalitatis: ergo est respectu tēporalis:ergo non est uirtus Theologica.Solutio stat in isto dicto,& si absentia uel esse bonum absens sub ratione boni absentis concomitatur rationem obiecti spei , non tamē est de ratione.prima pars huius propositionis patet ex rōne spei: patet secunda pars,quia absentia non est ratio formalis obiecti tentionis,quæ succedit ipsi spei in patria ; ergo nec est ratio obiecti spei:patet,quia utrunque est circa idem obiectum tamen absentia est conditio obiecti:obiectum idem hēt duas conditiones,unam secundum quam est præsens ipsis apprehē soribus,Aliam secundum, ꝙ est absens ipsis uiatoribus:secundum primam est obiectum tentionis:secundum aliam est obiectum spei:secundum aliam, & aliam approximationem ad obiectum infinitum est obiectum tentionis,& spei.Quando ergo arguitur sic.futuritio est ratio obiecti spei,& dicit aliquid temporale.negatur antecedens:tamen concomitatur rationem obiecti,sed ratio obiecti est bonitas infinita .

Instat cōtra solu.

Secundo arguitur sic,quia dicis, ꝙ nec præteritio , nec futuritio est ratio obiecti: ergo male respondes: patet, quia desiderare Deum bonum mihi,uariat rationem formalem obiecti : ergo &c. patet consequentia , quia desiderare in ordine ad me,significat absentiam:patet antecedens,quia cōmutat bonum honestum in bonum utile, ꝙ est bonū mihi: ergo istæ sunt rationes obiecti.doc.resp. quando arguitur , desiderare bonum mihi uariat rationem obiecti:ergo &c.dico, ꝙ antecedens est falsum, & consequentia non ualet.quare consequētia non ualet?quia conditio,qua uolo bonum mihi,nō est cō ditio obiecti,sed est conditio in actu,cui conuenit ut sit in ordine ad aliud:quia actus concupiscendi est circa obiectum in ordine ad se:ꝙ autem obiectum sit approximatum,aut non, non conuenit sibi ex ratione sua,licet sint conditiones obiecti. Hic habemus , ꝙ non solum intellectus est uis collativa , sed etiam ipsa uoluntas, & ex collatione uoluntatis sequitur relatio rationis, quæ dicit secunda intentio ,sicut est ex collatione intellectus : ergo in Deo potest esse relatio rationis noua:concedo per uoluntatem, & intellectum creatum.quando ergo dicis,concupiscere Deum mihi,uariat rationē obiecti,nego:sed solum est vna secunda intentio noua in Deo p actum uoluntatis creatæ. patet,quia commutatur bonū honestum in utile.

Solu. instā.

Si obiicitur ; ergo uoluntas comparatiua est, posita sunt tria dicta de mēte Sco. impugnatum est tertium duab.rationibus,arguit consequenter contra hoc, ꝙ uerum est, ꝙ uolūtas sperantis confert unum obiectum ad seipsum.s Deum ad se,per collationem:ergo sic uolendo utitur bono fruendo: ergo sic faciens est mala:consequens est falsum:ergo &c.Prima consequentia patet,quia Deus est res, quam debemus desiderare,& uelle propter se;sperans uult Deum propter aliud: ergo utitur Deo,quia Deum uelle in ordine ad seipsum,est uti fruēdis.patet secūda consequētia,quia summa peruersitas est uelle frui utēdis,& uelle uti fruēdis: si uoluntas utatur fruendo,est mala,& hic facit comparando.ergo iste actus est malus quòd est falsum.

Obiicit contra 3. distin

Solvit doct.

Dicit doc.ꝙ uoluntas potest uelle aliquid bonum in ordine ad aliud dupliciter.Vno modo, quia uult alius bonum in ordine ad minus,sic tamen , ꝙ uult maius bonum , ut maius bonum est in ordine ad minus bonum,ut apprehendo summū bonum,& uolo illud mihi,ut commodum tanquā maius bonū:& quia minus bonū perficitur per maius bonum,iō illud maius bonum,ut maius bonum mihi,concupisco:& istud est liberalitatis:secundo uult unum bonum in ordine ad aliud, ut maius in ordine ad minus bonum, sic tamē, ꝙ illud maius bonum uult,ut minus bonum,in ordine ad minus bonum,tā quam ad maius bonum:ut uoluntas primo fingit sibi diuitias tan-

Dīo possum diligere, & concupiscere mains bonū mihi.

tanquam maius bonum:maius bonum uult nempe Deū maius bonum,tanquam minus bonum,ut s.cōseruet ei diuitias, & argentum, & præponderat temporale spirituali, & non tā tum præponderat spirituale sine temporali; ecce peruersitatem uoluntatis, & est uti fruendis.

Quando arguitur.Voluntas est potentia collatiua, & sperans,uult Deum in ordine ad se:ergo utitur fruendo; nego . probatur,quia uult maius bonum in ordine ad minus: distinguo uel maius bonum,tanquam maius bonum,ad minus bonum,ut minus bonum, & ut ipsius perfectum,sic concedo:& istud non est uti, sed est bona operatio . Vel uult maius bonum,ut minus bonum,in ordine ad minus bonum,ut maius bonum,& istud est peruersitatis, & est uti fruendis.

¶Si obiicitur, &c.]

Instatur ex dictis

Arguitur sic. Tu dicis , quòd spes est uirtus Theologica , quia habet Deum pro obiecto;sed fides acquisita,& spes acquisita,& charitas acquisita habent Deum pro obiecto, ergo sunt uirtutes Theologicæ,quod est falsum:quia tantum numerantur tres.

Solu. instā. Ad uirtutē Theologicā multa requruntur.

Respondet doctor,quòd ad ueritatem Theologicam multa requiruntur.

Dupl.reg. humanorū actuum.

Primo,quòd eius obiectum sit Deus: ideo nulla uirtus moralis est Theologica.

Secundo requiritur,quòd innitatur regulæ primæ.Notandum est,quòd regula humanorum actuum est duplex,scilicet interna,& externa:Interna est prudentia , tuc dictamen rectum, & dictamen prudentiale.Externa,ut est uoluntas diuina:& multa facit ista externa, quæ non facit interna ; ut ista persuadet uirum iustum , ut ipse se proiiceret in stagnum aquarum gelidarum, si uelit incendium fornicationis extinguere:oportet ergo ut uirtus Theologica innitatur illi regulæ.

Tertia conditio est,ꝙ sit a solo Deo effectiue sic,ꝙ sit nata a solo Deo infundi ,& non aliunde prouenire.ista distinguuntur,quia alia est ratio obiecti,alia efficientis.

Quo fides, spes, & charitas acquisitæ sint uirtutes Theologicæ.

Secundo notandum est, quòd uirtus Theologica capitur dupliciter.

Primo per se,& est ista,quæ habet istas tres conditiones simul;ut sunt charitas infusa, & fides infusa.

Secundo capitur extensiue,cui conuenit aliqua istarum cōditionum :sic fides acquisita, & charitas acquisita,& spes acquisita sunt uirtutes Theologicæ.spes acquisita habet duas conditiones:prima,quia habet Deum pro obiecto, & innititur regulæ primæ , sed non habet tertiam,quia aliunde potest haberi,quam a Deo.quando arguitur, ergo fides acquisita,&c.erunt uirtutes Theologicæ, uerum est extensiue, sed nego propriè.

Contra uolo probare,quòd spes acquisita sit uirtus Theologica propriè:quia non solum habet Deum pro obiecto,sed etiam innititur fidei acquisitæ: fides acquisita non est prima regula : ergo spes acquisita non innititur primæ regulæ : ergo male dixistis , quòd habet Deum pro obiecto ,& quod innititur regulæ primæ.

Pro sol.not. aliquid dicitur regulare aliud dupliciter

Notandum est secundum doct. ꝙ aliquid dicitur regulare aliud dupliciter.Primo in ratione habitus,sic prudentia,quę est unus habitus moralis,uel plures in ratione habitus, est regula actuum omnium,regulariter actum iustitiæ; quia respicit prudentiam ad hoc,ut bene fiat . Secundo aliquid dicitur regulare aliud in ratione obiecti habitus , in quo continētur regulabilia:fides ergo regulatur per primam ueritatem, tanquam per obiectum habitus,non tanquam per habitum. exē plum.aliquis uenit ad prædicationem Pauli,dicit Paulus . Si uis perfectus esse,uade & uende omnia,quæ habes, & da pauperibus.uendit omnia,& parat se habere beatitudinem.si uē dit omnia quæ habet,& sequatur Christum,habet spem acqsitam:utrum reueletur per fidem acquisitam:non.sed bene p obiectum fidei acquisitæ:dicatis ergo, ꝙ uerum est, ꝙ non regulatur per primam ueritatem,ut per habitum, sed ut obiectum habitus.

Arguitur contra dicta : quia posuisti tres conditiones ad uirtutem Theologicam.Contra.si requirātur tres, & duæ primæ non sufficiant, ergo Theologia nullius doc. Parisiensis est uirtus Theologica. Et quantuncunque se exerceat in studio Theologiæ,nunquam tamen erit uirtus Theologica,qđ falsum est:quia non est uirtus moralis.patet consequētia, qa quicunque habens Theologiam , non habet a Deo,sed aliūde:ergo &c.Not.est, ꝙ Theologia capitur aliquando pro tota sacra scriptura, & biblia : secundo capitur pro fide infusa inclinante ad assentiendum omnibus ueritatibus Theologicis:tertio capitur pro assensu,quem quis habet de ueritatib. Theologicis: quarto capitur pro habitu dereliēto ex multis actibus assentiendi ueritatibus Theologicis,ut cum quis sępe assentit illis ueritatibus, & acquirit sibi habitum , & capitur sic i.arg. Theologia pro habitu acquisito ex frequēti studio, & diuturno exercitio.Tertio not.est, ꝙ completiua rō Theologici habitus uirtutis est,ut infundatur a Deo : patet, quia suprema portio animæ immediatè subiicitur ipsi Deo: ergo immediate anima mea debet perfici a Deo , & ita habitus Theologicus habet istam conditionem , ꝙ immediatè infundatur a Deo.suprema portio immediate subiicitur Deo , & immediatè respicit Deū: & p hoc distinguitur a portione inferiori:ergo immediatè debet perfici a Deo.cōsequentia patet quia si immediate subiiciatur Deo, non debet aliunde perfici:ergo immediate a Deo perfici debet:sed perficitur per habitus Theologicos,ergo illi sunt a Deo. Ad arg. ergo, Theologia doct. Parisien.&c.non erit habitus Theologicus, cōcedo proprie.contra,non est moralis:uerum est,ergo est Theologicus.concedo extensiuè,sed non propriè. & sic tertium dictum uerum est, ꝙ spes est uirtus Theologica . Quartum dictum est necessitas ponendi spem infusam uirtutem Theologicam in nobis,sicut ponendi fidem infusam , non loquor de spe acquisita;non est ergo negandum ipsum esse uirtutē Theologicam,immo est.

Solu. instā. Theo.dupl.

Completiua rō habitus Theologici est a Deo.

Necessitas ponēdi fidē infusam

Ex his sequuntur aliquæ concl.Prima Respectu actus sperandi,potest esse uirtus aliqua Theologica,quia est s.spes, ergo esse potest.Secunda concl.Hęc uirtus Theologica inclinās ad actum sperandi non est fides,nec charitas. Tertia concl. Spes est quædam uirtus:ergo distincta a fide, & charitate:patet secunda concl.ꝙ non sit fides , quia omnis actus fidei est credere:nullum sperare,aut desiderare est credere : ergo nullus actus spei est actus fidei:ergo spes non est fides : patet minor.nullus actus uoluntatis,est actus intellectus: sed sperare est actus uoluntatis, & credere est actus intellectus . Secunda pars illius concl.patet, ꝙ non sit charitas:supponit doc.ꝙ duplex est amor,s.amicitiæ,& concupiscentiæ :primus est superior alio, & secundus inferior. Amor amicitiæ est uelle aliqd propter se;ut uolo Sortem non propter pecunias,nec propter pulchritudinem,sed propter se. Amor concupiscentiæ est uel le aliquid,quod alteri concupiscitur;ut uolo episcopatū Domino meo,uolo episcopatum in ordine ad se , sed eum uolo propter se.amor amicitiæ est superior, & alius istum præsupponit.patet nunc, ꝙ actus sperandi non sit actus charitatis & ita charitas distinguitur a spe; quia actus charitatis est amor amicitiæ, & actus spei est actus concupiscētiæ:ergo actus spei non est actus charitatis.maior est uera,quia perfecta charitas est amor in ordine ad se;ut per charitatem uolo Deum in se licet non me beatificaret.Minor patet,quia iste actus est uelle Deum in ordine ad se.patet consequentia, quia amor amicitiæ non est amor concupiscentię.Secunda,ró.Sine actu spei potest esse omnis actus charitatis : ergo unus actus ab alio distinguitur.patet consequentia per maximam, Quandocunqꝫ duo sic se habent,quod unum sine alio esse pōt,illa distinguūtur:patet antecedens,quia actus charitatis est remissus,aliqñ mediocris,aliquando est supremus:iste,qui diligit Deū,semper uult bonum Deo inesse,& uult Deo bene esse,in omni actu ibi non est actus spei,qui est uelle Deum sibi:ergo sine actu spei potest esse omnis actus charitatis:ergo distinguuntur: ergo charitas distinguitur a spe.Tertia ratio talis est. sup̄one do,ꝙ duplex est affectio,s.iustitiæ,& commodi,affectio commodi est appetitus naturalis uolūtatis; ut si Deus crearet hominem sine uoluntate,sed cum intellectu,esset in eo tantum affectio commodi:quia ferreretur in commodum suum,ut asinus ad auenam,& lapis deorsum. Alia est affectio iustitiæ,& est libertas uoluntatis, & est triplex iustitia,s.acquisita, & est uirtus moralis per quem redditur unicuique,quod suum est. Alia ē infusa,s.charitas, u el gratia,nā ī aliquo dicitur esse affectio iustitiæ,qa ē ī gratia. Alia est innata,s.libertas,qua libertate potest moderari affectionem commodi.secundo supponō, ꝙ affectio iustitiæ est nobilior,alia est ignobilior,sicut Sortes est nobilior equo:quia moderatur equus, & auena moderat.Sic est de affectione iustitiæ respectu affectionis commodi.isto stante probauit propositum,quia spes perficit uoluntatem secundum affectionem commodi , & charitas perficit eā secūm affectionē iustitiæ. Patet prima pars, quia uolūtas,ꝙ sequitur commodum ,uult Deum tanquam sibi commodum Secunda pars patet,quia ut sic,respicit Deū in se,nō ut commodum.ergo distinguuntur charitas. & spes.sequitur corollariū, ꝙ habemus ponere hos duos habitus,s.spē , & charita-

Affectio in stitiæ,& cō modi.

Affectio in stitiæ tripl.

Spes,& charitas sunt ī uoluntate

1. rō ꝙ spes non sit charitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem in uoluntate. Sed utrum in eadem ui, uidebimus. tamen charitas perficit uoluntatem secundum affectionem iustitiæ & spes secundum affectionem commodi. concluditur ergo spem esse uirtutem Theologicam, vnicam ab aliis distinctã, necessariam homini uiatori ad salutem, sicut est fides infusa.

Seo arg. contra suã sol.

Contra uiam istam soluta quæstione doctor arguit contra se primo contra hoc, quòd desiderium est actus spei, quia de sperãtus desiderat beatitudinẽ, & sperat eam, & tamen nõ habet spem: ergo &c. patet antecedens quia tristatur de beatitudine, cp non esset, si eam non desideraret. patet alia pars, quia aliter iste esset desperatus: ergo &c.

Velle cõditionatũ sufficit ad cãdum tristitia idẽ 5. q. de dolore chri. d. 15 Tristit multipliciter cãtur.

Prima propositio. Ad materiam argumenti: uelle conditionatum sufficit ad caulandum tristitiam in aliquo. si uolitum non ponatur inesse. patet, quia tristitia est de his, quæ nobis nolentibus accidunt: sed quomodo ergo per uelle causatur tristitia? Tristitia causatur multipliciter in anima.

Primo propter nolle absolutum, ut nolo tristitiam: pater meus moritur, tristor.

Secundo propter nolle conditionatum, ut in Christo, si no litum ponatur in esse.

Tertio causatur propter solum obiectum inconueniens præsentatum per intellectum uoluntatis absque omni actuvoluntatis circa illud. Dictum est, quòd uoluntas sumitur dupliciter: primo ut natura, ut est tale ens, cui competit naturalis. Secundo capitur, ut libera: sumitur hic uoluntas ut natura est: approximatum disconueniens sibi sine actu aliquo uoluntatis, sequitur tristitia in uoluntate, ut natura est.

Quarto modo sequitur tristitia in uoluntate alicuius propter uelle absolutum, non positum inesse, ut uelle est beatum non positum inesse, ut desperatus uellet beatitudinem; si posset ostendi ab intellectu errante, tanquam impossibile homini, & non posset poni inesse, tunc sequitur tristitia: sed inesse huiusmodi nolle interpretatiuam semper est tamen aliquod uelle formaliter, ideo quando dicitur, tristitia est de his, quæ nobis nolentibus accidunt, accipitur præcise.

Secunda propositio. Desperatus uult beatitudinem tantũmodo conditionaliter; quia in re lectus errans ostenditur ei beatitudinem tanquam impossibile in intellectu: ideo formatur hæc propositio, cui adhæret, Maior est iniquitas mea ut ueniam merear. ideo nolunt beatitudinem nisi conditionaliter; ut mercator existens in mari habet uelle proficere in mari merces absolutè, quia proficit: sed nollet proficere, si posset euadere, & istud nolitum potest poni in esse, ideo tristatur.

Tertia propositio. Velle beatitudinem per uelle conditionatum non est actus spei. corollarium, & si desperatus desideret beatitudinem, quia suum desiderare est per uelle conditionatum, non est actus spei.

Quarta propositio. Quando uoluntati ostenditur aliquid tanquam impossibile, uel uoluntas istud non uult, uel tenuiter uult, siue condition aliter: ut angelo ostenditur æqualitas Dei tanquam impossibilis, efficaciter non uult, sed conditionaliter. & istud sufficit ad meritum, & demeritum, & etiam sufficit ad gaudium, & tristitiam.

Vltima propositio. Velle beatitudinem, esse sibi, quæ tamẽ non est præsens, nec inest, est actus spei, & est desiderium, quando ergo arguitur; desperatus desiderat beatitudinem, & non sperat eam: ergo desiderare non est sperare distinguo antecedens: uel quòd desideret secundum, quòd desiderare dicit actum absolutum uoluntatis, & sic nego: uel secundum quòd desiderare dicit actum conditionatum, & sic cõcedo: & istud non est actus spei, sed primum desiderare, quod est uelle absolutum.

Diceretis. desperatus desiderat beatitudinem: ergo sperat, & tamen est desperatus: ergo non sperat: ergo sperat, & non sperat. dicatis, cp proprie non sperat, quia ostenditur ei ab intellectu errante beatitudo tanquam impossibilis.

Secundo arguitur, probando, quòd habitu charitatis possum in actum spei, & quòd non est necesse ponere habitum spei. patet, quia eodem habitu charitatis possum amare Sortem, & amore amicitiæ, & amore concupiscentiæ: ergo eodẽ habitu possum inclinari ad actum charitatis & ad actum spei; ergo non est necesse ponere spem esse distinctam a charitate. antecedens est notum, quia eodem habitu possum diligere Sortem in se, & uelle Sort. bonum: patet consequentia. dictũ est in opinione Scoti, quòd uelle amicitiæ est actus charitatis, & uelle concupiscentiæ est actus spei; ideo in affectione iustitiæ ponit doctor charitatem, in affectione commodi ponit doct. spem.

Respond. Prima propositio. habitus charitatis sicut in actu recto habet Deum pro obiecto primo, ita & in actu reflexo.

Actus charitatis dup.

Notandum est, quòd duplex est actus charitatis, scilicet rectus, & reflexus, rectus est actus uoluntatis elicitus ex inclinatione charitatis circa primum obiectum charitatis; ut elicio actum diligendi Deum ex inclinatione charitatis, iste est actus rectus charitatis. Actus reflexus est actus elicitus a uoluntate, ex inclinatione charitatis circa actum illum, qui est circa Deum, ut uoluntas elicit actum diligendi illam dilectionẽ quæ est in Deum, est actus charitatis reflexus.

Sol princip. 1. deducitur.

Secundo notandum est, quòd concupiscere bonum alicui est dupliciter: primo, secundum affectionem commodi: secundo secundum affectionem iustitiæ. concupiscere bonum secundum affectionem iustitiæ, est illi concupiscere bonum nõ ibi sistendo, sed ulterius progrediendo, ut uideo Sortem infirmum, ego concupisco sanitatem Sorti, non ibi sistendo, sed ut sanitate tibi reddita, ipse ualeat reddere actiones, ut sit sanus, Deum diligat, ei seruiat, & mandata seruet; ideo uolemus dicere, det ei dominus sanitatem, si sit ei utilis. Concupiscere eidem affectionem commodi, est concupiscere alicui bonum non ulterius progrediendo, sed ibi sistendo, & est actus spei; ut uolo beatitudinem simpliciter, quia est mihi bonum, est actus spei: si dixeris ego concupisco beatitudinem, ut possim Deum laudare, & magnificare, non est actus spei. primum concupiscere est actus charitatis: secundum est actus spei. quando ergo arguitur sic: eodem habitu ego amo Sortẽ amore amicitiæ, & amore concupiscentiæ: ergo idem habitus sufficit ad sperandum, & diligendum, nego consequentiã. dicatis consequenter, quòd omne uelle concupiscentiæ non est actus charitatis: sed solum ille, qui sit concupiscendo alicui bonum, non ibi sistendo, sed ulterius progrediendo, illius autem non.

3. arg. cõtra prædicta.

Tertio arguitur sic contra prædicta. Actum sperandi beatitudinem potest unusquisque habere ex puris naturalibus: ergo uel est necesse ponere spem infusam. patet consequentia quia ponitur spes infusa propter actum sperandi: patet antecedens per Augustinum, omnes sic esse beati uolunt, ut miseri esse nequaquam uelle possint; ut ponit D. Aug. de mimo, de quo dicit, quòd melius dixisset, si ut dixisset, omnes beati esse uultis, & uerum dixisset.

Notandum est, quòd beatitudo capitur dupliciter: primo in uniuersali, & est complementum omnis boni: secundo capitur in particulari, ut consistit in uisione, & fruitione diuinæ essentiæ.

Secundo notandum est, quòd Arist. & omnes ingenio pollentes in naturalibus, qui locuti sunt de beatitudine in particulari, uel errauerunt, uel dubii remanserunt: ideo beatitudinem in particulari nullus potest ex puris naturalibus cognoscere. sequuntur duo dicta: primum, quòd omnes possunt desiderare beatitudinem in uniuersali ex puris naturalibus; quia istam cognoscunt in uniuersali: secundum dictum, nullus potest desiderare beatitudinem in particulari ex puris naturalibus; quia nullus potest eam cognoscere; actus autem desiderandi præsupponit actum cognoscendi. oportet ergo ponere habitum ad cognoscendum illam in particulari, & erit fides, & unum ad desiderandum illam in particulari. I. spes. Aug. intelligit de beatitudine in uniuersali.

Quarto arguitur sic. supponendo quod aliquis potest meritorie sperare, & desiderare beatitud. nem, ut sperare eum mediantibus meritis, non ut Lucifer, qui peccauit sic eam desiderando sine meritis; patet tunc, quòd desiderare nõ sit actus spei; quia desiderare beatitudinem est actus meritorius: ergo uel est elicitus a charitate, uel est imperatus a charitate. diuisio est sufficiens, quia omnis actus meritorius uel est elicitus a charitate, uel ab ea imperatus: si dicis, quòd est elicitus a charitate, tunc habeo propositum: si dicis, cp est imperatus a charitate: ergo simul in eadem uoluntate erunt actus spei, & charitatis: quia erit actus spei, & actus imperatiuus, quo charitas imperat uolũtati illum actum desiderandi meritorie. argumentum est facile.

Solu. 4. arg. Actus potẽtiarum duplices

Notandum est, quòd actus potentiarum sunt in duplici differentia, scilicet subordinati, & disperari. Exemplum de uidi, ut audire, & uidere, ut erant in eadem potentia uelle dormire, & uelle ire ad forum: exemplum primi in diuersis potẽtiis. intelligo Deum esse beatificatorem, & uolo, ut me beatificet. exemplum in eadem potentia. ut uoluntas imperat, ut uelim lectionem fieri, iste actus, quo uolo lectionem fieri, alterius actui subordinatur. etiam actus, quo charitas imperat actui desi-

derii, est actus superior, tunc uoluntas desiderat; iste actus qui est desiderare, alteri actui subordinatur.

Prima Propositio. Actus plures, qui sunt disparati in eadẽ potentia simul sunt incompossibiles. exemplũ in ui cognitiua ut actus cõclusionis, & actus cognoscẽdi principia sunt cognosco ergo primũ principia: & forte dicit D. cp sunt simul in eodem intellectu: non ergo inconuenit duos actus subordinatos esse in eadem potentia simul: secus esset si aliter esset adæquatus. quando ergo arguitur, dico, quòd est imperatus a uoluntate: ergo actus spei, & charitatis sunt in eadem potentia, cõcedo: ergo duo actus sunt simul, uerum est de actibus subordinatis, non autem de disparatis.

Pro solutio. primi notit.

Ad primum principale dico, quòd nomina &c. restat respondere ad ad argumenta principalia, quæ probant, cp spes non sit uirtus Theologica. Probatur sic, quia nulla passio est uirtus Theologica, quia passionibus non laudamur, neque uituperamur: sed bene uirtute laudamur, & eius oppositis uituperamur. spes est passio, patet tertio Ethicorum. ergo non est uirtus.

Pro solutione notandum est, quòd appetitui sensitiuo potest dupliciter sibi præsentari bonum, & conueniens obiectũ. primo actu, per apprehensionem potest fieri præsens, ut cibus gustui, & sonus auditui. Secundo in imaginatione tantum, ut esurienti præsentatur cibus in imaginatione, habet existimationem, sed non habet cibum, quia tunc est absens actu.

Primum dictum. Ex approximatione, quæ est per realem existentiam ipsius obiecti disponentis in appetitu sensitiuo, sequitur passio, quæ est delectatio.

Secundum dictum. Facta solummodo approximatione ipsius obiecti conuenientis non reali, sed in imaginatione, tũc non sequitur in appetitu sensitiuo passio, quæ est spes; ut cũ canis uidet os in manu Domini sui, in eius appetitu sensitiuo non est passio: quæ est gaudium: sed passio: quæ est spes. sic etiam malum potest præsentari appetitui sensitiuo dupliciter: primo per realem existentiam, ut cum iste pater uerberat eũem; & ex hoc sequitur passio: quæ est dolor. Secundo per imaginationem, & spem, & non per realem existentiam: & ex hoc sequitur passio, quæ est timor. Sic dicendum in parte intellectiua. si approximetur bonum per realem existentiam, sequitur gaudium. si malum per realem existentiam, sequitur tristitia: si bonum sit absens, est spes in parte intellectiua: si malum sit futurum tantum, sequitur timor.

Notandum est, quòd spes capitur dupliciter: primo propriè: secundo transumptiue; ut ridere propriè dicit actum quendam hominis, quo significatur eius interior delectatio, transumptiuè uero est florere. sic est de isto termino, spes, sed per se significat passionem, & imposita est ad hoc significandum. Sed placuit Theologis, ut significaret illum habitum, quo inclinamur ad desiderandum bonum infinitum, præsuppositis meritis a Deo se conferente liberaliter. Quando arguitur, nulla uirtus est passio, uerum est: spes est passio, nego, prout de ea loquuntur Theologi: concedo, prout de ea loquũtur naturales.

2. princip.

Secundo principaliter arguit Doct. sic. Nulla uirtus Theologica stat in medietate Duorum extremorum, quorum alterum dicat defectum, & alterum superabundantiam: spes consistit in medietate duorum extremorum: ergo non est uirtus Theologica.

Probatur maior, ista est definitio uirtutis moralis, quia cõsistit in medio duorum extremorum: ut liberalitas consistit inter auaritiam, quæ dicit defectum, & prodigalitatem, quæ dicit superabundantiam: sed uirtus Theologica habet Deum pro obiecto, Deus non potest nimis diligi, nec sperari; ideo non est excessus in Deo. patet minor, quia sperare est quoddam medium inter præsuppositionem, & timorem. ergo spes non est uirtus Theologica. Doctor. respondet dupliciter.

Sol sedm. dup. 1 resp. Dup. mediũ

Prima solutio parum ualet: dixerunt Theologi, quòd duplex est medium. Quoddam est participans extrema, ut tepidum est inter calidum, & frigidum, ut etiam liberalitas dat quantum debet, & retinet quantum debet: dare pertinet ad prodigalitatem, retinere ad auaritiam. Aliud est medium ueniens ipsa extrema: spes uincit præsumptionem, & timiditatem, & istud medium non arguit uirtutem moralem.

2. Resp. Sco.

Aliter respondet Doctor supponens, quòd duplex est uirtus: Theologica, & moralis, quid sit Theologica dictum est in corpore quæstionis. Secundo notat Doctor. aliquam uirtutem determinare medium intelligitur dupliciter: primo ex parte actus, & obiecti simul: secundo ex parte actus, sed non obiecti. exemplum primi, ut temperantia est uirtus determinans sibi medium ex parte actus, & obiecti: actus eius est comedere. iste actus potest importare medium, quia aliquis potest esse excessiuus in comestione: aliquis est nimis tenuiter comedens. ideo esse potest defectus in isto actu, & superabundantia, & per consequens esse potest medium in actibus. Etiam potest esse medium ex parte obiecti, ut quòd panem comedat per dices qualibet die, est excessus: aliquis etiam potest tantũ comedere unam portionem in 15. diebus. potest ergo determinari medium in uirtutibus moralibus ex parte actus, & obiecti exemplum secundi: ut ex parte actus esse excessus, & defectus, sed non ex parte obiecti, ut si quis credit in Deum, non potest esse excessus ex parte obiecti quia Deus non potest esse obiectum nimis credibile: sed ex parte actus potest esse defectus, & excessus, defectus, ut si assentiat alicui credibili, non sicut debet nec uult informari: excessus uero si in omnibus, quæ sibi dicerentur, credere uult. sic dicatis de actu diligendi: potest esse defectus, nescio; si excessus, dicatis ergo, quòd non inconuenit uirtutem Theologicam esse medium ex parte actus, sed non ex parte obiecti. Sed in moralibus est dare medium, & ex parte actus, & obiecti. Quando ergo arguitur, nulla uirtus Theologica determinat sibi &c. medium est ex parte actus, sed non obiecti: ergo &c.

3. princip.

Tertio arguitur sic, quòd spes non sit uirtus Theologica: quia in aliquo potest esse spes, cui non erit infusa a Deo: ergo non est uirtus Theologica. consequentia est bona, quia ratio completiua uirtutis Theologicæ est, ut a Deo infundatur. patet antecedens, quia aliquis naturaliter sperat promissum uel acris hominis. sed Deus est multum ueracior: ergo etiam ex puris naturalibus potest sperare beatitudinem a Deo sibi promittenti, & ita sperat promissum a Deo: ergo potest habere spem naturaliter, & non a Deo.

Sol. 3. prin. Dup spes.

Solutio. Notandum est, quòd duplex est spes, scilicet infusa, & acquisita de acquisita, ut Adrianus martyr quæ fuit a martyribus, quid expectatis per tormenta? dixerunt, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: tunc exiuit in medio, & dixit, Christianus sum. erat in eo iste actus, qui est sperare ista, scilicet a spe acquisita. Alia est infusa, sicut dictum est de infusa, & acquisita fide.

Secundo notandum est, quòd sicut est fides, quæ non potest probari inesse. sic dicendum est de spe infusa.

Contra ex actu sperandi possumus probare spem inesse nobis: ergo male dicis. nego consequentiam, quia probatur præcise de spe acquisita: ex spe acquisita possum habere actum ita perfectum, forte dicit Doct.

Notandum est, quòd supposita fide, qua credo spem inesse nobis, debemus credere, quòd non est in nobis tam intensus actus sperandi per acquisitam, sicut per spem infusam: sic dictum est de fide. ideo dicit Doctor. quòd spem infusam nobis inesse non possumus probare, sed credimus, quando ergo arguitur, Aliquis potest habere spem, & non à Deo: ergo ista nõ est uirtus Theologica concedo totum de spe acquisita: sed di co, quòd actus sperandi non erit tam intẽsus per solam acquisitam, sicut per infusam.

4. princip.

Quarto sic arguitur, probando, quòd non sit uirtus Theologica; quia duæ tantum sunt uirtutes Theologicæ, scilicet fides, & Charitas: ergo spes non est uirtus Theologica ab illis distincta. patet assumptum, duo sunt tantum perfectibilia in anima, scilicet intellectus, & uoluntas. ergo sufficit ponere tantum duas perfectiones, scilicet fidem, & charitatem: fidem in intellectu, & in uoluntate charitatem. patet, quia non ponuntur habitus infusi, nisi ut perficiant potentiam ex 23. distinctione huius, sed tantum sunt duæ potentiæ: ergo & duo habitus.

Euasio.

Diceretis, quòd distinctio habitus non attenditur ex distinctione potentiarum, sed ex distinctione partium imaginis: & quia sunt tres partes imaginis, scilicet memoria, intellectus, & uoluntas ex 3. distinct. primi parte tertia, & sumitur ab August. ideo oportet ponere tres habitus.

Reprobato euasionis.

Contra. si ponerentur, & distinguerentur habitus propter partes imaginis, duo habitus ponerentur in intellectu; quia duæ partes pertinent ad intellectum, scilicet memoria, & intellectus: hoc est falsum; quia fides tantum est in intellectu: ergo oportet ponere propter potentias habitus: duæ tantum sunt potentiæ: ergo & duo habitus tantum sunt. Doctor tangit solutionem supponendo, quòd in uoluntate est duplex affectio, scilicet iustitiæ, & commodi. supponit etiam, cp spes est in uoluntate ad perficiendum affectionem commodi, & charitas ponitur ad perficiendum affectionem iustitiæ dicatis nunc, quòd licet sint tantum duæ potentiæ materiales, & materia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

terialiter,tamen sunt diuisę formales rationes, & secundum formalitates; quia in uoluntate sunt duæ formalitates, ideo in eo ponuntur duo habitus, & in intellectu tantum unus.

In trib potē tiis mētis est imago Trinitatis.

Ad replicam Doctor dicit per ordinem:primo dico, quòd tres sunt partes imaginis,memoria, intellectus, & uoluntas. Memoria,ut est actus primus, est intellectus cum præsentia obiectorum,qua præsentia habita,potest producere actualem intellectionem in intelligentia, & reputant patrem in diuinis.Secunda pars est intellectus, & est intellectus cum actuali operatione,quæ est intelligere:& quia est tunc terminus productionis memoriæ,ideo repræsentat filium, qui gignitur a Patre per memoriam fœcundam. Tertia pars est uoluntas, nempe ipsa potentia cum actuali operatione: & quia Spiritussanctus producitur per uoluntatem, ideo per eam repræsentatur Spiritussanctus.


Dup. est operatio.

Notandum est,quòd duplex est operatio, scilicet productiua,& operatiua:dico ulterius,quòd duplex est operatio, scilicet de genere qualitatis, ut sunt operationes omnium potentiarum,& dicuntur operationes immanentes: alia est operatio de genere actionis,secundum quam agens aliquid producit ad extra.intellectui attribuitur operatio de genere actionis,quia est productiuus:& illud mediante quo producit intellectionem, est operatio de genere actionis: sed intellectio producta est operatio de genere qualitatis: in quantum intellectus dicit actum intellectiuum,uocatur intellectus:inquantum dicit actum productiuum,uocatur memoria. Tertio dico,quòd secundum partes imaginis non est accipienda necessitas,sed secundum tertium habitum Theologicum sed secúdum potentias, quia in patria manebunt partes imaginis,immo erit perfectissima imago:& non erunt fides,& spes.sed distinguo habitum simpliciter ab intellectu,& uoluntate, ideo euasio non ualet.& hæc de spe.

DISTINCT. VIGESIMAESEPTIMAE.

QVAESTIO VNICA.

De charitate agitur, qua Deus diligitur &c. quid sit charitas.



IRCA distinctionem vigesimamseptimam Notandum est, quod charitas secundum Apostolum est finis præcepti de corde puro,& conscientia bona, & fide non ficta. Finis dicitur multipliciter.est enim finis consumptionis,ut candela consumitur. Consumationis,ut domus consumitur, i. finitur. Terminationis,ut ager finitur, ideſt terminatur. cum dicitur charitas est finis,non capitur pro fine consumptionis, sed pro fine consumationis, & terminationis: quia charitas consumat opera nostra, quia ea perfecta reddit sicut dominicator consumat domum, quia eam perfectam reddit. est etiam finis,quia terminat,quia finis, & terminus legis est dilectio,siue charitas, tota lex Christiana finitur in dilectione, aut charitate.sequitur,de corde puro:cor est intellectus, dicitur,Redite prævaricatores ad cor.1. intellectum:conscientia bona,ideſt spe secura,& fide non ficta, ideſt stabili, & firma. Charitas ergo est finis præcepti.de corde puro,1.intellectu,& conscientia bona,i.spe secura:& fide non ficta.1.uera,non simulata.

Finis multipliciter dicitur.

Ex quo patet,quòd ista glosa est bona, Abraham. 1. fides genuit Isaac,1.spem,Isaac autem genuit Iacob,1.charitatem quia charitas præsupponit istas uirtutes. Ecce quid sit charitas.

Charitas & actu duplic.

Notandum est,quòd de charitate est loqui dupliciter: primo de charitate actu:secundo de charitate habitu. charitas actus est duplex,scilicet actus acquisitus,& charitas actus,qui est ex habitu infuso: primus actus uocatur actus amicitiæ humanæ.Exemplum secundi: ut actus diligendi proximum ex habitu charitatis infuso.De charitate actus faciemus mentionem.

Charitas pro habitu.

Alia est charitas habitus, & est margarita prætiosa quam oportet emere,ut habeatur regnum cœlorum, & est habitus Theologicus inclinans ad diligendum Deum,superiorem, & proximum propter Deum. Assignãt Theologi charitatis multiplicem excellentiam.primo diuidit(ut alias diximus) & sola diuidit inter filios regni,& filios perditionis: iuxta excellẽtiam hãc est difficultas, quia castitas diuidit a uitio sibi opposito,& liberalitas,&c.ergo aliæ uirtutes diuidunt: ergo non sola Charitas diuidit.

Vtò Charitas diuidat inter filios regni &c.

Dicit Altisiodorensis, quòd sola charitas diuidit inter filios regni,& perditionis,affirmatiuè,& negatiuè,& conuertibiliter, aliæ non.hoc patet, quia bene sequitur, iste habet charitatem:ergo est filius regni:& ultra,est filius regni, ergo habet charitatem,& bene sequitur,non habet charitatem, ergo non est filius regni:sed non sequitur,iste habet fidem:ergo est filius regni.iste habet castitatem:ergo est filius regni .ideo non sic diuidunt virtutes.Etiam quando dicitur, quòd diuidit,&c.uerum est secundum præsentem iustitiam, non secundum æternam prædestinationem,quia si aliquis sit in charitate,est filius regni,sed non secundum Dei prædestinationem, quia præscitus esse potest in charitate.

Quòcharitas pficiat alias uirtutes.

Secundo charitas perficit, quia est forma virtutum, non quoad informationem, sed bene quo ad acceptabilitatem; quia per habitum charitatis habetur acceptatio omnium aliarum uirtutum,quia uerus habitus continentiæ non est acceptus, nisi sit formatus per charitatem:ideo sola est forma, & non informis:aliæ autem esse possunt informes.

Charitas cõiungit cum Deo.

Tertio coniungit cum Deo,quia solus ille, qui est in charitate,est cum Deo, & Deus cum ipso:quia habet associationem per comparationem ad Deũ.dicit enim apostolus, Deus charitas est,& qui manet in charitate,in Deo manet, & Deus in eo.

Diligere supõa duplic.

Secundo est notandum,quòd diligere super omnia intelligitur dupliciter:primo intensiuè:secundo extensiuè: intensiuè sic est quærere, Vtrum charitas inclinet ad eliciendum actum circa Deum actu magis intenso, quam ad diligendum omnia alia.extensiuè,ut sit sensus, si Deus poneretur in una parte,& omnia bona possibilia in altera parte,Quæro utrum debeam magis Deum diligere,quam omnia ista bona? utroque modo quæritur.

Dup. distributio.

Notandum est etiam,quòd duplex est distributio:quædam est accomodata,& quædam simpliciter sumitur; ut omnis anima,quæ peccauerit ipsa morietur.accommodata, ut cœlũ tangit omnia,est ibi distributio accommodata:& etiam, omne animal fuit in arca Noe,ita quòd est sensus, super omnia bona alia a Deo,est ergo titulus quæstionis, Vtrum sit habitus charitatis, qui nos inclinet ad diligendum Deum super omnia.quòd sic,est auctoritas sanctorum, & Magistri. In ista quæstione sunt tres articuli.

Diuisio qõn.

Primo quæritur,Vtrum possit esse aliqua uirtus,quæ sit respectu illius actus,qui est diligere Deum super omnia.

Secundus articulus est de formali ratione obiectiua, ideſt quod est obiectum charitatis.

Tertius articulus est de illo actu,qui est diligere Deum.

Concl. Scot.

Quantum ad primum,conclusio Doct.Istius actus, qui est diligere Deum super omnia,potest poni habitus uirtutis, inclinans ad illum.

Quid uirtus.

Probatur conclusio, & arguitur sic; quia actus diligendi Deum est rectus:ergo respectu istius potest poni habitus uirtutis.patet consequentia,quia uirtus est, quæ habentem perficit,& eius opus bonum reddit.iste actus est rectus: ergo ad illum potest poni habitus uirtutis.patet antecedens, quia omnis actus conformis dictamini rationis naturalis est rectus. probatur ista maior a Doctore.17.distinc.primi:sed actus iste, qui est diligere Deum,est huiusmodi: ergo &c. patet minor, quia ratio dictat summum bonum esse summè diligendum, quia dictat bonum esse diligendum,& maius bonum magis diligendum,& summum bonum summè diligendum: ergo dictat eum esse diligendum super omnia.

Differit ab illo bonũ est summè diligendum, & Deus est summè diligendus.

Notandum est,quòd differentia est inter istas duas, scilicet summum bonum est summè diligendum,siue super omnia,& istam, Deus est summè diligendus,siue super omnia: quia prima est immediata:secunda mediata; quia conuenit ei ex prima.Ex quo patet,quòd una non est æquè conformis dictamini rationis naturalis,nec ita immediata, sicut altera. est ergo conclusio probata.

Instat cõtra solutionem.

Confirmatur,quia præcepta Decalogi sunt de lege veteri: ergo sunt de dictamine legis naturalis.consequentia est nota: ergo iste actus,qui est diligere Deum super omnia, est de lege ueteri,& de dictamine legis naturalis,quia est præceptum: ergo concluditur,quòd ad istum actum potest esse habitus uirtutis inclinans ad illum.Exemplum.virtus,quæ inclinat ad diligendum Deum super omnia,est uirtus Theologica distincta a fide,& spe.corollarium habet duas partes. prima,quod iste habi-

habitus est Theologicus. ad habitum Theologicum tria requiruntur:primo,quòd sit de Deo tanquam de obiecto:secũdo,quòd eius regula sit prima uirtus:tertio, quòd immediatè a Deo infundatur.discurratis per istas,& applicatis ad propositum, quòd charitas est uirtus Theologica: sed charitas creata utrum sit habitus Theologicus,dicatis,quòd non propriè,sicut dictum est de spe creata, & fide; quia completiua ratio uirtutis Theologicæ est,vt infundatur a solo Deo.

Secunda pars corollarii patet, quia actus charitatis habet alium actum correspondentem ei, quam fides habeat ideſt, actus charitatis non est actus fidei:ideo etiam, quòd non sit spes,patet,quia charitas perücit uoluntatem, & affectionem iustitiæ,& spes perficit eam secundum affectionem commodi: si enim nulla esset retributio a Deo, & Deus esset summũ bonum,charitas inclinaret ad diligendum eum super omnia: sed spes tendit in illud,ut bonum eius.

De obiecto charitatis formali.

Quantum ad secundum articulum,quæritur de obiecto charitatis:de materiali non est dubium,quia est Deus;sed de formali,quidam dicunt,quòd ratio formalis charitatis est Deus sub ratione Deitatis in se:Alii dicunt,quòd Deus ipse,ut est commodum ipsi amanti,est obiectum charitatis.Alii dicunt, quòd Deus ipse sub ratione Deitatis, & ut est amanti commodum est obiectum charitatis; sicut est ratio charitatis.Ista opinio duas primas includit.

1. difficultas contra primũ modum.

Doctor tangit difficultatem circa primum modum dicens quòd si Deus sub ratione Deitatis esset obiectũ formale charitatis,tunc sequeretur,quòd si essent duo dii per impossibile habens charitatem istos diligeret super omnia: consequẽs est falsum,& impossibile,quia si sint duo Dii, & diligas unũ ex charitate, non poteris diligere alium super omnia, quia æquè diliges unum,sicut alium:patet consequentia, quia quilibet habet rationem Deitatis,dicetis ad argumentum,quòd uno impossibili dato multa sequuntur.Vnde dico;quòd si iste casus ponatur,destruitur totus habitus charitatis:quia si uos tollatis a charitate hoc,quòd est inclinare ad diligendum super omnia Deum:ergo tollitis habitum charitatis. patet consequentia, ponendo duos Deos aufertur a charitate hoc, ꝙ est inclinare ad diligendum unum Deum super omnia;probatur accipiendo duo prima principia.primum.si ab æqualibus æqualia demas,quæ remanent sunt æqualia,& aliud est, omne totum est maius sua parte; tunc pono, quòd primum sit medium ad demonstrandum secundum,iam tollis ab uno primo rationẽ primi principii. Etiã ponendo, quòd charitas inclinet ad diligẽdum super omnia,postea tu ponis duos Deos, & tunc destruitur primum. Adhuc dato,quòd essent duo dii, charitas inclinaret ad diligendum ambos super omnia. negatuè,quia dato uno non diligit illum magis, quam hunc, sed non positiuè.

2. difficultas cõtra primũ modum.

Secunda difficultas ad istum modum dicendi, quia sequeretur, quòd aliquis teneretur magis diligere alium, qui est melior ipso,quam se ipsum:hoc est falsum:ergo &c. quòd cõsequens sit falsum probatur,quia unusquisque tenetur se magis diligere. patet consequentia, quia si infinita Dei bonitas est ratio charitatis formalis:ergo & unitas magis accedẽs ad illam erit ex charitate magis diligenda. Difficultas quærit, Vtrum, quòd teneatur magis diligere maius bonum, quàm minus sub Deo.

Respondet Doctor.quòd potentiæ tendenti in aliquod obiectum conuenit sibi aliqua perfectio respectu obiecti perfectissimi,quæ sibi non conuenit respectu obiectorum sub illo, quantumcunque accedunt ad primum obiectum:ut ponatur, quòd bonum est obiectum voluntatis,habet conditionem ali quã respectu primi boni,quam non habet respectu aliorum: & est,quia fertur summè in illud. Sed non oportet seruare similem conditionem respectu aliorum bonorum, quantumcunque proportionabiliter accedunt ad primum bonum, ita dico,quòd licet bonitas infinita sit ratio formalis charitatis, non oportet tamen, quòd maius bonum magis diligatur sub Deo,quam minus.dictum est in quarto, quòd B. Linus tenetur magis diligere suam beatitudinem, quam illam B. virginis Mariæ.

Instat cõtra solutionem.

Contra.sicut summum ad summum,& magis ad magis, & simpliciter ad simpliciter. Verum est cæteris paribus, quantũ ad uirtutem,& proprietatem: sed si beatitudo virginis esset B.Lini tantum una & propria,sicut sua,teneretur illam magis:sed non est sic; teneor enim magis diligere unum scutum, quòd habeo,quam mille,quæ habet Rex.ita etiam in proposito dicatis.

Difficultas.

Secundus modus dicendi habet difficultates, quas Doctor non soluit.

Quo ordine tes contra se cũdũ modũ dicendi.

Arguitur sic. Habitus perfectissimus oportet habere obiectum secundum perfectissimam rationem suam, sed ratio ista secundum quòd est commodum amanti, non est ratio perfectissima Dei, sed est ratio Deitatis: ergo non debet poni esse obiectum charitatis sub ista ratione prima. quæro inquantũ obiectum beatificum,quid dicitur,aut capis obiectum beatificum aptitudinaliter,quando dicis, quòd ut obiectum beatificum,est obiectum formale charitatis,aut capis actualiter: si aptitudinaliter,tu nõ differs a primo modo,nisi in uoce,quia aptitudo,est naturæ:si capis actualiter, sequitur, quòd ratio formalis obiecti charitatis sequeretur actum elicitum circa illud obiectum,quod est impossibile: quia potentia uisiua nõ sequitur actum.patet consequentia, quia esse beatificum est actus quidam.

Arguit Sco. contra tertium modũ dicendi.

Præterea.Deum esse beatificum obiectum, non potest poni in Deo,nisi per solam relationem rationis:ergo non potest esse, ut sic obiectum charitatis realis, quia relatio rationis non est obiectum habitus realis.

Tertius modus ponebat utrunque. Doctor arguit sic.Vnius actus formalis debet esse una ratio formalis; quia actus est unius formalis:ergo est una ratio formalis:ideo des unam, & non ambas.dat unum simile D.quia calor est ratio calefaciẽdi,& solus calor; & si secluderentur omnia alia a calore, adhuc esset ratio: sic, si Deus maneret, & secluderentur ab eo omnia,excepto, quòd esset obiectum beatificum, tunc esset obiectum charitatis,quòd est falsum,ut probatum est.

Præterea pono casum,quòd uera sit opinio philosophi, ꝙ sint a se plura, & plura necessaria;sequitur tunc,quòd una alia diligeret, & ita ista opinio est falsa.

De ũne formali obiecti tripl contingit loqui.

Dicatis secundum opin. Scoti, quòd de ratione obiectiua charitatis est loqui tripliciter: primo de ratione obiectiua formali:secundo de ratione obiectiua alliciente:tertio de ratione obiectiua finiente, vt obiecti uisus, potest esse triplex ratio; una est formalis: alia est alliciens. tertia est finiens. ut sit sibi pulcherrimum visibile, & possim videre, ratio obiectiua formalis est natura istius uisibilis. ratio alliciens est, quia communicauit mihi, ut viderem ipsum:ratio finiens est,quia postquam elicui actum,quiesco, & sum contentus. sic etiam, si quæratur de ratione obiectiua charitatis: ergo si loqueris de formali,est Deus sub ratione Deitatis,& infinitæ bonitatis,& est Deus sub propriissima ratione, vt dictum est prima distinc.primi.

Quis amatur pp duo.

Si loqueris de alliciente,notandum est, quòd propter duo amatur aliquis:primo propter bonum honestum:secũdo propter redamationem:quia amicia est beneuolentia mutua. si diligam Sortem,ipse me non diligat,nõ est amicitia.istæ sunt rationes allicientes: quia nos redemit,protegit, & nos beatificat.ratio obiectiua finiens est Deus, vt commodum amanti sicut dicit secunda opinio,quæ est vera,& tertia etiam: ecce duos articulos.

Tertius art De uirtute uoluntatis siue charitate. Opi.D.Tho. & Henr.

De tertio articulo quærebatur, utrum creatura rationalis posset diligere Deum super omnia sine charitate. Primo ponitur opinio Thom.& Henri. tenentium partem negatiuam quæstionis.deinde ponitur opinio Scoti.

Opinio Thom.& Henr.est talis.Ex puris naturalibus,& sola ui naturali non potest creatura rationalis diligere Deum super omnia sine charitate: supponit, quòd natura determinatur ad unum.

Natura determinatur ad unũdup. intelligitur

Natura determinatur ad vnum potest intelligi dupliciter: primo ad vnum suppositum,sic est falsum:quia natura diuina non determinatur ad vnum, sed ad plura: secundo intelligo naturam determinari ad unum modum producendi,sic est verum,quia agens a proposito pluribus modis agit, agẽs autem naturale unico modo. Isto supposito, quòd natura determinatur ad unum, arguitur sic. Creatura rationalis ex natura sui plus diligit se,quam Deum: ergo non potest ex solis naturalibus diligere Deum super omnia.consequentia est nota,antecedens patet:quia amor siue dilectio fundatur super vnum sed creatura habet maiorem charitatem cum seipsa, quàm cum Deo:ergo ex naturalibus tenetur se plus diligere, quam Deum. patet antecedens,quia quanto est maior vnio, tanto est maior dilectio:patet discurrendo,quia parentes se plus diligunt,quàm alii,quia sunt magis vnum,quam alii.Sed est maior vnitas vnius ad se,quam cum Deo, quia ipsa est intrinseca; alia extrinseca.ergo creatura tenetur se plus diligere,quã Deum.Scotus non recitat argumentum ad longum, sed propter suppositum deducitur.

Confirmatur. Si aliquis ex puris naturalibus teneretur magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis diligere Deum, quàm se, sequeretur, quòd teneretur magis diligere non esse, quam Deum non esse: hoc autem est falsum: ergo &c. patet, ponatur, quòd dicatur Sorti, uel morieris, aut non diliges Deum, uel illi, uel Deo male erit, uel morieris. natura inclinabit ad diligendum suam salutem, & seipsum, & ad suam naturam conseruandam. ergo unusquisque tenetur se magis diligere, quam Deum: ergo non tenetur diligere Deum super omnia.

Solu. Sco. arg. D. Tho. Ad argumentum cum assumitur. Creatura rationalis tenetur se magis diligere quam Deum, nego, probatur, quia charitas fundatur super unitatem. distinguo, aut super unitatem identitatis, aut super unitatem propositionis, nego, quòd fundetur super unitatem identitatis, quia creatura est magis idē cum se, quam cum Deo. adhuc posito habitu charitatis, magis deberem me diligere, quam Deum: aut intelligis super unitatem proportionis. clarum est, quòd bonum est obiectum charitatis, & quanto est aliquod maius bonum, tanto charitas est magis circa illud, quod est Deus, quia est summum bonum, & creatura est magis una cum Deo, quam cum se illa unitate.

Contra. ergo creatura magis deberet diligere se non esse, quam Deo velle male esse: concedo, quia fortis politicus etiam magis tenetur diligere se mori, quam quod respubl. desperdatur.

2. arg. opin. Secundo arguitur pro ista opinione, quòd creatura naturalis non posset Deum diligere super omnia, quia quicquid amat aliquem amore naturali, propter seipsum amat: ergo amor suus est mensura aliorum amorum: ergo se super omnia diligit, & non Deum. patet antecedens, quia amor naturalis est respectu conuenientis sibi. ergo amat quicquid amat, amore naturali, propter se: ergo amor suus est mensura aliorum, quia in omni ordine est aliqua mensura, quæ est maximum in illo ordine. sed amor sui est mensura omnium illorum amorum: ergo ille est maximus: ergo diligit se super omnia, & nō Deum. Dicetis. negatur antecedens, loquendo secundum affectionem iustitiæ, non commodi, quia quicquid diligit aliquid affectione commodi, se diligit: sed non quicquid diligit secundum affectionem iustitiæ.

Sol. 2. argu. opinionis. Argumentum non concludit, nisi de amore, qui est secundum affectionem commodi, non secundum affectionem iustitiæ. Dicunt ergo isti, quòd non potest quis naturaliter diligere Deum super omnia: & ideo oportet (dicunt) ponere habitum charitatis, ut diligatur Deus super omnia.

Arguit Doct. ex intentione Godofredi, quòd argumenta non concludant per aliqua exempla sic. Appetitus naturalis, & sensitiuus non est magis rectus, quam intellectiuus, nec magis ordinatus, quia appetitus intellectiuus non est minoris perfectionis, quàm alii appetitus: quia ille est uoluntas, quæ præfertur aliis: sed appetitus sensitiuus, & naturalis potest ordinatè aliquid diligere a seipso magis, quā seipsum: ergo & appetitus intellectiuus poterit id in minori mundo, qui est homo, quod appetitus naturalis in maiori mundo, qui est uniuersum. patet. supponatis, quòd aqua ex inclinatione naturali propria magis diligit bonum uniuersi, quàm suum: nam ex natura sua descendit deorsum, & tamen aliquando ascendit sursum propter bonum uniuersi, vt cum quis accepta arundine, vel palea, ex vase attrahit spiritum aeris, tunc aqua, aut vinum ascendit, ne detur vacuum: quia vacuum est cōtra bonum uniuersi, & aqua non vult malum uniuersi; ideo ascendit sursum, vt non sit vacuum. Ecce in maiori mundo poterit aliquis magis diligere aliud a se, quam se: ergo & appetitus intellectiuus hoc potest in minori mundo. declaratur in homine. est homo ambulans, venit inimicus eius euaginato gladio vult eum occidere; iste non habet gladium, ponit manum super caput, ne lædatur caput, quia magis requiritur ad esse hominis, quam manus. ideo manus magis vult bonum alterius a se, quam seipsum: ergo etiam ex puris naturalibus potest voluntas magis diligere Deum, quam se. Item Godofredus, qa aliquis ex puris naturalibus magis diligit beatitudinem, quā seipsum: ergo plus Deum, quam seipsum, ergo voluntas est sufficiens ad diligendum Deum super omnia. Antecedens patet ex intentione Augustini, qui illud videtur dicere. patet consequentia, quia magis diligit obiectum beatitudinis, quam beatitudinem: sed Deus est obiectum beatitudinis: ergo &c.

2. vō Godof.

3. vō Godof. Item beatitudo perficitur a Deo: ergo. Confirmatur, quia qui desperat de beatitudine, quia non potest consequi beatitudinem, occidit seipsum, ergo magis diligit beatitudinem, quam seipsum.

Examinantur rationes God. a Scot. Doct. non est contentus de rationibus Godoffredi, & dicit eas non concludere. Primo uideamus de prima: dicit, quòd aqua plus diligit bonum uniuersi, quam se, & ascēdit sursum, dicit Doct. quòd est in errore, quia non naturaliter ascendit sed violenter, quia ex natura sua descendit, ideo violenter ascendit, & quando ascendit, est ab extrinseco, quia si ascendit est a virtute regitiua uniuersi, siue sit Deus, siue aliquid aliud. non ergo mouet se: immo comparando motum ad ipsam aquam, violenter mouetur, sed naturaliter a uirtute regitiua uniuersi, quia virtus illa non vult esse vacuum, ideo mouet aquam. similiter tu Godoffrede das exemplum de minori mūdo, quia magis defendit caput, manus non mouet se, & plus appetit conseruationem sui: & ideo mouetur a virtute motiua totius, quia virtus motiua totius magis appetit esse totius & partis magis principalis, quam minus principalis Ideo mouet manum, & non manus se: ideo illa exempla non cogunt.

Ecce impugnatio primæ rationis, quia minor non est manifesta, quia exempla non habent euidentiam.

Reprobat 1ā rōnem Godof.

Secunda ratio etiam non concludit, vel quia non est similitudo, uel si est, non est ad propositum. ratio de beatitudine non concludit, quia non est ad propositum, quia loquitur de voluntate secundum dilectionem ex affectione commodi, & ideo dicimus, quòd plus diligit Deum, quam se, & est dilectio secundum affectionem iustitiæ. etiam cum dicis, quòd vnusquisque magis diligit beatitudinem, quam se, est falsa.

Dup. beatitudo. Est duplex beatitudo, scilicet in vniuersali, & illam omnes appetunt, quia omnia bonum appetunt. Alia est in particulari, & est vilio, & Dei fruitio: propositio tua est de beatitudine in vniuersali, sed non in particulari, quia illa non cognoscitur ex puris naturalibus.

Arguit ex intentione propria, & nō naturali ter pt diligere Deū sup omnia. Arguit ergo ex intentione propria, quòd possit voluntas diligere Deum super omnia, quia, Illud voluntas potest diligere super omnia, quod recta ratio, & ratio naturalis dictat esse diligendum super omnia, sed ratio recta naturalis potest dictare Deum esse super omnia diligendum: ergo voluntas potest diligere Deum super omnia. maior patet, quia intellectus non potest naturaliter aliquid dictare, in quo etiam voluntas non possit, alias voluntas esset mala naturaliter, si enim intellectus naturaliter dictaret aliquid esse faciendum, & voluntas non posset facere. ergo esset voluntas mala in puris naturalibus, uel esset auferre a voluntate libertatē, patet minor, quia ratio naturalis dictat bonum infinitum esse diligēdum super omnia, ergo Deus est diligendus super omnia, quia ratio illud dictat. patet antecedens, quia, da oppositum, sequitur, quòd qualitas inclinaret ad oppositum eius, quòd dictaret ratio naturalis: & ita actus charitatis esset malus. patet ista consequētia, quia charitas inclinat ad diligendum bonum infinitum super omnia. ergo ratio naturalis illud dictat, vel actus charitatis non haberet conformitatem ad dictamen rationis naturalis: ergo uoluntas diligere potest Deum super omnia. Ecce prima ratio Doct. In hac ratione sine fundamento fundatur opinio quorundam, & est Varronis dicentis, Angelos dilexisse Deum super omnia in primo instanti suæ creationis. supponentis, quòd Angeli in primo instanti non fuerunt mali, quia Deus creasset eos malos: nec etiam boni meritorie, sed in puris naturalibus: tunc sic, Angeli in primo instanti diligebant super omnia illud, quod ratio recta dictabat esse diligendum super omnia, sed sic est, quòd ratio recta dictabat Deum esse diligendum super omnia: ergo ipsum diligebāt super omnia, argumentum siue concludat, siue non.

Arguit cōtra ſcām concl. Contra. dicit Doct. quòd iste politicus plus diligit bonum communitatis, quam seipsum, & illum actum uirtutis proprium. patet, quia illud simpliciter plus amat fortis politicus, pro cuius salute se exponit ut sit, quam illud vult non esse: sed fortis politicus, cum se exponit morti, vult bonum communitatis esse, & bene esse Reipublicę, & vult actum fortitudinis non esse, quia ipse vult non esse. ergo, & actum suum non esse: ergo argumentum semper stat, & sic euasio nulla. conclusio ergo est uera, &c.

Replicat Scot. contra euasionem.

Additur persuasio a Theologis, quia si non potest voluntas in puris naturalibus Deum diligere super omnia: ergo aliquis posset experiri se habere charitatem: hoc est falsum, quia nescit homo, vtrum amore, uel odio dignus sit. patet consequentia, quia cum experiretur se diligere Deum super omnia sciret se habere charitatem. argumentum non cōcludit, quia coniecturaliter potest scire quis se esse in charitate.

Determinatōnem Sco. Quantum ad illum articulum. Tertius articulus quæstionis motæ erat de necessitate habitus charitatis. Vtrum aliquis in puris naturalibus posset diligere Deum super omnia. impugnatis rationibus Godoffredi, ponuntur duæ conclusiones.

1. concl. Prima. pro statu naturæ institutæ potuit homo diligere Deum ex puris naturalibus super omnia.

2. concl. Secunda conclusio probabilis a Scoto, & de Bassolis. pro statu naturæ lapso potest homo diligere Deum ex puris naturalibus super omnia, licet dicat Doct. forte, quòd hæc secunda conclusio, quia naturalia remanserunt integra post peccatum: ergo si potuit ante peccatum diligere Deum super omnia: ergo & post peccatum. patet antecedens per Dionysium, qui dicit de dæmonibus hoc, & ego de hominibus.

Arguit cōtra ſcām concl. Contra. ergo homines mali, & damnati possent diligere Deum super omnia, quia habent naturalia integra, sicut alii: Breuiter dico, quòd stante influentia generali ipsius Dei, & non subtracta, & relicta eorum natura sicut est, possent Deū diligere super omnia ex puris naturalibus: sed quia Deus nō influit ad illos influentia generali, sed etiam non vult concurrere cum eis ad illum actum, ideo non possunt diligere Deum super omnia ex puris naturalibus. concludo ergo istam conclusionem secundam assertiuē, licet Scotus dicat forte.

Fundamenta primæ cōclusionis. Veniamus ad primam conclusionem. Scotus eam reliquit notam ex duabus rationibus. Prima fuit de conformitate voluntatis ad dictamen rectum naturale, Et secunda fuit de forte politico. Doct. declarat illud præceptum: secundo qualiter tenetur ad obseruantiam illius præceptī: tertio infert necessitatem habitus charitatis, ad eliciendum actum illum.

Diligere Deū sup oīa dupl. potest intelligi. Diligere Deum super omnia, potest dupliciter intelligi: primo extensiuē: secundo intensiuē. Extensiuē, ut posito casu, q Deus ad unam partem proponeretur forti, & omnia alia bona possibilia ad aliam partem, vtrum diligeret magis Deum quam omnia alia a Deo, quia est ibi distributio accommoda. Secundo intelligitur intensiuē, utrum teneatur diligere Deū actu intensiori, quam quæcunque alia. ista distinctione suppositā, ponitur prima cōclusio communis omnibus Theologis. Quilibet viator tenetur seruare illud præceptum de diligendo Deum super omnia extensiuē, siue Christianus, siue uidens, siue paganus, siue gentilis; quia Deus per se acceptus est maius bonum, quam sint omnia alia bona simul accepta: quia omnia illa sunt finita, & finitæ perfectionis, & Deus est infinitus, & infinitæ perfectionis, ideo &c.

Concl. 1. oīb. communis.

2. cōcl. ſcām Sco. Secunda conclusio. Simpliciter, & absolute secundum Scotum quilibet tenetur ad diligendum Deum super omnia intensiuē. Ista conclusio limitatur ab aliquibus: dicunt quidam potissimē Sanctus Bonauentura, quòd præceptum de diligendo Deum super omnia intensiuē potest intelligi dupliciter, sicut amor dicitur excedere amorem dupliciter: primo quantum ad firmitatem: secundo quantum ad feruorem. Quantū ad firmitatem, quia ille amor est fortior. secundum feruorem quia ille semper laudat Deum, & remurmurat nunquam Deū si tamen oporteret se exponere morti, non tamen se exponeret. Exemplum. pater nunquam ostendit filio lætam faciem, sed eum uerberat, tamen si oportet se exponere morti, est paratus. & est magnanimus quantum ad firmitatem, sed mater diligit quoad feruorem plus quam pater: ideo eum osculatur & ei dat poma, & laudat eum. Dicunt doctores isti, quòd quā tum ad firmitatem, tenetur diligere Deum super omnia intē siuē, sed non plus Deum, quàm se super omnia quo ad feruorem, immo plus se, quia est coniunctus appetitui sensitiuo. probat hoc, quia dicit Augustinus. quòd istud non potest impleri præceptum in uia, diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: & Deus non obligat ad impossibile, ideo & Scotus ēt posuit contra eos istam conclusionem, quæ est secundum Scotum.

Amor ꝑt excedere amorem duplic.

Ponitur euasio.

Reprehendit Scot. dist 8. Bon. & ostēdit qs simpliciter plus diligit.

Doctor respondens ad eos dicit, quòd illa distinctio est effeminata, & pertinet ad mulieres.

Arguit Doct. Ille, qui plus diligit quoad firmitatē, ille simpliciter diligit intensiuē, non autem diligit intensiuē simpliciter, qui diligit quoad feruorem: quia magis diligo illud, cui uolo minus malum, & cui uolo minus male esse, & pro cuius salute me expono morti: ille autem, qui diligit quo ad firmitatem, est humanum; igitur ille simpliciter plus diligit intensiuē, non autem alius, qui diligit plus quo ad feruorem; quia dicis, quòd licet pater non blandiatur filio, tamen se exponeret morti pro salute eius, non autem mater: ergo pater plus diligit, quam mater intensiuē.

Ité. teneritudo amoris non est amor, sed est passio sequens amorem, quia enim mater amat, ideo eum osculatur, & etiā secus est de amore secundum firmitatem. conclusio doctoris est posita absolutē: quilibet tenetur Deum diligere super omnia intensiuē, & extensiuē: unde exponitur præceptum illud. Matth. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, & ex tota anima &c. ex toto corde, 1. intellectu sine errore: ex tota anima, 1. uoluntate sine contrarietate: ex tota mente. 1. memoria sine obliuione.

Altisiodorensis mouet difficultatem, quia dilectio non fit per intellectum, quomodo ergo oportet, ut diligat eum ex toto corde, 1. intellectu? dicit, quòd ly intellectu, dicit efficientiam, quod est contra Scotum, quia ponit intellectum non esse causam actus uoluntatis, tamen ly intellectu dicit efficientiam: si intelligat, quòd intellectus sit causa actus uoluntatis, sic est falsum. si autem intelligat efficientiam, quoad dictare dilectionem Dei super omnia, bene dicit & sic intelligit Augustinus.

Est dubium. Vtrum istud præceptum possit impleri in uia. Augustinus dicit, quòd non. Contra. si Sortes qui est uir, contemplatiuus, & perfectus in aliquo tempore, potest diligere Deū super omnia: ergo istud præceptum potest impleri in uia. patet antecedens, quia qui diligit Deum ex intellectu sine errore, & uoluntate sine contrarietate, & sine obliuione in memoria, sed possibile est, quod aliquis habeat præcisē huiusmodi actum circa Deum: & tunc implet præceptum: ergo illud præceptum potest impleri in uia. Quidam dicunt, quòd duplex est totalitas, scilicet uiæ, & patriæ. Vnde potest impleri totalitate uiæ, sed non patriæ, quia in illa omnis motus feretur in Deum, sed non sic est in totalitate uiæ, quia nunc caro concupiscit aduersus spiritum &c. Et Aug. intelligit de totalitate patriæ. dicit ergo Doct. quòd istud præceptum potest impleri in uia. Et Bea. Augusti. uult negare diuturnitatem, quia non possumus diu stare in illo actu, ut patet de Bea. Bernardo, qui non potuit dicere Pater noster quasi sine perturbatione.

1. Præceptū continet. 2. præcepta.

Scotus addit aliquid ibi, quia possetis dicere, si illud præceptum non potest impleri, quare ergo præcepit? dicunt aliqui illius opinionis, ut sciamus quo peruenire debeamus. Contra ergo debuit dare præceptum de uisione Dei, ut sciamus quo peruenire debeamus. Secundus punctus, generaliter tenetur ad obseruātiam illius præcepti, diliges Dominum Deum tuū &c. dicit D. Bonauentura, quòd in omni præcepto est aliquid quod prohibetur, & aliquid, quod præcipitur in isto. diliges Dominum Deum tuum &c. in isto præcipitur actus diligendi Deum. prohibetur, non habebis Deos alienos ideſt, uel diliges super Deum, quia si aliquid diligas super Deum, habes Deos alienos, quomodo ergo tenetur ad obseruantiam illius præcepti quātum ad illud, quòd prohibet? tenetur ad semper & pro semper, quia est ibi negatio, ut ad non odire Deum. quantum ad illud, quod præcepit non obligatur pro semper, & ad semper, quia est præceptum affirmatiuum, sed quod est illud tempus in quo tenetur diligere Deū super omnia? ignoro, tamen ecclesia ordinauit in die dominico. vtrum alio tempore? ignoro. in die festo autem tenemur illud obseruare, qa oportet nos abstinere ab operibus seruilibus, & peccatis, & si quis in illo die non eliciat actum circa Deum, peccat mortaliter.

Quādo tenemur seruare primū præceptū diliges dominū.

Hic est unum dubium. dicis, quòd non pro semper teneor diligere Deum super omnia: ergo habitus charitatis inclinat ad contrarium eius, quòd Deus præcepit, uel q̄ habitus charitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritatis non inclinat in dilectione Dei, quod est falsum. patet consequentia, capio tempus pro quo diligere debeam Deum non teneor tunc in illo tempore. præcipiat mihi, ut Deum diligam, non teneor in isto casu, vel charitas non inclinat ad dilectionem Dei, uel inclinat in oppositum eius, quod præcepit quia pro, a, non teneor diligere Deum: ergo charitas non inclinat, quia si semper inclinat, semper teneor: ergo stante precepto Dei, charitas non inclinat, quòd si non semper inclinat ad diligendum Deum: ergo inclinat ad oppositum præcepti.

Querũdam solutio. Aliqui dixerunt, quòd casus non est possibilis, quia destruit naturam charitatis. Alii admittunt casum, & cum dicitur, q̃ charitas inclinaret in oppositum præcepti Dei, in casu non in conuenit, tamen regulariter non; ut si in die festo sum in charitate, & Deus præciperet mihi, ut non eum diligam, & non eliciam actum charitatis, tunc charitas inclinabit ad non eliciendum actum, & ita inclinabit in oppositum præcepti: ergo erit malus, nego. quia habitus est forma naturalis, sicut caro inclinat in formidinem &c. ergo erit mala, non. A d casum pro, a, non teneor diligere Deum, utrum in tempore, a, inclinet me charitas ad diligendum Deum? quærit argumentum, utrum charitas solum inclinet ad diligendum pro quando teneor. dico, quòd semper inclinat, quia est forma naturalis, tamen nõ semper teneor, & pro semper implere illud ad quòd inclinat: ergo inclinat in oppositum præcepti, nego. probatur, quia non inclinat ad diligendum Deum in, a, dico, quòd non inclinat in oppositum immo semper inclinat ad diligendum Deum, licet non cadat in obligatione præcepti, qualiter & quando tenetur quis ad diligendum Deum super omnia.

Solu. dubit.

Quare habitus charitatis sit necessarius. Tertius punctus, quomodo intelligitur, quòd habitus charitatis necessarius sit ad diligendum Deum super omnia. dicit Doct. quòd necessarius est propter intentionem actus. secundo propter circunstantiam actus. tertio propter actum in se. dicit sorte, quare dicit sortes propter actum in se, quia duplex est opinio. Vna dicit, quòd ad actum diligendi concurrit charitas effectiuè. alii dicunt, quòd charitas non efficit, sed inclinat. ideo dicit Doct. propter actum in se, sorte: quia si causat partialiter actum, requiritur propter actum in se. si autem præcisè inclinat non requiritur necessario. Secundo requiritur propter circunstantiã actus, quę est acceptatio. Sed duplex est acceptatio generalis, & specialis, in actu meritorio est vna conditio propter charitatem, quia est acceptatio ad uitã æternam specialis, non generalis, quia ista est omnium, & Christianorum, & Iudæorum, & Græcorum, quia solem suũ oriri facit super bonos, & malos &c. ex sola charitate habetur illa conditio, & condignitas ad intrandum nuptias. tertio requiritur propter intentionem actus. procedimus ordine retrogrediendo, quia actus elicitus a charitate & uoluntate, est perfectior quam actus elicitus a uoluntate tantum sine charitate. capio duas uoluntates inæquales in natura, Angeli, & Sortis, sit perfecta una uoluntas, ut octo, alia ut sex, det utrique charitatem conuenientem eliciant actum secundum suum conatum: actus Angeli est perfectior quam actus ipsius hominis.

Quare Scot. dicas sorte.

Acceptatio duplex.

Ponatur, quòd actus diligendi angeli, sit ut sex, & actus diligendi hominis, ut tres. perdant charitatem ambo, uolo ut Angelus eliciat actum secundum eundem conatum, sicut cũ charitate, & etiam uoluntas ipsius hominis priuata charitate eliciat actum tanto conatu, sicut cum habebat charitatem, actus diligendi Angeli erit ut tres, quia non habet charitatẽ. actus diligendi hominis erit perfectionis, ut unius cum dimidio, quia quando eliciebatur cum charitate, erat, ut tres. tunc quæro, quæ voluntas plus deficit a perfectione sui actus? uoluntas perfectior secundum proportionem Arithmeticam, quæ attenditur secundum maiorem quantitatem perfectionis, quia deficit illa a prima perfectione, ut tertia: alia autem hominis deficit a prima perfectione, ut unius cum dimidio. in uno cum medio, maior est perfectio ad tria, quam in tribus ad sex secundum proportionem arithmeticam: ergo illa prima uoluntas plus deficit a perfectione, quam secunda secundum Arithmeticam proportionem. sed non plus deficit secundum proportionem Geometricam, quia secundũ geometricam proportionem æqualiter deficiunt, quia sicut se habent tria ad 6. sic unum cum medio ad tria, quia in proportione sub dupla. ecce tertius punctus.

Sol. princip. argum. Ad primum argumentum principale quæsitum est in principio quæstionis. Vtrum esset aliqua uirtus Theologica inclinans ad diligendum Deum super omnia, dictum est, quòd sic: restat soluere argumenta principalia.

1. princip. Primo arguitur, quòd non sit ponendus talis habitus, quia si esset ponendus talis habitus, tunc inter Deum, & hominẽ esset uera amicitia: consequens est falsum. patet, quia amicitia est inter pares, non est Domini ad seruum, nec econtra, sed Deus est omnium Dominus, & creatura serua Dei: ergo non est ponenda talis amicitia. consequentia patet, quia amicitia est inter pares, igitur.

Sol. 1. prin. Amicitia dup. Doc. distinguit de amicitia, potest enim capi dupliciter, primo extensiuè, secundo propriè. extensiuè est amor amicitiæ, secundo capitur strictè, & ad illam duo requiruntur, primo æqualitas, ideo regis ad militem non est amicitia, nec Dei ad creaturam. Secundo requiritur honestas, dicit Cicero, quòd fundamentum amicitiæ est uirtus: ideo qui habent societatem ad malum, ad furtum, & ad alia, eorum societas non est amicitia. etiam non est amicus qui diligit alium propter bona mundi: illa charitas est amicitia extensiuè, quia qui habet charitatem, habet suum amicum charum, & gratum. Arist. lo quitur de. amicitia propriè dicta.

2. princip. Secundo arguitur, quòd non sit ponere aliquem habitum inclinantem ad diligendum Deum supet omnia, quia nullus est habitus inclinans nos ad actum impossibilem nobis: sed actus diligendi Deum super omnia, est nobis actus impossibilis: ergo non est ponendus habitus inclinans ad illum actum. maior est nota, quia tunc nec essemus laudabiles nec uituperabiles. minor patet, quia est impossibile diligere Deum plus quam se: ergo non est actus inclinans ad diligendum Deum super omnia. Antecedens huius patet, quia amor ad seipsum est maximus, qui nobis potest inesse, quia amicabilia ad alterum mensurantur ex amore ad seipsum, & mensura est perfectior omni mensurato: ergo actus diligendi Deum super omnia est impossibilis: ergo propositum.

Cõfirmatio rationis dup. Confirmatur, quia amor fundatur super unitatem, quanto unitas est maior, tanto est maior amor: sed idem est magis vnum ad se, quàm ad quodcunque aliud: ergo &c.

Sol. scdm. Respondet Doct. ad argumentum. ubi notandum est, quòd cum dicitur in minori, quòd actus diligendi Deum plus quã meipsum est impossibilis, falsum est.

Aliqd dicitur mẽsura alterius dupliciter. Pro declaratione notandum, quòd aliquid dicitur mensura alterius dupliciter: primo formaliter secundum suam rationem formalem: secundo dicitur esse mensura quantum ad innotescentiam. exemplum primi, ut in omni genere est assignare unum primum & perfectius, mensurans alia, & quanto aliquid in illo genere accedit, vel recedit ab illo, tanto est perfectius, & imperfectius. sic non uult habere philosophus, quòd amor ad se mensuret amorem ad alium, quia amor ad aliud est perfectior aliquando. Secundo quantum ad innotescentiam, & sic accidens est mensura substantiæ, quia innotescit substantiam: sic amor ad se est mensura aliorum amorum, sed non sequitur, quòd ille sit perfectior.

2. solutio. Vel aliter dicendum est, quòd philosophus loquitur de amicitia strictè sumpta: sed non de amicitia large, comparando amorem ad se, ad amicitias strictas, est uerum, sed non comparando ad amorem Dei, & summi boni.

Solu. confir. Ad confirmationem dicit Doct. quòd licet requirat unitatem, amor tamen maior maiorem unitatem requirit, & quia Dei bonitas est maior mea, & cuiuscunque alterius, &c.

3. princip. Tertio arguitur sic. Sine habitu charitatis potest homo diligere Deum super omnia: ergo non est necesse ponere habitum charitatis, qui inclinet ad diligendum Deum super omnia. patet antecedens, quia bene sequitur, cum habitu charitatis potest Sortes diligere Deum super omnia: ergo & sine habitu charitatis. Antecedens est notum. patet consequentia, sicut cum habitu, & sine, quia habitus non dat agere, licet det modum agendi, scilicet agere delectabiliter, & expeditè dat præcisè conditionem in actione, sed sola potẽtia est, quæ simpliciter agit.

Solu. tertiũ. Dico, quòd bene potest quis diligere Deum super omnia ex solis naturalibus, tamen propter intẽtionem actus, & propter circunstantiam actus, oportet ponere habitum charitatis, ut dictum est.

4. princip. Vltimo arguitur & melius, quòd non sit ponere istum habitum charitatis infusæ. arguitur sic. quia si esset ponenda charitas infusa, duo habitus eiusdem speciei essent simul in eadem uoluntate: consequens est inconueniens, quia alter superflueret: non enim ponuntur in Geometria duo habitus Geometriæ totales, quia alter superflueret. consequentia probatur, quia tunc esset ponere charitatem creatam, & infusam in eadem uoluntate, & sunt eiusdem speciei: ergo probatur istud assumptum. concedit Doctor, quòd aliquis ex puris naturalibus potest diligere Deum super omnia, & ex illis actibus dili-

diligendi potest acquirere habitum charitatis creatæ, & ponitur etiam infusa. patet, quòd sunt eiusdem speciei, per Ambrosiũ, & Augustinum differentia originis non variat speciem. rana producta per propagationem, & per putrefactionem, sunt eiusdem speciei. sic est hic, & ambo ad idem inclinant, ergo ponerentur duo habitus in eadem uoluntate eiusdem speciei.

Solu. 4. Duæ difficultates sic examinãtur Doctor petit hic duas difficultates, primo uidendum est de actu diligendi Deum naturaliter, et actu diligendi Deum meritoriè, utrum differant specie. secundo uidendum est de illis duobus habitibus.

Ad primum patet, quòd illi duo actus differant specie; quia eliciuntur a principiis differentibus specie: patet, quia non est differentia minor in principiatis, quam in principiis. Antecedens patet, quia charitas creata, & increata, quæ sunt principia illorum actuum, differunt specie.

Dico, quòd illi duo actus diligendi Deum super omnia, modo naturali, & meritoriè non differunt specie.

Quia duo absoluta eiusdem generis, non possunt poni differre specie per solum respectum eis aduenientem: sed actus diligendi Deum meritoriè, non addit aliquid super alium, nisi solum respectum: ergo non possunt poni differre specie, loquendo de qualitatibus illis.

Addit enim actus diligendi Deum meritoriè, solum respectum acceptabilitatis.

Confirmatur, quia potentiale a sua specie non differt specie, ut animal ab homine, quia animal est potentiale respectu hominis, & homo addit aliquid super animal, scilicet rationalitatem, sed dilectio naturalis est quoddam potentiale respectu dilectionis meritoriè: ergo non differunt speciè, dilectio naturalis. est enim in potentia ad acceptabilitatem, & ad alias dispositiones, quia si Sortes nunc eliceret dilectionem naturalem circa Deum, post haberet charitatem infusam, non esset aliqua distinctio specifica, unde addit una super alteram solum acceptationem, sed illa acceptatio non est sufficiens constitutum speciei.

Obiicit contra respons. Contra, cognitio fidei, & naturalis, differunt specie: ergo & dilectio naturalis, & dilectio meritoria.

Antecedens patet dupliciter, primo, quia actus cognoscendi ueridicus, & non ueridicus, differt specie, sicut scientia, & opinio: sed cognitio fidei est cognitio veridica Dei, cognitio naturalis potest esse non ueridica: quia sibi subesse potest falsum. etiam fides, & scientia, specie differunt: ergo & cognitio fidei, & cognitio naturalis, sic est dicendum de dilectionibus, quia est dicendum eodem modo de actu intellectus, & uoluntatis.

Sol. obiectio Ad argumentum negatur antecedens: ad probationem, actus cognoscendi veridicus, & non ueridicus differunt specie. actus potest dici certus dupliciter, primo certitudine intrinseca, ut principium.

Alia extrinseca, ut istud est mihi certum. Roma est, quia ei assentio ex testimonio istius, & aliorum quãdo dicitur, quòd in actu credendi est certitudo, uerum est, extrinseca quia inititiua primæ regulæ.

Notat Doct. quòd actus credendi, quo credo alicui credibili per fidem intusam, non est mihi certior illo actu, quo assentio eidem per fidem acquisitam. si assentiam isti, Christus seutio eidem per fidem acquisitam. si assentiam isti, Christus est passus per fidem infusam, non esset mihi certior, quam si assentiam per acquisitam, quia non est maior certitudo unius habitus, quam alterius, quia nescit certitudinaliter, bene credit se habere habitum infusum.

Ideo dicit Doct. quòd actus illi credendi, non differunt specie, nec sequitur, si unus est veridicus, quòd alius non: quia certitudo est extrinseca, non intrinseca.

Contra scientia, & fides differunt specie, uerum est: ergo & dilectio naturalis, & meritoria. nego.

Ad argumentum, principia differunt specie. concedo: ergo actus. nego. contra, maior, uel tanta est distinctio in principia tis quanta in principiis. 3. Duplicia sunt principia, quædam totalia, & quædam partialia: si principia totalia differunt specie, & etiam principiata, sed non si partialia. modo est hic sic, quia eadem est uoluntas in qua est dilectio naturalis, & meritoria.

Prin. duplicia.

Producibilia duplicia Ad aliud dubium, Vtrum charitas creata, & infusa differant specie, dicit quòd sic, ideo argumentum est verum in eo quod probat, sed assumptum est falsum. quòd charitas creata & infusa sunt eiusdem rationis. Ad Ambros. & August. producibilia sunt in duplici differentia, Quædam sunt quæ producuntur a diuersis producibilib. & ab uno produci possunt, vt capta rana generata per putrefactionem, & alia per generationem, non differunt specie, quia possunt produci ab eodẽ producente, quia utraque rana potest produci per generationem. & de istis intelligunt Aug. & Ambros. quòd sola distinctio originis, non uariat speciem.

Alia sunt producibilia, quæ distinguntur, & producuntur a diuersis producentibus, sed indifferenter non possunt produci uno modo, sicut est hic. charitas infusa sic a Deo producitur, quòd non posset alio modo produci, sed charitas creata posset a Deo produci. nec de talibus producibilibus, intelligunt Aug. & Ambros. charitas ergo infusa, & creata, differũt specie, sic est de specie: & fide: tamen actus eliciti ab illis, non distinguntur specie adinuicem: quia tales habitus non sunt totalia principia, sed partialia. & sic patet resolutio quæstionis.

DISTINCT.

VIGESIMAE OCTAVAE.

QVAESTIO VNICA.

De dilectione proximi.

IRCA distinctionem uigesimamoctauam. Quærit Sco. Vtrum eodem habitu sit diligendus proximus, quo diligitur Deus: postquam magister determinauit de charitate in ordine ad Deum, nunc determinat de ipsa in ordine ad proximum. B. Aug. dicit quòd ex charitate quatuor sunt diligenda. Primo illud, quod supra nos est. Secundo illud, quod sumus nos. Tertio illud, quòd prope nos. Quarto illud, quòd est infra nos. De prima uisum est, quia ponitur habitus inclinans ad diligendum Deum super omnia, nunc determinabitur de aliis, quòd sic, quia eodem præcepto tenetur diligere Deum super omnia, & proximum: ergo eodem habitu possumus diligere Deum, & proximum, antecedens patet ex eo, quòd habetur in prima Canonica B. Ioan. cap. 4. mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum diligat, & fratrem. patet consequẽtia, quia habitus inclinat ad actum præcepti. istam partem cõcludemus.

Tres art. q. In hac quæst. Doc. facit tres articulos primus quomodo habitus charitatis respicit proximum, & quærit utrum proximus sit obiectum charitatis, sicut & Deus. secundus est qualis habitus habendus sit circa proximum. tertius quis est proximus. Quantum ad primum articulum, Scotus, primo præmittit duo notabilia, post ponit unam conclusionem, & suam

Quid notificatiue charitatis significatur. Primo notat Doct. quid nominis charitatis, charitas est habitus quo habetur Deus charus. habens charitatem habet Deũ charum. supponatis secundum Scotum in 2. distinct. 27. quòd idem est habitus realiter charitatis, & gratiæ, sed alia ratione dicitur charitas, & alia ratione dicitur gratia. Deus potest cõfiderari dupliciter. primo in ratione diligentis, & acceptantis. secundo in ratione dilecti, & amati; & ideo habitus charitaris qui inclinat in Deum, aliquando nominatur gratia, & charitas. gratia nominatur pro quanto habentẽ illum habitum Deus acceptat, & diligit. iste idem habitus, ut respicit Deum, uocatur charitas, quia habetur per ipsum dilectus, & amatus. Scotus nunc tangit illa, quæ ibi tetigit.

Deus pt̃ habere charus dupliciter. Secundo notandum est principaliter, quòd Deus potest habere charus dupliciter, primo amore priuato, secundo amore communi.

Amor priuatus est ille qui non vult habere consortium, ut patet in zelotipia, si aliquis ita diligat aliquem, ut non uellet aliquem alium eum diligere. ideo in zelotipo non oportet esse condiligentem. quia sic diligit Deum, ut nollet aliquẽ alium diligere Deum.

Amor communis est ille qui vult habere consortium. diligõ Sortem, & uellem omnes ipsum diligere.

Dicatis, quòd amor priuatus respectu Dei, est simpliciter inordinatus: quia si diligat Deum, & uult aliquem Deum diligere, inordinatè diligit Deum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Etiam dico, quòd amor quo aliquis amat Deum, & habet Deum charum, amore communi, ille amor est communis. Tertio dico, ꝙ cum charitas inclinet in amore Dei, non inclinet in amorem Dei priuatum, sed in actum amoris Dei cõmunem. ideo amor respicit Deum tanquam dilectum.

Concl. propria. Ponatis conclusionem talem, ad istum articulũ. Licet Charitas habitus sit quo diligimus Deum, & proximum, tamen habitus charitatis proximus non est obiectum loquor de formali obiecto, non de eo, quod concomitatur rationem primi obiecti, nec de eo, quòd per accidens est obiectum, sed de primo obiecto. sequitur, quod licet charitas inclinet ad dilectionem proximi, non tamen tanquam in obiectum primum, nec primo, licet bene concomitantur, & secundario.

Eodẽ habitu diligitur Deus & proximus. Notandum est, quòd amicitia dupliciter capitur, positiuè secundo negatiuè, quia non displicet, non habetur in odium, modo: ergo habitus charitatis respicit proximum in ratione primi obiecti, sed in ratione secundarii obiecti, est tamen vnus habitus, quo diligitur Deus, & proximus, quia idem est habitus actus recti, & reflexi: ergo est idem habitus quo diligitur Deus, & proximus, antecedens declaratur, habendo habitum Geometriæ, scio actualiter, conclusiones Geometrię & scio me scire illas conclusiones, & eodem habitu quo illas scio, scio me scire illas: ergo est idem habitus quo diligitur Deus, & proximus. patet, quia est actus rectus, sed uolo diligere Deum, & reflexus, sed uolo me diligere Deum, ut sicut dilectio Dei est in me, ita uolo, ut sit etiam in aliis, sicut uolo diligere Deum, ita volo Sortem diligere, & hoc eodem habitu: ergo eodem habitu diligo Deum, & proximum.

Contra, non eodem habitu intelligo Deum, & intelligo alium intelligere Deum: ergo non eodem habitu uolo Deum, & uolo me uelle Deum. patet antecedens, quia habitu fidei scio Deum, sed per fidem ego non scio Sortem scire Deum: ergo nec per eundem habitum uolo Deum, & uolo Sortem uelle Deum.

Dicet Doctor. quòd actus supra quem fit reflexio, duobus modis potest significari: actus ille est diligere. primo modo potest significari nominaliter, quoniam significatur secundum quidditatem suam; quando significatur in abstracto præcise, quòd est idem dicere, sicut dilectio est sensus, uolo me diligere, idest uolo meam dilectionem: ideo sic acceptum, nihil connotat, sed denotat suam rationem formalem, secundo significatur uerbaliter, quando significatur per modum actus egredientis a Sorte, & connotat suppositum a quo est, & est sensus, uolo diligere, idest uolo uoluntatem meam elicere talem actum, ista conceditur. B. Michaci scit diligere Deũ nominaliter: sed non uerbaliter.

Patet prima pars. Quia Michael scit dilectionem Dei infinitam.

Patet secunda pars. Quia non potest elicere actum diligendi Deum infinite. Etiam ista conceditur, filius scit generare filium, si ly generatione capitur nominaliter, non autem si uerbaliter, quia sensus est, scit generationem suipsius, est uera, sed non potest generare. sic in proposito, & sicut dico de diligere. Ista distinctione supposita.

1. prop. Prima propositio est ista, si actus quo sit reflexio, & actus quo reflector sit respectu actus uolendi, potest esse tam respectu absentis, quam respectu præsentis uult dicere, quòd actus quo reflector potest esse respectu actus eliciti, & respectu actus eliciti, siue qui potest elici, ut uolo Sortem diligere Deum.

Ad hoc, quòd ego reflectar, non oportet, quòd Sortes actu elicito tendat in Deum, sed potest esse, quòd non diligat, & quòd diligat.

2. prop. Secunda propositio. si actus quo ego reflector super alium actum pertineat ad intellectum, non potest esse talis reflexio, nisi respectu præsentis, sed oportet, quòd sit respectu præsentis, ut scio te scire Deum, adhoc, quòd ista reflexio sit uera, oportet, ut actu elicito ego sciam Deum, & Sortes sciat Deũ, & ad hoc quod hæc reflexio sit uera. ego uolo Sortem uelle Deum, non oportet, quod uelit Sortis Deum.

Ad argumentum non eodem habitu intelligo Deum, est falsum, & non est simile.

2. arg. ¶De secundo dico &c.]

Disputabatur. Vtrum eodem habitu diligatur Deus quo, & proximus. dictum est, quòd sic. Quæritur nunc, quis est habitus ille quo diligimus proximum? Doctor. præmittit unum dicens, quòd stat aliquem errare circa conclusiones, & non errare circa principia; & possibile est, quòd negetur conclusio, & non principia, ut cum dicitur unius lineæ ductæ ab eo dem puncto in idem punctum sunt æquales, sed arcus, & cor da sunt ducta ab eodem puncto in idem punctum: ergo sunt æquales, negat conclusionem, & non principia.

1. dictum Scot. Primum dictum Doctor. ex dilectione infiniti boni, absolutè loquendo quantum est ex natura actus, non sequitur necessario dilectio proximi, licet dilectio Dei sit quodammodo principium, tamen stat aliquem diligere Deum ex natura actus, & non proximum.

2. dictum. Secundum dictum. Ex destructione dilectionis in proximũ non necessario sequitur destructio dilectionis in Deum, quia ex quo aliquis negat conclusiones, non necessario negat principia. tamen est notandum, quòd dilectio proximi destruitur dupliciter, primo contrarie, odiendo Sortem, & proximum. Secundo contradictorie eum non diligendo.

Dicit Doct. ex destructione dilectionis in proximum quocunque modo intelligatur non sequitur destructio dilectionis Dei, ita quòd ista consequentia non ualet. non diligo proximum, ergo nec Deum. sic non ualet, diligo Deum: ergo diligo proximum, & hoc probatur, quia potest quis errare circa conclusiones, & non circa principia, ut isti assentio, omnis mula est sterilis, & non isti, ista mula quæ habet grossum uentrem est sterilis. habetur ex isto, quòd ex illo actu qui est diligere Deum, non necessario concluditur iste actus qui est diligere Deum, & proximum.

Secundo dico, quòd ex natura habitus non concluditur necessariè, & absolutè loquendo, dilectio proximi sicut Dei, quia non implicat contradictionẽ, quòd ex isto habitu diligatur Deus, & non proximus, saltem negatiuè, quia obiectum istius habitus est Deus. non dico, quòd non concluditur, sed dico, quòd non concluditur necessario, & simpliciter.

Tertio dico de præcepto superaddito habitui charitatis, concluditur necessitas nedum dilectionis in Deum, uerum, & dilectionis in proximum.

Quia mandatum habemus a Domino, ut qui diligit Deum diligat, & proximum, & habitus inclinat ad actum præcepti, ideo sicut concluditur necessitas dilectionis in Deum, ita & in proximum. patet istud diligendo Deum, & non proximum se subtrahit Deus ab homine, si quis ergo diligit Deum & nõ diligit proximum, non diligit Deum.

Patet consequentia, quia si subtrahat se Deus, etiam & charitas subtrahitur. ergo non plus diligit Deum.

Patet antecedens. notandum est, quòd dupliciter potest destrui charitas: primo propter formalem repugnantiam ad illud, quòd ponitur. sic non destruitur charitas ob repugnantiam: secundo intelligitur demeritoriè. sic intelligitur, tunc sic, diligendo Deum, & non proximum transgreditur quis præceptum, quia qui diligit Deum, etiam diligere debet, & proximum, transgrediendo præceptum subtrahitur charitas: ergò qui non diligit proximum, ab eo subtrahitur charitas.

Ex his concluditur excellentia charitatis. solet quæri. Vtrum charitas creata posset excedere charitatem infusam, quòd sic, ponendo charitatem creatam centum graduum infusam unius, tunc illa esset excellentior.

Dicit Doctor. quòd minima infusa est excellentior, quam quæcunque alia, & sua perfectio non attenditur ex gradibus, sed ex formali ordine in obiectum attenditur: quia habitus charitatis infusæ, respicit Deum tãquam obiectum dilectum amore communi: sed charitas creata potest respicere Deum tanquam dilectum amore priuato, ut in zelotipia, ideo est perfectior habitus charitatis infusæ, quocunque alio.

Dicit Doctor. quòd ex natura habitus non concluditur necessitas absolutè dilectionis proximi, nec ex natura actus, sed concluditur ex præcepto superaddito. sententia doctorum, licet ex natura actus absolutè non concludatur necessitas dilectionis proximi, tamen ex natura actus, ut elicitur secundum talem habitum infusum, concluditur necessitas dilectionis proximi. quia natura actus eliciti, secundum habitum infusum, est ut diligatur Deus, & ut diligatur a quocunque alio potente ipsum diligere.

Ecce qualiter se habeat habitus ad necessitatem dilectionis proximi.

3. arg. quis sit proximus? proximus dicitur quadrupliciter. Tertius articulus est, quis dicitur proximus, magister dicit, quòd proximus potest dici quadrupliciter. Primo natiuitatis cõditione. sic ois homo est meus proximus, quia nos oẽs ab uno homine originati sumus, & sumus similes in natura, sic

non capit hic, quia damnati essent nostri proximi.

Secundo dicit spe conuersionis. sic peccator omnis in uia. dicitur esse proximus. quia non est de eo desperandum, quia potest conuerti, & Deus eius miserebitur. sic damnati non sunt proximi.

Tertio dicitur cognationis propinquitate, sic fratres, & sorores sic sunt proximi.

Quarto dicitur beneficii exhibitione, ut legitur de semiuiuo, transiuit leuita, & non curauit, nec sacerdos, sed Samaritanus eum sanat, quis est proximus quærit Christus; dicit pharisæus, qui fecit in eo misericordiam. dicit Christus rectè iudicasti. sic damnati non sunt proximi.

Quis proximus secũdũ Sco. Scotus aliis utitur, quis dicatur esse proximus. proximus est ille, cuius amicitia, est grata dilecto. quæro, utrum Christus dicatur esse proximus? dico, quòd ipse, ut homo est proximus, non ut Deus, quia proximus est, qui est iuxta nos. Deus est supra nos: ut homo est iuxta nos. patet, quia amicitia Christi est grata Deo: ergo Christus est proximus: patet secundum magistrum, quia Christus potest impendere misericordiam, & impendit: ergo est proximus noster, ut homo, & cum diligimus proximum etiam diligimus Christum.

Beati sunt proximi. Vtrum beati, & electi, sint proximi, ita quòd eorum dilectio est grata dilectio, quia cum me diligant, eorum dilectio est grata Deo.

Dãnati non sunt proximi. Tertio quæro utrum damnati, & dæmones sint proximi, non; quia non possunt impendere misericordiam, sed maledictionem; nec eis possumus impendere: quia non liberabuntur à pœnis. Sed quid de Traiano, cui impendit Gregor. misericordiam, quando eum liberauit, & orauit pro eo? dicatis, quòd non impendit misericordiam damnato secundum definitiuam sententiam; tamen erat damnatus secundum quid quo ad localem constitutionem, quia debebat esse ibi usque ad tempus orationis Greg. Cum autem dicitur, quòd in inferno nulla est redemptio, intelligitur de damnatis secundum definitiuam sententiam. tamen fuit increpatus ab angelo, & habuit punitionem a Deo ipso, nec oratio fuit forte laudabilis. etiam Glossa sup illud, & odio habebis inimicum tuum, ideſt diabolum. Sed de existentibus in purgatorio, Vtrum sint proximi, quia eis impendere possumus misericordiam, & ipsi nobis, de existente in actuali peccato, & de peccatore, ut peccator est, non est propitius, quia eius dilectio non est grata dilecto, sed de infidelibus, & Sarracenis, & Iudæis, & gentilibus, non sunt proximi in sensu composito, tamen bene in sensu diuiso, si detestetur Iudaismum, & persidiam.

Dño Traianus fuerit damnatus. Vtrum omnes Christiani sint proximi mei, & omnes viatores? de uiatoribus est loqui dupliciter. primo in particulari. secundo in communi in particulari, de isto scelerato, de isto bono, & de isto malo, & etiam omnis uiator est proximus, in communi capiendo viatorem, quia nunquam fuit, quin aliquis uiator habuerit gratiam. nam Ecclesia incœpit ab Abel, immo ab Adam: alioquin aliquando fuisset ecclesia, & non fuisset aliquis qui habuisset gratiam. Teneor ergo diligere omnes viatores in communi, quia debeo velle ipsos diligere Deum, sed in particulari teneor sub conditione, ut uideo blasphemum debeo velle illum diligere Deum, si placeat Deo. proximus ergo est cuius dilectio grata est dilecto, & debeo presumere hoc de omnibus uiatoribus: ideo omnes sunt proximi, tamen in his sunt quidam qui pluribus rationibus sunt mihi proximiores quam alii, ut pater, & mater, quam extraneus: & frater, quam alius. Vtrum sit idem habitus quo diligitur Deus, & proximus?

Sol. prin. argum. Arguitur, quòd non. Vnus habitus habet tantum unum obiectum formale: sed proximus, & Deus non sunt unum obiectum formale, sed duo: igitur &c.

Minor patet, alia est Dei bonitas, & alia proximi, & respicit habitus obiectum in ratione boni.

Sol. primũ. Dicatis, quòd argumentum accipit unum falsum, quòd ista duo respiciuntur ab habitu, ut duo obiecta eius, quia proximus non est obiectum, quia non est idem obiectum actus recti, & reflexi, ut scio lapidem, & scio me scire lapidem, sic est hic, uolo Deum, & uolo eum diligi a quocunque potente eum diligere.

2. princip. Secundo arguitur sic. Charitas est habitus Theologicus: ergo ipsa non diligitur proximus tanquam habitu. patet consequentia, quia habitus Theologicus habet Deum pro obiecto: & proximus est quid temporale.

Solu. scdm. Ponitur una bona solutio, quia charitas non respicit proximum in se, sed in ordine ad Deum, quia diligo proximum, uolendo eum diligere Deum.

Replica contra solut. Contra, idem posset esse habitus omnium, quia omnia referuantur in Deum, & sic uirtutes morales erant una, Quia ordinantur in felicitatem, & omnia in Deum.

Sol replica. Respondet Doct. dicendo quod duplex est obiectum charitatis, quoddam est quietatiuum: aliud est secundum actum ipsius reflexum, uel aliter, Quoddam est obiectum charitatis secundum actum rectum, aliud est secundum actum reflexum, secundum actum rectum est Deus qui diligitur in se, & anima propter ipsum. obiectum charitatis secundum actum reflexum est ipse diligens, et proximus, quia uolo me diligere Deum, & uolo omnes diligere eundem ex charitate. uerum est, ergo non proximum; distinguo, uel secundum actum rectum in quem inclinat ille habitus, & sic uerum est, uel secundum reflexum, & sic est falsum, nec est simile de aliis uirtutibus, quia habent sua obiecta, nec una supra aliam reflectitur.

3. princip. Tertio arguitur, quia alius est habitus quo intelligitur principium, & alius quo intelligitur conclusio: quia conclusio per scientiam, & principia per intellectum: ergo & alio habitu Deum diligimus, & alio proximum, quia dilectio proximi est conclusio respectu dilectionis Dei.

Sol. 3. prin. Dicit Doctor. quòd non est simile in appetitiuis, & intellectiuis.

Primo dicit, quòd per proprium habitum principii, tendit in illa.

Secundo dicit, quòd per proprium habitum tendit in conclusionem ueram. ideo est alius habitus conclusionis, & principii.

Tertio dicit, quòd eadem bonitas est ratio tendendi in dilectionem Dei, & proximi; non sequitur, quod sit alius habitus, quo diligitur Deus, & alius quo diligitur proximus, ideo non est simile in aliis, & his, quia principia habent euidentiam ex terminis, & euidentia conclusionis non est causa euidentiæ principii: conclusio ergo non habet eandem rationem euidentię, sicut principia, ideo &c. Sed eadem est bonitas, & ratio tendendi in Deum, & proximum, quia diligo Deum propter se, & proximum propter Deum. ideo negat Doct. similitudinem.

DISTINCTIO VIGESIMAENONAE.

QVAESTIO VNICA.

De dilectione sui ipsius ex charitate. Circa distinctionem vigesimamnonam. Quæritur, vtrum quilibet post Deum, teneatur maxime diligere se, quia dubium est quid debeatur magis diligi post Deum nos scimus, quia ordinauit in me charitatem, sed utrum datum sit præceptum ad nos diligendum, ita clarum, & explicitè, sicut datum est præceptum de diligendo Deum, & proximum, ideo & de nobis ipsis etiam ob propinquitatem, uidetur datum.

Contra. Aliquis odit se, cum se occidit. nego, sed odit miseriam præsentem in qua est, quia excecatus est ne se uideat, & ut uideat miseriam, & quia uult eam euadere, ideo se occidit.

In infinitum autem teneor me diligere, quia teneor me plus diligere, quam infiniti homines si essent, quia si diceretur mihi, uel infiniti homines damnabuntur, uel peccabis, non debeo peccare, quia plus debeo me diligere, quam alios.

Quod ita sit probatur sic. Mensura, est excedens mensuratum, sed amor sui est mensura dilectionis alterius hominis: ergo &c.

Resp. doct. ad q. 1. dictũ. Doctor dicit tria, primo dicit. quòd sicut charitas est principium primo tendẽdi in Deum actu recto, ita est principium

Universidad de Deusto
Biblioteca

primo actu reflexo tendendi in se. Deus est obiectum primum actus recti, qui est uelle aliquid propter se, sed si ego sum obiectum primum actus reflexi, quo uolo alium diligere Deum, ego primo uolo me diligere Deum.

2. *dictum Sco.* Secundo dicit Doctor. sicut charitas est principium diligendi Deum, ita est principium cuilibet uolenti diligere Deum, sicut est principium actus recti, scilicet diligendi Deum, ita etiam actus reflexi quo uolo diligere Deum.

3. *dictum.* Tertio dicit. inter omnes actus reflexos tendendi in Deū, actus tendendi in se est maximus, quia quilibet tenetur se magis diligere plus quam virginem, & plus quam humanitatem Christi.

Ille diligitur ex charitate, qui diligitur ad beatitudinem, & plus debeo diligere meam beatitudinem, quam beatitudinem aliorum: quia non prosunt mihi. Persuadetur hoc, quia plus post Deum debeo mihi diligere actu iustitiam, quam alteri: ego plus debeo me diligere, quam alios. etiam dilectio fundatur super bonitatem & unitatem.

1. *princ. sol.* Contra, quia se diligens vituperatur: ergo charitas inclinaret in actum inordinatum, quod est falsum.

Dupl. amor sui. Notandum est, quòd duplex est amor sui, quidam est inordinatus, & immoderatus, ut Luciferi, alius est quo quis se amat moderatè, & in ordine ad finem. de primo intelligit philosophus, non de secundo.

2. *princ. sol.* Secundo arguitur, quia nemo dicit proprie habere charitatem ad seipsum.

Respondeo, hoc potest intelligi dupliciter, primo irreferibiliter, sistendo se in dilectione sui, & hic nullus habet charitatem ad se, & ille amor est inordinatus, quia ego non me diligo propter me saltem ordinatè.

Secundo potest intelligi referibiliter, quia refert in ultimū finem suum amorem, sic potest quis habere charitatem ad seipsum.

DISTINCT. TRIGESIMAE.

QVAESTIO VNICA.

De dilectione inimicorum. CIRCA distinctionem trigesimam. Quæritur de dilectione inimicorum. Mouetur hæc quæstio, vtrum sit necesse ex charitate diligere inimicum.

Inimicitia dupl. Notandum est, quòd inimicitia capitur dupliciter, primo modo secundum ordinem naturæ, quemadmodum dicimus, q̄ est inimicitia inter illa, quæ habent repugnantiam naturæ ad inuicem; ut calidum, frigidum, & contraria.

Ista non cadit inter homines, quia sunt participes eiusdem naturæ, & sunt unus homo participatione speciei.

Secundo capitur, vt est præter ordinem naturæ, & illi conuenit, cui conuenit a natura, vt sit animal mansuetissimum, ista inimicitia inter homines inuenitur.

Quid sit inimicus. In proposito, describiiur sic. Inimicus est omnis qui affectat malum pœnæ, aut culpæ, non propter emendationem, nec propter iustitiæ executionem.

Ex quo patet, quòd pater infligens pœnam sibi, siue malum pœnæ filio, non est eius inimicus. Etiam præsidens, aut prælatus inferens malum pœnæ alicui, non est inimicus, nec etiam ille qui suspendit hominem, quia facit ob executionem iustitiæ.

Inimicus aliquando dicitur affectu: aliquando effectu, & affectu; tantum quando affectat malum pœnæ, aut culpæ, sed quia non potest, ideo non infert illi pœnam, Ille dicitur inimicus affectu tantum.

Alius dicitur inimicus affectu, & effectu, ut quando aliquis alium uexat, uel uerberat.

Dup. inimicus. Notandum est ulterius, quòd duplex est inimicus, scilicet inuisibilis. ut diabolus, & uisibilis, ut homo. de primo loquitur Origenes. hic loquimur de inimico visibili, sicut persecutorem vocamus inimicum.

Notandum est, quòd non quæritur de necessario necessitate simpliciter; sed de necesse necessitate suppositā perfectione legis Euangelicæ. Sensus ergo quæstionis est.

Vtrum suppositā perfectione legis Euangelicę, teneatur quilibet ex charitate diligere inimicum.

Quid sit alię quē diligere ex charitate. Diligere aliquem ex charitate, est diligere aliquem ad id ad quod se diligit, ut tu te diligis ad beatitudinem diligo illum ad idem, est diligere ex charitate, & quòd ita sit, patet per saluatorem dicentem, diligite inimicos uestros. Istud uerbum, est præceptum non consilium, quia inimicus, est proximus, & de præcepto, ideo &c.

Item alia auctoritate, vult dicere potissima merces consistit in dilectione inimicorum.

Item alibi, dimittite, & dimittetur vobis, si ergo uolumus, vt Deus nos diligat, oportet etiam diligere inimicum. Item habetis parabolam de seruo nequam, cui remissum erat omne debitum, & quia ipse non remiserat suo conseruo, ideo redargutus est a suo domino, & dicit Saluator, si sic feceritis non bene erit, & sic faciet pater cœlestis. Ista quæstio est de articulata.

Inimicus capitur multipliciter. Notandum est, quòd inimicus capitur multipliciter, primo formaliter, & per se. secundo materialiter, & per accidens. Inimicus formaliter, est inimicus acceptus secundum rationem inimicitiæ, tamen inimicus, quia idem est, quòd non amicus, dicitur tripliciter, primo negatiuè: secundo contrariè: tertio priuatiuè, sicut iniustus. negatiuè, ut lapis priuatiuè, ut qui non habet habitum iustitiæ, sed potest habere contrariè, ut qui habet habitum iniustitiæ. sic inimicus dicitur, negatiuè, idest non amicus, ut lapis, quia non habet amicitiam nec habere potest. secundo priuatiuè, idest non amicus, sed esse potest, ut existens in puris naturalibus, quia non esset amicus, sed aptus natus esse amicus. tertio contrariè, ut ille qui infert malum, aut culpæ, aut pœnæ. de isto hic loquimur, qui habet rationem contrariam inimicitiæ. tertio est loquendum de inimico materialiter, puta de isto homine Sorte, uel Platone, qui est inimicus.

1. *dictum.* Primum dictum. Non est necesse ex charitate diligere inimicum, loquendo de inimico formaliter, & per se, quia sensus est ratio inimicitiæ non est obiectum diligibile ex charitate, nec actus diligendi, patet per illud, quod dicit propheta, Verte impios, & non erunt; non dicit, & non erunt simpliciter, sed & non erunt impii, & iniusti, & etiam dicit, iniquos odio habui. dicit Augustin. in sermone martyrum, non te persequitur, quod fecit Deus, sed malitia quam fecit homo.

2. *dictum.* Secundum dictum textus est difficultas. q. est de inimico loquendo de eo materialiter, & per accidens.

Diligere inimicū dupl. Pro declaratione dicti notandum est, quòd diligere inimicum, est dupliciter, primo positiuè. secundo prohibitiuè. positiuè est elicere actum positiuum dilectionis circa Sortem inimicum. Prohibitiuè remanendo odium in Sortem inimicum est dicere non odire.

Bonum multiplex. Iterum notandum est, quòd bonum est multiplex, quia secundum bonitatem attenditur dilectio, Quoddam est spirituale, ut gratia, & gloria, ut auditio missæ, oratio, & eleæmosina.

Aliud est indifferens, quòd potest alicui esse bonum, & malum; ut sunt bona temporalia, & corporalia, ut diuitiæ, sanitas pulchritudo, est ergo dubium utrum teneatur ex charitate diligere inimicum, aut positiuè, aut prohibitiuè, uel quo ad bona temporalia, aut spiritualia.

3. *dictum.* Dico itaque, quòd nullus cum charitate perfecta, potest odire bona spiritualia ipsi inimico, & ideo quilibet generaliter tenetur ex charitate ad diligendum inimicum prohibitiuè, quo ad bona spiritualia.

Probatur conclusio. quilibet tenetur ex charitate nolle illud, per quod remouetur ab aliquo dilectio Dei: sed odiendo inimicum quo ad bona spiritualia, remouetur ab aliquo Dei dilectio: igitur nullus potest odire bona spiritualia suo inimico.

4. *dictum.* Quartum dictum. stat cum perfecta charitate unius cuiusque, ut non diligat inimico suo bona indifferentia, uel ut odiat, idest stat, quòd ego sum in charitate, & ego odio inimico diuitias, & sanitatem, patet, quia stat cum perfecta charitate, ut ego mihi ipsi odiam illa bona temporalia: ergo stat cū charitate perfecta, ut ego odiam inimico bona temporalia. tamen

tamen odire bona temporalia, est dupliciter primo uoluntariæ, ut B Franciscus.

Secundo propter exercitationem uirtutis, quia si aliquis non haberet tanta bona in se, laudaret Deum, minor est euidens, ideo &c.

Secundo sic. quia quilibet cum perfecta charitate potest odire alteri quicquid ille sibi odire potest: sed inimicus potest sibi nolle diuitias, & bona temporalia: ergo possum eadē sibi nolle cum perfecta charitate.

Aliquis tamen odit alicui bona propter iniquitatem, patet de filiis Israel, qui gaudebāt de malo Pharaonis, est hic unum dubium de uita corporali, cum sit bonum indifferens. Vtrum aliquis cum charitate possit odire suo inimico uitam temporalem: dico, quòd sic. de locotenente criminalis, qui potest odire isti furi uitam corporalem, etiam de actore, qui agit ut iste suspendatur rectè: ergo aliquis potest alii odire uitam suam corporalem ex charitate, propter conseruationem Ecclesiæ.

5. *dictum.* Quintum dictum. Nullus ex charitate potest simpliciter, & absolute odire inimico suo uitam corporalem. patet, quia nō possum uelle inimico meo istud, per quod impossibilitatur ad diligendum Deum: ergo nō possum ex charitate velle ei mortem: ergo non possum ex charitate ei odire uitam corporalem.

6. *dictum.* Sextum dictum. Potest quilibet inimico suo odire uitam corporalem sub conditione. ex duabus causis. patet in Anastasia, quæ erat Christiana, & uir eius gentilis, ipsa ex charitate odiebat uirum, quia reuocabat Christianos a ueritate, & non desistebat a persecutione Christianorum. ideo dicebat, si aliter non faciat, fac eum ex halare spiritum. secundo, quia uidebat, quòd pœna culpæ alteri addebatur. & sic faciendo grauius erat puniendus. ideo si non aliter faceret, volebat ei mortem.

Dupl. velle. Ponit Doct. unum notabile, & alias allegaui. Duplex est nolle, scilicet absolutum, & conditionatum. conditionatum, ut cum vult aliquid aliqua conditione suppositā. Sic de uelle vult aliquid aliqua conditione suppositā, ut mercator uult proiicere merces in mari, quia non potest, aliter euadere naufragium sic etiam uelle mortem inimico, si aliter ipse non potest uiuere. Scotus uidetur sibi contradicere alibi, & in hoc loco, quia dicit hic, quòd uult simpliciter mercator proiicere merces in mari, & alibi, quòd non uult simpliciter. in uno loco intelligit simpliciter, non coactè, in alio simpliciter. i. conditionate. resolutio dicta est, de q. illa, utrum aliquis posset odire inimico uitam corporalem.

Declaratio quo Iudex possit nolle uitā alicui. Ad rationes cum dicit de criminali iudice: dicatis quod iudex non potest nolle uitam illius furis absolutè, sed si nolle vult, ex charitate, tenetur nolle conditionatè. & ut dicit habere duplex nolle, primum nolle, istum deliquisse: & nunquam malum egisse. secundum, nolle uitam corporalem huic subconditione, quia aliquem occidit, uel fuit fur, & cum arguitur de actore qui procurat, ut fur, vel homicida suspendatur, habet nolle uitam corporalem ex aliquo suppositō, quia occidit patrem. etiam de tyranno, qui dicit persequi ecclesias Dei, teneo habere duo nolle. primo nolle persecutionem istius, teneo habere duo nolle. primo nolle persecutionem istius qua persequitur ecclesiam Dei, sed suppositō, quòd non uult desistere a persecutione legis Christianæ, debeo ei nolle, & odire uitam corporalem; etiam est duplex persecutio p tyrannum, Quædam est extrinseca, ut quantum ad corpus, quia urit, me, verberat &c. alia est interior, vt si me cogeret, ut adulterarē, & quod sim infidelis. prima persecutio est in potestate tyranni, quia potest me occidere.

Dup pſecutio per tyrānum. Alia non est in potestate tyranni: ideo dicit Saluator noli te timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. patet resolutio quæst. quantum ad hoc, quòd est diligere inimicum, siue non odire priuatiuè dictum est satis.

Sequitur de diligere positiuè, ut uidebimus in alia lectione sed hic loquendo de secundo intellectu præcepti. mouebatur quæstio de dilectione inimicorum, responsum est quomodo teneatur eum diligere prohibetur, idest non odire.

Nunc oportet determinare de hoc, quod diligere est eū positiuè, idest actu elicito in eum qui est inimicus.

7. *dictum.* Sit septimum dictum. Potest dici probabiliter, quòd non tenetur quis ex charitate diligere inimicum actu elicito uoluntatis. ista uidetur esse impia, tamē si aduertatur ad ea quæ dicit Scotus. est pia.

Tria posūt cōsiderari in dilectione inimici. Pro cuius declaratione notandum est, quòd tria possumus considerare in dilectione inimici; primo prohibitionem odii eius, quia præceptum est, ne eum odiamus. secundo est considerare actum elicitum circa illum qui est inimicus. tertio est considerare bonum ei uolitum, scilicet inimicitiæ, & alia. quantum ad primum, illud est præceptum simpliciter prohibitio odii, & odire inimicum, est peccatum mortale. sicut occidere hominem. Quantum ad secundum, illud est opus super erogationis, & perfectionis, & non est præceptum, sed consilium. Quo ad tertium distinguendum est, quia bona quædam non cadunt sub præcepto, scilicet temporalia; & alia, scilicet spiritualia cadunt sub præcepto. dico, quòd diligere inimicum priuatiuè, est opus præcepti. sed diligere inimicum positiuè, non est opus præcepti, sed perfectionis, & super erogationis, & consilii.

Quo ꝙ non tenetur actu elicito diligere inimicum. Doctor hic declarat in casu quodam. stat quòd aliquis non teneatur cogitare de proximo actu elicito, & positiuè: ergo nec diligere actu elicito, & positiuè.

Patet antecedens sic aliquis in hæremo contemplatiuus, habens suam considerationem totam circa Deum, non elicit aliquem actum circa proximum, & non peccat: ergo conclusio Doctoris est uera, si diligit opus perfectum facit: sed non peccat, nisi odiat.

8. *dictum.* Octauum dictum. Eueniente euidenti necessitate, tenetur quis actu elicito, & positiuè elicere actum diligēdi inimicum ex charitate, uolendo sibi bonum spirituale, ut est aliquis iudæus qui desiderat scire ueritatem, & uult conuerti ad Deum & baptizari, & non habet docentem eum nisi Sortem, Sortes tenetur ei uelle baptismum, & alia bona spiritualia, quia est in uia salutis, & in casu necessitatis nisi eum doceat, peccat mortaliter.

Ex quo patet, quòd omnia bona spiritualia, siue bonum gloriæ, siue ordinatum ad illud vnusquisq; tenetur uelle proximo bonum ex charitate

9. *dictum.* Nonum dictum, Non tenetur aliquis velle suo inimico bona indifferentia ex charitate, ut diuitias, & sanitatem, &c. quia quis potest sibi odire illa: ergo, & possum ex charitate odire bona temporalia inimico meo.

10. *dictum.* Decimum dictum. Tenetur quis velle ex charitate suo inimico bonum spirituale, vel interius, scilicet per affectum, ut vellet, quòd sit beatus, & quòd habeat gratiam, & quòd bene uiuat, uel etiam exterius, ut pro eo orando, vt elargiendo eleæmosinam, maxime si in necessitate sit constitutus. quia dicit Christus orate pro persequentibus, & calumniantibus uos, & bene facite his qui oderunt uos.

Item non haberet charitatem qui secluderet inimicum a sua oratione: quia debeo pro tota ecclesia orare. patet per simile, quia stomachus esset malus si uellet alicui membro administrare cibum, & non alteri, ut capiti, & non cordi: quia stomachus est membrum commune, & uirtus regitiua totius corporis, sic qui orat, & excludit ab oratione inimicum, ipse non orat ex charitate.

11. *dictum.* Vndecimum dictum. Quilibet tenetur ex charitate saluare uitam corporalem inimici, si possit eam saluare, ut est inimicus in flumine, qui submergitur, & nullus est qui eum iuuet: ego teneor eum iuuare de necessitate salutis.

Sed contra uidetur, quòd non debeam saluare inimicum si pereat: nam si tunc fuerit in gratia, saluabitur, & erit impossibile, ut amittat amplius gratiam. si uero fuerit tunc iustus, & postea labatur in peccatum, & in illo decedat damnabitur: ergo ero causa suæ damnationis eum saluando: ergo ego non teneor eum saluare uitam corporalem proximi, & inimici ex charitate.

12. *dictum.* Duodecimum dictum. Licet ex passu aliquo sacræ scripturæ explicitè non concludatur, quod debeat quis saluare vitam proximi, tamen ex pietate fidei tenetur, non est aliqua auctoritas ad hoc explicita, sed ex pietate fidei.

Solu. dub. Ad argumentum, & ad casum dico, non debeo illud præsumere, quòd est in gratia, & quòd peccabit, & quòd inde damnabitur, sed oportet præsumere, quòd si est bonus erit melior, & fiet optimus, & consequetur maiorem beatitudinem, ideo debeo ei saluare, uitam corporalem.

Corolł. Ex his omnibus habetis, quòd uerum est illud, quòd dicit psalmista, latum mandatum tuum nimis.

Mandatū de charitate hēt latitudinē & longitudinem. Mandatum de charitate habet latitudinem, & lōgitudinē; longitudinē, quia se extendit ad oēm longitudinem, latitudinem, quia se extendit ad oīa tempora, quia qui uellet Deum, & proximum diligere semper, excepto uno die, non haberet perfectam charitatem, quo ad longitudinem, etiam si omnes diligeret excepto uno, non haberet charitatem perfectam, quo ad latitudinem mandati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quis magis meretur, q diligit amicum vel inimicum.

Quæretis, Vtrum inimici sint magis diligendi quàm amici, ideſt utrum ſit maius meritum diligere inimicum, quam amicum.

Resp. Altisiodorens. q ſit dub. dup. intelligi.

Dicit Altiſiodorenſis, quòd de dilectione amici, & inimici, eſt loqui dupliciter. Primo quo ad affectum, & effectum ſimul. ſecundo quo ad affectum tantum. ſi loquatur quo ad affectum tantum, iterum diſtinguendum eſt, quia diligere inimicum, & amicum affectu tantum, eſt dupliciter: immo comparando unum ad aliud ſimpliciter, ſic maius meritum eſt diligere inimicum, quam amicum, quia affectus in inimicum eſt fortior, & eſt ſemper ex charitate regulariter, ſed dilectio amici non eſt regulariter ex charitate, quia aliquando eſt ex dilectione acquiſita; ſecundo comparando amicum ad inimicum in reſpectu ad habitum charitatis. Vtrum uidelicet diligere amicum ex charitate ſit maius meritum quam diligere inimicum ex charitate. Dico, quòd eſt diligere amicum, quia eſt intenſior illa dilectio, quam dilectio inimici. ſecundo principaliter intelligitur quo ad affectum, & effectum ſimul. adhuc diſtinguit, quia poteſt intelligi ſecundum diuerſos ſtatus. ſecundo ſecundum ſtatum unum, & eundem; ſecundum diuerſos ſtatus, ut Sortes diligit ſuos inimicos ex charitate, & Plato ſuos amicos ex charitate, quodnam eſt maius? dicit quod ſi loquamur cum præciſione maius eſt diligere ex charitate inimicos effectu, & affectu ſimul, quam diligere amicos ex charitate affectu, & effectu ſimul. ſtatus Sortis eſt perfectior ſtatu Platonis. ſecundo intelligitur ſecundum ſtatum vnius, & eiuſdem, vt eadem perſona diligat amicos, & inimicos, affectu, & effectu ex charitate, dicit, quòd affectu & effectu diligere amicos eſt maius.

Dubium oritur.

Sed eſt dubium, dixiſti, quòd maius meritum eſt ſimpliciter diligere inimicos, quam amicos.

Contra: ergo maius peccatum eſt odire inimicos, quam amicos, quod eſt falſum. quia odire amicos dicit ingratitudinem: & odire inimicos non. patet conſequentia, quia quando ſunt duo oppoſita, quorum vnum eſt eligibilius, ſuum oppoſitum eſt uituperabilius: ergo &c.

Soluitur.

Reſpondet, quòd eſt maius peccatum odire amicos, quam inimicos: & negat primam conſequentiam. ad regulam dicit, quòd illa propoſitio eſt uera in præceptis: ſed non in conſiliis, & diligere inimicum actu poſitiuo, eſt conſilium, non præceptum, ut abſtinere a carnibus, & ieiunare in pane, & aqua eſt maximum bonum: ergo non abſtinere eſt maximum malum, non ſequitur.

1. princip.

Arguitur circa quæſtionẽ, quia quilibet tenetur ex charitate diligere proximum: & inimicus non eſt proximus: ergo nõ tenetur diligere inimicum ex charitate. Antecedens eſt notum, quia diligens proximum &c. minor patet,

Quia dicit Chriſtus Phariſæo, quis eſt proximus? dicit phariſæus, qui fecit in eo miſericordiam. dicit Chriſtus, rectè iudicaſti, inimicus non facit miſericordiam, immo iniuriam: ergo non eſt proximus: ergo &c.

Sol. 1. princ.

Reſpondet Doctor, quòd reſponſio Chriſti ad phariſæum, dicebat relationem æquiparantiæ.

Dupl. eſt relatio.

Duplex eſt relatio, ſcilicet æquiparantiæ, quæ eſt eiuſdem rationis in vtroque extremo; ut ſimile, & æquale &c.

Alia eſt relatio diſquiparantię, quæ non eſt eiuſdem rationis in utroque extremo: proximus dicit relationem æquiparantiæ: ideo non ſolum faciens miſericordiam erat proximus ſed etiam ille, cui facta eſt miſericordia, nempe ſemiuiuus.

Ex quo patet, quòd non ſolum ille eſt proximus, qui eiuſdem eſt gẽtis; ſed etiam extraneus, & alii ſunt proximi, quia etiam Samaritanus erat extraneus illi ſemiuiuo, & natione, & religione, quia nos etiam ſumus proximi beatorum quos poſſumus diligere, & quibus impendimus honorem ſeruando eorum ſolennitates: & ideo licet non poſſimus beatis benefacere, eos tamen poſſumus bene diligere: ſed Deus non eſt proximus, quia non augetur eius bonum ob latriam, quam ei exhibemus, & alia.

Ad argumentum, teneor ex charitate diligere proximum, verum eſt: inimicus non eſt proximus: nego, quia ille eſt proximus cui impenditur miſericordia, & qui impendit miſericordiam.

2. princ. deducitur.

Secundo arguitur. dilectio inimici non cadit ſub præcepto: ergo non tenetur eos d. ligere ex charitate. patet antecedens, diſcurrendo per decem præcepta. conſequentia probatur, quia ad illa ſolum tenemur, quæ præcepta ſunt.

Reſpondetur. dilectionem inimicorum cadere ſub præcepto, intelligitur dupliciter. Primo explicitè, ſic non cadit. Secundo implicitè, ſic includitur. Primo ut non odiamus eorum vitam, quia non occides, etiam cauetur ne odio habeamus inimicum.

3. princip.

Tertio arguitur. odire inimicum eſt præceptum morale: ergo quilibet tenetur odire inimicum: ergo non tenetur ex charitate diligere inimicum, conſequentia patet. Non uenit ſoluere legem, ſed adimplere, ſcilicet legem moralem. patet antecedens Matth. 5. dictum eſt antiquis, diliges amicum tuũ, & odio habebis inimicum tuum.

Confirmatur auctoritatibus Auguſtini ſuper pſal. Reuela &c.

Sol. 3. prin.

Reſpondeo. Quando arguitur, odire inimicum eſt præceptum morale, falſum eſt, ſed dixerunt antiqui, odio habebis inimicum, uerum eſt; ſed malè, & euerterunt ſacram ſcripturam, & non legerunt illud Leuitici primo, Non reddes ultionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. ubi habetur, quòd inimicus erat diligendus, vel ſaltem nõ odiendus; ideo dicit Saluator, dictum, non ſcriptum. etiam alibi ſubuerterunt ſcripturam, qui dicebant, quòd ſi tempore oblationum pater, uel mater eſſent in maxima neceſſitate, deberent relinquere patrem, & matrem, & offerre oblationem. dixit eis Chriſtus, irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones ueſtras.

4. princip.

Quarto arguitur ſic. bene ſequitur, ego teneor ex charitate diligere amicum: ergo ex charitate teneor odire inimicũ: patet conſequentia per locum a contrariis.

Reſpondeo, quando arguitur. ego teneor diligere amicum ex charitate, uerum eſt: ergo a contrario ſenſu teneor odire inimicum.

Contraria ſumo duplic.

Doctor exponit regulam. duplicia ſunt contraria, quædam ſunt præciſa, alia ſunt non præciſa: præciſa quæ non continẽtur ſub uno extremo contrarietatis tantum: non præciſa ſunt quæ continentur ſub uno extremo contrarietatis tantum, ut ponatur, quod color haberet unum contrarium, ſcilicet, a; vel ponantur duo, ſcilicet uiſibile, & inuiſibile: color eſt uiſibile, a, inuiſibile, ponatur, quòd albedo contineatur ſub uiſibili, & color eſt uiſibilis, & nigredo ſub, a, inuiſibili: tunc albedo, & nigredo ſunt contraria præciſa, quia non continentur ſub eodem extremo tãtum, & tunc valeret, albedo eſt colorata: ergo nigredo eſt non colorata; etiam albedo eſt color uiſibilis: ergo nigredo eſt, a, inuiſibile. ſed non uale: tunc ſtantibus terminis, quia ſunt contraria non præciſa: quia non continentur ſub duobus extremis, ſcilicet ſub uno, ſcilicet uiſibili. ideo non ſequitur, album poteſt uideri: ergo nigrum non poteſt uideri, quia continentur ſub uno extremo eodem. Sic in propoſito, amicus, & inimicus ſunt contraria non præciſa, quia continentur ſub eodem extremo, ſcilicet diligibili: ſed ſi continerentur ſub duobus extremis, ſcilicet amicus ſub diligibili, & inimicus ſub odibili; tunc ſequeretur, amicus eſt diligendus: ergo inimicus non eſt diligendus; ſed non ita eſt: ideo concluditur catholicè, quod inimicus ex charitate eſt diligendus.

Contraria p̃ciſa, & non præciſa.

DISTINCT.

TRIGESIMAEPRIMAE.

QVAESTIO VNICA.

De manentia charitatis.

IRCA diſtinctionem trigeſimamprimam, quæritur vtrum charitas maneat in patria ſic, quòd non euacuetur. hic determinat magiſter de durationc charitatis, quãtum maneat in patria, & Scotus conformiter ad eum.

Charitatem euacuari dupliciter.

Charitatem euacuari intelligitur dupliciter, Primo pro ſtatu uiæ: ſic euacuatur quandocunque habens charitatem peccat mortaliter. iſta euacuatio eſt pro ſolo ſtatu uiæ, quia pro ſolo hoc ſtatu poteſt quis peccare mortaliter.

Ex quo patet, q̃ illa eſt falſa opinio dicens, q̃ habens charitatem nunquam eam perdit in uia. probat per Paulum, qui dicit, charitas nunquam excidit: non vuult dicere, q̃ in uia ſem per remaneat, ſed uult dicere, q̃ in patria non euacuatur eo mõ, quo fides, & ſpes euacuabunt: in uia uero per peccata eis oppoſita: fides per infidelitatem, & ſpes per deſperationem. de hac euacuatione non tractat hic doc.

Secundo dicitur, euacuari in patria: ſic euacuaretur, ſi ibi non eſſet habitus charitatis: ſicut ibi non eſt habitus fidei, & ſpei, ſic non oportet dicere, q̃ non maneat: ſed uolumus oſtendere, q̃ maneat, ſic, q̃ cum beatorum gloria maneat habitus charitatis in uoluntate eorum.

Pro parte uera arguitur, quòd maneat, per Paulum dicentem, charitas nunquam excidit. & iterum. Euacuabitur, quod ex parte eſt; manebit quod perfectum eſt, ſcilicet charitas.

¶ Reſpondeo, &c.]

Doctor primo determinat de fide, & ſpe: ſecundo reſpondebit ad quæſtionem.

Dupl. cõtingit loqui de fide ac ſpe.

Reſponſio Altiſiodorenſis. quantum ad primum notat dominus Altiſiod. de fide, & ſpe eſt loqui dupliciter. primo ſecũdum eſſentiam: ſecundo ſecundum numerum, inquantum fides eſt unus habitus numero in intellectu meo: & ſpes eſt vnus alius habitus numero in uoluntate mea. Primo dicamus de fide ſecundum eſſentiam, & de illa eſt loqui dupliciter: primo de fide ſecundum eſſentiam totam: ſecundo de fide ſecũdum eſſentiam non totam. tota eſſentia fidei duo dicit, primo dicit cognitionem: ſecundo dicit ſpeculum, & ænigma. tunc dicit, quòd fides non euacuabitur ſecundum eſſentiam totam, hoc eſt, ſecundum quòd cognitio eſt; quia cognitio Dei manebit in patria: ſed dicit, quòd euacuabitur fides loquendo de ea ſecundum eſſentiam non totam, quia cognitio fidei ut per ſpeculum in ænigmate eſt, euacuabitur in patria, & non manebit. tertio dicit, quòd fides ſecundum numerũ non manebit, quia iſte habitus, qui eſt unus in meo intellectu in patria non manebit. De ſpe eſt loqui dupliciter; primo ſecundum eſſentiam: ſecundo ſecũdum numerum. dicit, quòd ſpes & quantum ad eſſentiam, & quantum ad numerum euacuabitur, & non manebit tota eſſentia ſpei, quæ eſt expectatio boni futuri: in patria non erit illa expectatio, ſed erit tentio illius boni, & adeptio, ideo non erit ſecundum eſſentiam, nec ſecundum quòd eſt unus habitus numero in noſtra uoluntate.

De fide dupliciter differitur ſecũdũ eſſentiã. Quo ſecũdũ Altiſiod. fides euacuabitur in patria.

Sper dupl. cõſideratur quo ſpes euacuetur.

Contra. timor manebit in patria, ergo & ſpes; patet antecedens, quia timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. patet conſequentia per gloſſam ſuper Leuit. quæ dicit, quòd duæ molæ, ſcilicet ſpes, & timor ſic ſunt correlatiua: ergo ſi maneat timor, manebit & ſpes. Dicit idem doct. quòd duplex eſt timor. Quidam eſt ſeparationis: alius eſt reuerentialis. Exemplum primi, ut timet in uia quis ſeparari a Deo per peccatum: & eſt timor offenſæ in Deum. Alius eſt reuerẽtialis, quo reuerentur angeli Deum, & non eſt aliud reuerentia, quam reſilitio a magnitudine Dei ad ſuam paternitatem, & fragilitatem; & in hoc cognoſcimus Dei bonitatem. quando dicimus, q̃ minor eſt mola correſpondens ſpei, uerũ eſt de timore ſeparationis, & non loquitur propheta de iſto, ſed de timore reuerentiali. ecce ſolutio ſecundum Altiſiodoren.

Solu. ab eodem. Dupl. timor.

Scotus reſpondet ad quæſtiones de fide, & ſpe. Concluſio. omnis habitus fidei, & ſpei ſimpliciter euacuatur in patria ſic, quòd non manebunt ibi, ſicut nec actus eorum. Ecce ratio communis, quia illi habitus non manent in patria, qui inclinant ad actus incompoſſibiles actibus patriæ; ſed ſic eſt de fide, ſpe, ergo &c.

Reſp. Sco. ad q. de fide & ſpe aliter

Patet minor, quia actus patriæ eſt uidere Deum facie ad faciem, & tenere Deum: actus autem fidei eſt credere, actus ſpei eſt expectare.

De Baſſolis reprehenditur Scot.

De Baſſolis paruipendit hanc rationem, & dicit duo: primo dicit, q̃ habitus fidei, & ſpei ſunt incompoſſibiles habitibus patriæ: ſecundo dicit, q̃ actus fidei, & ſpei ſunt incõpoſſibiles actibus.

Notandum eſt, quòd aliquos habitus eſſe compoſſibiles aliis, intelligitur dupliciter.

Primo formaliter ſic, quòd non habent ex ſua ratione formali, ut non maneant. probat ipſe per unam rationem non multum efficacem, quia dicit, duo contraria in ſummo eſſe poſſunt in eodem: ergo & actus uiæ, & gloriæ ſunt compoſſibiles. & ad argumentum cum dicitur, q̃ habitus uiæ inclinat ad actus oppoſitos actibus gloriæ, negat; quia habitus non inclinat, nec efficit, ſed ponitur ad dandum conditionem actibus.

Secundo concedit, q̃ actus credendi, & ſperandi, & actus patriæ ſunt compoſſibiles.

Contra. actus credendi eſt ſine apparentia, & euidentia: & actus patriæ eſt cum euidentia: ergo non ſimul ſtant. Dicit ipſe, quòd de ratione fidei non eſt, q̃ ſit euidens, uel ineuidens; ſed ſibi accidit, q̃ obiectum non ſit præſens. ideo dicit, q̃ quando unus actus non dicit euidentiam formaliter, & alius dicit euidentiam, non ſunt contrarii: ſed ſi unus diceret euidentiam formaliter, & alius ineuidentiam formaliter, bene eſſent contrarii.

Quare habitus fidei & ſpei euacuabuntur in patria.

Poſita eſt doct. concluſio, quærit, quare euacuantur? utrum quia alii habitus ſuccedant in patria iſtis incompoſſibiles? dicit doct. non eſt neceſſe ponere habitus ſuccedentes habitib. fidei, & ſpei. ipſis incompoſſibiles. dixerunt quidam doctores, quod ſic, ut lumen gloriæ ſuccedit habitui fidei, & ſunt hi duo habitus incompoſſibiles: ideo ambo non manebunt; & alius habitus ſuccedit ſpei, ſcilicet a; & ſunt incompoſſibiles: ideo &c.

1. dictũ. Sco. non negat lumen gloriæ

Scotus aliter dicit; de lumine ſatis diximus. Scotus non negat lumen gloriæ, quia decretalis ponit; ſed dicit, quòd non eſt neceſſe ponere in intellectibus beatorum illum habitum ad hoc, ut Deum uideant; bene ponitur, ſed non eſt neceſſe.

Secundum dictum, Si habitus fidei, & ſpei manerent in patria, fruſtra ponerentur tales habitus: quia ſi ponerentur, eſſet propter ſuos actus. ſed ſui actus, ſcilicet credendi, & deſiderandi eſſe non poſſunt in patria. ergo &c. quia actus credendi eſt reſpectu ueri latentis; & actus ſperandi eſt reſpectu boni abſentis; ſed erit ibi bonum præſens, & uerum non latens: ideo &c.

Tertium. Non eſt neceſſe ſimpliciter dicere, quòd actus videndi, & tenendi Deum ſint incompoſſibiles iſtis habitibus: quia ſtat aliquem habere fidem babitum, & tamen uidere Deũ clare; patet de Paulo in raptu qui uidit Deum clare; & non eſt probabile, quòd in illo paruo tempore ammiſerit habitũ fidei, & ſpei ſic, quòd poſt raptum iterum infuderit ei Deus fidem: ergo habitus non eſt ſimpliciter incompoſſibilis actibus patriæ: ſed non ponitur in patria, quia fruſtra ponerentur.

Contra. manente eadem ratione formali eiuſdem obiecti, poſſunt manere actus, & habitus, qui ſunt circa tale obiectũ: ſed in patria manebit idem obiectum ſub eadem ratione formali habitus fidei, & ſpei: ergo manebunt iidem actus, & habitus. patet minor, quia Deus ſub ratione deitatis eſt obiectum iſtorum habituum infuſorum: ſed manent ſub ratione deitatis in patria, ſicut in uia: ergo iidem actus habitus poſſunt eſſe in patria, qui ſunt in uia circa illud obiectum.

Confirmatur maxime de ſpe, quia idem habitus poteſt inclinare ad deſiderare bonum, & ad habere bonum: ergo idem habitus ſpei poteſt eſſe reſpectu actus, qui eſt deſiderare in uia & reſpectu illius actus qui eſt habere in patria. ecce rationẽ. doct. reſpondens habet unam regulam. Reſpectu unius, & eiuſdem obiecti poſſunt eſſe diuerſi actus non ſolum diuerſarum potentiarum ordinatarum, immo eiuſdem potentię differentis ſecundum perfectum, & imperfectum ſpecie. Supponit hæc regula duplices potentias: quædam ſunt ordinatæ, ut appetitiua, & cognitiua: aliæ ſunt diſperatæ ut uiſus, & auditus. ſupponit, quod licet potentiæ diſperatæ non poſſunt habere actus ſuos circa idem obiectum, tamen bene potentię ſubordinatæ. ſupponit ulterius, quòd actus eiuſdem potentiæ poſſunt uariari ſecundum perfectum, & imperfectum; & hoc dupliciter: primo numeraliter: ſecundo ſpecificè, ſecundum numerum tantum, ut albedo, ut octo, & albedo ut quatuor differunt numero, intellectu; quia intelligo albedinẽ, ut octo; & intellectu, quia intelligo albedinem, ut quatuor, & tũc uariantur ſecundum perfectum, & imperfectum ſecundum numerum.

Actus eiuſdẽ potentiæ poſſunt uariari ſecundum perfectum, & imperfectũ dupliciter.

Secundo uariantur ſecundum perfectum, et imperfectum ſpecificè, & hoc dupliciter: primo tanquam duo extrema, ut albedo, & nigredo: ſecundo tanquam medium, & extremum: ut rubedo, & albedo. Dicit doct. q̃ actus alicuius potentię uariantur ſecundum perfectum, & imperfectum ſecundum ſpeciem, non ut duo extrema, ſed ut medium, & extremum: ut actus credendi, & actus uidendi Deum. ſic eſt de actu ſperãdi, & actu tenendi Deum.

Reg. alia Scot.

Regula doctoris. Quandocunque perfectio alicuius actus eſt a duobus, ſcilicet a potentia, & ab obiecto, & quandocunque uariatur ratio iſtorum, ſcilicet potentiæ, & obiecti, uel approximationis obiecti, uariatur etiam ratio ſpecificè actus.

Notandum eſt, quòd actus potentiæ uariari ſpecificè multipliciter intelligitur: Primo ex parte potentiæ tantum: ſecundo

Universidad de Deusto
Biblioteca

eundo ex parte obiecti tantum: tertio ex parte utriusque: quarto ex parte diuersæ approximationis obiecti. Exẽplum primi, uolo bonum, & intelligo bonum, est idem obiectũ; sed non eadem potentia. ideo actus uariatur secundum potentiã tantum. exemplum secundi, ut intelligo Deum, intelligo creaturam, actus uariatur non ex parte potentiæ, sed ex parte obiecti. exemplum tertii, ut uolo Deum, & intelligo creaturã, ibi uariantur actus ex parte potentiæ, & obiecti. exemplum quarti ex parte approximationis, & coniunctionis obiecti, quia tales coniunctiones sunt alterius speciei. exemplum, ut habeo coniunctionem cum Deo per actum credendi, & habeo aliam, quæ est per habitum gloriæ. ista coniunctio, quę fit per actum credendi, & illa, quæ fit per actum gloriæ sunt alterius speciei; nam etiam actus differunt specie. ideo actus credendi, & actus uidendi differunt specie; sic actus sperandi in Deo, & actus tenendi Deum differunt specie. dat exemplum doctor: sol multiplicat radium secundum lineam rectam, & multiplicat secundum lineam reflexam; ponatur, quòd per rectam causetur a, & per reflexam causetur, b, d, & b, sunt alterius speciei non ex parte uirtutis actiuæ, sed ex parte diuersarum approximationum, quando ergo arguitur.

Actus sperãdi, & actus tenẽdi Deũ, differunt specie.

Respondeo ad maiorem; uerum est, si maneat idem obiectum, & eadem potentia, & eadem coniunctio cum illa obiecto est idem obiectum, & idem actus. Si autem aliter fiat, non est idem actus. quando arguitur de spe, dicit doctor, quòd possibile esset ponere spem esse habitum generalem, sicut charitas est habitus generalis; hoc est de possibili. dicimus, quòd iustitia est habitus generalis, quia inclinat ad omnes actus iustiæ siue commutatiue; & etiam sic est de charitate, quæ inclinat ad actum diligendi Deum in uia: & inclinat ad actum diligendi Deum in patria, sic potest esse unus habitus, qui inclinaret ad actum sperandi, & tenendi Deum: sed non est sic. inclinat benè ad actum sperandi, sed non ad actum tenendi, quia est habitus imperfectus: ideo non manet in patria.

Vtrũ charitas maneat in patria

Viso de fide, & spe, quomodo euacuantur, Videndum est quomodo charitas manet, quia charitas nunquam excidit. doctor ponit descriptionem charitatis, & dicit, q̃ est amicitia Dei, ut est bonum in se.

Quid sit charitas.

Primo dicit, quòd charitas est quædam amicitia: capitur amicitia, ut est commune ad charitatem creatam, & increatam.

Secundo dicit, Dei, per hoc distinguitur ab amicitia creaturæ.

3. differentiæ inter habitũ charitatis spei & fidei.

Tertio dicit, in se; per hoc distinguitur a uoluntate sperandi, quia spes respicit Deum, ut bonum sibi; & charitas respicit Deum in se. secundo notat, quomodo charitas differat quadam differentia spirituali a fide, & spe. primo dico, quòd charitas non inclinat ad diligendum Deum dilectione uię determinatè: secundo dico, q̃ non inclinat ad diligendum Deũ dilectione patriæ determinatè: tertio dico, q̃ inclinat ad diligẽdum Deum dilectione uiæ, & patriæ.

Corollarium. patet ex hoc expressa differentia inter habitum charitatis ex una parte, & spei, & fidei ex alia parte. Habitus fidei inclinat ad actum credendi: Habitus spei inclinat determinatè ad actum sperandi uiæ, & habitus fidei inclinat ad actum cognitionis uiæ, & nullo modo ad actum patriæ inclinat; sed charitas inclinat ad actum diligendi dilectione patriæ, & ad actum diligendi dilectione uiæ. ideo differt charitas ab habitibus fidei, & spei.

Secũdum corollarium. patet, quòd rationabiliter ponitur, quòd habitus charitatis est idem in patria, & in uia: & non est habitus fidei, & spei; quia charitas inclinat tam ad actum uiæ, quàm ad actum patriæ: & non ad alterum determinatè: sed habitus spei inclinat ad actum uiæ, & similiter habitus fidei: non autem ad actum patriæ. Sed quare charitas manet eadem in uia, & patria? ratio est, quia dilectio uiæ, & patriæ, est eadem spẽ, uel saltem non differunt specie remota, sed actus sperandi in Deum, & actus tendendi Deum differunt specie remota, & similiter etiam actus credendi, & uidendi.

Quare charitas maneat patria

Quæritur hic utrum fruitio uiæ, & fruitio patriæ differãt specie: si sic, ergo aliquis pro statu isto, poterit esse beatus, qa tanta poterit esse fruitio uiæ, quanta fruitio patriæ, quia sunt eiusdem speciei, & tunc æquabuntur, & si una erit beatifica, etiam erit alia. si dicatis, quòd differunt specie.

Vtrũ fruitio uiæ, & patriæ differant spẽ.

Contra, obiectum est idem, potentia est eadem, & idem habitus: ergo est idem actus.

Doctor respondet ad quæst. istam in qua tenetur probabilius, quòd illæ duæ fruitionès differunt specie, etiam illæ duę dilectiones.

Sõlu. qõ. in quarto, & probabiliter tenetur pars affirmatiua.

Notandum est, quòd non solum ex habitibus siue ex potentiis sumitur differentia specifica, sed etiam sumitur ex alia, & alia præsentia obiecti.

Secundo notandum est, quòd de necessitate fruitio beatifica sequitur uisionem claram Dei, & faciale m, & dilectio uię sequitur cognitionem ænigmaticam, & imperfectam. ideo illa potentia cui obiectum est præsens secundum cognitionem habet dilectionem, & quia in patria obiectum est præsens per cognitionem claram, in uia per cognitionem ænigmaticam, ideo uiator habet aliam fruitionem, & beatus aliam. Sic dicendo non possumus dicere, quòd aliquis uiator possit habere tantam fruitionem, quantam habeat aliquis beatus. Et ratio est, quoniam sunt duæ species, supremum inferioris speciei, non potest æquari infimo supremæ spei, ut capiendo supremum asinum, nunquam potest æquari infimo hominis. quando arguitur, obiectum est idem, uerum est, & eadem potentia, uerum est, & idem habitus, uerum est, ergo sunt eiusdem spei, nego, quia est alia & alia præsentia; alia est præsentia per cognitionem ænigmaticam, & alia est per cognitionem claram, sic dico, quòd idem habitus, & eadem charitas, est in patria, & in uia. non sic est de spe, & fide.

Habitus charitatis non euacuabitur in patria. Soluun. arg. prin.

Contra hoc, obiicit doctor, & uult probare, quòd nõ sit ea dem charitas uiæ, & patriæ: quia actus dilectionis uiæ, & patriæ sunt diuersæ speciei: ergo charitas uiæ, erit alia secundũ speciem a charitate patriæ. antecedens est notum ex difficultate declarata; consequentia patet, quia ad habitus distinctos specie sequuntur distincti actus secundum spẽm: ergo &c. Scotus aliud dicit de facto, & aliud de possibili; tamen dico, q̃ non oportet sic loqui, sed habemus ponere habitum charitatis, indeterminatè inclinantem ad actum dilectionis uiæ, & ad actum dilectionis patriæ.

Ad argumentum actus fruitionis uiæ, & patriæ differunt specie, uerum est: ergo charitas uiæ, & patriæ differunt specie, nego. quia charitas non inclinat determinatè ad dilectionem uiæ, nec determinatè ad dilectionem patriæ, sed indeterminante ad illum, & istum actum. Vtrum ergo habitus charitatis euacuabitur in patria dicatis q̃ non, licet actus euacuetur, non tamen habitus.

Habitus charitatis euacuabitur in patria.

Contra arguitur uolo probare, quòd habitus charitatis euacuabitur, & arguo sic, habitus charitatis est ex parte: ergo euacuabitur, quærit Antisiod. utrum charitas sit ex parte, q̃ sic, quia imperfectum meum uiderunt oculi tui: & nullus Deum clarè uidet, ideo existens in charitate habet eam secũ dum partem.

Soluun. arg. prin.

Respondet, quòd aliquis habitus dicitur ex parte dupliciter. primo secundum essentiam. secundo secundum accidẽs; primo modo habitus fidei, est ex parte secundum essentiam, & habitus spei; quia habitus fidei includit speculum, & ænigma, ista dicunt imperfectionem. & spes includit expectationẽ & illud dicit imperfectionem, sic charitas non est ex parte: secundo modo aliquid dicitur ex parte per accidens, sic dicitur charitas ex parte, quia potest augeri. Ad Paulum dico, q̃ loquitur de eo quod ex parte est secundum essentiam, nõ autem secundum accidens.

Habitus dicitur ex parte dupl.

Ad argumentum respondet doctor, illud quod est ex parte non manebit in patria, sed charitas est ex parte: ergo nõ manebit. Diceretis, quòd non est ex parte, quia in ea non consistit beatitudo propriè. istud nihil est, dicit doctor, quia qui potest habere actum charitatis intensiorem actu charitatis Beati, potest habere habitum charitatis perfectiorem, & intensiorem: ergo est ex parte, & habitus qui est ex parte, non manet in patria, sed euacuatur: ergo charitas non manet: ergo euacuatur.

Doctor respondet suppono, quòd actus fidei, & spei, necessario includit imperfectionem, sed non actus charitatis. hoc dico ad uidendum, quòd charitas non est ex parte, ut fides & spes, hoc persuadetur, Quia habitus fidei inclinat ad actũ credendi determinate: & habitus spei ad actum sperandi determinate, sed habitus charitatis, inclinat indeterminate ad diligendum Deum dilectione uiæ, & patriæ.

Ex quo patet, q̃ habitus charitatis non est ex parte, sicut habitus fidei, & spei.

Vlterius notat doctor, quòd non sequitur, tanta est charitas dilectionis uiæ, quanta est charitas dilectionis patriæ: ergo tantus est actus dilectionis uiæ: sicut patriæ. Quia possibile est quod tantum habuerit charitatem Virgo Maria post conceptionem filii, sicut modo habet. utrum habuerit tamẽ

actum

actum in uia sicut in patria, quia perfectio actus non sumitur ex perfectione habitus præcisè, nec ex perfectione potentiæ; sed ex perfectione obiecti, & perfectiori approximatione obiecti, & ex perfectiori cognitione obiecti.

Secundo arguitur principaliter. Dilectio uiæ sequitur cognitionem ænigmaticam, & dilectio patriæ sequitur cognitionem claram, ideo non sunt æque perfecti.

Respondetur ad secundum. Quando arguebatur, habitus charitatis est ex parte, ergo euacuabitur, negatur antecedens & conceditur consequentia. & ratio est, quia habitus charitatis non necessario includit imperfectionem actum, si actus accidit actui suo, uel sit imperfectus; secus est de actu fidei, & spei.

Tertio arguitur sic. Fides non manebit: ergo nec spes, nec charitas; antecedens est notum, patet consequentia, quia est idem obiectum fidei, & charitatis.

Responsum est iam, quia actus fidei necessario excludit imperfectionem, & actus spei: sed non actus charitatis, & si obiectum eius sit latens, aut absens, accidit sibi, non sic est de fide & spe, quia secundũ essentiam habent imperfectionem, & dico, q̃ licet sit idem obiectum, non tamen sequitur, q̃ si unũ non manet, nec aliud.

Quarto arguitur sic. Fides manet in patria: ergo charitas non differt ab illa, quia illa non manet ipsa uerò manet. patet antecedens, per August. quia multa non possunt cognosci nisi per fidem, ut de historiis: sed aliqs beatus illa cognoscit, & illa notitia non erit uisio, quia illa non erunt ibi: ergo erit fides: ergo fides ibi manebit.

Credibilia q̃dam pertinẽt ad beatitudinem essentialiter quædã non.

Notat doctor, quòd quædam sunt credibilia, quæ pertinẽt ad beatitudinem essentialiter, idest quorum uisio requiritur ad beatitudinem, ut uisio unitatis, & Trinitatis, & simplicitas diuinæ essentiæ, loquendo regulariter.

Dico sic de omnibus credibilibus de quibus dicendum est, quòd sunt ueritates Theologicæ de necessitate: fidei illorum succedit uisio. Alia sunt credibilia, quæ non pertinent ad beatitudinem essentialiter, sed concomitanter, ut passio Christi & mors; & fidei illorum succedit uisio in uerbo. Alia sunt credibilia, quæ pertinent ad actus humanos, & non ad beatitudinem, & de istis non inconuenit dicere, quòd manebit fides, ut de historiis Romanorum, quia non inconuenit dicere, q̃ fides acquisita ibi manebit.

Quando arguitur sic, fides manet in patria. nego loquendo de infusa, licet bene acquisita, cũ probas, quia aliqua possunt credi, quæ nó possunt sciri, uel non nisi in uerbo, uerum est, sed non est contra nos.

Quinto arguitur sic, spes manet in patria: ergo &c. patet antecedens: per eundem habitum possum Deum desiderare, & Deum tenere, quia idem potest esse, & uiæ, & termini: ergo manet.

Doctor duo dicit, quòd est possibile, quòd sit idem habitus inclinans ad actum desiderandi Deum, & tenendi Deum, tamen ob dictum sanctorum præcisè, ponitur spes ad actum desiderandi, ideo non manet in patria, sed euacuatur.

DISTINCT.

TRIGESIMAESECVNDAE.

QVAESTIO VNICA.

De mõ quo Deus diligat res.



Circa distinctionem trigesimamsecundã quæro. Vtrum diligat Deus ex charitate omnia æqualiter. dicimus communiter in textu Euangelii, quòd dilexit Petrum, & Ioannem. sed dicimus, quòd Ioan. habuit priuilegium spirituale amoris. ideo quęritur quem istorum plus amaueritChristus. Dicitur a Theologis, quòd aliquis potest alium magis diligere dupliciter. primo, quia ad maius bonum, & hoc dupliciter, primo ad maius bonum essentiale, secundo ad maius bonum accidentale; secundo principaliter intelligitur, quia plurib̃ signis amorem ostendit. dicunt Theologi, quòd ad maius bonum essentiale dilexit Petrum, quam Ioann. quia plus eum dilexit Petrus, quã Ioan. 21. ferentius. secundo dicunt, q̃ plus dilexit Ioannem quam Petr. quo ad maius bonum accidentale, quia ad aureolam uirginalem, ad quam dilexit Petrum. Tertio dicunt, q̃ magis dilexit Ioan. quàm Pe. i. ostẽdit plura signa, qua ei dedit matrem, & reuelauit ei secreta cœlestia, & dormiuit in sinu.

Aliquis põt magis diligere alium dupl.

Quòd Christus plus dilexit Petrũ, quàm Ioannẽ, & econtra.

Et etiam, quòd Deus diligat omnia æqualiter, probatur, quia omnia intelligit æqualiter: ergo omnia diligit æqualiter.

Argumentum istud exponitur sicut alia, quia in uno sensu omnia diligit æqualiter. in alio sensu non.

¶Hic sunt tria uidenda, &c.]

Sunt hic tres articuli, in primo uidebitur utrum Deus omnia diligat.

Secundo quærit digrediendo, utrum sit proprium alicuius personæ.

Tertio respondet ad quæst. Quo ad primum est conclusio doc. Deus omnia diligit. quæritur hic utrum Deus eadem dilectione se diligat, & omnia. respondet, quòd dilectio Dei potest dupliciter considerari. primo quantum ad essentiam. secundo quantum ad productionem. uel aliter potest considerari quo ad formale significatum. tertio quo ad connotatum. dicunt, quòd eadem est dilectio qua se diligit, & alia a se, quantum ad essentiam, & quo ad formale significatum, quia est idem uelle, secundo dicunt, quòd non eadem dilectione diligit se, & alia quo ad efficientiam, & quo ad connotatũ. quia in eo nullus est nouus effectus. tertio potest quæri, utrum ab æterno diligit alia se. dicatis, quòd sic, quo ad essentiam. sed non ad efficientiam, siue pro æterno. Dilectio Dei quo ad cõnotatum, est quo ad effectum præsens, uel futurum. Vtrum ab æterno diligit Iacob; Vtique quo ad connotatum effectus præsentis; quia gratia non dabatur sibi ab æterno. ideo dilectio in aliquo sensu, est æterna, qua diligit alia a se, & in alio sensu est temporalis.

Concl. Scot. Deus omnia diligit.

Dilectio Dei dupl.

Deus ab æterno diligit alia a se, & quomodo

Pro declaratione quæst. doct. exponit duo, primum, quòd Deus se diligat: patet, quia Deus est beatus: ergo se diligit. patet antecedens, quia est intelligens, & uolens: ergo est natura beatificabilis, sed potentia non distat ab actu, quia esset imperfecta potentia: ergo est beatus, & non in alio a se: ergo in se: ergo uult se, & intelligit se, ergo &c. beatitudo consistit in actu uolendi & intelligendi, ergo Deus diligit se.

Deus se diligit

Iuxta literam faceretis difficultatem, dicit doctor, quòd si potentia illa distaret ab actu, ipsa esset imperfecta, & Deus esset imperfectus.

In quo consistat beatitudo Dei.

Contra potentia qua potest producere antichristum, distat ab actu: ergo est imperfecta. ergo Deus est imperfectus. Dicatis quòd non est simile, quando comparatur ad ea, quæ conueniunt sibi ad intra, & comparatur ad ea, quæ sibi conueniunt ad extra; quia prima comparatio est necessaria. secunda est libera, quia ad extra agit mere liberè. & nullo modo necessario. uerum est, quòd si in comparatione ad ea, quæ cõueniunt ad intra distaret potentia ab actu, esset imperfecta, & Deus est imperfectus; secus est in comparatione ad ea, quæ conueniunt sibi ad extra.

Difficultas tollitur.

Si Deus non esset actu beatus esset imperfectus non aũt sinũ producit antichristum

Secundo dicit doct. quòd diligit omnia alia a se. quia intelligit omnia: ergo uult omnia.

Contra. ergo Deus intelligeret contraria, & illa diligeret: etiam intelligeret impossibilia, & possibilia probatur, quę hõ erunt illa intelligit: ergo illa diligit.

Respondet doctor, quòd Deum diligere contraria est dupliciter.

Primo diligere contraria est, uelle albedinem, & nigredinẽ simul esse, sic quòd uelit ea inesse eidem subiecto sic non diligit contraria, quia non uult duo contraria inesse eidem susceptiuo. ad aliud si Deus diligit ea, quæ intelligit. ergo diligit ea, quæ nunquam erunt: dico quòd Deum illa diligere, intelligitur dupliciter.

Primo dilectione efficaci, sicut diligit illa, quæ erunt, & nó illa, quæ esse possunt, sed non erunt.

Deũ diligere oĩa dupl.

Secundo intelligitur dilectione complacentiæ. sic diligit possibilia, quæ non erunt.

Dico, quòd circa omnia incomplexa, circa quæ intellectus habet opinionem, uoluntas habet dilectionem complacentiæ, sed de complexis secus est, quia intellectus intelligit istã. Alius modus erit apprehensiuè, sed uoluntas non uult alium mundum esse, quòd sit ponendum, quòd Deus diligat alia a se. patet unica ratione, uelle alia a se, dicit perfectionem simpliciter: ergo Deus uult alia a se. cõsequentia patet, quia omnis perfectio simpliciter est ponenda in Deo, si ergo istud uelle alia a se, dicat perfectionem simpliciter, est ponendum in

Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deo.assumptum patet,quia in diuidẽtibus ens ſemper aliud eſt perfectum,aliud eſt imperfectum: & perfectum dicit perfectionem ſimpliciter,& Deo attribuitur.ut patet,diſtinguẽdo ens,aliud neceſſarium,aliud eſt contingens. ens aliud uoluntarium,& aliud inuoluntarium,& ſic eſt expeditio primi articuli.

In ſecundo articulo quærit doct.utrum,diligere omnia ſit proprium alicui perſonæ.

Differentia inter ppriũ & appropriatum

Notandum eſt,quòd differentia eſt inter proprium,& appropriatum.proprium eſt,quòd conuenit uni, uel duobus ad plus.ideo nihil quod conuenit tribus. eſt proprium in diuinis.Exemplum primi,ut generatio actiua; exemplum ſecundi,ut ſpiratio actiua,quæ duobus conuenit. Appropriatum eſt,quòd quantum eſt de ſe conuenit tribus, & eſt commune eis,ſed propter modum productionis,uel aliquid aliud,attribuitur uni.ut potentia eſt commune tribus,ſed propter plenã fœcunditatem potentiæ actiuæ in patre,attribuitur patri,ſapientia eſt commune tribus, tamen propter modum productionis paſſiuæ filii,qui producitur per modum intellectus,& etiam eſt notitia genita patris,ideo dicitur eſſe ſapientia,ẽt amor eſt commune tribus, & quia pertinet ad uoluntatem & Spiritus ſanctus procedit ſicut datus, & per modum uoluntatis,ideo appropriatur Spiritui ſancto.

Quare cõe appropriatur uni.

Dub.ſolu.

Sed q̃ritur,utrum dilectio approprietur alicui.dicẽdum eſt quòd ſic,quia Spiritui ſancto,quia conuenit uoluntati,& Spiritus ſanctus producitur per modum uoluntatis.ſed doc. quærit,vtrum ſit proprium alicui perſonæ.dicatis quòd nõ,quia nulla perfectio ſimpliciter eſt propria alicui perſonæ: ſed dilectio eſt perfectio ſimpliciter: ergo non eſt propria alicui perſonæ.maior patet,quia tunc aliqua perfectio eſſet in una perſona,quæ non eſſet in alia.ideo dicit doct. q̃ relationes originis non dicunt perfectionem ſimpliciter.

Dilectio nõ eſt propria alicuius perſonæ,licet Spirituiſancto approprietur.

Item arguitur,ſi dilectio eſſet propria alicui perſonæ, maxime eſſet Spiritui ſancto propter modum ſuæ productionis; quia procedit per modum uoluntatis:ſed hoc eſt falſum. patet,quia uel ſequeretur,quòd Spiritus ſanctus non neceſſario produceretur: uel quòd neceſſario diligeret alia a ſe. primũ eſt inconueniens:quia neceſſitas ſtat cum libertate. & licet Spiritusſanctus producatur liberè,& per modum uoluntatis, tamen procedit neceſſariò.ſecundum etiam eſt inconueniẽs, quia mere contingenter dilexit Iacob,& alia a ſe. patet conſequentia,quia dilectio qua Deus diligit creaturam, eſt proprium Spirituiſancto, ſed ſecundum illam producitur Spiritusſanctus:ergo producitur contingenter,quia ſecundum illum diligitur creatura contingenter.

Corollarium. Verbum in diuinis non dicit aliquem proprium reſpectum ad creaturas, licet benè ad patrem dicat reſpectum proprium,ideſt realem,puta geniti ad generans.

Sol. Sco. Verbum ad creaturas non dicit reſpectũ realẽ

Eſt dubium in primo,utrum uerbum dicat reſpectum proprium,ideſt realem ad creaturas.dicit Henr. quòd ſic; puta reſpectum declaratiuum; quia filius ſiue uerbum eſt ars patris,& ars declarat artificiatum,ideſt creaturas,ideo dicit reſpectum proprium ad creaturas declarantis ad declaratum. doctor dicit, quòd non eſt aliquis reſpectus proprius uerbi ad creaturam,ideſt realis; ſecus eſt de reſpectu rationis. patet,quia nullus reſpectus poteſt dici proprius Dei,niſi ſit neceſſarius:ideo iſtæ proprietates originis, quia dicunt relationes,ſunt neceſſariẽ realiter.ſed reſpectus uerbi ad creaturam non poteſt dici neceſſarius,quia extrema non ſunt neceſſaria ſed alterum eſt contingens, ideo uerbum non dicit reſpectum proprium ad creaturas,ideſt realem. patet iterum, quòd non dicat reſpectum proprium, quia maxime eſſet reſpectus declaratiuitatis, ſed hoc non: ergo &c. patet minor.

Creaturæ hẽnt eſſe iã in memoria Dei q̃ in intellectu.

Notandum eſt,quòd creaturæ,& alia a Deo,non habent eſſe tam in memoria,quam in intellectu; ſed prius habent eſſe in intellectu,quam in memoria; illa habent eſſe in memoria,quæ habent eſſe intelligibile:& illa habent eſſe in intellectu,quæ habent eſſe cognitum,& intellectum: quia tunc intellectus diuinus uileſceret,ſi creaturæ prius haberent eſſe in memoria,quam in intellectu diuino,& ſic intellectus diuinus moueretur ab eis,& ſic ab eis pateretur, quod eſt inconueniens,ſed habent prius eſſe intellectum, quam intelligibile. in intellectu diuino non habent eſſe intelligibile, licet bene in intellectu noſtro patet ergo minor, quia prius ſunt in intellectu,quam in memoria.

Item,quæ libet perſona ſibi meminit,ideſt per ſe,& ſibi intelligit,& ſibi uult:ergo diuinum uerbum non dicit reſpectũ proprium ad creaturas.

Sco nõ negat uerbũ eſſe artẽ & declaratiuũ eorum,quæ ſunt in memoria patris.

Scotus non negat,quòd uerbum ſit declaratiuum.& quòd ſit ars,ſed dicit illa eſſe appropriata,& non propria, ecce diſcordia inter eos.dicitur eſſe declaratiuum, quia eſt notitia genita.cuius eſt omnia declarare.etiam dicit ars,propter hoc ideo uerbum non dicit reſpectum proprium ad creaturas. ſicut nec Spiritus ſanctus propter dilectionem,quæ ſibi appropriatur:infert corollarium,quomodo intelligitur,quòd Pater dicat uerbo dupliciter:primo eſſentialiter:ſecundo notionaliter.eſſentialiter idem eſt,quòd intelligere: pater dicit eſſentiam,ideſt intelligit eſſentiam, &c. & ſic non accipitur, quando dicitur.pater dicit uerbo.ſecundo capitur notionaliter,& idem eſt, q̃ generare;ideo dicimus patrem dicere uerbum.i.generare uerbum.

Pater dicit uerbo dupl.

Item notandum eſt, quòd non eſt idem dicere notionaliter,& generare,quia dicere notionaliter importat duplicem reſpectum,ſcilicet realem geniti ad gignentem, & gignentis ad genitum.

Dicere notionaliter, & generare,non ſunt idem.

Secundo dicit reſpectum rationis ad creaturas, quia declarat creaturas:non ſic eſt de generare.

Patrẽ dicere uerbo dupliciter.

Iterum notandum eſt, quòd patrem dicere uerbo, intelligitur dupliciter.

Primo principiatiuè,& pater generat filium,quo intelligit creaturas.

Secundo intelligitur formaliter; formaliter non dicit uerbo,ſed benè principiatiuè.ſicut pater, & filius diligũt ſe Spirituſancto, uerum eſt principiatiuè,ſed non formaliter. ſicut Sortes eſt albus albedine formaliter,ſed non principiatiuè. Videte quomodo diligere omnia non eſt proprium alicui perſonæ:ecce ſecundus articulus.

3.art. ẽ quo reſp. ad q.

Tertius articulus eſt reſpondere ad quæſt.

Primo dicit,quòd unica dilectione omnia diligit, quia unica eſt uoluntas,& unicum eſt obiectum, & unicus eſt actus ſ. uelle,ergo eſt unica dilectio Dei, & aliorum a ſe.

De habitib. pot hẽri ſer quo dupl.

Contra.non unicum eſt obiectum,quia non unicum eſt nolitum,ſed plura,Deus,& creatura.obiectum diuinæ uoluntatis ponitur dupliciter.

Obiectũ diuinæ uoluntatis dupl. ponitur.

Primo ponitur,quod eſt ratio formalis uolendi diuinæ uoluntatis.

Secundo ponitur, quod terminat actum uolendi diuinæ uoluntatis.cum dicit doctor,quòd eſt unicum obiectum, uerum eſt formaliter,quia ſola diuina eſſentia eſt ratio formalis uolendi uoluntatis :quia a nullo alio mouetur, quia uileſceret,licet ſint plura obiecta materialia, i.terminantia actũ uolendi unicum.Vnica ergo eſt dilectio omnium, & Dei, & aliorum a ſe.

Actus quo Deus diligit alia a ſe quo ſit vnus

Sed eſt dubium.utrum ſit omnium æqualiter.dico, q̃ actus diligendi alia a ſe in Deo, poteſt comparari primo ad agens, ſ.ad Deum.ſic æqualiter eſt omnium, ratio eſt, quia eſt ipſe Deus realiter, & eſſentialiter. ideo non poteſt uariari ſecundum magis,& ſecundum minus.

Secundo poteſt comparari ad modum agendi, quis eſt modus agendi:eſt habere uelle ſuum liberè circa creaturam. ſic omnia diligit æqualiter, ita liberè diligit Petrum ut unigenitum,& Mariam,ut Chriſtum. Tertio poteſt cõparari actus diuinæ uoluntatis ad connotata: ſic eſt inæqualiter propter tria.

Actus diuinæ uoluntatis reſpectũ connotatorum eſt inæqualiter

Primo,quia uolita ſunt inæqualia:ſecundo, quia bona eis uolita ſunt inæqualia:tertio,quia actus diuinæ dilectionis ordinate tranſit ſuper illa.

Primo,quia uolita ſunt inæqualia, ut Deus diligit naturam angelicam,& naturam humanam , & naturam elementalem . eſt ibi inæqualitas,quia uolita ſunt inæqualia.

3 & 4.principal. ſolum.

Secundo quia ſunt eis uolita bona inęqualia,ut dictum eſt q̃ diligit Chriſtum,& ei uult ſummam gratiam,& ſummam gloriam.& Petro citra ſummum:ideo eſt ibi inæqualitas,qa inæqualia bona ſunt eis uolita.

Deũ diligere omnia ex charitate ſupl.

Tertio,quia actus diuinæ dilectionis ordinate tranſit ſup illa, Deus primo uult ſe, deinde gloriam uult prædeſtinatis. & primum,primo prædeſtinato,ſecundo gratiam: tertio iſtũ mundum uult illis,& ſic de aliis:ibi eſt inæqualitas,quia ordinatè tranſit ſuper illa.

Notandum eſt, quòd cum dicitur, quòd actus tranſit ſuper bona ordinatè,non concludatis,quòd ſit uolitum, quia bonum,ſed bonum,quia uolitum.uidit cuncta, quæ fecerat, & erunt ualde bona,quia facta:non facta,quia bona.

Vtrum æqualiter diligat iuſtum præſcitum,& peccatorem prædeſtinatum,uel magis iuſtum præſcitum, quam peccatorem prædeſtinatum.Videtur,quòd magis præſcitum, uel qa habet iſte,quòd ſit Deo odibilis:ergo diligit iuſtum, & non iſtum;

iſtum; ſunt enim odio Deo impii, & impietates eorum iſte prædeſtinatus eſt impius, & habet impietatem: ergo non Deus illum diligit.& alius præſcitus nihil habet odibile: ergo &c.

Contra.quia iſti præſcito non uult gloriam,& prædeſtinato uult gloriam.

Pro ſolutione dico,quòd ſi dilectio comparatur ad connotata,dilectio Dei connotat duo.

Primo effectum præſentem; & ſic loquendo de dilectione Dei,magis diligit præſcitum iuſtum,quam prædeſtinatũ peccatorem:quia in præſcito eſt munus, quod eſt ratio dilectionis ſcilicet gratia;in alio autem non.ideo illum diligit ſ.præſcitum,& non alium:

Secundo dilectio Dei connotat effectum futurum; ſic diligit prædeſtinatum,& non præſcitum : quia iſte eſt prædeſtinatus ad gloriam,& illud bonum non eſt euenturum præſcitum:ideo &c.

Duplex eſt Dei dilectio

Secundo poſſumus diſtinguere, quod duplex eſt dilectio : quædam eſt ſecundum præſentem iuſtitiam:alia eſt ſecundũ æternam prædeſtinationem.ſecundum quòd eſt præſentis iuſtitiæ,plus diligit præſcitum iuſtum:quòd eſt prædeſtinationis æternæ,plus diligit prædeſtinatum. ſic concludatis,quòd aliquo modo omnia diligit æqualiter, & aliquo modo inæqualiter.

Ad primum dico,quòd habitus charitatis, &c.]

Probatur,quòd Deus non diligat ex charitate omnia æqualiter,quia non habet charitatem:ergo non diligit omnia ex charitate.antecedens patet, quia charitas ſupponit uoluntatem,cui datur eſſe imperfectum:quia charitas perficit:ſed Deus habet uoluntatem perfectiſſimam;patet conſequentia, quia nulla uoluntas diligit omnia ex charitate, niſi habeat charitatem; Deus autem non habet charitatem:ergo &c. argumentum quærebat,utrum habitus charitatis ſit in Deo.de habitibus eſt loqui dupliciter:primo ſecundum perfectionem formalem, quam dicunt.ſecundo ſecundum imperfectionem quam ſupponunt.

Exemplum.Scientia formaliter dicit perfectionem, & charitas,& ſapientia ſic ponuntur in Deo.

Primo modo capiendo habitum, ſic ſunt in Deo,i.quædam perfectiones intrinſecæ,ut ſunt charitas,& ſapientia.

Secundo modo eſt loqui de ipſis habitibus. ſic eſt inuenire in eis triplex imperfectio:primo,quòd eſt accidens.ſecundo, quòd diſtinguuntur ab habente, ut charitas ab habente eam. certio,quòd habent rationem finiti. & ſic non ſunt in Deo habitus.

Ad argumentum, Deum non habere charitatem intelligitur dupliciter:primo, ideſt non eſſe charitatem, hoc eſt falſum:ſecundo,q̃ non habeat charitatem ſibi formalẽ, & formaliter inhærentem,ſic eſt uerum.

Secundo arguitur ſic.Deus non diligit ex charitate æquũ, & aſinum:ergo &c.patet antecedens,quia diligere ex charitate eſt diligere ad beatitudinem;æquus non curat de beatitudine,ſed de auena.

Reſpondetur Deum diligere irrationabilia ex charitate poteſt intelligi dupliciter.

Primo immediatè,ſic non diligit illa,ſed ſolum illa,q̃ ſunt capacia beatitudinis.

Secundo intelligitur mediatè, pro quanto illa deſeruiunt creaturis capacibus beatitudinis; ſic dilexerunt aſinum illũ, qui Chriſtum portauit,Apoſtoli; & ciues Ieruſalem, & pueri hebræorum, quia ſternebant ueſtimenta ſub eius pedibus, ne tangeret terram.

Tertio arguitur,& quarto.Deus aliquibus iraſcitur,& aliquibus dat ſua beneficia:ergo non æqualiter diligit omnia ex charitate.

Reſpondetur, Deum diligere omnia ex charitate intelligitur dupliciter : primo reſpectu diligentis : ſecundo reſpectu dilecti.

Primo modo omnia diligit æqualiter , ſicut omnia intelligit æqualiter.

Secundo eſt inæqualitas, uel quia illa uolita ſunt inæqualia;uel quia bona eius uolita ſunt inæqualia, uel quia ordinatè ſunt uolita.hæc de 32. diſt.

DISTINCT.

TRIGESIMAETERTIAE.

QVAESTIO VNICA.

De ſubiecto uirtutis moralium.

IRCA diſtinctionem trigeſimamtertiam quæritur. Vtrum uirtutes morales ſint in uoluutate,tanquam in ſubiecto.Virtus poteſt capi tripliciter.

Virtus tripliciter.

Primo communiter,& eſt una uniuſcuiuſque ſecundum quam unuſquiſque eſt potens agere.ſic uirtus eſt ultimum de potentia.

Secundo capitur propriè;ſic omnis qualitas perficiens habentem, uirtus eſt,ſic fides,etiam ſpes ſunt uirtutes.

Definitio uirtutis ꝓpriſſimè ſumptæ.

Tertio capitur propriiſſimè, & ſic definitur.Virtus eſt habitus electiuus in medio conſiſtens. de medio rationis intelligitur,non de medio rei,quod eſt dictatum a ſapiente. mediũ rationis debet eſſe ſecundum dictamen ſapientis, non ſtulti, & per hoc differt uirtus moralis a Theologalibus :iſto modo capitur in quæſt.

Voluntas duplex.

Notandum eſt,quòd uoluntas eſt duplex: eſt uoluntas naturalis,& ſic eſt in qualibet re,in cane,& in aliis.uoluntas rationalis dicit dupliciter:primo appetitus conſequens cognitionem intellectiuam:ſecundo capitur impropriè,ut eſt appetitus ſequens cognitionem ſenſitiuam, ut dicitur, iſte canis uult comedere.

Virtutes poſſũt cõparari ad tria.

Notandum eſt, quòd uirtutes poſſunt comparari ad tria: primo ad finem, ſic eſt omnium unus,ſ.felicitas:ſecundo poteſt comparari ad obiectum:tertio ad ſubiectum inhæſionis, & hic diſputat doct.de hoc.

Arguitur pro parte uera.In eo ponitur uirtus moralis tanquam in ſubiecto, in quo tanquam in ſubiecto ponitur operatio ſecundum uirtutem, uel uirtutis operatio: ſed operatio uirtutis ponitur in uoluntate tanquam in ſubiecto : patet, quia uirtus generatur ex electionibus; electio eſt in uoluntate:ergo &c.Ad idem.Benè ſequitur,uirtus habet bonum honeſtum pro obiecto:ergo habet eſſe in uoluntate.conſequentia patet, quia obiectum uoluntatis ſecundum eos, propter quos mouetur hæc quæſt.eſt bonum &c. ergo &c. Ad idem. Actus uirtutis eſt laudabilis: ergo eſt in uoluntate tanquã in ſubiecto.conſequentia patet;quia actum eſſe laudabilem, & uituperabilem,non eſt niſi eſſe in poteſtate elicientis, ſiue nolentis:ergo &c.

Diuiditur q.in 3. art.

In iſta quæſt.erunt tres articuli. in primo uidebitur opinio Egidii,& D.Thom.cum ſuis rationibus. In ſecundo uidebitur opinio Scoti.In tertio ſoluentur argumenta . Quo ad primum dictum eorum,temperantia,& fortitudo ſunt uirtutes,quæ ſunt in appetitu ſenſitiuo.Secundũ,iuſtitia eſt in uolũtate tanquam in ſubiecto.Concluſio prima probatur. & hæc eſt prima ratio eorum. Non eſt neceſſe ponere uirtutes morales in uoluntate tanquam in ſubiecto:ergo &c.probat &reſpondens, & ſupponunt, quòd neceſſitas ponendi uirtutes morales, eſt propter indeterminationem alicuius potentiæ: quia aliqua potentia eſt indeterminate circa paſſiones: ideo ponuntur ille uirtutes morales: ſed ſic eſt, quòd uoluntas ex ſe eſt determinata ad bonum,dicunt non eſt neceſſe in ea ponere uirtutes morales,quòd uoluntas ſit determinata ad bonum,oſtendunt,quia bonum capitur dupliciter . Primo pro bono ut nunc,ut eſt hoc exiſtens,hoc bonum . Aliud eſt bonum uniuerſale, & ſimpliciter, quod non concurrit exiſtentiam:uoluntas determinata eſt ad bonum non ut nunc, ſed ad bonum uniuerſale:non ergo indiget aliquo dirigente, ſcilicet uirtute.

Opi. D. Th. & Egidij

Contra,diceretis, quòd etiam uoluntas determinatur ad bonum ut nunc:quia uolumus bibere bonum uinum:dicunt quòd determinatur ab intellectu oſtendente, & non errante:ergo non ſunt ponendæ uirtutes in uoluntate, tãquam in ſubiecto.

Soluit Sco. 1.rationem Bonũ ſimpl iciter, capitur dupl.

¶Ad rationem primam,&c.]

Soluit doctor accipiens unam diſtinct. Bonum ſimpliciter capitur dupliciter; primo ut diſtinguitur contra bonum apparens:ſecundo ut diſtinguitur contra bonum ſingulare.

Primo bonum eſt,in quo nõ eſt defectus bonitatis, nec ali

qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua ratio malitiæ:sic est falsum, quòd uoluntas determinetur ad bonum simpliciter,capiendo ut distinguitur cõtra bonum apparens; quia tunc nullus esset auarus, nec cupidus, quia non posset moueri ab huiusmodi bonis, & habere actũ circa ista bona apparentia.

Secundo capitur bonum simpliciter,ut distinguitur cõtra bonum singulare:ut est bonum in ratione uniuersali abstrahens ab hoc bono, & sic est falsũm, quòd uoluntas sit determinata ad bonum simpliciter, quia uoluntas non solum fertur in bonum uniuersale,sed in bonum singulare, sicut intellectus non solum intelligit uniuersale, sed etiam singulare. ideo negatur,quòd non sit necesse ponere illas uirtutes in uoluntate,ut determinentur ad bonum simpliciter.Etiam probatur hoc,quia ostenditur ab intellectu non errante.dicit doctor est contra articulum Parisien.quia intellectu ostendente uoluntati aliquid,& non errante, uoluntatem non posse in oppositum,error:ergo prima eorum ratio non concludit.

Voluntas fertur tam in bonũ uniuersale.q̃ in singulare.

Art.Paris. de uoluntate libertate

Secunda ratio. est contra libertatem uoluntatis ponere illas uirtutes in uoluntate:ergo non debent poni. consequentia est nota.Patet antecedens, quia uoluntas potest se determinare ad hoc,uel illud;ad sic nolendum illud, aut sic: ergo non oportet ponere eas in uirtute.

Tertia ratio,quia si ponerentur in uoluntate, in ea poneretur aliquid,quod est agens per modum naturæ,ad determinandum aliquid,quod agit liberè; quia uirtutes sunt formæ naturales:uoluntas est libera: & tu ponis ipsas eam determinare:ergo &c.

Doctor reducit argumentum contra eos sic; quia uolũtas est libera, debent poni illæ uirtutes in uoluntate:ergo &c.patet antecedens,quia ratio aliqua operatio est laudabilis, qa est in potestate agentis: sed laudabilitas in operatione est in uirtute: ergo uirtus debet poni in illa potentia, secundum quam est potestas agendi liberè;illa est uoluntas:ergo debent poni in uoluntate.Mirabile est,quòd isti uelint ponere uirtutes in illis potentiis, quæ sunt communes hominibus, & brutis.

Adnot Sco. q̃ in agẽtibus naturalib.nõ ponitur habitus

Diceretis, quòd ratio eorum est, quòd sicut naturale agens est determinatum, ita & liberum. cum ergo uoluntas sit determinata ad suam operationem: ergo non indiget illis uirtutibus tanquam determinantibus. Scotus hic notat unum,quòd in naturaliter motiuis, & agentibus,non ponitur habitus, quantumcunque graue ascendat sursum, non aggenerat sibi habitum;nec in igne,quautumcunque calefaciat.nec etiam in uiolenter motiuis, sed quare nõ potest in eis habitus generari,dicit doctor, quòd in eis nulla ponitur indeterminatio,nec ad contraria,nec ad contradictoria: indeterminatio ad contraria, sicut si graue esset indeterminatum,& ad ascendere sursum,& ad descendere deorsum. Contradictoria ad ascendendum, & ad non descendendum. in sole non est propriè indeterminatio,sed est illuminatio extensiua in agentibus:ergo naturalibus simpliciter non ponũtur habitus,sed intellectus non est naturalis simpliciter,sed ẽ liber per participationem: sed uoluntas est simpliciter indeterminata.

Intellectus ẽ liber p̃ participationẽ.

Ad argumentum,non est necesse ponere has uirtutes in uoluntatẽ,nego:patet,quia potest se determinare;uerum ẽ,sed per tales habitus laudabiliter operatur,& etiam faciliter, & expedite,& delectabiliter.

Ad aliud dicit doctor,quòd uirtus est forma naturalis:sed cum concurrit habitus cum uoluntate, uoluntas est principalior causa,& habitus minus principalis :ideo tota actio est libera.

Habitus licet sit forma naturalis, nõ repugnat agenti libero

Dicit doctor,quòd habitus acquisitus,licet sit forma naturalis,non repugnat agenti libero,quia generatur ex actibus, qui sunt actus liberi originaliter; quia sunt ex actiombus liberis:ideo non est inconueniens,quòd determinet potẽtiam liberam,etiam habitus infusi sunt ab agente libero, & ideo non inconuenit,quòd ponatur in uoluntate,& eam determinant:sed post cum agit,uoluntas est principalior causa:ideo non repugnat libertati uoluntatis.

Iterum arguunt sic.Ille uirtutes morales ponuntur in appetitu sensitiuo:ergo non in uoluntate. consequentia est nota,quia distinguuntur uoluntas,& potentia sensitiua. Patet antecedens.ubi sunt extrema, ibi est medium; extrema sunt in appetitu sensitiuo:ergo & medium debet poni: medium ẽ uirtus:ergo uirtus est in appetitu sensitiuo. Quòd extrema sunt in appetitu sensitiuo,patet, quia sunt passiones in appetitu sensitiuo,ergo &c.

Doctor reducit ad oppositum sic,quia passiones sunt in uoluntate:ergo debent poni ibi uirtutes. patet antecedens per Augustinum,quia gaudium,& tristitia sunt in uoluntate. doctor ad materiam notat aliquas distinctiones.

Sco.reflectit 4.rõnẽ contra opi.

Moderatio passionis sit dupliciter: primo respectu passionis inexistentis:secundo futuræ,quia nesse potest. Moderatio respectu passionis inexistentis sit dupliciter:primo minuẽdo:secundo referendo.Minuendo passionem, ne insit minus moderatè,& excessiuè:secundo referendo in finem;ut pater perdidit filium,Sortes dicit,sic placuit Deo.bene. Moderatio respectu passionis futuræ,sit dupliciter : primo fugiendo. secundo assumendo.fugiendo obiectum,quòd natum esset inferre passionem,ut fugiendo mulierem. si intret per unã portam,oportet exire per aliam : secundo assumendo obiectum quòd delectet,ut dicere,habeamus psalmum, dicit non, sed portionem: & sic euademus passiones, & multa alia. dicit doctor uos dicitis, quòd propter passiones moderandas sũt uirtutes morales.tunc sic.moderatio sit quatuor modis: sed huiusmodi moderatio quocunque modo fiat, magis competit uoluntati,quàm appetitui sensitiuo , siue passiones insint actu,siue futuræ sint etiam in sensitiuo appetitu: ergo uirtutes magis ponendæ sunt in uoluntate, quàm in potentia sensitiua.

Moderatio passionis fit dupl.

Moderatio passionis futuræ fit dupliciter.

Moderatio fit 4.modis.

Corollarium.Rationes istorum possunt reduci contra ipsos.Potentia uoluntatis est rectificabilis, est diirigibilis, est determinabilis: ergo uirtutes ponuntur in ea.

Rõnes opin. reducuntur contra opin.

Item est nata laudabiliter operari,cum sit libera: ergo uirtus,per quam laudabiliter operatur,ponitur in uoluntate. Item,uoluntas tristatur,& gaudet: ergo ibi ponuntur passiones.item in statu innocentiæ non fuissent illæ passiones, nec rebelliones,& tamen fuissent ibi istæ uirtutes: ergo in uoluntate.Item,erunt in patria, & non erunt istæ immoderatę passiones:ergo erunt in uoluntate,& rationabiliter.

Item arguunt sic,ergo in angelis sunt illæ uirtutes, quia habent perfectam uoluntatem,quod est falsum,quia non habent illas passiones:ergo &c.

¶Hæc opinio improbatur,&c.]

Arg.Sco.cõtra opin.D. Th.Aegi. etc.

Contra opinionem illam iam positam arguit doct.rationibus,& auctoritatibus philos.2.Aug.

Arguit primo sic.Voluntas dominatur appetitui sensitiuo sicut dominus seruo:ergo uirtutes sunt ponendæ in uoluntate,& non in sensu:consequentia patet. Necesse est principãtem habere uirtutem:sed uoluntas est princeps: ergo in ea debet poni uirtus,non autem in sensu.Deinde arguit sic.Virtutes morales ponuntur in anima in parte obedibili rationi:ergo in uoluntate,& non in appetitu sensitiuo.patet consequẽtia,quia uoluntas est pars, secundum quam ratio habet sibi persuadere quid agendum, & quid non.ideo uoluntas potentia uocatur persuasibilis:patet nunc.

Diuersimode determinatur de anima ẽ lib. ethic. & in li.de aia.

Notandum, quòd in libris Ethicorum aliter determinatur de anima,aliter in libris de anima. in Ethicis determinatur secundum,quòd est capax uirtutis moralis.in lib.de anima secundum suam essentiam.Iterum ibi uult, quòd anima secundum partem rationalem est capax uirtutis moralis, non secũdum sensum:ergo in anima secundum potentiam persuasiuã poni debent uirtutes morales.

Deinde arguitur. pro intellectu istius auctoritatis supponatis,quòd philosophus uolens determinare de felicitate,ostendit quod est bonum hominis,ut homo est. statim dicit, quòd statim consistit in actu uirtutis, quia uirtus est bonum hominis,ut homo est:ideo non ponit uirtutem in eo, quod est commune homini, & bruto. ponitur ergo in uoluntate quæ est hominis, ut homo est. philosophus distinguit partes animæ in partem rationalem,& irrationalem. per irrationalem intelligit sensitiuam,& uegetatiuam,& in illa non est felicitas:ideo est in rationali.

Virtus ponitur in eo, quod est hõis, nõ hõ est nẽpe in uolũtate

Dupl. pars anim.

Iterum duplex est pars rationalis:quædam est per essentiã alia est per participationem.In parte rationali per participationem non sunt uirtutes morales,nec eas ibi ponit philosophus;quia uirtutes sunt in appetitu,& non in intellectu:ponuntur ergo in potentia rationali per essentiam.

Rõnale pars animæ duplex.

Iterum,diuidit rationale,quia quoddam est rationale per essentiam,& est intellectus:& est rationale simpliciter, & est uoluntas:& est rationale transumptiuè,ut appetitus sensitiuus. Aliquid est obedibile rationi dupliciter.

Rõnale dicitur tribus modis

Primo per essentiam,sicut est persuasibile a ratione uoluntatis non est obedibilis,sed persuasibilis,quia intellectus persuadet uoluntati.sic uoluntas est persuasibilis.

Secundo aliquid dicitur obedibile, & persuasibile simpliciter.sic appetitus sensitiuus est obedibilis rationi.Ex hoc textu

tu arguitur sic.in actu uirtutis consistit fœlicitas hominis:ergo uirtutes ponuntur in appetitu intellectiuo,non autem sensitiuo.

Duplex fœlicitas.

Supponatis, q̃ duplex est fœlicitas. Quædam est contemplatiua,& ista non est in actu uirtutis,sed secundum speculationem.Alia est actiua fœlicitas,ut fortis politicus cum se exponit morti pro repub.est fœlix, & illa fœlicitas est in illo actu heroico.patet consequentia, fœlicitas hominis nõ potest consistere in aliquo,quod pertinet ad irrationalem partẽ,sed in aliquo, q̃ pertinet ad partem rationalem, & non in parte rationali per essentiam,s.in intellectu:ergo in parte rationali per participationem.illa est uoluntas:ergo in uoluntate ponuntur uirtutes morales. ecce argumenta ex auctoritatibus philosophi.

Arg.Sco.ex auct.D.August.

Arguitur ex intentione D. Aug. quia uirtus moralis est amor boni honesti:ergo ponitur in appetitu intellectiuo, non in sensitiuo. patet consequentia,quia sensus non fertur in bonum honestum,sed commodum,quia ducitur, & non ducit. antecedens est Aug.Quæratis etiam Aug. & Auic.ergo uirtus moralis est in uoluntate. Arguitur rationib.eisdem,quas arguebant alii.bene sequitur, uoluntas est indeterminata ad rectè agendum,& non rectè agendum : ergo in ea est ponere uirtutem moralem ad determinandum eam ad rectè agendũ. ex antecedente concludit etiam secundo q̃ Deus non potuit facere uoluntatem creatam impeccabilem per naturam.ideo quia est indeterminata ad rectè agendum, & ad non rectè agendum.consequẽtia patet, quia omnis potentia sic indeterminata,indiget uirtute ad determinandum eam,sed uolũtas est sic indeterminata:ergo indiget uirtute;ergo &c.

Arg.rõnib.

Diceretis, q̃ sufficit,q̃ intellectus ostendat ipsi uoluntati, qui est consiliatius eius ad hoc ut determinetur uoluntas.

Contra, ergo uoluntas non potest peccare nisi intellectu errante;consequens est falsum.patet consequentia. uoluntas recte agit,quia ratio ostendens determinat eam: ergo nõ potest non recte agere,nisi ratio erret.Patet falsitas consequentis,quia primum peccatum esset in intellectu dirigente,& ostendente,& non in uoluntate eligente,quod est falsum. & cũ error sit pœna peccati, esset prius pœna quam peccatũ esset. Præterea ad idem,pono q̃ ita sit sicut dicis, q̃ intellectu ostẽdente aliquid,uoluntas determinetur.Vtrum ista consequentia ualeat,ut intellectus ostendit rationi ut se determinet : ergo uirtus non est in uoluntate;non certè.patet quia uolo,q̃ intellectus ostendat uoluntati, q̃ oportet liberaliter dare.ex pluribus actibus poterit aggenerare uoluntas sibi liberalitatem:ergo illa consequentia non ualet.

Ad idem sic,Voluntas non potest delectabiliter,& faciliter operari actus uirtutis,nisi in ea ponerentur uirtutes morales ergo in uoluntate ponuntur, non autem in appetitu sensitiuo.patet antecedens in casu,sit aliquis lubricus, uult uiuere caste,& habere actum uirtutis laudabilem, non potest delectabiliter,& faciliter facere,& resistere delectationi, quia nõ habet habitum continentiæ:sed cum habebit,faciliter, & delectabiliter operabitur:ergo ponendæ sunt in uolũtate uirtutes morales.

Ad quæst.resp.doct.habet duas concl.prima. In uoluntate ponendæ sunt uirtutes morales propriè loquendo de uirtutibus moralibus.

Solu. q̃ secundũ Scot.

Virtus moralis dupl. Virtus moralis q̃ prie quid sit.

Secunda concl.extendendo nomen uirtutis moralis possunt poni in parte sensitiua. Virtus moralis capitur dupliciter.primo propriè,& est habitus electiuus aggeneratus ex una elicitione si sit ualde intensa,uel pluribus si sit remissa. secundo modo capitur, ut sic omnis habitus aggeneratus ex actibus qui sunt conformes recte rationi:sic si gustus abstineat a potu,& cibo,& cras,& multotiens aggenerabit habitum in parte sensitiua, & erit uirtus,capiendo uirtututem generaliter,quia imperabitur a uoluntate.

Not.doct.q̃ uoluntas potest in quamcunque operationem bonam simpliciter,siue in quemcunq; habitum, quia prima electio præcedit habitum electiuum, & ista si sit intensa,est recta;aliæ etiam remissæ sunt rectè. Etiam intellectus sine aliquo habitu potest dictari,quia ex plurib.dictaminib. aggenerat habitum,sed non potest sic, aut sic agere delectabiliter, aut faciliter,sine habitu.

Secunda concl.declaratur,quia uoluntas potest imperare appetitui sensitiuo,ut concupiscibilia fugiat. Auerte oculos meos ne uideant uanitatem.aliquando sequatur, nempe oculeos ut uideat corpus Christi in sacrificio altaris, etiam impedo ut uideat corpus Christi in sacrificio altaris, etiam impedo ut uideat corpus Christi in sacrificio altaris, etiam impedo

Universidad de Deusto
Biblioteca

acquisita uoluntatis, est nobilior quacunque uirtute acquisita, intellectus: ergo omnis uirtus uoluntatis, est nobilior quacunque uirtute intellectus. patet antecedens, suppono nõ esse excessum ex parte obiecti, quia est idem obiectum intellectus & uoluntatis. una ergo uirtus uoluntatis non est nobilior alia intellectus ex parte obiecti, quia idem, sub eadem ratione formali, est obiectum utriusque. secundo suppono, q̃ nobilitas excessus, attenditur in potentiis, cæteris paribus, quia si ponerẽtis, q̃ uoluntas ageret, ut quatuor, & intellectus ut de cem sic actus, intellectus esset nobilior actu uoluntatis, sed cẽteris paribus, actus uoluntatis est nobilior actu intellectus. Supponatis tertio, q̃ in omni habitu, perfectio maior attenditur ex perfectione actuum.

Corollarium. cum actus uoluntatis sint perfectiores quocunque actu intellectus. ideo quilibet habitus uoluntatis est perfectior quocunque habitu ipsius intellectus. tunc patet assumptum. omnes habitus uoluntatis sunt perfectiores habitibus intellectualibus, quia sunt aggenerati ex perfectioribus actibus: ergo prima solutio nihil est.

Ad philos. respondet. Dupl. sumitur prudentia.

Sed quid ad philosophum? concedit doct. q̃ inter uirtutes morales perfectior est prudentia. philosophus uocat prudentiam aurigam aliarum uirtutum. De prudentia est loqui dupliciter. primo in ratione habitus uirtutis, sic eam nõ præsupponit uirtutibus moralibus. immo aliæ sunt perfectiores ipsa. secundo est loqui de ea in ratione regulæ. & proprietatis, quia regulat alias uirtutes, & non econtra: ideo ut sic, est perfectior aliis uirtutibus moralibus. ecce solutio ad secundum dubium. Ex hoc confirmatur opi. docto. q̃ uirtutes morales sunt in uoluntate propriè loquendo.

Arg. Sco. cõtra 2. concl.

Doct. arguit contra secundam conclusionem sic: si in appetitu sensitiuo esset ponere talem habitum, solo imperio uoluntatis concurrente, ergo & in aliis partibus. s. manibus, & pedibus, & aliis partibus, & in irrationabilibus animalib. probatur consequentia, quia uoluntas potest imperare uirtuti p̃ gressiuæ, ut aggrediatur hostem, & hodie, & cras, & sæpius, tunc in pedibus potest aggenerari habitus moralis, q̃a actus fiunt ab imperio uoluntatis. etiam in manibus cum sæpe liberaliter dant. etiam in animantibus quia quis potest armare æquum, ut aggrederetur inimicum, & hodie, & sæpe, & hoc est ex imperio uoluntatis: ergo ibi esset uirtus moralis. doct. quærit, Vtrum in partibus corporis possit aggenerari habitus, concurrente imperio uoluntatis, dicit doct. q̃ sic, ut aliquis acquirit habitum tangendi cytharam, & alius non erit ita habituatus. sic de pedibus &c. de irrationalibus animãtibus non dubito, q̃ aliquis equus potest habituari ad currendum ad laureã. & aliquis etiam ad portandum farinam ad molendinum. de animatis non possunt aggenerari habitus in eis. Sed quæritur. Vtrum talis habitus possit dici uirtus, qui aggeneratur in partibus corporis. dicerem quòd nc, remotè tamen. de Basolis dicit, q̃ non oportet, licet aliqui doctores dicunt quòd hc, dicatis quòd sunt uirtutes remotæ, nõ propinquæ; quia uirtus non attenditur circa corpus, sed circa animam. De irrationalibus esset dubium, quia equus malus, qui est habituatus ad aggrediendum hostem, utrum sit virtus, est dubiũ, & si diceretur uirtus, esset uirtus remotissimè, sed non propriè: cum arguitur. si habitus aggeneratus in appetitu sensitiuo diceretur uirtus, ergo & habitus aggeneratus in aliis partibus corporis. concedo remotè. & moralis uirtus est a more, & est a pluribus electionibus &c. ideo uirtutes morales sunt ponendæ in uoluntate, ut in subiecto, propriè loquendo.

An in partibus corporis possit generari habitus, &c.

Virtutes nõ sunt in partib. corporis.

Ad argumenta principalia. primo arguitur sic, Virtutes morales sunt in appetitu sensitiuo, ut in subiecto: ergo non in uoluntate. consequentia patet, quoniam non habent diuersa subiecta: antecedens patet per auctoritates in textu.

Notandum est, quòd uirtus potest capi dupliciter: primo pro habitu electiuo, sic est uirtus moralis: secundo pro habitu conformi rectæ rationi, generato ex actibus conformibus rectę rationi. siue aliter uirtus capitur dupliciter: primo proprie: secũdo impropriè. impropriè sunt in appetitu sensitiuo, sed non proprie.

Secundo arguitur fortitudo, & temperantia sunt in appetitu sensitiuo: ergo uirtutes morales sunt in appetitu sensitiuo. consequentia patet, quia fortitudo est proprie uirtus moralis, & etiam temperantia. antecedens probatur, quia fortitudo est in irascibili, & tẽperantia, est in concupiscibili, sed irascibilis, & concupiscibilis sunt uires appetitus sensitiui. Probatur antecedens, quia irascibilis est circa bonum arduũ, ita est fortitudo: & concupiscibilis circa delectabile: sic ea est temperantia.

Dub. solu.

Est dubium, Vtrum irascibilis, & concupiscibilis sint in appetitu sensitiuo, uel intellectiuo. Dicatis pro nunc, q̃ ponuntur in appetitu intellectiuo, & sensitiuo. dicetur fusius in distinct. sequenti.

De obiecto irascibilis, & concupiscibilis.

Est etiam aliud dubium de obiectis istarum uirium. doct. determinabit in dist. seq. Henr. dicit, q̃ arduum est obiectum irascibilis, & concupiscibilis est delectabile. Aliter doct. dicit quod obiectum irascibilis est offendens; concupiscibilis est conueniens. Ad arg. ponuntur in irascibili, & concupiscibili; uerum est partis intellectiuæ, sed non sensitiuæ.

Virtutẽ perficere uoluntatem dupl.

Tertio arguitur sic. Voluntas sufficienter determinatur & perficitur per charitatem, ut dictum est d. 27. ergo non oportet ponere, alias uirtutes ipsam perficientes, consequẽtia est plana.

Not. doct. uirtutem perficere aliquam uoluntatem est dupliciter. primo in ordine ad ultimum finem. sic charitas sufficienter perficit uoluntatem, s. Theologicè: secundo potest intelligi in ratione boni simpliciter, & sic charitas non perficit secundum rationem boni absolutè, sed secundum rationem boni, quod est ultimus finis, sed uirtus moralis perficit in ratione boni, siue sit finis, siue sit ens ad finem. Ad arg. ergo negatur consequentia. Contra, ista solutio uidetur esse inutilis quia bene sequitur, uirtus moralis non perficit uoluntatem in ordine ad ultimum finem: ergo non est ordinata, neq; recta neque iusta. patet consequentia, quia actus uirtutis ordinatus debet referri ad ultimum finem: sed actus uirtutis moralis non refertur: ergo actus uirtutis moralis erit frui aliqua re creata. consequens est falsum: ergo & illud ex quo sequitur.

Sotr. impugnat 3. dictum Henr.

Doct. notat primo, q̃ habitus inferior, non habet actum habitus superioris, ut habitus fidei nõ habet actum charitatis, etiam habitus fidei moralis non habet actum uirtutis Theologicæ. Corollarium, non est necesse, q̃ actus moralis, actu referatur in Deum, & finem ultimum, adhoc ut sit rectus.

Volitas dicitur delibe ratiua dup.

Aliqs fruitur aliquo bono.

Secundo doct. notat, q̃ aliquis dicitur aliquo bono frui dupliciter. primo negatiuè: secundo contrariè. ille dicit frui aliquo bono negatiuè, qui actu uult illud bonum, & non actu refert ad aliquid aliud, ubi est negatio huius, quod est referre ad aliud: secundo contrariè, quando habet actum circa bonũ aliquod, cum aliqua conditione repugnante huic, quod est referre, ut auarus fruitur pecunia, quia non refert amorẽ eius, & habet aliquid contrarium huic, quod est referre. quia appreciatur illud tanquam summum bonum. sic sancti Deo fruũtur, & etiam deuoti, & iusti. Not. est, q̃ si aliquis fruitur aliquo bono negatiue non oportet, q̃ ille actus inordinatus sit, q̃ sit ordinatus, sicut ille qui dat eleemosynam pauperi ex sola uirtute liberalitatis, nihil de Deo cogitat. etiam cum fortis politicus se exponit morti, nihil cogitat de Deo, sed præcise considerat rempub. fruitur negatiue. ille actus est ordinatus: dico ulterius, q̃ ille actus, qui est frui contrariè, potest esse ordinatus. si sit circa Deum; & inordinatus, si sit circa ali ud bonum: dico ergo, q̃ licet actus uirtutis non referatur in aliud, s. ultimum finem: ergo erit malus, nego, quia est solum negatiue, non autem contrariè.

Reprobat omnẽ dictum Hen.

Quarto arguitur sic. Virtutes morales sunt in appetitu sensitiuo: ergo non in uoluntate. patet antecedens per philosophum, qui dicit, quòd in suprema uirtute, & parte est principatus politicus, quia ratio est sicut Rex respectu appetitus sẽsitiui, ita quòd appetitus sensitiuus potest moueri contra dictamen rectę rationis: igitur ad hoc ut recta ratio principetur super appetitum sensitiuum, & appetitus sensitiuus delectabiliter obediat rationi: oportet ponere uirtutes morales in eo: ergo sunt in appetitu sensitiuo.

In statu innocẽtiæ ponebatur. Iustitia originalis cuius duo erãt effectus.

De philosopho parum est hic curandum. Dicatis, q̃ loquitur de uirtute morali impropriè.

Notandum est, q̃ aliter est loquendum de nobis pro statu innocentiæ, & aliter pro statu naturæ lapsæ: & quia hæc non cognouit philosophus, ideo non curauit de eo.

1. dictum Hen.

In nobis pro statu innocentiæ ponebatur quædam qualitas, & dicebatur iustitia originalis, quæ faciebat duos effectus, scilicet tranquillitatem, & immortalitatem. quærit doctor unum, Vtrum in parte sensitiua ponebatur aliquis habitus, ut perfectè obediret rationi? dicatis, quòd sic: uel quòd aggeneratus fuisset si stetisset, sed ratione Henricus dicit aliquid ad quæstionem? dicit Henr. quòd uoluntas potest capi tripliciter: primo ut natura quædam: secundo ut libera: tertio ut deliberatiua. Primum dictum eius. In uoluntate ut natura, non sunt ponendę uirtutes morales, tanquam in subiecto; quia est determinata in se ad summum bonum, & ultimum: ergo non est necesse in eã, ut natura est, ponere uirtutes morales. doct. dicit, q̃ Henr. supponit unum falsum s. q̃ uoluntas ut natura est, dicat aliquem actum, quia dicit pcisè inclinationem ad suam perfectionem: & illa inclinatio non est aliquis actus. etiam siue dicat actum, siue non, tamen argumentum suum non ualet, nec consequentia; quia intellectus est ueri & determinatur ad uerum summè: ergo in eo nõ sunt ponendi habitus. est cõtra philosophum & alios, qui ponunt habitus in intellectu. antecedens est Henr. quia ens sub ratione ueri est obiectum intellectus. etiam in appetitu sensitiuo sunt habitus saltem impropriè, & tamen appetitus sensituus est determinatus ad unum.

Secundo consideratur uoluntas ut libera, & sic definiretur dicit doct. q̃ in eius definitione poneretur libertas.

Secundum dictum Henr. In uoluntate ut libera est, non ponuntur uirtutes morales, quia agunt per modum naturæ, & necessitarent uoluntatem, & eam determinarent, quod est contra libertatem uoluntatis. Hæc ratio non ualet, quia licet quilibet habitus positus in uoluntate agat cum uolũtate, uel inclinet ad agendum, tamen principalior causa est uoluntas, non habitus; quia habitus non dat agere, sed aliqualiter. etiã licet Deus agat cum igne, & ignis agat naturaliter, Deus autem libere, non tamen necessitatur Deus.

Tertia concl. Henr. In uoluntate, ut deliberatiua, ponũtur uirtutes morales.

Contra arguit doct. q̃ si in uoluntate, ut deliberatiua, ponuntur uirtutes: ergo in ea ponuntur ut libera est. antecedens est dictum, & consequens est oppositum. patet consequentia, quia uoluntas deliberatiua est libera tantum. notandum est, q̃ uoluntas dicitur esse deliberatiua dupliciter: primo quia imperat deliberationem, sic est libera, quia libere deliberat: secundo dicitur deliberatiua, quia eligit primam deliberationem. quomodocunque dicatur deliberatiua est semper libera: ergo contradicit sibipsi. Præterea dicis unum, q̃ nihil ualet, quia etiam si in uoluntate deliberatiua ponas uirtutes, ipsa necessitabitur; quia dicis, q̃ non ponuntur in ea ut libera est; quia necesitaretur. sic dicam de deliberatiua, & ipsa est libera: ergo nihil ualet.

Sed quare dicis, q̃ istæ uirtutes agunt per modum naturæ, quia agunt instantaneè sicut dicit philosophus: quia ille é maxime fortis, qui instantaneè, & repentinè impauidus aggreditur. dicit doct. q̃ non ualet, quia actum uirtutis præcedit deliberatio. Ad Arist. dicitur, q̃ ip se uult dicere, q̃ impercepti biliter maxime fortis eligit, non immediate sibi deliberatione præuia: quia non ageret uirtuosè, nisi agat ex deliberatione: ideo non uult dicere, q̃ fortis sine deliberatione capiat arma, & aggreditur hostes. non est ergo intentio philosophi, quòd subito moueat uirtus, i. instantanee, & sine deliberatione, sed imperceptibiliter, & immediate cum prima deliberatione. hæc de dist. 33.

DISTINCT. TRIGESIMAE QVARTAE.

QVAESTIO VNICA.

Dist. habitum super naturalib. Donũ capitur multipl.

IRCA distinctionem trigesimamquartam. Quæritur, utrum uirtutes, & dona, & beatitudines sint idem habitus inter se. Quæstio ista habet multa connexa. Primo dicẽdum de dono: Donum capitur multiplici ter, loquor de dono creato, non increato, quod est Spiritussanctus. Primo dicitur quodlibet alteri uoluntariè datum, sine spe debiti, & sine hoc q̃ ille remaneat debitor. sic anima, & alia dona naturæ sunt dona. Secundo capitur pro omni eo, quod est perfectionibus naturalibus superadditum gratuitè. Tertio capitur secundũ, q̃ dicit quendam gradum uirtutis excelsum, & heroicum: sic loquimur hic de dono. Vnde scribitur Esaiæ 11. cap. Requiescet super eum spiritus, &c. Ex eo colligitur, q̃ septẽ sunt dona Spiritussancti. Vlterius aduertatis, q̃ non sunt dona Spiritussancti, quia Spiritussanctus præcisè illa donet, quia tota Trinitas illa dona dat, sed sic dicuntur per appropriationem appropriatur. n. Spiritussancto. Est donum pietatis, fortitudinis, sapientiæ, scientiæ, intellectus, & timoris, & prudentię.

Dona Spũs sancti sunt septem.

Secundo est notandum, quod beatitudo aliquãdo capitur pro ultimo fine formaliter, siue obiectiuè, sic hic non loquimur. Secundo capitur secundum, q̃ dicit quendam habitum qui habitus facit ad eliciendum actus, qui sunt meritorii beatitudinis finis, & assignantur octo, scilicet paupertas spiritus, luctus, misericordia, cordis munditia, mitritas, pax, patiẽtia, perfecutio pro Christo: sic quæritur de beatitudine in quæstione.

Beatitudo dup. & quot sint beatitudines

Tertio est notandum, q̃ fructus capitur primo pro obiecto fruitionis, sic est essentia diuina, sic non hic capitur. Secũdo capitur inquantum dicit quendam habitum disponẽtem ad illam fruitionem ultimam. sic hic capitur, & sunt duodecim fructus. s. charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continẽtia, castitas, sic capitur hic.

Fructus duplic. Fructus spũ virtus quos sint.

Quæritur, utrum sint idem habitus, fructus, dona, & beatitudines, uel sint alii habitus. Argumenta ante oppositũ sunt pro parte uera; quia habitus, qui sunt dona, sunt habitus, qui sunt uirtutes: ergo non alii habitus sunt fructus, & dona, &c. Patet antecedens per Greg. super cap. 11. Iob habuit septem filios, & sunt septem uirtutes, secundum dona: ergo uult, quòd non distinguantur, dona, & uirtutes. Ad idem arguitur, quia si distingueretur dona a uirtutibus: ergo habitus, qui est donum, non esset habitus, qui est uirtus; sed hoc est falsum: ergo &c. patet, quia fortitudo, quæ est donũ, est uirtus. Diceretur, q̃ fortitudo, quæ est donum, est alterius rationis a fortitudine, quæ donum uirtus.

¶Contra. actus sunt idem ergo &c.]

Opi. Henr. circa q. Hõ pot sc hãbere tripl. i operationi bus uitiosis.

In ista q. doct. resp. ad q. secundum opi. Henr. secundo secũdum opin. D. Bonau. tertio secundum opi. D. Th. quarto secundum opi. pi opriam. Henr. dicit, q̃ sunt alii habitus. Notat ipse, q̃ in operationibus uiciosis potest se habere hó modo humano: secundo modo superhumano: tertio modo inhumano, sicut ebrii a mane usque ad uesperam. Dicit Henr. q̃ alius est habitus uitiosus in eo, qui peccat modo humano, & alius secundum speciem in eo, qui peccat modo superhumano: & alius secundum speciem in eo, qui peccat modo inhumano, ita circa tristitias inordinatas potest quis se habere tripliciter.

Primo modo humano: secundo modo superhumano: tertio, modo non humano. Exemplum occurrente tristabili homo tristatur, sustinet tamen, fortiter. Exemplum secundi ut cum non solum aliquis sustinet, immo gaudet sustinendo; ut Vincentius, qui erat iuuenis, dicebat Datiano, Nemo esse mihi potest amabilior te. Exemplum tertii excedit, quia non solum gaudet sustinẽdo, sed etiam desiderat alias passiones immensas etiam mortem cupio sustinere, & dicit cum Paulo, cupio dissolui, & esse cum Christo. patet per Aug. super Ioannem perpendentem locum Apostoli, Cum sint in uobis schismata, &c. Volebat, q̃ Corinthii se haberent modo superhumano, & essent quasi Dii. dicit dominus Hen. q̃ ad hoc, q̃ aliquis modo humano se habeat circa passiones moderatas, & tristitias laudabiliter, oportet ut perficiatur uirtutibus. Ad hoc autem, ut se habeat modo superhumano, oportet, ut perficiatur per dona: ad hoc, q̃ modo inhumano se habeat, oportet ut perficiatur per beatitudines.

Volo probare inquit Henr. q̃ beatitudines sunt alii habitus a donis, & fructibus, suppositis iam dictis. Suppono, q̃ uitium in eo, qui operatur modo humano, est alterius speciei a uitio in eo, qui operatur modo superhumano, &c. Arguitur sic. Vitium bestialitatis, quo quis operatur modo inhumano, est alterius speciei a uitio, quo quis operatur modo superhumano: ergo & uirtus, quo quis operatur modo superhumano est alia a uirtute, qua quis operatur modo inhumano: ergo dona, & fructus, & beatitudines sunt habitus distincti.

In qualibet uirtute sũt 4 gradus.

Doc. soluit. Not. est, q̃ in qualibet uirtute sunt quatuor gradus. Primus est perseuerantia, &c. & isti gradus non faciũt habitus differre specie; quia remissum, & intensum non uariat speciem; ut aliquis cum difficultate studet, tamen continuat uno anno; est perseuerantia. Postea hẽt continẽtiam, quia de posita est illa difficultas: postea hẽt temperantiam, quia iam delectatur in studio: posterius habet habitum heroicum, & uirtutem, quia non curat nisi de studio. Ista quatuor nõ uariant speciem; sed se habent sicut perfectum, & imperfectum. ideo habitus uirtutis, quo quis dicitur agere, & perfectè, & perfectius, & perfectissimè, est eiusdem speciei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Corollarium. Et si concederem, q̃ dona perficerent modo humano; & fructus modo super humano; & beatitudines modo inhumano: adhuc tamen stat, q̃ non sint distincti habitus, sed q̃ sint unus habitus; quia eodem habitu quis dicitur agere recte, rectius, & rectissime.

Ad formam argumenti. Vitium bestialitatis, quo quis dicitur operari modo humano, distinguitur specie a uitio, quo quis dicitur operari modo superhumano, & modo humano. ergo uirtutes sunt distincti habitus. quare homo una uirtute dicitur operari modo humano, & alia dicitur operari modo superhumano: & alia modo non humano. Posset negari antecedens, quia secundum eundem habitum uitiosum pōt quis agere male, peius, & pessimè: tamen consequentia non valet; non est simile de uitio, & uirtute. Ideo solutum est argumentum, quia dicit B. Dion. quod malum potest fieri multis modis: & potest eius uariari ratio: sed bonum fit uno modo per integras circunstantias, & illa integra causa requiritur in omni actu uirtutis, & in omni uirtute. Sed in malis potest esse defectus unius circunstantiæ, in alio potest esse defectus duarum, in alio defectus omnium.

Sco. arg. contra Henr.

Sed contra hoc obiicitur multipliciter. Quærebatur circa hanc distinctionem de habitibus donorum, uirtutum, & fructuum, & beatitudinum. respondetur est ad ea secundum Henric. quòd non sunt idem habitus. doctor arguit contra ipsum, pro prima ratione unum suppono: Et quando Henr. dicit, q̃ uirtutes perficiunt hominem modo humano, non solum intelligit de uirtutibus, sed etiam Theologicis, tunc sic. charitas perficit modo inhumano: ergo uirtutes non distinguuntur; quia perficiunt modo humano, & dona, modo superhumano; & beatitudines modo inhumano. consequentia est nota, quia charitas est uirtus: patet antecedens, charitas perfectissimo modo perficit, & tam perfectius, quam perfecte aliqs alius habitus potest perficere: ergo antecedens est uerum. patet consequentia, quia ille habitus perficit modo inhumano qui perficit modo perfectissimo. patet antecedens ex illo loco D. Pauli, si omnia habeam, & non charitatem, nihil sum, nihil mihi prodest: ergo uirtutes non distinguuntur sicut supra dicit Henr.

Secundo ad idem arguitur sic. Aliquis per solam uirtutem fortitudinis potest circa terribilia recte agere, rectius, & rectissime: ergo non distinguuntur uirtutes a donis, & beatitudinibus, ut supradictum est. patet antecedens; actus habitus moralis esse potest remissus, & intensus, sic q̃ uariari pōt per remissum, & intensum: ergo antecedens est uerum, & consequentia est nota; quia cum agit recte per uirtutem fortitudinis, agit modo humano: cum rectius, modo superhumano: cū rectissimè, modo inhumano.

Euasio.

Diceretis forte, q̃ alia, & alia est fortitudo specie, per quā agit quis recte, rectius, & rectissimè circa terribilia.

Refellitur.

Contra, si hoc esset uerum, sequeretur, q̃ habitus fortitudinis disponens ad agere recte circa terribilia, esset imperfectus, & ita omnis uirtus moralis, quod non concederet, patet consequentia, quia non posset habere actum perfectiorē, quia generando actus est rectius, siue rectior, est per aliā fortitudinem specie distinctam.

Tertio ad idem arguitur sic. In Christo fuerunt uirtutes, dona, & beatitudines: & tamen Christus non egit modo inhumano, nec modo superhumano tempore passionis: ergo non distinguuntur prædicta, quia uirtutes perficiant modo humano, & dona modo superhumano, & beatitudines modo inhumano.

Prima pars auctoritatis est clara si enim fuerunt in aliquo fuerunt in Christo.

Secunda pars patet: quia quis perficitur circa passiones immoderatas modo superhumano, quando non solum sustinet, & gaudet, sed gaudet: & modo inhumano, quando desiderat: sed Christus tristatus est in sua passione, & uere doluit: sequitur, q̃ habuit omnia Christus: & tantum egit modo humano secundum illas. Confirmatur, q̃ Christus tristatus est; quia martyres doluerunt, & tristati sunt: ergo & Christus. & miraculum fuit q̃ non obrueretur usus rationis in martyribus tempore martyrii. Patet per Aug. contra philosophos, qui dicebant se esse beatos in uia, quia habebant quicquid uolebant, siue aduersa, siue prospera. dicit Aug. q̃ eorum argumentum non ualet, & dicit, q̃ nō uolebant absolutè aduersa sed conditionaliter, si euenirent, nolebant ferre patienter: & illud erat in eis materia patientiæ. In beatis non est materia patientiæ: etiam beatus habet qui quid uult absolutè, & simpliciter. In martyribus ergo ueræ fuerunt passiones: patet cō sequentia istius argumenti; quia si uirtutes, & dona, & beatitudines perficiant modo inhumano, & superhumano: ergo habuerūt suum effectum in passione Christi, quod est abiur dum: ergo non distinguuntur.

Quarto ad idem. Si uirtutes perficerent tantum modo humano, & dona superhumano, & beatitudines modo inhumano, sequeretur, q̃ uirtutes essent incompossibiles, & dona, & beatitudines: uel q̃ unus habitus impediet actum alterius habitus: uel q̃ politis uirtutibus non est necesse ponere dona, & beatitudines: sed contra. Primum consequens est inconueniens, quia fuerunt in Christo, & secundum, & etiam tertiū, suppositā lege Christi, quæ ponit æqualem necessitatem omnium istorum ad perfectionem hominis: patet consequentia. suppono unum, q̃ actus omnium istorum esse non possunt simul. arguitur ad consequentiam quantum ad secundum consequens, quia si quis exeat in actum uirtutum, nō poterit habere actum donorum, nec beatitudinum, quod est falsum. Diceretis, q̃ consequentia non ualet; quia si actus sint in cōpossibiles: ergo & habitus. patet de spe, & charitate: saltē habeo tertium inconueniens: patet, quia si ponantur beatitudines, quæ dant actum perfectissimum, superfluit ponere dona, & uirtutes; quia si actus sint incompossibiles, superfluunt habitus.

Quinto ad idem, quia uirtutes, & dona, & beatitudines nō possunt aliter perficere hominem nisi modo humano, & non superhumano, & modo inhumano, quia omnis actus hominis, ut hominis, est humanus: quia si homo gauderet moriendo pro repub. esset actus hominis, ut homo est, & ita humanus. etiam si desideraret sustinere, est actus humanus: ergo omnia perficiunt modo humano.

Sexto ad idem. Pono, quod sit aliquis, qui habeat habitus beatitudinum, sed careat habitibus uirtutum, & etiam habeat habitus donorum, sed careat fide acquisita, sine qua nō potest fides infusa exire in eius actum: sit positmodum. alius, qui habeat fidem infusam, & acquisitam; sed careat donis, & beatitudinibus: captis istis duobus, si uerum est, q̃ dicis: sequeretur, q̃ habens beatitudinem, & dona, & non fidem acquisitam, perfectiorem actum posset habere de credibilibus omnibus, quam ille, qui habet fidem acquisitam, & non beatitudines, & dona, quod est maximè falsum: quia non posset disputare de fide sicut ille alius. patet consequētia, quia primus haberet actum inhumanum, & superhumanum, iste secūdus haberet actum tantum humanum.

Septimo ad idem. Isti modi agendi possunt esse secundum eundem habitum: ergo non sunt sufficientes, ad distinguendum illa prædicta.

Octauo ad idem. Supposito, q̃ actus charitatis sit actus beatitudinis, tunc sic. si esset uerum, q̃ dicis, sequeretur, q̃ charitas consumata nō esset actus beatificus: patet, quia actus beatificus est inhumanus; & charitas non dat actum inhumanū, ergo nec beatificum, quod est falsum, ergo &c.

¶ Aliter dicitur, &c.]

B. Bonauentura distinct. præsenti tenet eandem concl. cū Henr. q̃ non sunt idem habitus, sed diuersi; & dicit, q̃ distinctio istorum habituum est accidentalis, penes comparationē potentiæ ad actus suos. dicit, q̃ unaquęque potentia pōt tripliciter se habere ad actum suum: potest etiam primo rectè operari: secundo perfectè: tertio delectabiliter, & expeditè. dicit, q̃ aliqui habitus perficiunt potentiam quo ad rectè agere, sicut uirtutes, quidam quo ad perfectè, ut dona, & quidā quo ad expeditè, & delectabiliter, ut beatitudines.

Sco. arg. contra ponē D. Bonau.

Contra. omnes istæ conditiones sunt eiusdem habitus in potentia comparata ad suos actus: ergo non oportet ponere illos diuersos habitus in eadem potentia. patet antecedens, quia uirtus dat rectè agere: etiam dat perfectè agere, quia pficit eum: etiam dat expeditè, ut delectabiliter operari. ideo dicit doct. q̃ relinquit illam opinionem.

Opi. S. Tho. & Rich.

Beatus Thom. & Richardus aliter, dicunt, scilicet, quòd uoluntas est quoddam mobile, & est mobilis, & dupliciter potest disponi.

Primo ab intrinseco: secundo ab extrinseco. Ab extrinseco, a Spiritusancto per dona. Ab intrinseco a ratione recta per uirtutes collatas.

Vtrū uoluntas possit se mouere Sco. tenet q̃ sic.

Corollarium. secundum D. Th. diuersi habitus sunt dona, & uirtutes. doctor arguit, quia dicit, quòd uoluntas sit mobilis a ratione. Est dubium, utrum uoluntas possit se mouere. sic secundum Scotum. Thomas uidetur dicere, q̃ non posset se disponere, nec mouere. Prima ratio Scoti. Non sufficienter dicit, quia quærimus de beatitudinib. & uirtutib. & donis

t. rō Sco. cōtra D. Th.

& nihil dicit de beatitudinibus, sed præcisè de donis, & uirtutibus: & etiam si non sit ratio, qua distinguantur beatitudines a uirtutibus, nec est etiam, qua uirtutes a donis distinguuntur. Item, per eundem habitum potest disponi uoluntas a Spiritusancto, & a ratione. tu dicis, q̃ propter diuersitatem agentium sunt diuersi habitus.

Contra hoc, Non oportet diuersitatem agentium inferre diuersitatem habituum, quia ponatur, quòd si cæcus illuminaretur a Deo, tunc uideret a se, & a Deo; & tamen per eandem potentiam, & eandem formam: ideo relinquit istas opiniones.

¶ Ad istam quæstionem, &c.]

Doctor respondet secundum opinionem propriam, & respondet sine assertione. doct. aliquando multiplicat formalitates, sed non res.

Concl. Scoti est. Pro statu uiæ non sunt necessarii alii habitus, quam morales, & intellectuales, & uirtutes Theologicæ, i. uiator quilibet perficitur simpliciter per habitus morales, & Theologicos.

Corollarium. Multa est necessitas ponendi dona, & beatitudines, & uirtutes esse distinctos habitus a uirtutibus moralibus, & Theologicis. Pro declaratione accipit aliqua documenta.

Declaratio concl. Sco. Hū perficiuntur per uirtutes dupt.

Primo notandum est, q̃ homo pficitur per uirtutes dupliciter: primo quo ad Deum: secundo quo ad creaturam. In ordine ad Deum satis perficitur amando, & intelligendo: intelligendo per fidem: amando dupliciter, primo se in Deum per charitatem: secundo amando Deum propter merita per spē.

Secundo perficitur quo ad creaturam, & hoc multipliciter: primo quo ad contemplatiuam per habitus intellectuales: secundo quoad actiuam, & hoc dupliciter: primo in ordine ad se: secundo in ordine ad alterum. In ordine ad se p prudentiam, & per temperantiam: in ordine ad aliud per iustitiā. sufficienter igitur perficitur per uirtutes Theologicas, & morales, & intellectuales. ideo non est necesse multiplicare tātos habitus distinctos: ergo &c.

Notandum ulterius, quòd loquendo de habitibus in genere, possumus secundum mentem doct. ponere talem cōclusionem. Non est necesse ad perficiēdum hominem, ponere in eo nisi uirtutes morales, intellectuales, & Theologicas: doct. noster ostendit sufficientiam horum.

Habitus uirtutū diuisio

Primo notat, q̃ habitus uirtutis non est species specialissima: nec est genus generalissimum: sed est genus subalternum. patet, quia habet multas species sub se. Secundum patet, q̃ continetur sub uno decem generum: ideo est subalternum. ió habitus uirtutis diuiditur in sua communitate; Alius est intellectualis, alius est appetitiuus. Habitus potest dici intellectualis, & appetitiuus dupliciter primo intellectualis ab obiecto, quia circa obiectum intelligibile uersatur; sic non accipitur hic. Et appetitiuus primo dicitur, quia est circa appetibile; sic hic non accipitur. Secundo dicitur subiectiuè appetitiuus, & intellectualis; quia est in uoluntate, & intellectu. sic hic accipitur. Ista est prima diuisio, & alii sic diuidunt. Habitus alius est infusus, alius est acquisitus. Infusus diuiditur per intellectualē, & appetitiuum, & etiam acquisitus, tamen teneamus primam opinionem & primam diuisionem. Intellectualis est duplex, scilicet acquisitus, & infusus; infusus intellectus est fides; Appetitiuus infusus est duplex. s. charitas, & spes. Alius est appetitiuus acquisitus, & iste diuiditur. Iā habetis duplicem descensum, primo ad intelligibile, & appetibile: aliū ad infusum, & acquisitum. Habitus intellectualis acquisitus est duplex: quidam est realis, alius est rationis. solum hic loquimur de reali, & rationis obiectiuè, quia est de obiecto reali, & de obiecto rationis. Habitus intellectualis acquisitus est duplex, quidam est practicus, alius speculatiuus: speculatiuus diuiditur in scientiam naturalem, & metaphysicam, & philosophiam diuinam, scilicet metaphysicam, ut patet in metaphysicæ. Intellectualis acquisitus practicus diuiditur, quia quidam est circa factibile, & potestis diuidere, Lana, nemus, miles, nauigatio, rus, medicina, &c. alius est circa agibile, & uocatur in uniuersali prudentia uniuersalis: & continentur sub hac plures prudentiæ particulares, si quæratur quot requirantur habitus intellectuales ad perficiendum hominem sufficienter doctor dicit, quòd tres; unus infusus, & duo acquisiti. infusus est fides: duo acquisiti, unus circa agibile, & est prudentia, alius est circa factibile, & ille non habet nomen cōmune, sed ponatis, quòd sit ars?

Habitus in tellectualis & appetitiuus dupl. dicitur.

Habitus in tellectualis practicus & speculatiuus

Sed hic est dubium, quare doctor non enunciat scientiam: & quare non ponit habitum acquisitum speculatiuum ad perficiendum hominem, quia dicit, quòd tres sufficiunt, & tamen scientia est perfectio hominis. dicit doctor, quòd illi enumerantur habitus, qui sufficienter perficiunt hominem, quo ad bene agere: & scientia est habitus, qui nihil facit ad bene agere: sed loquendo de speculatiua rationis, dico intellectuali, habentis diuisiones. Alius est appetitiuus, & est duplex, scilicet unus infusus, & alius est acquisitus. Infusus est duplex: quidam est, qui perficit hominem in ordine ad Deum ut bonum ipsi homini, & ut bonum in se, & primus est spes. Secundus est charitas. Alius est appetitiuus acquisitus, & est duplex: quidam est perficiens hominem in ordine ad se; alius est perficiens hominem ad alterum, ut iustitia est habitus perficiens hominem in ordine ad alterum: sed habitus, qui perficit hominem in ordine ad se, non habet nomen commune: sed habet duo nomina. Vnus dicitur Temperantia, alter dicitur fortitudo.

5. habitus requiritur ad perficiendum hoīem

De istis habitibus dico, quòd quinque requiruntur ad perficiendum hominem; duo infusi, scilicet charitas, & spes; & tres acquisiti, iustitia scilicet, fortitudo, & temperantia. ecce diuisio habituum. tamen, quia diximus, quòd sunt aliqui habitus appetitiui, qui perficiunt hominem in ordine ad se, & non habent nomen commune, sed sunt duo nomina. ideo dicit doctor, quòd aliquid est appetibile dupliciter: primo aliquid est appetibile primo, quod est primo conueniens appetitui; ut quod primo conuenit gustui, est primo appetibile a gustu. sic de aliis dicatis consequenter. Aliud est appetibile secundario: & hoc dupliciter; primo quia affert conueniens: secundo quia aufert disconueniens. exempla declarabunt. capiamus unum socium bonum, ipse portat mihi uinum quolibet mane.

Primo appetibile est bonum uinum: secundario appetibile est frater, qui affert mihi conueniens exemplum, ut cū sim in necessitate, uenit amicus, qui me liberat, est mihi appetibile secundario: & secundo, quia aufert disconueniens, ut si remoueret fel de meo ore, diceretur appetibile secundario.

Dicebamus, quòd erant habitus perficientes in ordine ad se. patet fortitudo, & temperantia. Vtrum perficiant quoad idem appetibile? non; sed temperantia est ad perficiēdum hominem respectu eius, quod est primo appetibile. ideo doctores ponunt temperantiam in concupiscibili, quia est circa delectabile: fortitudinem in irascibili, ecce primum notabile textus.

2. not. text. de irascibili & concupiscibili

Secundo principaliter notandum est, & doctor facit aliquā digressionem; loquitur de irascibili, & concupiscibili dupliciter.

Locus ad quē se Scor. pluries remittit

Primo de eis in parte sensitiua: secundo de eis in parte intellectiua, & ad istum locum nos remisit doct. pluries. Ponā textum per decem propositiones.

Prima sit ista. Irascibilis, & concupiscibilis distinguuntur ex obiectis, ita quòd aliud est obiectum concupiscibilis, & aliud irascibilis.

Secunda propositio: Irascibilis, & concupiscibilis distinguuntur etiam exactibus ipsarum, hæ duæ simul declarantur.

Actus cōcupiscibilis.

Vnde notandum est, quòd actus concupiscibilis est persecutio, uel fuga. obiectum eius est disconueniens, aut conueniens. cum dicitur prosequitur illud, quia est sibi conueniens est actus concupiscibilis. etiam cum dicit, fugit, quia est disconueniens; dicit doctor, quòd posita apprehensione conuenientis concupiscibilis prosequitur; & posita apprehensione disconuenientis, ipsa refugit. non sic est de irascibili: non habet fugere, & prosequi: sed eius actus est irasci, uindicare, seu uelle uindicare, & est sententia philosophi in secundo ethico. quia actus irascibilis est appetere uindictam propter parui pensionem. Obiectum eius est offendere, uel ipsum irascitiuum, uel uindicabile: sed debet usitatiori uocabulo dici, offendens. tu dicis, quòd offendens est obiectum irascibilis, & conueniens, aut disconueniens sunt obiectum concupiscibilis:

Actus irascibilis.

Contra. Ex ista deductione sequitur oppositum primæ propositionis: quia offendens est disconueniens: ergo disconueniens est obiectum irascibilis, & etiam concupiscibilis: ergo non distinguuntur ex obiectis. dicit doc. quòd illud est primo obiectum irascibilis, non est primo obiectum concupiscibilis, & hoc sufficit doctori. & si illud consequenter, quod est obiectum concupiscibilis, sit consequenter obiectum irascibilis, non inconuenit.

Solu. instā.

Ponatur, quòd casu sit canis, habet os spatulæ: alius canis uult ei auferre, & eripere illud; est primo concupiscibilis in ult ei auferre, & eripere illud; est primo concupiscibilis in

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo, primo & etiam irascibilis, concupiscibilis mouet, ut concedat: uenit alius, qui est offendens: iste canis in ratione offendentis non est obiectum concupiscibilis primo sed sunt duo obiecta concupiscibilis: primum conueniens, & est os, quia prosequitur illud. habet aliud, scilicet repellere offendens, & refugit illud, scilicet carentiam ospispatulæ. Irascibilis habet actum alium, scilicet repellere offendens; quia ostendit etiam dentes. ideo quod est obiectum irascibilis, non est obiectum concupiscibilis. ecce duas primas propositiones declaratas.

Quotuplusque potentiæ est ideo obiectum, & diuersum.

Dolet irascibilis, & concupiscibilis.

Tertia propositio. Nedum irasci est cum tristitia ipsius cõcupiscibilis, immo etiam irasci est cum tristitia propria, licet aliquando sit cum delectatione. Volo dicere, quòd aliquando in irascibili est dolor, qui est proprie concupiscibilis, & etiam irascibilis dolet dolore propriè: sed aliquando ad actum irascibilis sequitur delectatio.

Tristitia est dupl. in irascibili

Pro declaratione notandum est, quòd irascibilem esse cum tristitia, est dupliciter.

Primo, quando irascibilis desiderat uindicare, & actu uindicat, & habet actum perfectum; ut canis uidet alium uenientem, qui ei uult auferre carnem, uel os, dimittit carnes, & facit eum fugere: & ad illum actum sequitur delectatio, & sic intelligitur, quod dicit Philosophus. Ira uiri quasi mel: quia irascibilis habet actum perfectum, & completum. Aliquando actus irascibilis est cum desiderio uindicandi, sed non uindicat: & habet actum imperfectum, & tunc sequitur tristitia; ut canis cum uidet se non posse superare, & relinquit alteri carnes; ideo in irascibili est dolor propriè, & etiam in concupiscibili.

Duplex nolle in primo cane.

Notandum est, quòd est duplex nolle in isto primo cane: primum est nolle refugientis: secundum est repellentis. Iste canis uult carere suo cibo, & pertinet ad concupiscibilem secundum est nolle offendeus, & istud pertinet ad irascibilem: & quia nolita ponuntur in esse, quia aufert cibum, ideo est dolor in concupiscibili, & etiam in irascibili. ecce tertia propositio declarata.

Quarta propositio. Sicut concupiscibilis indiget ordinari ad appetibilia, ne in ordinatè appetat, sic etiam irascibilis circa propellenda primo ne immoderatè propellat offendens, sed quomodo ordinatur concupiscibilis per temperantiam, & eit nomen commune, quo intelligimus ipsam concupiscibilitatem moderari circa appetibilia; ita est de irascibili, quę indiget uirtute.

Quinta propositio. Habitus, quo disponitur irascibilis ad propellendum propellenda, non est nominatus; licet ille, quo disponitur ad non propellendum repellenda, sit nominatus.

Notandum, quòd irascibilis aliquando debet repellere offendens, aliquando non debet, si uult ordinatè agere: & ideo debent poni duo habitus.

Primus ad repellendum repellenda, & illæ uocatur bellicositas.

Secundus habitus perficitur ad non repellendum repellenda, & est patientia.

Corollarium. Patientia est nobilissima uirtus, & nobilior est, quam bellicositas: quia facilius est homini repellere offendens, quia est quasi naturale, quam non repellere offendẽs, & per patientiam non repellitur repellendum: ideo est patientia, & est nobilissima uirtus.

Sexta propositio. Non satis recte dicit Henr. quando dicit, irascibile, & concupiscibile non distingui ab obiectis.

Velle uindicare duplex

Notandum est, quòd est uelle uindicare dupliciter, scilicet perfectum, & imperfectum: sicut est duplex actus concupiscibilis. unus imperfectus, scilicet desiderare conueniens; alius ẽ perfectus, scilicet frui conueniẽti. sic in irascibili est duplex actus: imperfectus, scilicet uelle uindicare, & non uindicare. Alius est perfectus, scilicet uindicare actu, & ille respondet actui perfecto concupiscibilis & imperfectus imperfecto. Henric. ponit arduum, & appetibile esse obiecta irascibilis, & concupiscibilis.

Contra etiã Henr.

Contra. idem est obiectum irascibilis, & concupiscibilis: ergo non rectè loquitur Henricus. patet, quia illius potentię, cuius est uelle unum oppositum, eius est fugere aliud oppositum: sed concupiscibilis prosequitur conueniens: ergo concupiscibilis refugit suum disconueniens, & offendens: ergo propositum.

Septima propositio. In omni actu irascibili est duo nolita inuenire, est unum nolitum a concupiscibili: aliud est nolitũ ab irascibili. oppositum conuenientis est carentia conueniẽtis: & concedo, quòd sicut concupiscibilis habet uelle cõuenientis, scilicet cibi, ita habet nolle disconuenientis, scilicet carentiæ cibi. Est aliud nolitum ab irascili, scilicet offendẽs propriè. uerum est, quòd concupiscibilis uult suum disconueniens, ut oppositum, sed non est offendens: sed est carentia conuenientis; ut irascibilis habet nolle respuentis. s. nolle disconueniens.

Octaua propositio. Dolor irascibilis est alius a dolore concupiscibilis, & econtra. & istud declarabit tertium, aut quartum dictum. Supponatis ea, quæ iam dicta sunt, ꝙ ad actum concupiscibilis sequitur dolor aliquando, & etiam ad actum irascibilis. Ille dolor sequens ad actum irascibilis, & dolor ille sequens ad actum concupiscibilis sunt duo propter duo nolita posita inesse. patet dupliciter.

Primo propter intensionem, quia stat, ꝙ dolor in concupiscibili intendatur, & non in irascibili: ut sit aliquis multũ timens, quanto plus timet, tanto plus dolet in concupiscibili: & minus dolet in irascibili, immo magis exicandescit, ꝙ nõ potest uindicare.

Secundo patet ex organis: aliud est organum doloris concupiscibilis, & est una bursa circa uentrem, quæ clauditur, quando est gaudium in concupiscibili: sed non est sic de irascibili, quia facit accẽdere sanguinem circa cor: ideo nõ est simile organum.

Nona propositio. Sicut in parte sensitiua est distinguere irascibile, & concupiscibile, & contra: ita est in parte intellectiua.

Irascibilis, & concupiscibilis in parte intellectiua.

Notandum est, quòd non eodem modo distinguuntur in parte sensitiua, & intellectiua: quia in sensitiua possunt distingui ex organis: sed non in intellectiua: quia illa est organica: ista non. ideo non inuestigatur distinctio potentiarum, & uirum ex organis: sed in parte rationali ita possunt distingui ex obiectis, & actibus, sicut in parte sensitiua distinguuntur ex actibus, & obiectis: ut præsentato per intellectum obiecto cõuenienti ualde uoluntati, s. beatitudine, tunc desiderat illud, & prosequitur: tunc uenit in imicus, cum ego sum intentus, tentat me de fornicatione, & tunc nolo ipsum cedere, ideo fugio ipsum, & ipsum repello, ut offendens.

Potẽtiæ dãt distinguuntur ex obiectis, & actibus non ex organis.

Decima propositio propter Henr. qui dicit ut habetur in d. 26. quòd sunt diuersæ potentiæ. Ille uires non satis rectè distinguunt ur cum dicit concupiscibilem esse uim, & irascibilem potentiam; quia concupiscibilis est potentia, & irascibilis est propugnatrix. ideo sunt una potentia aliter, & aliter considerata: ut dicimus, quòd in anima est inuenire portionem inferiorem, & superiorem: & aliud est obiectum portionis superioris, & est æternum, & aliud est obiectum portionis inferioris, & est temporale: & habent alios, & alios actus; Actus superioris est tendere in Deum; Actus inferioris est tendere in creaturam: sed sunt una, & eadem potentia, scilicet intellectus, & uoluntas. Sed una dicitur portio superior, & inferior, secundum ꝙ aliter, & aliter considerantur. Sic est dicendum de concupiscibili, & irascibili: sunt n. una, & eadẽ potentia aliter, & aliter considerata.

Quo distinguuntur cõ cupiscibilis, & irascibilis

His suppositis de irascibili, & concupiscibili, &c.]

Dictum est, ꝙ temperantia perficit hominem quo ad concupiscibilem, & fortitudo quoad irascibilem. doctor redit ad suum propositum. Inhac parte prima textus doctor noster tria dicit.

Primum eius dictum. Proprius habitus perfectiuus ipsius concupiscibilis est temperantia. si loquamur de temperãtia propriè intelligendum est de concupiscibili in parte rõnali.

Pro secundo dicto notat in dist. præced. habitum esse, qđ loquendo propriè de illis uirtutib. proprie sunt in uoluntate & anima, & non in intellectu. tamen loquendo de temperantia, ut est habitus appetitus sensitiui, conformiter loquendũ est de concupiscibili. sic de fortitudine, & irascibili, est loquẽdum, & illud primum dictum relinquitur notum.

Secundum dictum. Fortitudo in communi est habitus sufficienter perfectiuus ipsius irascibilis.

Tertiũ dictum. Duæ uirtutes ipsusæ. s. charitas, & spes, pficiunt ipsam concupiscibilẽ: quod si faceretis quæst. tu dicis, ꝙ temperantia perficit concupiscibilem, & fortitudo irascibilem: quid de spe, & charitate? perficiunt ne concupiscibilem? Nam irascibilis respicit aliquid nolitum, Deus autem nõ potest esse nolitum, ideo uidetur, ꝙ alii duo habitus superfluũt, s. charitas, & spes, nisi ibi ponantur. Respon. est, quod concupiscibilis habet duplicem uim: secundum affectionem commodi, perficitur spe, secundum affectionem iustitiæ, perficitur charitate.

Quar-

4. dictum.

Quartum dictum. Licet ista duo, fortitudo, & temperantia maneant indiuisæ, tamen diuidi possunt per multas species, quia non dicitur duplex, fortitudo duplex prudentia, &c. sed immediatè dicit, quòd tria sunt: secunda dicit pars, quòd ipsa possunt diuidi.

5. dictum. Homo simpliciter, & sufficienter perficitur p septem habitus uirtuũ.

Quintum dictum est epilogus. Sufficienter, & simpliciter perficitur homo per istos septem habitus per quatuor acquisitos, & tres infusos: Quia aliquis habet iustitiam in gradu heroico, aliquis in gradu infimo, aliquis in gradu medio, & applica ubique. Aliquis est temperatissimus, alius minus, alius mediocriter, sed ubi haberi potest, quòd ponendi sint huiusmodi habitus? habetis de infusis Theologicis ab apostolo. 1. Cor. 13. de moralibus. sap 8. ubi legitur. sobrietatem enim & sapientiam docet, & iustitiam, & virtutem, quibus ni hil utilius homini esse potest. per sobrietatem intelligit temperantiam, per uirtutem fortitudinem. ecce diuisio uirtutum.

Virtutes Cardinales sũt quatuor tantũ in genere, sed plures sunt in specie.

Notandum est aliud notabile. Vtrum beatitudines distinguantur a fructibus, & donis? primo de habitibus, qui sunt virtutes. in isto notabili hoc vult habere Scotus, quòd licet enumerẽtur secundum se quatuor uirtutes cardinales in genere, tamen sunt plures quam quatuor secundum numerum, siue secundum speciem: quia non est tantum una iustitia, sed plures distinctæ secundum speciem.

Boni prima diuisio. Vtile non ẽ primo appetibile.

Et quòd hoc sit uerum, quòd non sit una temperantia tantum ostendo, post de fortitudine, post de iustitia. ueniamus ad temperantiam; suppono, quòd temperantia est habitus proficiens hominem ad hoc, ut homo ordinatè se habeat circa concupiscibilia.

Notandum est, quòd prima concupiscibilia sunt duplicia. quoddam est, quod est honestum, quod est secundum se appetibile. Aliud est delectabile, quod allicit. Exemplum primi, ut honor Exemplum secundi, ut uoluptas; quia bonum diuiditur primo. in bonum utile, & delectabile, & honestum.

Temperantia dupliciter perficit.

Dicit doct. quòd utile non est ponendum inter primo appetibilia, quia semper alteri concupiscitur, auarus sibi diligit pecuniam, aut alteri: sed primo appetibile semper delectat, & sua ui allicit, & potest delectare absque hoc, quòd illud sibi concupiscat, sed ibi quiescendo. ita de honesto. sed utile non habet rationẽ primo appetibilis: ideo nõ enumerat illud Doctor.

Primum dictum.

Vlterius aduertendum est, quòd temperantia potest perficere dupliciter: primo in ordine ad bonum honestum: secundo in ordine ad bonum delectabile: & est appetibile ad quod sequitur uoluptas.

Primum dictum. Si temperantia perficit hominem in ordine ad bonum honestum, sic est una species temperantiæ, quæ est humilitas: honor est bonum honestum: & temperantia pficit hominem, ut moderatè circa honores se habeat, & est humilitas.

2. dictum.

Secundo dico, quòd temperantia perficit hominem in ordine ad delectabile. appetibile non habet proprium nomen, sed uocetur temperantia. Sed utrum ista temperantia sit species, aut genus? est genus, quia diuiditur secundum, quòd appetibilia sunt diuersa. quia aut perficit circa appetibilia delectabilia secundum uoluptatem ueneream, & sic dicitur esse castitas: aut perficit circa appetibile delectabile gustus, sic est sobrietas: &c. stat, quòd aliquis sit temperatus circa uenerea & erit intemperatus circa appetibilia gustus: ergo illæ temperantiæ non sunt una, sed plures secundum speciem; ut patet de religioso, qui uouit castitatem, est castissimus, & tamen erit ebriosus, vel econtra etiam aliquis erit temperatus circa sensibilia, & intemperatus circa speculabilia. est intemperantia in parte sensitiua, & in parte intellectiua. ecce de temperantia &c.

Reprobãtia genus ẽ & habet plures species.

Quis põt eẽ temperatus in uno, at in temperatus in alio.

de fortitudine quòd est unus genus fortitudo duplex.

Iustitia una secundum genus.

Aliquis põt se habere ad alterũ dup.

Amicitia pars iustitiæ nobilissima.

Similiter dico de fortitudine, est unica secundum genus, sed potest habere plures species: est enim duplex, Vna perficit hominem ad repellendum ea, quæ sunt repellẽda: Alia est quę non repellit, sed sustinet. Prima est bellicositas: secunda est patientia, & de ista est nunc loquendum.

Iustitia est unica secundum genus, habet tamen multas species in ordine ad alterum. aliquis potest se habere ad alterum dupliciter: primo se communicando illi, quantum potest: secundo non se, sed aliquid aliud. primum est amicitia; ideo amici habent rationem unius: & ista species est nobilissima inter omnes uirtutes morales, & ideo est nobilissima iustitia. patet, quia illa uirtus est nobilissima, quæ ordinat in ordine ad alterum, & est nobilior, quam illa, quæ ordinat in ordine ad se. sed sic est de amicitia.

Secundo potest esse iustitia communicando alteri non se, sed aliquid aliud a se: & hoc dupliciter, uel bona temporalia, & sic est iustitia commutatiua: aut bona spiritualia, & hoc dupliciter: primo quantum ad præsidentiam, & sic est dominatio: alia est quantum ad subiectionem, & est obedientia, ideo hæ uirtutes habent sub se multas species.

Iustitiæ quæ communicat suæ multiplex.

His intellectis doct. hic habet tres conclusiones.

1. Cõcl. Sco.

Prima conclusio. Et si beatitudines, quæ enumerantur a Christo Matth 5. non enumerantur tanquam uirtutes secundum se, tamen bene enumerantur tanquam uirtutes in suis speciebus. Volo dicere, quòd quando habemus in Euangelio paupertatem spiritus, misericordiã, luctum &c. in illis. 8. beatitudinibus non enumerantur uirtutes, quia non fides, nec charitas, nec temperantia &c. in propriis nominibus, tamen in illis enumerantur uirtutes in suis speciebus: quia fortitudo, patientia, iustitia, amicitia, & misericordia, &c.

2. Concl.

Secunda conclusio. Licet in enumeratione donorum spiritussancti non enumerentur omnes uirtutes, tamen enumerãtur dona in uirtutibus secundum se, uel secundum suas species.

3. Concl.

Notandum est, quòd quando enumerantur dona, enumerantur uirtutes in se, ut fortitudo est donum, & est uirtus, & aliæ in suis speciebus.

Beatitudines reducũtur ad uirtutes.

Tertia conclusio Doctoris. Ex fructibus, quos enumerat Paulus ad Gal. 5. quidam enumerantur in uirtutibus secundum se: quidam quo ad suas species: quidam nec sic, nec sic. Pro prima conclusione habentis &c. beatitudines. Prima est paupertas, & est humilitas, & est species temperantiæ, Alia est munditia cordis, quam nominat Matth. 7. speciem temperantiæ, qua perficitur homo communiter circa appetibile, & delectabile. Alia est patientia, & est species fortitudinis. Alia est mititas, & est quædam amicitia.

Quo Dona reducantur ad uirtutes

Dicit doct. quòd amicitia in plus se habet, quam beneuolẽtia, i. plus dicit, non quòd sit magis commune amicitia, quam beneuolentia, sed plus dicit, quoniam est non latens in cõtra passis, ut dicit philosophus 8. Ethic. Mititas tamen est inimus gradus: ideo per eam intelligitur amicitia. Alia est pax, & reducitur ad iustitiam præsidentium, & ad iustitiam obedientium, aut ad unam illarum. Est alia, quæ dicitur misericordia qua quis communicat, non ut rehabeat, sed se liberaliter cõmunicat, & sua etiam: & reducitur ad unam speciem iustitiæ quæ est misericordia. Alia est esuries iustitiæ, & est ex habitu, qui inclinat ad diligendum Deum, & reducitur ad charitatẽ: quia habens charitatem esurit Deum. Alia est luctus, & reducitur ad spem: quia, qui lugent, aliquid sperant. dico, ꝙ nulla beatitudinum reducitur formaliter ad fidem, & prudentiam: tamen præsupponunt fidem, & prudentiam, sicut uoluntas intellectum.

Quo fructus spiritus. uel sunt uirtutes, uel ad eas reducuntur.

Dona reducuntur ad uirtutes in suis speciebus, excepta fortitudine. Consilium reducitur ad prudentiam, quæ est habitus consiliatiuus. Timor reducitur ad humilitatẽ. Fortitudo est ipsa uirtus moralis. Pietas est iustitia in spe. Sapientia, quæ est donum, dicit charitatẽ: & dicitur dupliciter: primo quia quis intelligit diuina, & est notitia æternorum, ut capit philosophus, & Theologus; sic non est donum: secundo capitur, ut est habitus, quo sapimus Deum, & gustamus Deum, & sic est sapientia donum, & reducitur ad charitatem: quia per eã sapimus Deum. Scientia ad fidem infusam. Intellectus etiam est fides implicita, scientia explicita.

Sol. arg. post oppositum.

Tertia conclusio erat, quòd 12. fructus, qui enumerantur a Paulo, quidam sunt uirtutes in se, quidam in suis speciebus: quidam nec in se, nec in suis speciebus. Tres sunt fructus, qui sunt uirtutes secundum se, scilicet charitas fides, & longanimitas, quæ est spes ipsa. Alii sunt fructus, qui sunt uirtutes in suis speciebus. Alii sunt fructus, qui nec sunt uirtutes, nec species uirtutum, sed sunt quædam passiones consequentes. require.

Ex his patet solutio ad argumentum post oppositum. Probans, quòd sunt distincti habitus, dona, uirtutes, & fructus, & beatitudines, quia alia est enumeratio habituum, & donorum, & fructuum, & beatitudinum: ergo sunt diuersi habitus. Respondeo distinguo. hoc potest esse dupliciter: uno modo, quòd sint habitus diuersi, ita quòd sit diuersitas habituum. & sic negatur: alio modo secundum uocem, quia aliqnando enumerantur virtutes secundum donum, aliquando beatitudo, & sic est uerum, & hæc de 34. dist.

DI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

DISTINCT. TRIGESIMAEQVINTAE.

QVAESTIO VNICA.

Cõparat dona inter se.

IRCA distinctionem trigesimamquintam. determinatio de uirtutibus, & donis, nunc consequenter determinantur de donis, comparando ea adinuicem, quæ sunt.7. Scotus accipit 4.de istis, scilicet sapientiâ consilium, intellectum, & scientiam, quid intelligimus per sapientiam dictum est, ꝙ

Sapientia duplic.

accipitur dupliciter, sapientia uno modo, ut est donum, & sic est qua nos sapimus ipsum dilectum, & est ipsa charitas. isto modo non est habitus intellectualis, & isto modo sapientia attribuitur Spiritui sancto, non filio. Scientia dupliciter capitur Vno modo ut dicit habitum intellectualem sicut capiunt naturales. isto modo non capitur hic, quia ut sic, distinguitur contra fidem. Alio modo capitur ut distinguit cognitionem explicitam credendorum, & sic non distinguitur contra fidē, sed est fides perfecta. & isto modo accipitur hic, generando dicitur. quòd est donum.

Scia dupli.

Intell. dup.

Intellectus capitur dupliciter. Vno modo ut dicit habitum principiorum, & talis notitia principiorum habet euidentiá ex terminis, fides non; sic non est donum alio modo capitur intellectus secundum, quòd dicit implicitam notitiam credēdorum, & sic ille, qui habet fidem implicitam de credibilibus reuelatis, dicitur habere intellectum, & sic hic accipitur.

Cõsilii dup.

Consilium dupliciter dicitur, siue accipitur, primo ut dicit deliberationem agendi, & sic consilium est de omnibus agibilibus, & isto modo est sapiētia, & est uirtus moralis. Alio modo capitur secūdum, quòd est deliberatio de operibus arduis, siue ad quæ tenemur, siue ad quæ non, sic est donum. Exemplum ad quæ tenemur, ut tenemur consiteri peccata proprio sacerdoti de iure diuino. Exemplum ad quæ non tenemur. uade & uēde omnia quæ habes & da pauperibus, & sequere me. isto modo est donum Spiritussancti, & tamen non tenetur, sed est deliberatio de operibus arduis. Timor capitur sex modis, quidam vocatur timor naturalis, quidam humanus, quidam mūdanus, quidam seruilis, alius initialis, alius filialis. Timor

Timor naturalis.

naturalis est quo quis timet mortem, & omne terribile, & talis timor est ante deliberationem, ut dicit Antisiodor. & stat cum charitate, & non est donum Spiritussancti. patet de Christo qui incœpit timere, & pauere.

Timor humanus est quo quis timet uitæ propriæ, ex deliberatione rationis.

Dicit Altisiodor. quòd timor humanus aliquādo stat cum peccato mortali, & aliquando sine peccato, aliquis timet, qa amat uitam suam propriam, & ideo aliquando peccat ex timore humano. aliquando est ex leuitate, sic est ueniale, & aliquando est sine peccato. Alius uocatur timor mundanus, & iste sonat in uitium, quia timori humano opponitur timor mundanus, & est quo quis timet pœnam gehennæ, & hoc dupliciter. Vno modo naturaliter. Alio modo ex fidei timere pœnam gehennæ naturaliter, sicut si proponeretur mihi pœna inferni. ego timebo illam pœnam. ille timor esset timor naturalis, non seruilis, nec esset donum Spiritussancti. Alio modo est timor gehennæ ex fide.

Exemplum. aud ui, quòd qui peccat & moritur in peccato mortali, punietur æternaliter, ex fide. ego fugio peccatum, & talis timor de tali pœna gehennæ uocatur timor seruilis. isto modo est donum Spiritussancti, & iste timor est a Spiritussancto, sed non cum Spiritussancto, quia est uia quædam, quæ disponit ad amorem Dei, & disponit ne aliquis peccet.

Alius est timor initialis, & habet duos oculos, Vnum ad pœnam, alium ad Deum, & talis timor est quo quis cauet peccatum propter Deum, & pœnam, quia timore pœnæ cauet peccatum, & dicitur timor initialis, quia est primo, & principaliter inchoatiuum, & dicitur esse donum Spiritussancti.

Alius est timor filialis, & est quo quis præcisè cauet peccatum amore Dei, ne separetur ab ipso.

Dub. fol. de timore in Christo.

Quæritur, Vtrum in Christo fuit timor filialis, dicit, quòd in timore filiali duo sunt, consideranda, vnum est timor separationis a patre, & ideo cauet peccatum, aliud est amor re-

uerentialis. quantum ad primum non fuit in Christo, sed bene quo ad secundum, ut patet.

Fortitudo quid.

Est aliud donum Spiritussancti, qui uocatur fortitudo, est illud, quo repellimus repellenda, & isto modo non est donum: alio modo capitur, ut reducitur ad patientiam. Aliud est donum, quod dicitur pietas, & ipsa secundum Scotum reducitur ad iustitiam: ideo quæritur, utrum scientia, sapientia intellectus, consilium, dicātur esse habitus intellectuales. Quod pietas, fortitudo, timor sint habitus appetitiui, non est dubiū sed de aliis quatuor est dubium, ideo quæritur &c.

Solu. dubi. 1. prop.

Prima propositio. Sapientia donum. non dicit habitum intellectualem, sed dicit habitum appetitiuum. Ista propositio est manifesta ex iam dictis de sapientia, & distinctione iam habita, quia capitur dupliciter, primo ut dicit habitum quo spiritualiter degustamus Deū, & isto modo reducitur ad habitum charitatis, etiam dicimus, quòd sapientia dicit habitum spei, quia dupliciter degustamus Deum, primo modo in se, ut bonum summum, & sic reducitur ad charitatem. secundo modo degustamus Deum nobis, & sic reducitur ad spem.

2. prop.

Secunda propositio doctoris. Cōsilium donum Spiritussancti, dicit habitum intellectualem, probatum est heri, quòd cōsilium est prudentia: & prudentia est habitus intellectualis: ergo etiam consilium, & suppono distinctionem dictam de consilio.

3. prop.

Tertia propositio. Scientia & intellectus dona Spiritussancti pertinent ad intellectum, & non ad uoluntatem, siue ad habitum intellectiuum, & non appetitiuum.

Notandum est, quòd notitia de credibilibus dupliciter potest haberi, vno modo implicitè, sic simplices habēt, Alio modo explicitè, sic maiores habent, aut debent habere, loquendo de fide, ut dicit notitiam implicitam, sic est intellectus; loquendo, ut dicit notitiam explicitam, sic dicit scientiam. ideo cum quæritur, vtrum scientia, intellectus &c. dicitur, quòd sic. excepta sapientia.

Difficultas de intellectu & scientia.

Hic est una difficultas de intellectu, & scientia, quia dicis, quòd dicunt habitum fidei. arguitur sic, intellectus & scientia de naturalibus, sunt habitus distincti: ergo intellectus & scientia de his quæ sunt fidei, & de credibilibus, sunt distincti habitus: antecedens patet, quia in naturalibus, intellectus est notitia principiorum, & scientia est habitus conclusionū: ergo sunt distincti habitus: ergo sic erit in credibilibus.

Sol. difficultas.

Doct. negat consequentiam, quia non est simile de intellectu, & sciētia, in naturalibus, & in fide, & ratio est quia, in naturalibus est distinctio habituum intellectus, & scientiæ, propter distinctionem euidentiæ, quia euidentia principiorum est ex sola apprænsione terminorum: & euidentia scientiæ est ex euidentia principiorum, sed in credibilibus est eadem euidentia, quia certitudo de credibilibus est propter reuelationem reuelantis, tam implicitè, quam explicitè. ecce diction. 35.

DISTINCT. TRIGESIMAESEXTAE.

QVAESTIO VNICA.

De distinct. & connexione uirtutū.

IRCA distinctionem trigesimamsextam. magister agit in ista distinctione de connexione uirtutum, & ideo quærit Scotus, Vtrum uirtutes morales sint connexæ, Virtutes esse connexas potest multipliciter intelligi, Vno modo in obiecto, & non est aliud quam esse de eodem obiecto, sic non est quæstio, quia certum est quòd non, quia sunt distincta obiecta.

Secundo intelligitur subiecto. i. utrum omnium uirtutum sit idem subiectum, & sic certum est, quòd non, quia aliquæ sunt in intellectu, aliquæ in uoluntate, nisi intelligatur remotè, quia sunt in anima omnes, sed loquendo de subiecto propinquo, sic non sunt in eodem subiecto, sic non intelligitur.

Tertio intelligitur in fine, & sic est querere, utrum omniū uirtutum, sit unus finis, certum est, quòd sic remotè; quia ad beatitudinem, tamen propinquè non.

Quarto

Quarto intelligitur de causa efficiente, & est quærere, Vtrum ab uno, & eodem agente oriantur uirtutes omnes morales, & sic non est quæstio.

Quinto intelligitur quantum ad consequentiam, & est sensus: vtrum ista consequentia sit bona. Iste habet unam uirtutem moralem, ergo habet & alias omnes, & est sensus Altisiodorensis, & Scoti, & ita disputabitur quæstio, quia omnes sunt connexæ. patet per Augustin. & per philosophum. sexto Ethicorum.

Quatuor articuli iuxta quatuor, q̄ determinātur.

Hic sunt quatuor articuli. De connexione uirtutum vtrū virtutes sint connexæ, habet quatuor articulos, primus de connexione virtutum naturalium adinuicem. secundus de connexione uirtutum moralium cum prudentia. tertius de connexione virtutum moralium Theologal. quartus, ut patet in textu, habemus uidere de connexione virtutum, uideatis decisionem quæstionis in textu, quia plane ibi ponitur.

Opi. Henr. 1. dictum Henr.

Primo uidendum est de connexione virtutum moralium, ad inuicem. Sunt tres opiniones. prima Henr. secunda D. Thom. tertia Doct. prima est Henr. primo notat unum ex intentione philosophi.

Notandum de primo, quòd in genere bonitatum, est inuenire quatuor gradus, primus est perseuerantia, secundus continentia, tertius temperantia, quartus uirtus heroica. primus est perseuerantia, & est habitus quo quis resistit passionibus, sed eas non uincit, quia non subiicit suo appetitui tales passiones. secundus est continentia, & est habitus quo non solū quis resistit passionibus sed eas uincit. tertius est temperantia, & est habitus quo quis non solum resistit, & uincit, sed & eas moderatur, quartus est uirtus heroica, & est actus uirtutis excellētissimus. dicit Henr. Primo sic. In primo gradu, in quo uirtus est perseuerantia, est imperfecta. secundo dicit, quòd in secundo gradu in quo est continentia, est imperfecta. tertio dicit uirtutes morales in primo, & secundo gradibus, non sunt connexæ adinuicem. quarto dicit, quòd uirtus in tertio gradu in quo dicitur temperantia, potest tripliciter accipi. primo potest esse imperfecta, secundo mediocris, siue in gradu medio, tertio perfecta in gradu meliori. tertius igitur gradus uirtutis, habet alios tres gradus. quinto dicit, uirtutes morales in primis duobus gradibus tertii gradus, non habent connexionē, sed in gradu imperfecto, & mediocri, quia ut sic sunt imperfectæ, & ut imperfectæ non habent connexionem. sexto dicit, quòd uirtutes in tertio gradu secundi gradus, & in gradu heroico habent necessario connexionem, uidetis quid habetis respondere secundum Henricum.

Probat ultimum dictum rationibus, & auctoritatibus, ꝙ sunt in illo gradu heroico connexæ sic, quòd non possit una haberi sine alia.

1. rō Henr.

Probat sic. Illa uirtus non est perfecta, quæ potest obliquari a suo fine: sed sic est, quòd una sola posita uirtute, potest obliquari a suo fine: igitur &c.

Dupl. finis uirtutum.

Notandum est, quòd duplex est finis uirtutum, scilicet intrinsecus, & extrinsecus, ut iustitia habet finem intrinsecum, scilicet proportionis, & est æqualitas, quia per eam redditur vnicuique, quòd suum est, similiter temperantia, sed finis intrinsecus est mentis puritas, nec habent finem extrinsecum, scilicet ꝙlicitatem, & de illo loquitur Henri.

Probatur maior per Aug. charitas quæ deseri potest, nunquam perfecta, & uera fuit. ista auctoritas, debet glossari, qa ex ea posset haberi, quòd charitas amissa in uia, non fuit uera patet minor, quia ille qui haberet unam solam uirtutem moralem, non firmaretur circa suam materiam, & circa finem. patet, quia si quis habeat temperantiam, & nō fortitudinem, & dicatur ei fornicare, aliter te faciam mori, tunc ipse fornicabitur, obliquabitur circa suam materiam: ergo sunt connexæ in gradu perfecto.

Sco. sol. arg. primum.

Sco. respondet dicens, maiorem esse falsam, scilicet, quòd uirtus quæ potest obliquari a suo fine, non est perfecta; suppono falsum, quòd uirtus obliquatur a suo fine, sed bene habēs finem obliquatur a suo fine; ideo illa de rigore est falsa. notat doct. quòd ille qui habet perfectam virtutem, potest obliquari a suo fine, sed non sequitur, quòd illa non fuit virtus perfecta in eo, ut exposuit Henricus.

Actus unius uirtutis, nō est circa omnia.

Contra, iste comisit actum intemperantiæ, temperantia in eo non erat perfecta. nego. probo, quia iste obliquatus est circa finem.

Dicit doctor, quòd actus unius solius uirtutis non est circa omnia, ut actus temperantiæ non est circa terribile. Vnde ꝙ iste sit intemperatus, non est quia eius temperantia non sit perfecta, sed quia temperantia non est circa mortem, sed fortitudo: & non habet fortitudinem moderantem circa illud: igitur efficitur intemperatus.

Contra, illa temperantia non est habitus, sed solum dispositio: patet, quia immediatè deperditur. dicatis, quòd non amittit temperantiam, quia per unum solum actum malum non amittitur habitus, nisi esset bene intensus, sed per plures actus malos amitteretur bene.

2. rō Henr.

Secundo arguitur sic. Omnis uirtus perfecta dat delectabiliter operari: sed habens unam solam sine aliis non potest delectabiliter operari: ergo habent connexionem uirtutes. patet minor in casu prædicto. dicetur ei, vel tu fornicaberis cum hac, uel morieris, si eligat mortem. tristabitur. si hoc facies, ergo temperantia in eo non est uirtus perfecta quia si esset, delectabiliter non fornicaretur. Etiam sit aliquis temperatus, & auarus. proponat sibi tyrannus, uel tu fornicaberis, uel dabis centum aureos: si non fornicetur, erit ualde sibi triste, & tamē si haberet perfectam temperantiam, delectabiliter non fornicaretur. ergo &c.

Resp. doct. ad sedam rationem.

Respondet doctor ad materiam. notat Doctor. & bene, ꝙ vnaquæque uirtus dat delectabiliter operari circa suam materiam præcisè, circa materiam alterius uirtutis minime, sit aliquis qui habeat actum continentiæ, monialis, uel aliqua mulier, ut Susanna: & habeat actum fortitudinis, dicatur ei, tu commiscere nobiscum, uel dicemus, quòd iuuenis erat tecum, & lapidaberis. Susanna delectabiliter operatur non adulterando, & delectabiliter operatur uolendo committere actum in temperantiæ, sed talis habitus non dat delectabiliter sustinere mortem: sicut nec habitus fortitudinis dat delectabiliter operari, circa hoc, quòd est non fornicari. secūdo notat Doct. non inconuenire, ut habens habitum, siue actū unius uirtutis, eliciat actum contra aliam uirtutem: Dicitur, quia non est dispositus &c. sic Sortes habens temperantiam, & non fortitudinem, dicitur ei morieris, vel fornicaberis; si moritur est sibi difficilius mors, quia non habet habitum regulantem ad mortem sustinendum, si fornicetur tristatur per accidens, quia non habet habitum regulantem ipsum circa materiam illius uirtutis, scilicet mortem. cum ergo dicis, omnis uirtus dat delectabiliter operari, uerum est circa suam materiam propriam. si proponatur sua materia præcisè, delectabiliter operabitur circa illam. si proponatur mors, quia mori est magis triste quam fornicari: ideo fornicabitur, & tristabitur per accidens de fornicatione.

3. rō Henr. soluitur.

Tertio arguitur sic. Omnis virtus perducit ad finem suum sed una sola posita, non perducit ad finem: ergo non est perfecta: ergo &c.

Notandum est, quòd uirtutem perfectam perducere ad finem, intelligitur dupliciter, primo ad suum finem, secūdo ad finem aliarum uirtutum. loquor de fine intrinseco, Vnde est, quòd omnis uirtus moralis perducit ad finem suum non aliarum. minor est falsa, quia habens temperantiam potest temperatè uiuere. etiam habens fortitudinem, potest fortiter agere. Ad auctoritates. primo ad illam Augustini, Charitas quæ deseri potest, nunquam fuit uera. Vtrum uirtus, quæ potest amitti, sit uera uirtus, dicatis, quòd licet habitus quilibet sit de difficili mobilis a suo subiecto. non tamen est inamissibilis; ideo licet charitas uiæ aliquando deperdatur, tamen non sequitur, quod non sit habitus, & uirtus.

Ad auctor. respondet.

Ad August. aliqua charitas dicitur uirtus uera dupliciter, primo formaliter, quia est uerè habitus qui est forma quædā quæ est charitas, sic charitas uiæ est ita uera sicut charitas patriæ. secundo intelligitur per communicationem, & quia charitas uiæ non ita inseparabiliter coniungit fini ultimo sicut charitas patriæ, ideo non est tam uera. sic intelligit August. secundo probatur auctoritate Greg. ille solus habet perfectā uirtutem, qui non simul iacet in aliis uitiis: sed habens unam solam uirtutem, nō iacet in uitiis: ergo non habet uirtutem perfectam. Vnam uirtutem perfectam esse sine alia, est duplicitер, primo simpliciter, sic una nō potest esse perfecta sine aliis: sic intelligit Gregor. & sancti. arguitur sic, uirtutes morales sunt sorores: ergo sunt coniunctæ. patet antecedens, quia per coniunctionem, & amorem.

Charitas dicitur uirtus uera dupl.

Patet etiam ratione, quia una aliam iuuat; ergo sunt sorores. non tamen de sancta Clara.

Sol. doct. ex auct. D Greg. soroves se iuuāt dupl.

Doctor distinguit, quòd sorores se iuuant intelligitur dupliciter, primo ad conuiuendum. secundo ad essentialiter perficiendum. primo modo uerum est, quòd se iuuāt sorores, & etiam uirtutes, secundo modo ad essentialiter perficiendum, & hoc modo non est uerum. Etiam non est uerum sic.

Dicit doct. quòd uirtutes se iuuant. Quia habens tempe-

ran-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rantiam & fortitudinem, est magis sufficiens, sed vna esse potest perfecta sine alia. & sic patet, quòd illæ auctoritates non concludunt.

Scot. arguit contra Hen.

Doct. arguit contra Henr. quòd non concludat, nec quòd uerum dicat: arguitur sic. In gradu imperfecto aliquis potest habere unam solam uirtutem; ergo & in gradu perfectissimo, & heroico potest quis habere unam sine aliis: ergo non sunt connexæ, antecedens est notum secundum Henr. contra quē arguit Doctor. consequentia patet, suppono, quòd habitus intendatur per actus, sicut generatur per actus, tunc pono casum, quòd per quatuor actus temperantiæ acquisierit quis sibi habitum temperantię imperfectum, uolo, quòd per alium non occurrat sibi quicquam, nisi materia temperantiæ, iste ex tribus actibus acquisiuit habitum imperfectum, & commune elicit actus temperantiæ: ergo intenditur ille habitus, & non alii habitus, quia non elicit actus generatiuos aliorum habituum, & tandem in gradu perfectissimo habebit temperantiam.

Ponitur re ſponſ. Henr. Refellitur reſp.

Diceretis, quòd occurret sibi materia aliarum uirtutum in phantasia, licet non extra, & tunc poterit elicere actum aliarum uirtutum.

Contra, suppono, quòd non sunt plures actus intelligendi simul in eodem intellectu. Tunc licet habeat in phantasia illud, non tamen illud aduertit.

Item uolo, quòd cum occurret in phantasia, præcipiat uoluntas ut solum aduertat ad materiam temperantiæ, & sic uirtutes non sunt connexæ, & sic patet opinio Henrici ad quæstionem.

Opi. D. Tho.

Aliter dicitur, & melius. ponitur opinio Thomæ, ponit vnam distinctionem, quòd uirtus moralis potest cōsiderari dupliciter, primo in eo, quòd habitus: secundo in eo, quòd uirtus. supponatur, quòd quælibet uirtus est qualitas de difficili mobilis a subiecto. potest considerari in eo, quòd est habitus, secundo in eo, quòd uirtus, quia uirtus dicit aliquid supra habitum, quia aliter omnis habitus esset uirtus primum dictum uirtutes morales sumptæ in ratione habitus non habent connexionem adinuicem, quia tunc sequeretur, quòd omnes habitus essent connexi adinuicem, quod est falsum. patet in scientiis, hanc propositionem concedit doct.

1. dictū D. Tho.

2. dictum eiusdem.

Secundum dictum Tho. virtus moralis in eo, quòd uirtus moralis, habet necessario connexionem cum aliis uirtutibus omnibus. probat ex intentione. istud secundum dictum a doctore in sequenti impugnabitur.

Doct. noster impugnat opinionem istam duabus rationib. aut tribus.

Notandum, quòd est difficultas, Vtrum uirtus moralis dicat aliquid unum per se, uel aliquod ens per accidens.

Virtus non dicit unum per ſe ſēm Scotum.

Diceret Scotus, quòd uirtus non est unum per se. arguitur sic. ratio uirtutis moralis consistit in ratione habitus, & in ratione conformitatis ad rectam rationem: ista dicitur esse ratio uirtutis moralis. uirtus moralis dicitur esse habitus electiuus in mediocritate consistens quo ad nos, determinata ratione, & ut sapiens utique determinabit. 2. Ethicorum. & ió ultra naturam actus, uel habitus uirtuosi, actus uel habitus non requirunt nisi conformitatem. dicebat D. Thomas, quòd uirtutes habent necessariam connexionem, sed consequentia non ualet, quia sola conformitas rationis sufficeret ad habitum moralem.

2. rō Sco. uidetur ad idem.

Secundo ad idem arguitur, & probatur, quòd non rectè distinguit, & arguitur sic, si uirtus moralis in eo, quòd uirtus, perficitur per concomitantiam unius habitus cum aliis uirtutibus, sequeretur, quòd una uirtus moralis erit ratio essendi alteri virtuti morali. consequens est falsum, probatur consequentia. & capio habitum temperantiæ; tu dicis, quòd non est uirtus moralis nisi per concomitantiam fortitudinis ad temperantiam: ergo habitus temperantiæ. hoc consequēs esse falsum, probatur tripliciter, arguitur sic, si uirtus moralis esset ratio essendi alteri uirtuti morali sequeret, quòd uirtus moralis esset uirtus antequam esset uirtus.

Item sequeretur, quòd nulla esset uirtus, ista sunt inconuenientia, quod primum sit inconueniens patet manifestè, & tamen istud sequeretur. negatur illa consequentia quantum ad illa inconuenientia. probatur primo, quòd ista consequentia sit bona, una uirtus moralis est ratio essendi alteri, & tu dicis quòd fortitudo non est uirtus moralis, nisi cum temperantia: ergo temperantia est uirtus antequam sit uirtus. negatur consequētia, probatur, quia ad hoc, quòd fortitudo sit uirtus, supponit temperantiam esse uirtutem; ergo & temperantia non potest esse uirtus nisi per concomitantiam ad fortitudinem: ergo est uirtus quando præsupponitur temperantia, & econtra, & tamen temperantia in illo priori non est uirtus. patet, quia non esset uirtus nisi præsupposita fortitudine quæ dat sibi esse uirtutis. probo secundum inconueniens, quia bene sequitur, quòd si una uirtus est una ratio essendi virtutem moralem, sequeretur, quòd nulla esset uirtus, & arguitur sic. sicut temperantia est ratio essendi uirtutem moralem fortitudinis, ita & econtra: ergo erit prima, & eadem ratione iustitia erit prima uirtus. eadem ratione temperātia est prima uirtus, & per consequens omnis erit prima uirtus, & ideo nulla erit prima &c. per consequens nulla erit uirtus. dices, quòd uirtus potest dupliciter considerari, Vno modo in eo, quòd habitus. Alio modo in eo, quòd uirtus moralis, in eo, quòd habitus, & tunc dico, quòd Arist. concedit virtutes in ratione habitus habere ordinē, & aliquā esse primam uirtutem, & sic etiam Tho. concedit. alio modo in eo, quòd uirtus moralis: & sic diceret ipse, quòd non habeo pro inconuenienti, q̄ habitus habent rationem uirtutis ex ratione propria ex concomitantia mutua.

Contra dicit Scotus, tu dicis, quòd uirtus in ratione uirtutis una non est prior alia.

Contra, si una uirtus non sit prior alia, sequitur istud inconueniens, quòd per unicum actum moralem bonum, omnes uirtutes accipient esse uirtutes. consequens est inconueniens, quod ut manifestum reliquit Scotus, nempe, quod per unicum actum temperantiæ, acquirantur omnes uirtutes, & accipiunt esse uirtutis. hoc est inconueniens.

Scotus arguit sic. Virtutes morales sic se habent in ratione uirtutis, quòd una non est prior altera: ergo per unicum actū omnes accipient esse, & pono casum, quòd sit Sortes habens habitum temperantiæ, & habitum fortitudinis tunc uolo, q̄ habitus temperantiæ non sit in eo uirtus. etiam habitus fortitudinis sit in eo præcisè habitus, & nō uirtus, Vel aliter uolo, quòd sit Sortes habens fortitudinem, ut quatuor, ideo est habitus, quia si haberet in quinto gradu esset uirtus moralis, & etiam habet temperantiam, ut quatuor, & non est uirtus moralis in quatuor.

Tunc arguitur sic. Si nulla sit uirtus moralis prima, uel in Sorte possunt acquiri per unum actum moralem bonum, omnes habitus, uel una erit prior altera. sic primum. sic essent uirtutes morales, negatur. probatur, pono casum, quòd sit Sortes habens habitum temperantiæ, ut quatuor, & uolo, quòd Sortes eliciat actum intensiuum temperantiæ, & tunc acquiritur temperantia, & non fortitudo, quòd est contra te. si dicas, q̄ per istum actum intensum temperantiæ acquiritur habitus fortitudinis, istud est inconueniens, & sic arguimentum est bonum.

Vltimo arguitur. Contra istam opinionem, & probatur, q̄ uirtutes morales non sint necessario connexę.

Arguitur sic. Virtutes morales sumptæ secundum speciem non habent necessariam connexionem: ergo uirtutes morales sumptæ secundum genus non habent necessariam connexionem.

Probatur consequentia, quia magis conueniunt duę uirtutes distinctè secundum speciem. quam duæ distinctè secundū genus, negatur assumptum, q̄ duæ uirtutes morales, & sumptæ secundum speciem, non habeant necessariam connexionem. probatur, & capio continentiam matrimonialem, & uirginitatem, istæ non habent connexionem, quia continentia matrimonialis non stat cum uirginitate. nec contra: ergo duo genera in esse uirtutes, non habent connexionem, & sic Scot. dimittit opinionem. S. Tho. Dicebat S. Tho. q̄ una potest esse sine alia, ut dictum est, & non potest esse.

Vtrū uirtutes morales habeant connexionē adinuicem.

Quæritur in isto. Vtrum uirtutes morales habeant connexionem adinuicem: de uirtutibus moralibus est dupliciter loquendum, Vno modo secundum rationem generum interme diorum, dictum est, quòd temperantia est unum genus subalternum, & etiam iustitia, habens sub se multas species, & sic non habent necessariam connexionem. Alio modo est intelligendum secundum rationem generalem prius assignatam, & sic etiam non habent necessariam connexionem. probatur, q̄ ex multis actibus temperantiæ potest acquiri perfectus habitus temperantiæ, & ex multis actibus temperantiæ non acquireretur habitus fortitudinis: tamen quia Doctores dicunt quod habent necessariam connexionem, est distinctio: aliud est loqui de uirtutibus moralibus absolutè, & non in compa ratione ad habens: & ut sic non sunt necessario cōnexæ: quia vna uirtus potest esse sine alia absolutè. Sed loquendo de habē te, aliud est, dicit Scot. duas propositiones.

Prima

1. prop. Sco.

Prima propositio. Aliquis potest esse perfectus secundum vnam uirtutem moralem, & tamen non erit perfectus secundum alias.

Ex quo patet, quòd aliquis potest habere vnam uirtutem moralem absque hoc, quòd habeat alias.

Probatur. Quandocunque est aliquod perfectibile plurib. perfectionibus perficientibus simul, potest perfici vna sine alia, & absque hoc, quòd perficiatur pluribus perficientibus: quia temperantia perficit uno modo, & iustitia alio modo, & sic de aliis: ergo &c.

Probatur in naturalibus, quia perfectio hominis est habere potentiam auditiuam, & potentiam uisiuam: & homo potest perfici una potentia, sine alia, ut aliquis potest perfectè uidere, & nihil audire, & sic de aliis. sic etiam est de uirtutibus moralibus, quòd quis potest perfici per unam, qui non perficitur per alias.

2. prop.

Secunda propositio Doctoris. Non potest homo politicus esse perfectus vniuersaliter, habendo vnam uirtutem moralē, nisi habendo omnes alias simul. Ista propositio declaratur in naturalibus. Nullus est perfectus secundum perfectionem potentiarum organicarum, nisi habeat omnia, siue omnes alias uniuersaliter: licet benè habens unam uirtutem est simpliciter perfectus habendo illam, sed non uniuersaliter. Ideo quæritur. Vtrum uirtutes morales sint connexæ ad inuicem, secūdum Scotum: distinguit, quòd est loqui dupliciter de uirtutibus moralibus; uno modo absolutè, & secundum rationes formales, & loquendo in esse uirtutis. & sic uirtutes isto modo non sunt connexæ, quia una in gradu heroico potest haberi sine aliis, Alio modo in ordine ad perfectibile, & sic sunt connexæ, si istud perfectibile debeat dici perfectum vniuersaliter in genere moris: & sic si considerentur absolutè, non sunt cō nexæ: sed si comparentur in ordine ad perfectibile, sunt connexæ.

2. artic.

¶Secundus articulus habet &c.]

Consequenter hic ponitur secundus articulus, qui quærit de connexione uirtutum ad prudentiam.

Dupl. ſermo habetur de prudentia.

Notandum est, quòd de prudentia est loqui dupliciter. Primo in communi, & uniuersali, ut est habitus, qui dictat de agibili in uniuersali, non determinando ad hoc, aut ad illud. Secundo potest considerari, ut dicit habitum determinatum ad unumquodque agibile alicuius uirtutis, ut secundum quòd determinatur ad agibile terribile, ut secundum quòd determinatur ad agibile delectabile, uel secundum quòd determinatur ad agibile ad alterum. Prima est prudentia uniuersalis. Secunda est prudentia particularis. ideo iste articulus habet duos articulos, primus quærit, vtrum unaquæque uirtus habeat connexionem cum sua prudentia: ut utrum fortitudo habeat connexionem cum sua prudentia, & dictat circa agibile terribile. secundus erit de connexione uirtutum cum prudentia uniuersali.

1. art. huius ſecundæ prin cipalis.

Nunc uidendum est de connexione uirtutum cum sua prudentia: & primo ponitur opinio Godofredi de fontibus: secūdo ponetur opinio doctoris nostri.

Opi. God. circa primū artic. Concluſ. Godof.

Conclusio Godofredi est talis. Necessaria est connexio vniuscuiusque uirtutis moralis cum sua prudentia particulari. Pro declaratione conclusionis notanda sunt quatuor.

1. dictū pro declaratione concluſ.

Primum dictum. Voluntas non potest male eligere, nisi intellectus malè dictet, Vtrum potest eligere fornicationem uoluntas, nisi intellectus dictet? patet hoc dictum auctoritatibus philosophi. Prima est. si uoluntas male eligit, intellectus male dictat: ergo primum dictum uerum. Ad idem est philosophus. si maior practica proponatur ab intellectu, & minor capiatur a sensu, tunc conclusio est operatio. si maior proponatur ab intellectu errante, tunc ergo erit operata, idest erratur a uoluntate: ut si ista maior proponatur ab intellectu, omnis inimicus est occidendus: & ostendatur inimicus a sensu, tunc uoluntas eligit, quòd hic est occidendus.

Reſp. ad auct or.

Ad istas auctoritates oportet respondere. primum dictum est falsum. ad probationes, concedo auctoritates: sed cum uoluntas malè eligit, intellectus malè dictat, idest contingit uoluntatem malè eligere, intellectu malè dictante, & est uerum: sed non habes, quòd uoluntas non posset eligere malè nisi intellectus malè dictet, quòd uoluntas potest eligere fornicari, & intellectus dictat, q̄ non est fornicandum, ut patet sæpissime in nobis.

2. dictum God.

Secundum dictum istius doctoris. stante dictamine recto in tellectus, uoluntas non potest male eligere.

Contra, est articulus Parisiensis contra hoc, quare distinguit ipse, q̄ iste articulus potest accipi dupliciter stante scientia &c. Primo potest accipi in sensu diuiso: secundo in sensu compositio. In sensu diuiso esset falsa sua propositio propter articulum, quia sensus articuli diuisus est, Intellectus dictat de hoc agibili in uniuersali, aut particulari, & uoluntas non potest in oppositum. est falsum. sic intelligitur articulus, & non sic intelligitur meum dictum.

Secundum dictum. Secundo potest exponi in sensu compositio, & hoc tripliciter, quia uel potest exponi per dictionem causalem, & est sensus, quia intellectus dictat in uniuersali, & in particulari rectum, ideo uoluntas non potest malè eligere: sic est falsum. Secūdo potest esse temporalis, & est sensus; quando intellectus rectè dictat, uoluntas non potest malè eligere. notat concomitantiam rectè electionis ad rectum dictamen, & sic est uerum. Tertio potest esse conditionalis: sic est uera, quia sensus est: si intellectus rectè dictat: ergo uoluntas rectè eligit.

3. dictum God.

Tertium dictum eius. stante errore in intellectu necessario est error in uoluntate.

4. dictum eiuſdem.

Quartum dictum eius. Licet simul tempore fuit error in voluntate, & intellectu; tamen prius natura est error in uoluntate, quam in intellectu. Sequitur corollarię, quòd error uoluntatis excæcat intellectum: quia est causa erroris in intellectu. patet hoc primo per August. super illud psalmi, Loquetur ad eos in ira sua: quia dicit, q̄ transgressio peccatorum est causa erroris in intellectu, etiam omnes mali ignorant. etiam Dionys. nullus operatur ad malum aspiciens.

Dicit doct. q̄ uoluntatē excæcare intellectum, intelligitur tripliciter. primo priuatiuè: secundo positiuè: tertio per errorem quomodo priuatiuè dicit excęcare intellectum? auertēdo ipsum a recto dictamine, et conuertendo ipsum ad oppositum, uel ad impertinens: ut patet in exemplo: Secundo intelligitur positiuè, & contrariè.

Notandum est, quòd sicut ex rectis dictaminibus acquiritur habitus bonus, qui est prudentia: ita ex malis dictaminib. acquiritur in intellectu habitus malus, qui est stultitia, & insipientia: ut dicat intellectus, q̄ est gaudendum, & fornicandum, & q̄ oportet gaudere in hoc mundo: & ex istis dictaminibus aggeneratur habitus malus, qui est imprudentia cōtrariè, & positiuè; aut insipientia. ideo sic uoluntas excęcat intellectum propter habitum contrarium, qui in eo generatur per imperium uoluntatis. Tertio intelligitur excęcare intellectū per errorem, ideſt facit eum errare circa principia, & conclusiones deductas ex illis. sic non excęcat intellectum uoluntas.

Sol. auct. S pi. God.

Ad auctoritates eius: dicit Aug. quòd transgressio legis causat obumbrationem intellectus, ideſt excœcationem mentis, uerum est priuatiuè, aut positiuè. Ad Dionys. Nullus operatur ad malum aspiciens, ad malum sub ratione mali; dico, q̄ potest intelligi illa auctoritas dupliciter: primo ad malum aspiciens in ratione iudicantis: secundo ad malum aspiciēs sub ratione appræhensi, & cogniti. Primo modo est uerum, quia nullus peccat, quia intellectus iudicet malum, ut malum esse eligendum: secundo modo non, quia potest intellectus appræhendere malum sub ratione mali, & uoluntas potest illud eligere, & tunc peccat ex certa malitia.

Oīs ignorās malus, quo intelligitur.

Ad philosophum, Omnis ignorans malus; loquitur ibi philosophus de ignorantia voluntaria, quia qui vult ignorare, malus est. Ad sapientem, Excæcauit eos malitia eorum: ergo uoluntas excęcat intellectum, uerum est priuatiuè, aut positiuè, nego per errorem.

Rō God. ad probandum 1. ſuū dictū.

Probat illud primum dictum Godofredus unica ratione: quia scilicet error uoluntatis præcedit natura errorem intellectus, quia si non, sequeretur q̄ malitia uoluntatis posset esse in quantocunque gradu sine errore intellectus: hoc est falsum & contra aliquas auctoritates: ergo non est dicendum, patet consequentia, quia si prima mala electio uoluntatis non excęcaret intellectum, nec aliqua alia posterior: quia prima potest esse æquè, sicut quæcunque alia.

Nam supponit Godof. q̄ prima mala electio uoluntatis potest esse tam peruersa, sicut decē sequentes: ergo consequentia est bona. Iam habetis solutionem, quia malitia uoluntatis excæcat intellectum, si tu intelligas in consequente, quod intellectus non erraret circa sua principia, & conclusiones. concedo: sed si intelligas, q̄ non excæcaret intellectus positiuè, sic est falsum.

Declarat ſe God.

Cum dicis, q̄ est simile de prima malitia, & de aliis, nego: ideo distinguit, q̄ est connexio uirtutum cum sua prudentia, quia stante recto dictamine in intellectu, uoluntas non potest malè eligere.

Doct. arguit contra eum, q̄ stet intellectum rectè dictare, & uo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& uoluntatem male eligere.

Primo arguit ex prima auctoritate, quia aliquis scit malũ esse malum, & tamen consentit malo per malam electionem ergo stante recto dictamine in intellectu, potest esse mala electio in uoluntate. patet antecedens per August. super hoc, Forte uiuos deglutissent nos, sicut illi, qui sciunt malum, & eligunt malum. ergo &c.

Ad idem arguit alia auctoritate: quia aliquis uitiosus scit non esse consentiendum uitio, & tamen consentit uitio: ergo patet, quòd absque errore in intellectu stat mala electio in uoluntate. patet antecedens per D. August. super illud. fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. dicit, quòd est uitiosos consentientes, nisi scientes non debere uitio consentire, & tamen illi uitio consentiunt?

Ad idem per Aug. quia stat intellectum dictare bonum esse eligendum, & tamen uoluntatem non eligere illud bonum: ergo non existente in intellectu errore, stat mala electio in uolũtate. patet per Aug. super hoc, concupiuit anima mea desiderare: quia præcedit intellectus, sequitur tardus, aut nullus affectus.

Rõ Scot. contra God. Ratione arguit sic Doc. Si rectitudinem de agibilibus in intellectu sequeretur necessario recta uolitio in uoluntate, sequeretur, quòd scientia recta de agibilibus plurimum faceret ad rectam electionem, hoc est falsum, quia multi sunt, qui cognoscunt agibilia recta, & tamen male agunt, & nihil de eis faciunt. sic de eo, qui studuit Ethicæ.

Item si dictum tuum esset uerum, oporteret dicere, non cõsideres malum, & non oporteret dicere, non sis malus: hoc est contra sensum.

Item arguitur sic. Stante recto dictamine uoluntas potest nihil eligere, quia potest non eligere cum sit libera: ergo non necessario sequitur bona electio: quia nulla sequeretur electio: ergo prudentia non habet necessariam connexionem cũ sua uirtute morali: quia uolo, quòd intellectus dictet, & uoluntas suspendat actum suum, & iterum dictet, & iterum ex illis dictaminibus aggenerabitur prudentia sine sua uirtute: ergo &c.

Arguit q̃ uoluntas nõ excæcat intellectum. Tertio arguitur contra hoc, quòd uoluntas excæcat intellectum, & arguitur sic. Voluntas non potest facere errare intellectum circa sua principia, aut conclusiones: ergo non potest intellectum excæcare eo modo, quomodo intelligit Godofredus.

Patet antecedens, quia si intellectus consideret, omnis seditiosus est extirpandus ab urbe, & omne summum bonum est diligendum, & sciat syllogismum esse consequentiam necessario illatiuam, tunc assentiet conclusioni: & quantumcunque subsit imperio uoluntatis, tamen non faciat uoluntas intellectum errare circa principia, & conclusiones.

Instantia. Voluntatem excæcare in intellectum dupliciter. Reprobatur Instantia. Ponitur instantia, quòd uoluntatem excæcate intellectum, est dupliciter: primo per auersionem: secundo per errorem. primo modo intelligo, & non secundo. sic rationes tuæ non concludunt.

Contra arguit doctor. Auertere intellectum a consideratione, non est excæcare intellectum: quia excæcatur intellectus, qui intelligit aliter quam sit intelligendum.

Item, excæcare sic intellectum, est auertere, & quæro, utrũ illud auertere sit peccatum, aut non: si uoluntas auerteret intellectum ipso dictante, quòd est Deus diligendus, ipsa esset mala: quæro utrum illud uelle auertere sit bonum, aut malũ: sed quomodocunque, illud uelle præsupponit aliquid intelligere simul tempore & prius natura. si sit illud intelligere, quo rectè dictat bonum, non est malum uelle auertere per te, quia stat cum recto dictamine: si autem non sit illud rectè intelligere, sed aliud; quæro, si illud est rectum, aut non: si est rectum, ergo illud uelle non est malum: si non, ergo uoluntas non excæcat intellectum.

Præterea ad hoc, aut stante recto dictamine uoluntas malè eligit &c.

Arguitur sic. Stante recto dictamine uoluntas potest non eligere, & ita se non confirmabit recto dictamini, & ita peccabit, quod est falsum, quia non obligatur ad omnia pro semper.

Præterea. Nullus uiator est incorrigibilis, stante statu uiæ: ergo nullus potest errare circa principia: ergo stante mala electione in uoluntate stat rectum dictamen in intellectu: ergo non est uniuersaliter uerum dictum, quòd si esset error in uoluntate, esset etiam in intellectu.

Vltimo arguitur, quia uolo, quod intellectus damnati diceret istud, Deum esse odiendum; uel uoluntas eius acquiesceret illi, aut non: si sic, ergo delectabiliter, quod est impossibile; quia in odio Dei non potest quis delectari, si non acquieuisset habeo propositum, q̃ stat intellectum esse in errore, & non uoluntatem: & etiam, quòd stat intellectum esse rectum, & uoluntatem malam.

Arg. God. & opinionis. Est unum argumentum istorum, quòd stante recto dictamine, uoluntas non potest male eligere, quia tunc ferreretur in incognitum, quod est impossibile: quia intellectus dictat non esse fornicandum, & uoluntas eligit fornicandum: intellectus dictat bonum, uoluntas uult malum: ergo uoluntas fertur in incognitum. dicit de Bassolis, quòd argumentum concludit bene, quòd uoluntas non vult incognitum: quia illud præcessit in intellectu simpliciter, & absolute, nõ autem iudicatum ab intellectu.

Dub. primũ Aliud dubium posset hic esse, tenendo opinionem Doctoris oportet respondere ad unum dubium.

Primus casus. Ponatur casus, quòd intellectus dictet Sorti esse castè uiuendum, & semper dictet, nihil faciatis, cui dictatur, non aggenerabitur in eo, siue in eius uolunte aliquis habitus bonus castitatis, in intellectu tamen ex pluribus dictaminibus aggenerabitur habitus inclinans ad castè uiuendum. Vtrum talis habitus sit prudentia, an non?

Soluit Scot. secundũ opinionem D. Tho. Primum dictũ D. Tho. Ponatur alius casus. est Plato habens inimicum, intellectus dictat, fumenda est uindicta de inimico, continuè dictat, sed uoluntas eligit sustinere: in uoluntate generabitur habitus expluribus electionibus, quæro, utrum illa electio erit uirtus moralis, an non?

Doctor noster primo respondet secũdum opionem B. Tho. & eum impugnabit, & aliter resoluit difficultatem. B. Tho. respondet per dicta.

Primo dicit. Nullus habitus dictatiuus de aliquo agibili rectè dicitur esse prudentia, nisi in uoluntate sit electio bona, & recta, conformis illi habitui generato ex illis rectis dictaminibus, & sic uirtus moralis in uolunta te: quia prudentia est concors habitus appetitui recto, idest uirtuti morali.

Habitum esse concordẽ appetitui recto duplicitẽ intelligitur. Doctor respondet ad illam auctoritatem, habitum intellectus esse concordem appetitui recto, intelligitur dupliciter. Primo actu: secundo aptitudine. Aptitudine sic habitus practicus est conformatiuus praxi, idest natus conformari praxi; sic intelligit philosophus, intelligitur actu sic, quòd actu conformetur electio dictamini, sed sufficit, quòd sit apta nata conformari.

2. dictũ D. Tho. Secundo dicit D. Thom. habitus dictatiuus de fine in uniuersali non est prudentia, & habitus consiliatiuus, & consiliũ non est respectu finis: ideo habitus circa finem in uniuersali non est prudentia.

Consiliũ dupliciter. Pro solutione notandum est, quòd consilium capitur dupliciter Primo communiter, sic omnis discursus practicus uocari potest consilium, ut distinguendo, omnis uitiosus & seditiosus est extirpandus, & exterminandus a repub. Sortes est seditiosus: ergo &c. iste discursus est consilium large.

3. dictum D. Tho. Secundo capitur propriè consilium; sic est habitus consiliatiuus de mediis ad finem. quando dicit B. Thom. quòd habitus de fine in vniuersali non est prudentia, quia prudentia est habitus consiliatiuus: sed consilium non est respectu finis: ergo &c.

4. Dictum eiusdem. Respondeo, quòd prudentiam esse habitum consiliatiuum est dupliciter: primo ut consilium dicitur communiter, sic nõ est uerum: secundo ut consilium dicitur proprie, sic argumẽtum concludit.

Tertium dictum Tho. Habitus dictatiuus de fine in particulari in intellectu non potest uocari prudentia. probat ut supra; quia prudentia est non de fine in particulari, sed de mediis ad finem, quia est habitus consiliatiuus, & consilium non est respectu finis: sed respectu mediorum ad finem.

Arg. contra D. Tho. & contra Scot. Quartum dictum eius. Habitus dictatiuus de mediis ad finem in intellectu, cui in uoluntate correspondet uirtus moralis, est prudentia. hoc non negabit Doct.

Solu. arg. & Scot. prose. Contra B. Thom. est vnum argumentum, quòd etiam habet soluere Doct. Dicebatur, quòd uirtutes morales sunt cõnexæad inuicem: arguebat sic Doctor contra hoc: quia tunc per eundem actum omnes virtutes constituerentur in esse uirtutis, quod est falsum. ponatur, quòd aliquis habeat temperantiam, ut quatuor non est uirtus, licet sit habitus. sic etiã habeat alias, eliciat actum temperantiæ: ille actus acquiret vnum gradum temperantiæ, & sic fit uirtus, & sic, quia uirtutes sunt connexæ, alii habitus sunt uitutes.

Arguitur contra quartum dictum, uide textum. Doct. respondet, non est inconueniens, ut per unum, & eũdem actum aggeneretur prudentia, & uirtus moralis ei correspondens: tamen est inconueniens, ut per eundem actum aggenerentur omnes uirtutes morales inexistentes.

Prudentia, & uirtus moralis sibi respondens quo se habẽt

Notandum est, quòd prudentia, & uirtus moralis in uoluntate ei correspondens se habent sicut regula, & regulatum.

Certum est, quòd habitus prudentialis dictatiuus de caste uiuendo, est sicut regula uirtutis moralis, quæ est castitas: sed non sic se habent uirtutes morales, quia fortitudo non est regula iustitiæ, nec temperantiæ, nec econtra: ideo &c.

Dicret aliquis. quæro, quis erit ille actus in genere per quẽ aggenerabitur prudentia, & uirtus moralis ei correspondẽs? aut erit actus dictans de caste uiuendo, uel erit actus de eligẽdo caste uiuere?

Dicatis, quòd ille, uel iste: si ponatur intellectus est per se aggeneratiuus prudentiæ: & concomitanter uirtutis moralis, quia habent correlationem. si ponas eum esse actum uirtutis moralis, erit aggeneratiuus uirtutis moralis per se, & prudentiæ concomitanter, quia habent correlationem regulæ, & regulati. dicta sunt hic multa secundum beatum Thomam.

Quæro. ille habitus aggeneratus a pluribus, & ex pluribus dictaminibus in intellectu, & non eliget conformiter uoluntas ad illud dictamen: si non est prudentia, quomodo uocabitur? dicit, quòd uocabitur scientia practica; ut est aliquis, qui studuit medicinæ, sed non expertus est: habet notitiam medicinæ, sed nescit iudicare de febre, & de aliis. iste habitus non uocaretur experimentum, sed uocaretur ars quædam. sic in proposito. iste habet plura dictamina, quòd caste est uiuendũ, sed tamen in caste uiuit: in intellectu aggenerabitur habitus quidam, non erit prudentia, sed scientia practica: quia non habet uirtutem moralem sibi correspondentem.

¶Licet istud, uideatur &c.]

Doctor non est contentus. de hac opinione quantum ad principaliorem punctum.

Ideo primo uult probare, quòd habitus omnis dictaminis in intellectu de aliquo agibili, siue dictet de fine in uniuersali, siue in particulari: siue dictet de mediis, posset uocari prudentia.

Primum argumentum sumitur ex prioritate. Secundum ex unitate eiusdem habitus.

Habitus practicus in intellectu hẽt prioritatem ad moralem in uolũtate. Notandum est, quòd habitus practicus in intellectu habet prioritatem ad habitum moralem in uoluntate, quòd hoc sit uerũ probatur, quia uirtus moralis præsupponit dictamẽ prudentiale, quia ipsa est habitus electiuus secundum dictamen rectum.

Arguitur sic. Omnis habitus practicus in intellectu, cui nata est conformari uirtus moralis in uoluntate, est prudentia: ergo omnis habitus in intellectu dictaminis siue de fine in uniuersali, siue in particulari, siue de mediis, debet uocari prudentia.

Præterea arguitur ex unitate habitus, quia habitus in intellectu ita habet suam unitatem, sicut habitus moralis in voluntate: ergo debet uocari prudentia in intellectu, siue respectu finis, siue respectu medii, quia media non sunt unum, sed sunt diuersa: nõ ergo dicitur unus ab vnitate mediorum, sed ab unitate finis. Quid ergo dicemus? hic ponebantur duo casus.

Ad primum dicatis, q̃ ille habitus in intellectu erit prudẽtia, cum dictat de caste uiuendo, licet uoluntas non eligit caste uiuere.

Ad secundum si habeat intellectus dictamen de uindicando inimicum, & uolũtas uult sustinere, utrum erit uirtus moralis? dicatis, quòd non.

Ad istum articulum dicatis sicut dictum est, quòd prudentia potest esse in intellectu sine quacunque uirtute morali, ita quòd non est connexio esse uirtutis moralis ad prudentiam.

Secunda conclusio. Sicut uirtus moralis non potest esse imprudentia in intellectu, ita ponendum est connexionem necessario uirtutis moralis ad suam prudentiam. eodem modo dicendum est de habitibus, sicut de actibus: tamen intellectus potest esse rectus sine hoc, q̃ actus uoluntatis sit rectus: ita sic dico, quòd habitus rectus potest esse in intellectu sine uirtute morali in uoluntate.

Vtrum econuerso possit esse rectus actus in uoluntate sine actu recto in intellectu? dicatis, quòd non. sic dicatis de habitibus, quòd non potest esse habitus moralis in uoluntate sine sua prudentia in intellectu: ideo non est connexio uirtutum moralium ad suam prudentiam.

Hic est una sola difficultas, quia dicit doctor, quòd non potest esse recta electio in uoluntate, nisi sit rectum dictamen in intellectu.

Contra. uolo ut intellectus dictet, quòd est occidendus inimicus: uolo, quod uoluntas eligat nolle occidere inimicum; tunc istud nolle occidere inimicum est rectum, & non est cõforme dictamen intellectus, ergo &c.

Sol. difficultatis. Aliud ẽ bonitas præcepti aliud bonitas moralis De cõnexione uirtutum quid dicẽdũ

Dicatis, quòd aliud est de bonitate præcepti, aliud est de bonitate morali.

Tunc dicatis, quòd & illud nolle inimicum occidere est rectum, loquendo de bonitate præcepti, quia Deus præcepit, nõ uelle occidere: licet non sit rectum, loquendo de bonitate morali.

¶De alia parte huius articuli, &c.]

Scilicet de cõnexione omnium uirtutum dictum est, quòd est necessaria connexio uirtutum ad prudentiam sic, quòd non possit esse uirtus moralis sine sua prudentia, tamen esse potest prudentia sine uirtute morali.

¶Quantum ergo ad istum, &c.]

Quæritur de unitate prudentiæ communis. Scotus nunc disputat de prudentia in communi, sed prius quærit de unitate illius prudentiæ communis, quam unitatẽ habet; quomodo potest uocari una, quia quærit de connexione uirtutum ad prudentiam, quæ est communis.

Dicit dominus Henricus, quòd licet habitus patriæ naturalis, qui est de omnibus ueritatibus naturalibus, sit unus secundum speciem in diuisis intellectibus, tamen in eodem uni co intellectu est unus secundum numerum. habet unum aliud, quòd licet prudentia in diuersis intellectibus sit una secundum speciem, tamen in eodem unico intellectu est una secundum numerum.

Tertio dicit, quòd sicut per unicam demonstrationem de aliqua conclusione philosophiæ naturalis acquiritur totus habitus philosophiæ naturalis secundum essentiam, sic de aliis: ut si quis acquirat notitiam huius, omne corpus est corruptibile, acquirit totum habitum philosophiæ naturalis.

Vlterius dicit, quòd licet per unicam demonstrationem acquiratur habitus totus philosophiæ naturalis secundũ essentiam, tamen per sequentem demonstrationem est alius respectus. breuiter quam unitatem habeant habitus intellectuales, & prudentiaf dicit Henr. q̃ est unus secundum numerum in eodem unico intellectu.

Doctor noster non consentit isti opinioni, sed eam impugnat.

Arguitur sic. Si esset unus habitus numero totius philosophiæ naturalis, idem habitus esset habitus scientiæ, & habitus ignorantiæ: sed hoc est falsum: ergo &c.

Patet consequentia. sit alia conclusio philosophiæ naturalis, sit a, & alia conclusio sit b: cum scientia, a, stat ignorantia, b, scit omne corpus esse corruptibile, ignorat hanc, omne cœlum est rotundum, cum sit idem habitus secundum numerũ totius philosophiæ, & omnium conclusionum: ergo idem habitus esset habitus scientiæ, & ignorantiæ.

Not. Sco. ars ad factibilia, prudentia ad agibilia eodẽ mõ se habent. Item. postquam aliquis haberet notitiam huius, omne corpus est corruptibile, haberet totam philosophiam: & sic non oporteret plus studere, quod est falsum. Henricus exponit auctoritatem philosophi, si una prudentia inest, omnes habitus inerunt: si una prudẽtia secundum numerũ, dicit specie, &c.

Doctor noster, notat unum, & exponit philosophum. notandum est, q̃ sicut ars respicit factibilia, ita prudentia respicit agibilia.

Ars respicit omnia factibilia, qualiter est domus facienda: qualiter nauis, qualiter medicina est disponenda: ita prudentia respicit omnia agibilia generaliter; est iuste uiuendum. &c.

Sequitur, quòd sicut aliquis potest esse artifex circa aliquod factibile, & non circa aliud, ut patet: ita aliquis est prudens respectu alicuius agibilis, & non respectu alterius.

Secunda conclusio. Quemadmodum respectu diuersorum factibilium sunt ponendæ diuersæ artes, ita respectu diuersorum agibilium sunt ponendæ diuersæ prudentiæ.

Prima pars non est dubia: Alia est ars medicinæ: alia est sutoria, &c. sic est de prudentia.

Tertia conclusio. Aliquis potest esse bene moraliter affectus circa aliquod agibile, & non circa aliud; ut aliquis erit

Universidad de Deusto
Biblioteca

affectus circa continenter uiuere, & non circa liberaliter dare,uel econtra.

Volo dicere, quòd aliquis potest habere unam prudẽtiam particularem,& non aliam.habeo quòd sicut sunt diuersę artes,ita sunt diuersæ prudentiæ, & sicut est una ars communis,ita est una prudentia communis respectu agibilium omnium.

Sed qualiter una,& qua unitate? Duplex est unitas:quædã est uirtualis:alia est formalis. Vnitas formalis est unitas alicuius habitus qui de aliqua particulari conclusione est acquisitus,inducens ad consimiles actus.ideo formalis unitas est unitas habitus,qui habetur de aliquo complexo,cui conuenit esse unum formaliter.

Vnitas uirtualis est unitas habitus,qui est acquisitus de aliquo incomplexo,continentis multa uirtualiter, quæ uirtute ipsius nata sunt de ipso cognosci: ut cognosco hominem ipsum, & uirtute ipsius possum cognoscere omnes ueritates de ipso:ideo est unus unitate uirtuali.breuiter unitas habitus de conclusione demonstrata est unitas formalis.

Vnitas habitus est unitas formalis unitas subiecti est uirtualis

Vnitas autem subiecti continentis uirtualiter eius uerita tes est unitas uirtualis.ita prudentia est una unitate uirtuali, quia cognita ipsa possum deuenire in notitiam omnium uirtutum,quas uirtualiter continet.ideo sic exponitur philosophus,

Vni prudentiæ inexistenti omnes inerunt, uni unitate uirtuali.

Expõ dicti phil. 6.ethi. c. ult. Vna prudẽtia formaliter dupl.

Dicetis.philosophus non intelligit de ista unitate uirtuali,sed de formali,

Notandum est,q̃ prudentia una formaliter dicitur dupliciter.Intelligiuè:secundo una formaliter extensiuè. dictamẽ rectum,quod est castè uiuendum, conclusum per syllogismum practicum,habet unitatem formalem intensiuè:unitas formalis extensiua prudentia est de omnibus agibilibus. Vni prudẽtiæ inexistenti,uerum est formaliter, & extensiuè omnes inerunt.

Vel aliter.Vni prudentię inexistenti,&c.duplex est unitas: quædam est specifica:alia est generica.Genus est, quod multiplicatur in plures species. Temperantia est genus unum in termedium,quia habet sub se temperantiam castitatem:temperantiam sobrietatem:sic de iustitia,sic etiam est de prudentia,quæ est genus subalternum, habens sub se prudentiam caste uiuendi: habet etiam sub se prudentiam de aggrediendo fortiter aduersa.

Ad prop. vedit. de cõnexione necessariæ uirtutũ moraliũ.

Veniamus ad propositum, Vtrum sit necessaria connexio uirtutum moralium cum una prudentia, siue una unitate generica,siue una unitate formali extensiue, siue una unitate uirtuali,saltim una est.

Vtrum sit necessaria connexio uirtutum moralium cum illa una prudentia? dicẽdum est similiter sicut heri dicebatur, dicimus duo.

Primo,quòd non est necessaria connexio uirtutum moralium ad suas prudentias.sensus est. Vnaqueque prudentia esse potest perfecta in intellectu absque uirtute morali ei correspondente,quia prius esse potest sine posteriori.

Secundo dicimus, q̃ est necessaria connexio uniuscuiusque prudentiæ cum suis uirtutibus moralibus, quia esse non possunt uirtutes morales in uoluntate sine sua prudentia in intellectu.Ita dico duo.

Duæ alia dicta de prudẽtia generica.

Primum. Non est necessaria connexio uirtutum moraliũ ad prudentiam unam genericè,ideſt ad esse prudentiæ communis in intellectu non est necesse,quòd in uoluntate ponantur uirtutes morales: quia ipsa est prior omni uirtute morali,tanquam regula suo regulante: potest enim dictare intellectus de omnibus agibilibus absque hoc,quòd uoluntas aliquid eligat.

Secunda conclusio. Oportet necessario ponere connexionem prudentiæ genericè dictæ ad uirtutes morales:si ponantur uirtutes morales, ideſt si ponantur uirtutes morales in uoluntate,oportet ponere prudentiam in communi in intellectu.quia unaqueque prudentia est communis prudentia, & est regula illa prudentia in communi cuiuslibet uirtutis moralis.

¶De tertio articulo,&c.]

Vidimus de connexione uirtutum moralium ad inuicem.

Secundo de connexione ad prudentiam. Videndum est nunc primo de connexione Theologicarum ad morales, ideſt utrum ad hoc, quòd quis possit perfectè habere uirtutes morales,oporteat,quòd habeat uirtutes Theologicas, ideſt. Vtrum possint perfectè haberi uirtutes morales sine Theologicis.

Quòd uirtutes morales non sunt perfectæ sine Theologicis.

Quo ad primum, quòd non possint haberi morales nisi habeantur Theologicæ,patet per Augustinum contra Iulianũ, quia uirtutes morales non sunt ueræ uirtutes sine charitate, & charitas est uirtus Theologica.

Probat hoc Aug. quia qui habet charitatem in domino, potest perfectè gloriari:ut qui glorietur in domino glorietur ergo est connexio Theologicarum ad morales.

In oppositum per oppositum arguitur per Augustinum & habetur in de pœnitentia.uide textum. Hæreticus potest habere uirtutem patientiam moralem, & non uirtutes Theologicas:ergo non est necessaria connexio Theologicarum ad morales.patet assumptum per Aug. Si aliquis hæreticus habeat ueram patientiam sic,quòd moriatur pro errore,illa patientia est uera:tamen non commendanda,illa patientia est uera uirtus moralis:igitur.

Secundo ad idẽ arguitur sic Virtutes morales esse possunt sine Theologicis:ergo non est necessaria connexio Theologicarum ad morales.

Patet antecedens,quia dispositio esse potest sine forma;uirtutes morales sunt dispositiones ad Theologicas,& Theologicæ sunt formæ;ergo esse possunt morales sine Theologicis. Quod dispositio esse possit sine forma, est notum in naturalibus,non tamen econtra,quia forma requirit certam dispositionem ad hoc,ut conseruetur in materia.

Ad idem arguitur sic.Tota essentia uirtutis moralis potest haberi absque Theologica: ergo &c.

Patet assumptum per definitionem, quia aliquis potest habere actus elicitiuos mediante dictamine recto. patet in Romanis gentilibus.

Notandum est,quòd est loqui de perfectione uirtutum dupliciter.

Perfectio uirtutũ duplex.

Primo de intrinseca;cum caste uiuo,est perfectio intrinseca:temperantia habet suam intrinsecam perfectionem.

Alia est extrinseca, & est ipse Deus: loquendo de intrinseca perfectione possunt haberi uirtutes morales sine Theologicis,sed de extrinseca non,ideſt connexionem uirtutũ Theologicarum ad morales esse necessariam, est dupliciter.

Connexionẽ uirtutũ Theologicarũ cũ moralib. pũt dupl. intelligi.

Primo propter perfectionem intrinsecam ipsarum moralium,sic non est necessaria connexio, ut patet applicanti.

Secundo intelligitur quoad perfectionem extrinsecam, & sic est necessaria connexio:quia non possunt Deo coniungere sine Theologicis.ex quo patet, quomodo intelligendum sit, quòd morales sine Theologicis sunt informes; quia nõ sunt formatæ suis perfectionibus extrinsecis: sed non sunt informes,quia sunt formatæ suis intrinsecis perfectionibus. quid ad Aug.contra Iulianum? dicatis, uirtutes morales non esse ueras sine charitate,est dupliciter,

Virtutes morales non esse ueras sine Theologicis dupl.

Primo quo ad perfectionem extrinsecam, sic est uerum: secundo quo ad perfectionem intrinsecam,sic est falsum,nec sic intelligit Aug.

De connexione moralium determinat.

Quæritur secundo.Vtrum sit cõnexio moralium ad Theologicas, ideſt ad hoc, quòd habeantur Theologicæ, utrum requiratur, q̃ habeamus morales,est dubium. uirtutes Theologicas haberi est dupliciter.

Primo quantum ad actum,scilicet credendi, & desiderandi Deum,& diligendi Deum.posset ergo esse dubium, utrum ad hoc, q̃ sit actus uirtutum Theologicarum, requiratur, q̃ sint actus moralium.

Secundo posset esse dubium de habitibus, Vtrum ad hoc, q̃ ponantur habitus Theologici,oporteat ponere habitus morales.

Dub. de connexione habituũ moraliũ cum Theologicis.

Dicit primo doctor simpliciter, absque actibus moralium potest Sortes exire in actus uirtutum Theologicarum,ut est, Sortes habens habitum uiciosum, scilicet intemperantiam & iniustitiam,& stultitiam,& oppositum fortitudini, audiuit sermonem, & ingemuit,pœnituit,& recepit charitatem. iste Deum diligit, & credit Deo,& sperat.iste habet actus uirtutum Theologicarum,& non moralium, quia est intemperatus, &c.Sed de habitibus est dubium;dicunt quidam,quòd non ponũtur habitus Theologici sine moralibus, & dicit ista opinio,si quis uitiosus ueniret,& ingemisceret,& pœniteret tunc quando daret ei uirtutes Theologicas, daret etiam morales,& essent infusæ. Dicit ulterius ista opinio, quòd in baptismo cum infundantur Theologicæ, etiam & morales.

Ter-

Tertio dicunt, quòd manebunt in patria uirtutes morales.probant hoc per Aug.qui dicit, q̃ manebunt in patria, & ita in uia, & sic non dantur Theologicæ sine moralibus.

Doctor dimittit hanc opinionem,& dicit, q̃ sunt necessariæ hæ uirtutes propter tria.

Primo propter modum modificandi actus nostros: secũdo propter medium,quia uirtus tenet medium,nec excedit,nec deficit:tertio propter finem.

Propõ Scoti. prob. de connex. moraliũ cum Theologicis uirtutibus.

Propositio probabilis doctoris.Probabiliter dicendum est, & dici potest, quòd perfectio, & rectitudo omnis in actibus nostris quo ad medium,& modum,& finem,potest haberi per solas uirtutes Theologicas.per charitatem habet sufficienter omnis perfectio quo ad finem.Quo ad modum, & medium, sufficienter habẽtur per fidem; fides docet media ad consequendum finem,& dat modum consequendi.

Coroll. Non est necessaria connexio moralium ad Theologicas,hoc é,ad hoc,quòd habeantur Theologicæ, nõ est necesse,quòd habeantur morales.Multi habent usum liberi arbitrii,qui possunt habere Theologicas sine moralibus. patet de adulto,ut dictum est in casu.Non est dubium etiam in paruulo baptizato,nam non dantur morales in baptismo, sicut Theologicæ,ideo non diceret doct. q̃ iste habeat morales cũ Theologicis, & quòd infundantur.

Contra. Virtutes morales manent in patria:ergo datæ sũt in uia.

Soluitur.& primus modus dicendi est, quòd non intelligit Augustinus de uirtutibus moralibus in ratione habitus, sed in ratione dispositionis,quam dicunt: quia disponunt in ordine ad finem.& charitas disponit in patria quo ad finem: non ergo manent quo ad essentiam,sed quo ad dispositiones earum.Quod ista sit Augustini intentio,declaratur in textu, quia sufficit ponere scientiam de rebus in uerbo absque hoc quòd cognoscantur in genere proprio.

Virtutes Theologicæ simul sunt.

Vel aliter.concedo,quòd remanebunt in patria: ergo habent eas in uia,nego: sed in instanti beatitudinis eas Deus. infundit,sicut in instanti baptismatis dantur uirtutes Theologicæ.

Vel aliter.concedo,quòd ibi remanebunt:ergo habuerunt eas in uia,nego:quomodo ergo habebunt? dico,quòd acquirent eas:quod nam inconueniens est dicere, quòd B. Petrus potest acquirere scienti am Geometriæ, quam nunquam habuit saltem acquisitam? multa enim cognoscit in genere proprio.

Quãtum ergo ad istum articulum dicatis, quòd nec est cõnexio Theologicarũ ad morales, nec est necessaria connexio moralium ad Theologicas.

De cõnexione Theologicarum inter se.

Quantum ad quartum articulum, quæstio de connexione uirtutum dearticulata est in quatuor articulos: iam tres uisi sunt:restat satisfacere quarto & ultimo. ubi restat uidere de connexione Theologicarum inter se. Habet hic articulus unam distinctionem. De uirtutibus Theologicis est loqui.

Virtutes Theologicæ dupl. considerantur.

dupliciter:primo quo ad esse ipsarum:secundo quoad fieri ipsarum. certum est,quòd sunt habitus,& qualitates permanentes,& habent esse in anima:& ut manent in facto esse,habent rationem habitus.Secundo possunt considerari quo ad fieri, & a solo Deo immediate infunduntur,& non ab aliquo agente creato.

Prima propositio. uirtutes Theologicæ neque in uia, neque in patria habent adinuicem necessariam connexionem. quòd in patria,probatum est supra; quia ibi manebit charitas,euacuabuntur fides,& spes.Quod in uia patet, quia charitas non stat cum peccato mortali, & tamen stant fides, & spes:non ergo uirtutes Theologicæ habent necessariam connexionem quo ad esse,nec in uia,nec in patria.

Secunda propositio.Et si regulariter,& secundum leges diuinæ sapientiæ non possunt quo ad fieri separari ab inuicem tamen de potentia absoluta possunt separari ab inuicem; & una sine altera esse potest,& infundi potest. Deus posuit hoc decretum,ut quando hominem sanat,& perficit, totum sanat,& perficit:homo imperfectus erat per peccatum, & quo ad intellectum,& quo ad uoluntatem,secundum affectionem iustitiæ perficit uoluntatem per charitatem: & secundum affectionem commodi perficit per spem. ecce quomodo non habent connexionem quoad esse, sed quo ad fieri lege suppositã.

Est hic unum dubium, Vtrum uirtutes Theologicæ sine charitate sint ueræ uirtutes Theologicæ. De uirtutib. Theologicis est loqui dupliciter.

Primo secundum rationes erant formales,& in specie, & sic fides est uirtus Theologica, etiam si sit sine charitate, & spe:sic de spe.

De uirtutib. Theologicis dupl. loqui possumus.

Secundo possumus loqui de eis in ordine ad finem,& sic fides, & spes non coniungunt Deo sine charitate, quia est forma uirtutum,non quo ad inhærentiam,sed quo ad acceptationem;quia per solam charitatem acceptatur ille,qui habet fidem:etiam per solam charitatem acceptatur habens spem. ueruntamen sine charitate, fides, & spes sunt ueræ uirtutes.

Vtrum habitus intellectuales hẽant cõnexionẽ adinuicẽ

Iuxta hoc potest moueri difficultas. Vtrum habitus intellectuales habeant connexionem adinuicem, ut sunt Grammatica,& Logica,Physica,& Metaphysica, & prudentia, & ars:sic quòd unum sine alio haberi non potest.

Notandum est, quòd habitus intellectuales sunt duplices: quidam sunt subalternati,quidam non.exemplum primi, ut intellectus,& scientia,& Geometria, & Perspectiua. exemplum secundi,ut ars,& prudentia, ut Physica, & Metaphysica.

Prima propositio.Habitus intellectuales,qui non sunt subordinati ad inuicem, non habent connexionem ad inuicem: ideo quis potest esse Geometer, & non erit Physicus,&c.

Secunda propositio.In habitibus intellectualibus subordinatis,est necessaria connexio inferioris ad superiorem,& nõ econtra,siue posterioris ad priorem.Si inueniatis duos habitus,quorum unus est prior, alter posterior, posterior esse nõ potest sine priori,bene prior sine posteriori,ut Arithmetica, & Musica.Musica est posterior,& Arithmetica est prior.Musica esse non potest sine Arithmetica: sed Arithmetica esse potest sine Musica.sic dicendum est de intellectu, & scientia. intellectus est habitus principiorũ,& sciẽtia est habitus conclusionum:habitus scientiæ non potest esse sine habitu intellectus,sed non econtra,quia esse potest habitus intellectus sine habitu scientię.Resoluitur quæstio tota per octo conclusiones.

Resol. qõ. per 8. prop.

Prima est talis.Virtutes morales,neque secundum genera, neque secundum species ponuntur necessario connexę.patet in primo articulo.

Propositio annexa illi conclusioni.Nullus tamen simpliciter dicitur esse perfectus moraliter, ideſt uniuersaliter, nisi habeat omnes uirtutes morales,licet unam habens,sit perfectus secundum illam uirtutem. exemplum datum est de eo, qui habet usum,& non auditum,neque tactum. ipse est perfectus secundum nisum, & non secundum esse simpliciter.i. uniuersaliter perfectus.

Secunda propositio principalis. Nulla prudentia propria, & particularis requirit necessario suam uirtutem moralem, ideſt esse potest quælibet prudentia sine uirtute morali: ideo non est connexio uirtutum ad prudentiam; prudentia enim est prior; & regula est, quod est prius,esse potest sine posteriori.

Tertia propositio. Est necessario ponenda connexio cuiuslibet prudentiæ ad uirtutem moralem; quia uirtus moralis esse non potest sine sua prudentia:quia dicit conformitatem ad illam.

Quarta conclusio principalis. Quia prudentia communis esse potest sine uirtute morali, ideo non est necessaria connexio uirtutis moralis ad prudentiam genericè dictam.

Quinta conclusio principalis.Quia uirtus moralis esse non potest sine prudentia,ideo est connexio prudentiæ ad uirtutem moralem.

Sexta conclusio principalis. Nec uirtutes morales quantum ad esse perfectum ipsarum in specie,habent necessariam connexionem ad Theologicas, nec econtra Theologicæ ad morales.

Septima conclusio principalis. Virtutes Theologicæ neque pro statu uiæ,neque pro statu patriæ, habent necessariã connexionem,neque quo ad esse, neque quo ad fieri,licet regulariter quoad fieri habeant connexionem.

Octaua conclusio,siue propositio principalis. Non habent necessariam connexionem adinuicem, nisi sint habitus subordinati patuit.

Soluuntur argumenta principalia Primum deducitur.

Nunc restat soluere argumenta principalia.

Primo arguitur, quòd aliquis possit habere unam uirtutem sine alia, quia aliquis potest acquirere sibi habitum unius uirtutis moralis absque hoc, quòd aggeneretur in eo ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bitus alterius uirtutis: ergo non habent connexionem. patet antecedens: Sortes faciliter irascitur, sed se corrigit, & imponit frenum, & acquirit habitum temperantiæ, sed non continentiæ: quia non habet actus, per quos acquiratur habitus cõtinentiæ: ergo una potest esse sine alia. Concedo totum argumentum.

Conceditur argumen. Secundum principale.

Secundo arguitur sic. Aliquis potest acquirere habitum vnius uirtutis moralis, & non alterius uirtutis: ergo non sunt connexæ. patet antecedens. est aliquis, cui occurrit materia vnius uirtutis, & non materia alterius, ut de Paulo, occurrebat sibi materia continentiæ, & non materia belli, tentatur ad lasciuiam, resistit: ex resistentia acquirit habitum continentiæ, & non acquirit habitum fortitudinis, quia non occurrit materia. ergo, concedo totum argumentum.

Arg. 2. conceditur. Tertiũ principale.

Tertio arguitur sic, quòd uirtus moralis sine prudentia esse possit. Stante ratione erronea, quis potest rectè eligere: ergo quis poterit habere uirtutem moralem sine prudentia correspondente illi uirtuti morali. patet assumptum. pono casum, quòd ratio dictet uindicandam esse iniuriam inimici, sed uoluntas eligit oppositum, vult ferre patienter: tunc in tali homine aggeneratur uirtus moralis in uoluntate expluribus electionibus, & non generabitur prudentia.

Resp. ad. 3.

Dicatis, quòd uirtus moralis se habet ad prudentiam, sicut regulatum ad regulam, & impossibile est regulatum esse conforme sine regula, ideo uirtus moralis esse non potest sine prudentia.

Ad casum dico, quòd ille habitus non erit uitiosus, sed bonus: sed non erit uirtus moralis, quia nó habet regulans. ideo non habet rationem regulati, & uirtus moralis necessario habet rationem regulati.

4. princip.

Quarto arguitur sic, quòd possit esse prudentia sine uirtute morali, & quòd non est necessaria connexio uirtutis moralis ad prudentiam. Stante recto dictamine, potest quis male eligere, aut non eligere: ergo poterit aggenerari prudentia sine uirtute morali, patet uolo, ut ratio dictet Deum plus esse diligendum, quam uxorem, sed iste plus diligit uxorem, quam Deum: & in intellectu aggenerabitur prudentia, & nó in uoluntate uirtus moralis ei correspondens: ergo, concedo totum argumentum.

4. cõcludit. 5. principale cõcludit.

Ad idem arguitur quinto & ultimo. Quia quis potest habere charitatem, & non liberalitatem: ergo non est necessaria connexio uirtutum Theologicarum, ad uirtutes morales. patet, quia quis pauper potest uelle dare propter Deum ex charitate si haberet: ergo argumentum uerum concludit: ergo esse potest uirtus Theologica sine morali.

Quis nihil habens põt fieri liberalis. 6. principale cõcludit.

Tamen Scotus dicit in primo, quòd quis nihil habens potest acquirere habitum liberalitatis, quia non aggeneratur ex pluribus dationibus, sed ex pluribus bonis uolitionibus.

Sexto arguitur sic. Quia continentia coniugalis potest esse sine uirginitate: ergo uirtus una potest esse sine alia: quia castitas coniugalis, & uirginitas sunt duæ uirtutes, & una potest esse sine alia. concedo.

Magnanimitas, et humilitas non repugnat.

Vltimo quis potest esse magnanimus, & non humilis: quia magnanimus se reputat dignum habere honores, & non humilis: ergo una uirtus esse potest sine alia. concedo, sed falsum est, quod dicit, quòd illæ duæ uirtutes opponuntur: immo quis esse potest humilis, & magnanimus. magnanimus se dignificat magnis honoribus, sed ordinatè. sic humilis se reputat indignum, & respuit istud, quod est esse mater Dei. ergo dictæ uirtutes non repugnant: & sic est finis tractatus de uirtutibus.

DISTINCTIO TRIGESIMAESEPTIMAE.

QVAESTIO VNICA.

Arg. de præceptis decalogi.



IRCA distinctionem trigesimamseptimã. huius tertii. Quæritur, Vtrum præcepta Decalogi sint de lege naturæ. Magister determinat de præceptis, quæ sunt uia ad salutem. scribitur Esaiæ. Parate uiam Domini, rectas facite semitas eius. Via est obseruantia præceptorum, & semitæ sunt consilia domini. Doctor ergo quærit, Vtrum præcepta Decalogi &c.

Obseruãtia præceptorũ est uia ad uitam.

Notandum est, quòd differentia est inter mãdatum, & præceptum, & prohibitionem, quia omne mandatum est præceptum, sed non econtra: ideo est commune ad præceptum, & prohibitionem. Præceptum dicitur de affirmatiuis: ideo propriè. Non occides, non est præceptum, sed prohibitio. Doctor tamen hic quærit de præcepto largè sumendo, ut etiam se extendit ad prohibitionem.

Differentia inter mandatũ, et præceptum, & prohibitionem.

Notandum est secundo, quòd differunt præceptum, & consilium, quia præceptum respicit illud, quod est necessitatis, & consilium respicit illud, quod est perfectionis: ut est consilium renunciare libero arbitrio, ut religiosus. Beat. Augustin. in lib. de Virginitate diffinit præceptum dicens, Præceptum est, cui non obedire peccatum est. de Gersone sic definit. Præceptum est imperium obligans ad obseruantiam rei, uel actus imperati. Dicitur primo obligans, ad distinguendum contra consilium.

Quid sit præceptum.

Notat idem Doct. quòd solus Deus, & nullus alius potest obligare hominem ad obseruantiam, nisi fuerit ei commissum: uel iustè sit subiectus illi; ut prælatus potest me obligare ad obseruantiam præcepti, quia liberè me feci subditum suum. etiam dominus Papa potest me obligare, & sacrum concilium, quia est ei commissum. dicit ultimo in definitione rei &c.

Quis põt obligare hominem.

Quærit quid est decalogus? Dico, quòd est sermo denarius siue de decem: & quia decem sunt præcepta, ideo uocantur præcepta decalogi.

Quid decalogus.

Vlterius est notandum, quòd præcepta data sunt in duabus tabulis, sed de sacra scriptura est triplex opinio. tenet Iosephus, quòd quinque in una scribebantur, & quinque in alia scribebantur.

Triplex opi. de Sacrascriptura quo in duabus tabulis sint scripta præcepta.

Dicit Augustinus, q̃ tria respicientia ad Deum erant in prima. & alia septem respicientia creaturam, in secunda. Dicit Origenes, quòd quatuor prima erant in prima: alia 6. erant in secunda. De hoc dubio non est multum curandum.

Quid lex naturæ, quæ dupliciter capitur secũdum Altisi.

Vlterius notandum est, quid sit lex naturæ. secundum Altisiodoren. capitur dupliciter: primo communiter. secundo prioriè. Communiter est illa, quam natura docuit animalia, inter quæ sit coniunctio maris, & fœminæ, quæ in omnibus animalibus est de lege naturæ. non est quærẽdum, per quid canis cognoscat coire cum canicula, & per quid canicula scit nutrire suos, catellos: quia natura hoc docuit secundum legẽ naturę. sic accepta non est uirtus, neque uitium: quia tunc in brutis esset ponere uirtutem, & uitium.

Secundo potest capi prioriè: & est illud, quòd naturalis ratio dictat sine quacunque deliberatione: uel saltem cum parua deliberatione est eligendum, & faciendum: ut uoluntati præsentato, Deus est diligendus, sine magna deliberatione. ex huntas illud eligit.

Dubit.

Solet quęri. Vtrum ius naturę obliget, & liget: secundo vtrum in iis, quæ sunt legis naturę cadat dispensatio.

Determinatur utrũ lex naturæ obligat. 3. sunt in lege naturæ secundũ Altisiod.

Ad primum dicit Altisiodorẽ. q̃ præcepta, & prohibitiones obligant semper, & omnia præcepta siue sint de lege naturæ, siue de iure naturali. Dicit secundo, quòd demonstrationes etiam non obligant ad semper. Corollarium.

Quid dicat Altisiod. de eo q̃ primus sibi appropriauit aliquid.

Dicit, quòd primus, qui appropriauit sibi aliquid post peccatum, non peccauit mortaliter, nisi fecerit ex cupiditate, & fecit, quia nouit, quòd esset nociuum cõmunitati, quòd omnia essent communia, ideo sibi aliquid appropriauit: illud ergo, quod est de iure tanquam præceptum, aut tanquam prohibitio, obligat, & ligat semper: sed non illud, quòd est de iure naturæ tanquam demonstratio.

An dispensatio cadat in his quæ sunt de lege naturæ. Præcepta naturæ in quadruplici differentia. Præceptum primæ necessitatis. Præcepta secundæ necessitatis.

Ad secundum dubium dicit, quod quædam sunt præcepta naturæ primæ necessitatis: & sunt illa, sine quibus esse non potest similitudo Dei in creatura: ut præceptum de dilectione Dei, quo natura dictat Deum esse colendum, ac diligendum, est præceptum naturæ primæ necessitatis; quia sine hoc non potest assimilari creatura Deo, & in illo præcepto Deus non potest dispensare, quia non vult, nec homo, quia nó est in sua potestate.

Alia autem sunt præcepta naturæ secũdæ necessitatis, quæ ualent ad augmentum charitatis, & ad hoc, ut creatura similis sit Deo, tamen sine illis potest esse charitas, & similitudo Dei. exemplum; ut unam mulierem esse unius istud non ualet ad augmentum charitatis, & ad similitudinem in creatura; sed sine hoc potest esse charitas, & similitudo Dei: quia sancti patres habuerunt charitatem, & similitudinem Dei. & tamen non erat tantum una unius; & in istis cadit dispensatio, quia sancti patres habuerunt plures uxores ex dispensatione diuina.

Præcepta tertiæ necessitatis.

Alia sunt præcepta tertiæ necessitatis, quæ obligant ex actu humano, ut uotum. Votum obligor soluere, quia me obligaui propria uoluntate: & in istis, utrum cadat dispensatio, dicit, quòd sic, exceptis uoto religionis, & continentiæ.

Præcepta quartæ necessitatis.

Alia sunt præcepta quartæ necessitatis, quæ obligant ex institutione humana, ut sunt constitutiones Papæ, Generalis concilii &c. & in istis generaliter, & absolute cadit dispensatio. ecce solutio ad illam quæstionem.

Quæritur de lege naturæ, capiendo legem naturæ prioriè. argumenta utraque possunt exponi, ideo dimittuntur.

3. artic. q.

¶Hic dicitur, quòd sic &c.]

Doctor noster tria facit in hac quæstione. Primo soluit quæstionem secundum opinionem D. Tho. Secundo soluit secundum opinionem propriam. Tertio obicit contra se, & soluit. primo respondet ad quæst. D. Tho.

Conc. B. Th.

Conclusio Beati Thomæ. Omnia præcepta decalogi sunt de lege naturæ: patet ista conclusio]. Illa sunt de lege naturæ, quæ sunt uel prima principia practica, uel deducibilia ex principiis primis practicis: sed omnia præcepta sunt huiusmodi: ergo omnia præcepta sunt de lege naturæ. pro maiori not. ipse D. Tho. aliqua.

Primum dict. D. Tho.

Primum eius dictum. Lex naturæ est lex descendẽs ex principiis primis in agibilibus.

Duplicia sunt principia, Quædam sunt in speculabilibus, ut omne totum est maius sua parte. Alia sunt in agibilibus, ut omnis seditiosus est exterminandus.

2. dictum.

Secundum dictum. Principia prima in agibilibus sunt quædam seminaria nota intellectui ex terminis in lege naturæ; sicut principia in speculabilibus cognoscuntur ex terminis, ita etiam principia practica in agibilibus: lex naturæ fouetur, & pullulat ex illis primis principiis practicis.

3. dictum.

Tertium dictum. Voluntas naturaliter inclinatur ad assentiendum primis principiis practicis, & etiam deductis ex illis: illa ergo sunt de lege natura, quæ sunt principia prima practica, aut deducta ex illis. Ad minorem, sed omnia præcepta decalogi sunt huiusmodi: quia aliqua sunt principia prima practica: alia deducta ex illis; præcepta enim affirmatiua sunt bona, ideo præcepta: ut colere Deum est præceptum, quia bonũ de se, & formaliter, non tantum de lege: sic etiam honorare parentes. Negatiua prohibent aliquam malitiam: non est malitia, quia prohibita: sed est prohibita, quia est de se mala. occidere quare est prohibitum? quia est de se malum. sic fornicari &c. & quia præcepta affirmatiua sunt de se bona, ideo natura dictat illa esse prosequenda: & negatiua includunt natura dictat illa esse fugienda. Ecce conclusio lum de se, ideo natura dictat illa esse fugienda. Ecce conclusio D. Thomæ. Omnia præcepta sunt de lege naturæ. Scotus non negabit hoc. probatur: probauimus.

1. Principale est contra ſane D. Th.

Arguitur uno argumento contra D. Thom. quòd est primum principale: quia bene sequitur, Deus dispensat in aliquo tet consequentia, cum in præceptis de lege naturæ non cadat dispensatio.

Respondet Thom. quòd actus præcepti potest capi duplicitер: primo in genere actus: secundo inquantum prohibitus: ut actus illius præcepti, Non occides, est occidere hominem. iste potest considerari dupliciter: primo ut quidam actus; secundo, ut prohibitus. dicit Thomas. in actu præcepti, ut est actus quidam, benè cadit dispensatio: sed non in actu præcepti, ut prohibitus est. vel aliter. actus præcepti, vel quod cauetur in præcepto, potest considerari dupliciter: primo in genere actus sic potest cadere dispensatio respectu illius: secundo potest cõsiderari, ut prohibitus, siue ut est malus, & idem dicere penitus uidetur, Deus dispensauit in illo actu. qui est asportare uasa Aegyptiorum: & Deus dispẽsauit in actu, ut est actus quidam, non quidem, ut est prohibitus.

D. Tho. sol. primũ principale. Actus præcepti duplic iter. Quo circa actũ præcepti possit cadere dispensatio.

¶Sed iste expositiones &c.]

Doctor non est contentus. pro impugnatione oportet uidere, quid sit dispensatio, quia in solutione argumenti nó uidetur D. Thom. rectè capere dispensationem.

Sco. dicit, dispensatio est legitima Iuris relaxatio. dispensatio dicitur, quasi diuersorum pensatio. ille qui dispensat, debet diuersa pensare; quia debet pensare, ut dispensatio fiat, aut propter necessitatem, aut propter utilitatem. propter necessitatem, ut quod unus haberet duas uxores propter necessitatem, ut multiplicaretur fides: aut propter necessitatem propriam.

Dispensatio quid sit.

Dicit doctor, quòd dispensatio uno modo idem est, quòd iuris relaxatio: secundo idem est, quòd iuris declaratio: ut ponamus, quòd sit Rex. tempore belli statuit, ut nullus ascẽdat muros ciuitatis: craftina die hostes inuadunt, præcipit, quòd custodes ascendant muros ciuitatis; ipse declarat ius, ut si uelent, quòd ciues ascenderent. etiam in ceremonialibus dispẽsat, quia relaxauit ius illud. etiam declarauit, ut quòd unus patriarcha haberet duas uxores. patet nunc, quòd stante præcepto isto de non occidendo, Deus posset dispensare. capio istum actum, qui est occidere hominem, ut Abraham uult occidere Isaac: & Isaac est filius, & Abraham est pater: uolo, quòd mane erat prohibitum: post prandium est non prohibitum: quæro uel Deus potest facere, ut Abraham licitè occidat filium suum, aut non: si sic, habeo propositum, quòd Abraham occidere filium non erat malum de se: sed erat malum, quia prohibitum. si dicas, quòd non potest licitè facere Deus vt Abraham occidat, uariata prohibitione: ergo si Abraham occidat filium, Abraham peccabit, quod est absurdum: quia Deus præcepit ei, ideo non est prohibitum, quia malum, sed econtra est malum, quia prohibitum: quia tunc uariata sola prohibitione præcepti, non posset occidere filium eius, quia adhuc est malum, cum non sit malum, quia prohibitum. sed oppositum dicit Thomas.

Dispensatio uel est iuris relaxatio, uel declaratio.

Præterea quæ sunt ex terminis, Doctor arguit contra unũ, quod deducebat Bea Thomas, quia dicebat, quòd omnia præcepta sunt necessaria, quia aut sunt principia, aut deducta ex principiis.

Secundo arguit Scot. cõtra D. Tho.

Probat Doctor, quòd omnia præcepta non sint uirtutes necessariæ practicæ notæ ex terminis: quia tunc sequeretur, quòd in intellectu diuino esset ponere notitiam practicam: consequens est falsum: ergo &c.

Pro declaratione formatur dubium. Vtrum notitia huius, omne summum bonum est diligendum, sit practica, aut speculatiua, dicit Doct. problem.

Summũ bonum ẽ diligendum an sit ueritas practica uel speculatiua.

Notandum est, quòd de notitia practica sunt duæ opiniones.

1. Opin. de notitia practica.

Prima dicit, quòd nõ sufficit, quòd sit directiua in praxim, sed oportet, quòd potentia practicans scilicet uoluntas, sit aliunde regulabilis: tunc dicendum est, quòd notitia de ueritatibus practicis in intellectu diuino non est practica: & istam opinionem Doctor hic supponit esse ueram.

2. Opinio.

Alia opinio tenet, quòd sufficit, quòd sit directiua in praxim, siue potentia practicãs, siue sit regulabilis, siue non. sic notitia huius, parentes sunt diligendi, in intellectu diuino est practica.

Tenendo primam opinionem], notitia de agibilibus in intellectu diuino non est practica.

Tenendo secundam opinionem, notitia de agibilibus in intellectu diuino est practica. teneo pro nunc, quòd notitia non est practica ex eo solum, quòd est directiua in praxim: sed ex hoc, quòd potentia practicans est regulabilis.

Arguitur sic. Si præcepta omnia sint ueritates necessariè: ergo in Deo est ponere notitiam practicam. patet consequẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia,quia notitia huius,parentes sunt diligendi, & non est occidendum,est de ueritate necessaria, & agibili: ergo est notitia practica. patet falsitas consequentis, quia tunc sequeretur,quòd etiam uoluntas diuina posset esse mala,uel aliunde regulabilis,uel necessario determinatur ad aliud a se.probat. volo,quod intellectus dictet furtum non esse committendum vel uoluntas assentiet,aut non:si sic,ergo est regulabilis,quia regulatur dictamine recto, qui habet talem notitiam: aut a voluntatis determinatione, scilicet a necessitate principii. si vero non se conformet voluntas diuina illi uero necessario, tunc erit non recta.sequitur etiam,quòd ipsa determinabitur ab alio a se:quia illæ ueritates respiciunt aliquid ad extra, & uoluntas non potest se non determinare ad illas,quia sunt necessariæ de se:ergo determinabitur ad illas, quod est falsum, & sic præcepta,quod est falsum:ergo præcepta secundæ tabulæ in agibilibus non sunt ueritates per se notæ ex terminis.

Tollitur euasio.

Diceretis,quòd uoluntas non tenetur se necessario conformare intellectui diuino,licet bene uoluntas creata. Ista euasio nihil est,quia capit conclusionem, & non respondet ad argumentum.

Sco. respondet ad.q.

¶Ad quæstionem &c.]

Doctor noster circa quæstion.istam primo accipit unam distinctionem.Distinctio talis est,quam habet hic, & in 4.distin. 26. Aliqua sunt de lege naturæ dupliciter:primo propriè.Ista sunt de lege naturæ propriè,quæ sunt veritates practicæ per se euidentes ex terminis,& quæ deducũtur immediatè,& euidenter ex illis primis practicis principiis agibilibus: ut omne summum bonum est diligendum, & omne malum est fugiendum,sunt principia nota ex terminis. conclusiones, Deus est colendus,Deus est diligendus,adorandus,&c.ista omnia sunt de lege naturæ propriè.

Secundo communiter aliqua sunt de lege naturæ, quæ non sequuntur ex principiis necessariis,sed sunt ualde consona illis primis ueritatibus practicis.exemplum,ut omnia esse diuisa pro statu naturæ lapsæ est consonum primo principio, & diuisio regnorum,& terrarum,& ciuitatum.

Præcepta q̃dã sunt primæ tabulæ q̃dã scdæ.

Secunda distinctio.Duplicia sunt præcepta, Quædam sunt præcepta primæ tabulæ,Quædam secundæ tabulæ.primæ tabulæ dicuntur,quæ primo,& immediatè respiciunt Deum. secundæ tabulæ sunt,quæ immediatè respiciunt creaturam. Sunt tria primæ tabulæ,& septem secundæ tabulæ, incipiẽdo ab honore parentum.

Hic quæritur, Vtrũ omnia præcepta secundæ tabulæ sint de lege naturæ,strictè loquendo.

Præcepta secundæ tabulæ quo sint de lege naturæ.

Conclusio doctorum Præcepta secundæ tabulæ omnia, & si dicantur de lege naturæ secundo modo, quia consona legi naturæ,non tamen sunt de lege naturæ strictè loquendo:quia præcepta secundæ tabulæ non sunt primæ veritates necessariæ practicè,nec conclusiones deductæ ex illis.ergo &c.

Patet antecedens, quia præcepta secundæ tabulæ non dicunt bonitatem,quæ necessario requiratur ad finem, & non dicunt malitiam,quæ necessario auertat a fine: ergo non sunt principia prima practica,nec conclusiones deductæ ex illis.

Patet antecedens. supponatis, quòd quædam sunt præcepta secundæ tabulæ præcipientia bonitatem, ut Honora patrem,& matrem:quædam prohibentia malitiam, ut Non occides. istæ malitiæ non auertunt a fine necessario, scilicet occidere,rapere aliena,&c.

Neque præcepta affirmatiua dicunt bonitates, etiam quæ necessario requirantur ad finem; patet, quis potest non habere illam bonitatem,& tamen non auertitur a fine,ut si Abraham occidisset hominem,tamen erat in charitate.

Diceretis,dispensauit Deus,verum est: sed si ista essent de se mala,Deus non posset dispensare.

Item,quis potest consequi finem, & tamen nunquam elicuit actum honorandi parentes. Ista ergo præcepta negatiua non dicunt malitiam,quæ necessario, auertat a fine: sed est malitia propter prohibitionem. nec affirmatiua dicunt bonitatem,quæ necessario ducat ad finem. ponebatur ergo, omnia præcepta secundæ tabulæ licet sint de lege naturæ cõmuniter,non tamen strictè loquendo.

Probatur secunda pars,quia non dicunt malitiam necessario, quin posset bene fieri: si Abraham occidisset filium non malè egisset stante præcepto.Patet prima pars, quia est consonum legi naturæ non occidere hominem, non rapere aliena. &c.

Vtrũ ōia p̃cepta primæ tabulæ sint de lege natu

Secunda difficultas, Vtrum præcepta primæ tabulæ omnia sint de lege naturæ propriè loquendo. Distinguo de præceptis primæ tabulæ, Quædam sunt affirmatiua, & Quædam negatiua.Negatiua,Non habebis Deos alienos; Nõ assumas nomen Dei in uanum. Affirmatiua, ut Sabbathum sanctifices,

ræ propriè determinatur. Præcepta primæ tabulæ negatiuæ q̃tã, & q̃dã affirmatiua 1. concluſ.

Prima conclusio.Præcepta negatiua primæ tabulæ sunt de lege naturæ strictè, quia deducũtur ex primis principiis: quia si omne summum bonum est diligendum:ergo Deo non est facienda inimicitia.

Corollarium.in istis duobus præceptis non potest Deus dispensare,ut aliquis idololatra sit, & blasphemet Deum,in quibus etiam includitur affirmatio: sed ista omnia sunt de lege naturæ propriæ. Nunc dubium est de sanctificatione Sabbathi,vtrum illud præceptum dicendum sit de lege naturæ propriè,

In isto ꝑcepto tria cõtinentur.

Notandum est,quòd in illo præcepto includuntur tria:primo cultus diuinus: secundo determinatio temporis, quia in sabbatho : tertio est prohibitio,Non facies in eo opus seruile.dico primo,quòd illud præceptum, quo ad determinationem temporis,& quo ad prohibitionem non est de lege naturæ strictè.patet primum,quia Deus tunc non potuisset cõmutare diem sabbathi in diem dominicum. secundum patet, in illis dispensauit,etiam opera seruilia non prohibentur in illo die, nisi per accidens,pro quanto retrahunt hominem a cultu diuino:sed stat,quòd sit cultus diuinus,& illa opera seruilia:ergo conclusio uera.

Quare opa seruilia ꝓhibentur in sabbatho.

Sed nunc dubium est de illo præcepto,quo ad cultum diuinum,qtia oportet Deum cõlere actu exteriori, & elicito. Quod sit de lege naturæ propriè patet, quia simpliciter necessarium est hoc uerum,quòd aliquo tempore determinato uiator tenetur ad colendum Deum actu positiuo : ergo illud præceptum quo ad cultum,quem dicit,est de lege naturæ strictè:patet antecedens,quia si non tenetur pro aliquo tempore determinato,nunquam tenetur colere Deum: quia si non tenetur pro hoc tempore determinato colere Deum, neque pro illo,uel illo,uel illo.Doctor remanet dubius,vtrum colere Deum actu elicito sit de lege naturæ propriè, tamen probabilius dicendum est,quòd sic.

Contra.non tenetur hora prima,neque secunda,neque tertia,nec prima die,nec secunda:ergo nõ tenetur.negatur,quia arguitur a pluribus determinatis ad unam indeterminatam : ut caput habet Sortes, caput habet Plato : ergo caput habet omnis homo,non ualet consequentia.sic hic: tamen Doctor manet problematicus. Vtrum istud præceptum quantum ad cultum,quem dicit in Deum,sit de lege naturæ strictè? tamen probabilius esset dicere,quòd sic:quia istud præceptum, quo ad cultum,quem dicit,concludimus eadem necessitate, qua ponitur primum præceptum de non habendo Deos alienos, & de colendo Deum: & illud est de lege naturæ strictè modo declarato.quia illa dicuntur esse de lege naturæ,quæ sunt uel principia per se nota,uel concludũtur ex illis, alia uero, quæ sunt maximè consona legi naturali.Declarat Doct. hanc distinctionem exemplo.quia sunt aliqua iuris positiui propriè : ut pacificè est uiuendum,& inde sequitur , nulli inferenda est iniuria,& unicuique reddendum est,quod suum est:& amica biliter conuersandum est &c.

Aliqua sunt iuris positiui,quia consonum iuri positiuo,ut quòd omnia non essent communia ; posset tamen nunc esse pax,& omnia essent communia . sed tamen pro maiori pacis conseruatione consonum est,ut non sint communia.

Solut.epilogus. Obiicit contra tertium dictum.

Vtrum ergo omnia præcepta sint de lege naturæ? dico primo,ꝙ duo prima præcepta primæ tabulæ sunt de lege naturæ propriè.secundo dico,de tertio est dubium,quo ad temporis determinationem,& prohibitionem,quam dicit, non est de lege naturæ propriè:sed quoad cultum,quem dicit in Deum, est dubium.Tertio dico, quòd præcepta secundæ tabulæ non sunt de lege naturæ propriè.

Contra tertium dictum sunt conclusiones deductæ ex primis principiis necessariis,& practicis: ergo sunt de lege naturæ propriè.patet antecedens,quia ad dilectionem Dei sequitur dilectio proximi,& ad dilectionem proximi sequitur illud Non occidatis &c. ergo sunt conclusiones necessariæ deductæ ex principiis primis necessariis practicis.patet antecedẽs, quia Deus debet diligi tanquam commune diligibile, & non appropriando dilectionem Dei:& si Deus est commune diligibile, ergo diligitur a proximo : sed diligere proximum est uelle ipsum diligere Deum: ergo ad dilectionẽ Dei sequitur dilectio proximi,quia Deus uult condiligi:sed ad dilectionem proximi sequitur,Non occides: ergo præcepta secundæ tabulæ sunt de lege naturæ propriè. Confirmatur multis auctoritatibus in textu.

Ad

DISTINCT. TRIGESIMAEOCTAVE.

QVAESTIO VNICA.

Soluitur obiect. oppos.

Ad istud argumentum sunt tres solutiones: prima solutio uidetur esse sufficiens:secunda uidetur esse melior: & tertia est optima.

Diligere deũ ex toto corde &c. dupl. potest intelligi.

Pro prima notandum est, quòd diligere Deum ex toto corde,& tota anima,intelligitur dupliciter: primo positiuè actu elicito:secundo negatiuè,ipsum non odiendo. Disputatio est utrum istud præceptum sit de lege naturæ strictè loquẽdo. Dicunt aliqui,ꝙ si exponatur negatiuè, est de lege naturæ strictè:ideo non odire Deum,non facere Deo irreuerentiã, sunt de lege naturæ strictè.

Secundo dicunt,quòd si exponatur affirmatiuè,non est de lege naturæ strictè, & hoc dubitatum est quo ad tertium præceptum,quantum ad cultum,quem dicit in Deum. Dicuntvlterius,quòd ad dilectionem Dei exponendo negatiuè non sequuntur præcepta secundæ tabulæ;quia non sequitur, Non odies Deum:ergo non occides:dicunt breuiter,ꝙ ad dilectionem Dei,ut est de lege naturæ strictè, non sequitur dilectio proximi:& ꝙ dilectio Dei positiuè non est de lege naturæ.& ideo dilectio proximi nõ est de lege naturæ propriè,sicut nec dilectio Dei positiuè,ad quam sequitur.

Secunda resolutio.nego,quòd ad dilectionem Dei sequantur præcepta secundæ tabulæ.patet, quia Deus diligitur tanquam commune diligibile,non amore zelotipo.Pro declaratione dat doct.duas propositiones.

Prima. Diligens aliquod bonum commune non debet diligere illud bonum esse unius tantum, quia sic esset amor inordinatus,& zelotipus.

Secunda propositio.Diligens aliquod bonum commune, quod est communiter diligibile,non tenetur uelle actu positiuo illud bonum esse bonum alterius.ego diligo Deum positiue, & actu elicito,non teneor actu positiuo uelle, quòd sit bonum Sortis. ego teneor certè diligere eum tanquam bonum commune, & non ut bonum appropriatum.diceres,diligens Deum tanquam bonum commune debet ipsum uelle condiligi ab aliis,uerum est, cuius amicitia est grata dilecto:nescio autem,si Sortis amicitia sit Deo grata:ideo non teneor uelle actu positiuo,quòd sit bonum alterius.

Ad formam arg.resp.

Ad formam,diligendus est Deus est de lege naturæ:uerum est : ergo & præcepta secundæ tabulæ,nego : patet, quia diligendo Deum diligo proximum, & teneor diligere proximum.

Dico,quòd possum Deum diligere, dato quòd non uellem, quòd esset bonum alterius, & non appropriо mihi eum.

Tertia solutio, Nego,quòd præcepta secundæ tabulæ sint conclusiones deductæ necesse ex principiis primis:sed contra ex dilectione Dei sequitur necesse dilectio proximi:concedo: ergo omnia præcepta secundæ tabulæ sequuntur ex principiis primis necessario,nego:quia non sequitur necessario, diligendus est proximus : ergo non occidam . dico, quòd stat, quòd ego diligam Sortem, & tamen uolo ei uitam, uel saltem non uolo eam:ut beata Anastasia diligebat uirum suum & tamen uolebat eius uitam.ideo ex ista conclusione, proximus est diligendus,quæ est de lege naturæ strictè, non sequitur necessario:Non occides: quia possum diligere proximum,uolendo uitam,uel non uolendo.

Deus & proximus est diligẽdus ꝑ̃t multipl. cõsiderari.

Nota unum.doctor dicit, quòd ista præcepta, proximus est diligendus,& Deus est diligendus, possunt multipliciter cõsiderari.

Primo, ut a Deo explicita:sic sequitur necessario, proximus est diligendus:ergo non occides,&c.

Secundo possunt considerari,ut in lege naturæ dictata, sic non sequuntur ex principiis necessario.ipse Socrates ponebat communitatem rerum usque ad uxores,& sic exponuntur actoritates omnes.

Qui diligit proximum legem impleuit,uerum est,ut a Deo explicatum est.

Vtrum ergo omnia præcepta sint de lege naturæ, dictũ est quomodo,& qualiter,&c.

Agitur de mendacio.



N ista quæstione communiter tenetur,primo ponitur conclusio communis conclusio est talis. Omne mendacium est peccatum,non dico mortale,nec ueniale:patet conclusio.nulli licet mentiri: ergo omne mendacium est peccatum : consequentia patet,quia omne illicitum est peccatum: ergo omne mendacium est peccatum ; patet antecedens, ꝙ si nulli liceat mentiri,quia si alicui licet mentiri, ergo nulli licet credere:consequens est falsum, quia tunc peribit omnis conuictus humanus:ergo & antecedens est falsum.patet consequentia,Nam stultum est illi credere,cui licet mentiri secũdum Aug.sed alicui licet mẽtiri,& ignoro cui: ergo nulli est credendum.patet ergo conclusio communis, quod oẽ mendacium,est peccatum.

Afferũtur rationes ad concl. Rõ Tharãtæ ſen.

¶Quidam dicunt, &c.]

Ad istam quæstionem ponitur prima ratio Domini Petri de Tharanthasia:secunda ratio D.Thomæ: tertia D. Bonaventuræ,quam doctor tenebit.

Primo ergo ponitur ratio de Tharantasia: Omne, quod necessario auertit a Deo,est peccatum : quia peccatũ est quo spernitur commutabile bonum:sed in mendacio est auersio a Deo, & contemptus Dei, quia ibi est auersio a ueritate, & Deus est prima ueritas:ergo mentiens auertitur a Deo: ergo omne mendacium est peccatum.

Doct.impugnat non conclusionem,sed rationem . Arguitur sic.Malitia, quæ auertit a bonitate creata, non auertit a bonitate increata primo, & per se;ergo falsitas, quæ auertit a ueritate creata,non auertit a ueritate increata,primò & per se,licet consequenter,qui peccat in proximum, non peccat in Deum primo & per se:ita,qui falsum dicit, non auertit a ueritate increata primo & per se, sed a ueritate creata. talis est qui mentitur: ideo illa ratio non est sufficiens ad probandum, quòd mendacium sit peccatum, quia auertit a prima ueritate.

Secundo ponitur ratio D. Thomæ probans communem conclusionem communem omnibus Theologis. Arguit sic . Omne mendacium est de se malum : ergo omne mendacium est peccatum.patet antecedens.mendacium dicit actum malum ex genere:ergo mendacium est malum de se.notetis pro auctoritate,ꝙ præter bonitatem naturalem, quæ conuertitur cum ente,assignatur triplex bonitas.Quædam est bonitas ex genere; Alia est moralis: Alia est meritoria; & ultima præsupponit alias.Bonitas ex genere est,quando actus transit super debitam materiam, ut diligere super Deum : & dicitur bonitas ex genere,quia sicut genus potest contrahi per multas differentias, & est potentiale,ita bonitas potest determinari per multas circunstantias, & est potentialis ad omnẽ circunstantiam.

Bonitas actus triplex Bonitas ex genere quid.

Bonitas moralis quid.

Bonitas moralis dicit aggregationem omnium circunstãtiarum:bonitas meritoria addit charitatem super illa, & ꝙ acceptetur a Deo.Ita triplex est malitia : Quædam est ex genere,quando actus transit super indebitam materiam:ut odire super Deum, & maledicere super Deum . Malitia moralis est ex defectu unius circũstantiæ,aut omnium simul : sed malitia demeritoria est peccatum mortale.

Malitia ex genere, est ex se mala. Materiamõ dacũ semper est indebita

Notandum est,ꝙ malitia ex genere est ex se mala, & nullo modo potest benefieri;ut si latrta transeat super idolũ, & maledictio super Deum.

Notandum est,quòd actus mentiendi cadit super materiã indebitam:& ideo non potest benefieri.dicit D.Thom.quòd actus loquendi debet transire super uerum,uel super illud, ꝙ debet esse uerum : ergo actus mentiendi est de se malus. patet ergo quomodo intelligitur, quòd actus mentiẽdi est malus ex genere,& ita est malus de se : ergo omne mendacium est peccatum.

Reijcit Scorõẽ D.Tho.

Doct.impugnat rationem istam,non conclusionem. Arguitur primo sic a simili. Non magis est materia indebita huius actus,

Universidad de Deusto. Biblioteca

actus, qui est occidere homo iustus, & innocens, quam sit materia locutionis indebita, oppositum uero, uel quod opponitur ei, quod creditur esse uerum: sed homo iustus, & innocens, potest esse materia debita locutionis: uel saltem non erit indebita. ista maior persuadetur a doctore, quia maius nocumentum est auferre homini iusto uitam, quàm opprimere uerum per actum mentiendi: sed per actum occidendi auferre uitam corporalem, & per actum mendacii opprimitur uerum: ergo non minus est materia indebita occisionis homo iustus, quàm sit materia indebita locutionis, oppositum uero, uel illud quod creditur esse uerũ. patet minor, quia Isaac erat iustus, & ante incolationem, & post; & tamen Abraham merebatur occidendo Isaac: ergo homo iustus esse pôt materia debita occisionis: ergo &c.

Hõ iustus videtur indebita materia occisionis sicut & falsum locutionis, & quid dicendum

Corollarium ex his. proferre propositionem, quam ego nunc credo esse falsam, potest esse licitum, & potest licite heri, quia Deus potest cum aliquo dispensare. tamen Deus non potest facere, quin mendacium sit difformitas, & peccatum: non potest tamen Deus dispensare, quòd quis mentiatur, sed potest dispensare, quod aliquis proferat propositionem, quam credit esse falsam; ut de Iona, qui dixit hanc. Adhuc quadraginta dies, &c. Ad idem arguitur. uolo, quòd Deus reuocet, Non falsum testimonium dices; hoc pacto uolo, quòd Sortes proferat propositionem, quam credit esse falsam, non intendendo nocumentum proximo, quia non esset contra præceptum, Non furtum facies; aut contra præceptum, Non occides: tunc ille actus non est malus, quia non est contra aliquod præceptum, & tamen transit super materia indebita.

Ad idem arguitur sic. Bene sequitur, actus mentiendi est de se malus: ergo est contra præceptum primæ tabulæ, & nõ contra præceptum secundæ tabulæ, quod est falsum. patet cõsequentia, quia actus, qui prohibetur in præceptis primæ tabulæ, sunt de se mali, ut est actus idolatriæ: sed actus, qui prohibẽtur in præceptis secundæ tabulæ, non sunt de se mali: quia in eis potest esse dispensatio. falsitas consequentis patet quia est contra octauum præceptum.

Ad idem arguitur. sint duo, Sortes, & Plato, Sortes credit Petrum currere, cum tamen Petrus stet: & proferat istam Petrus currit, Plato scit Petrum sedere: sed non ut fallat dicit Petrus currit; tunc sic; Actus loquendi utriusque cadit super eadem materia, & unus est malus, scilicet illius Platonis; & non actus Sortis: ergo actus dicendi, ut transit super oppositum uero, non est de se malus, quia tunc actus Sortis esset malus, sicut actus Platonis. ideo antecedens D. Thom. est falsum: sed actus mentiendi est de se malus, nego: patet. transit super materiam indebitam, nego indebitam de se: quia si dispensaretur in illo præcepto, non esset plus materia indebita.

Adducitur võ D. Bona. adconcl.

Tertio adducitur ratio D. Bonauenturæ. Quicquid dicit intentionem falsam, & malam, est malum & peccatum. sed sic est, quòd mendacium dicit malam intentionem, scilicet intentionem fallendi de formali: ergo mendacium est peccatum. non dicit, quod dicit de se malum, nec quod sit malum ex genere: sed ex mala intentione. Ad sustendandam istam rationem, doctor dat unam distinctionem. Mendacium potest capi dupliciter: primo quoad esse completum: secundo quoad esse incompletum. dat unum simile. Adulterium duo dicit, & actum peccandi, & deformitatem: ita etiam dicit furtum, & homicidium. sic mendacium, quoad rationem completam non est unum per se, sed dicit actum mentiendi cum intentione fallendi, & cum deformitate. Altero modo possunt omnia prædicta sumi, quoad esse incompletum, quo ad actũ substratum. Exemplum. Christus dicit, Si dixero non noui eum, ero similis uobis mendax. dicit propositionem, quam credebat esse falsam, & erat falsa: sed non erat admixta difformitas, secundum quam aliquis dicitur mentiri, Deus non posset facere, ut mendacium esset bonum, nec etiam homicidium.

Mendaciũ dupl.

In peccato mortali, ut ĩ adulterio sunt duo, & in mendacio

Deus põt facere ut actus mẽtiendi nõ sit malus

Secundo dicit doctor, quòd Deus potest facere actum mẽtiendi esse bonum, uel non esse malum, idest actum proferendi propositionem, quam credo esse ueram, uel falsam. Dicit quidam, quòd mendacium potest capi dupliciter. Primo, ut idem est, quòd ire contra mentem uerbo, aut facto: sic mendacium est simulatio. Secundo potest capi proprie mendacium, & est ire contra mentem uerbo tantum, & non facto. dicit primo, quòd non omne mendacium est peccatum, capiendo mendacium ut se extendit ad illud, quod est contra mentem ire uerbo, aut facto. Secundo dicit, quòd omne mendacium est propriè peccatum: ut idem est contra mentẽ ire, quia ibi est mala intentio. Dicetis, Vtrum ista argumentatio ualeret, mendacium in facto non est peccatum. ergo mendacium in uerbo non est peccatum? nam quia factum, uel opus exterius non uocatur nuncius mentis, uerbum, aut institutum est tanquam mentis nuncius: ideo si faciat aliquid ad extra, non euadit mentem, immo potius facit secundum quòd mens dictat, sed locutio est nuncia mentis, ideo potest esse cõtra mentem. Ex his omnibus concludo, q̃ mendacium est peccatum, capiendo ipsam secundum eius esse completum: quod autem peccatum sit, dicetur.

¶ Secundo notandum est, &c.]

Vidimus, quòd omne mendacium est peccatum. Videndum est, quale peccatum est mendacium. B. August. ponit octo genera mendaciorum, & reducit ad tria genera. Triplex est mendacium. Quoddam est perniciosum, Aliud est iocosum, Aliud officiosum. Dominus Gerson reducit diuisionem octo membrorum in tria ista membra: primum est nociuitas: secundum est libido: tertium est utilitas. Notandum est, quòd tria sunt, quæ mouent hominem ad mentiendum. primum est nociuitas, siue intentio nocendi, & est mendacium pernitiosum. Intendit autem inferre nocumentum alicui dupliciter: primo nocumentum spiritus, & sic est mendacium perniciosum in doctrina religionis: ut si mentiatur in scriptura sacra, & doctrina; ut si sit hæreticus & dicat mihi, Christus non est Deus, ipse mihi intendit inferre nocumentum spiritus in doctrina, & est mendacium contra doctrinam. etiam fit contra bonos mores, dicendo alicui mulieri, ut eam ducat ad luxuriam, quod fornicari non est malum. Secundo aliquis intendit inferre nocumentum toti homini, & hoc dupliciter: Aut intendit nocere, & nulli prodesse. Aut intendit nocere, & alii prodesse. Exemplum primi: ut aliquis mendaciter prosequitur Sortem usque ad mortem, & sit iste Plato, uideat aliquem eleuari in curia Regis, & dicat Regi, iste est proditor, moriatur. Exemplum secundi, ut mendacium mercatorum, & aliquando addunt periurium. dicit ergo præfatus doctor, quod motiuum mendacii pernicioſi est nocuitas.

2. art. quale peccatum sit mendacium. Mendacij diuisio.

Conc. cõis de mendacio perniciosso

Conclusio doctoris, & omnium doctorum. Omne mendacium perniciosum est peccatum mortale. probat Altisiodoren. per prophetam. Perdes omnes, qui loquuntur mendaciũ. ubi August. dicit, quòd loquitur de mendacio perniciosso. Dicebat doctor, quòd omne mendacium tale est contra præceptum Dei: ergo est peccatum mortale, & hoc si fiat cum deliberatione. contra quòd præceptum est? contra illud: Non falsum testimonium dices: Non mentiemini. Leuit. 19. Sed utrum omnia talia mendacia sint eiusdem grauitatis: dicit doctor, quòd unum est alio grauius: sed uellem scire, quomodo cognoscerem minus graue, aut magis graue? Dicit doctor, quòd quantitas peccati in mendacio perniciosso debet attendi secundum maiorem nociuitatem, & maius nocumentum. quanto nocumentum est maius, tanto peccatum est grauius. Sed intendens damnificari in bono spiritus, intendit inferre maius nocumentum: ergo mendacium in doctrina religionis, & in doctrina moris est grauius: quia infert nocumentum.

Mendaciũ in doctr. & morib. e grauius, q̃ alias.

Sed est dubium. dicit Altisiodoren. si quis mentiatur in uitam alicuius, quæ est multum grata regno, & intendit inferre nocumentum regno Franciæ; est alius, qui mentitur in doctrina religionis dicens, quòd Christus non equitauit super asinum intrando Ierusalem, quod mendacium est grauius? secundum dicta uidetur primum, quod est falsum: ergo &c. Dicit præfatus doctor doctrina religionis capitur dupliciter: primo communiter, sic tota scriptura est doctrina religionis: secundo capitur strictè, sic dicit necessitatem credendorum, & agendorum; ut sunt articuli fidei, & præcepta moralia. intelligit Aug de mendacio in doctrina religionis propriè sumpta, non autem communiter sumpta.

Doct. religionis dupl.

Secundum dicitur mendacium iocosum. secunda causa mouens ad mendacium est libido, aliquis potest moueri ex libidine ad mendacium dupliciter: primo ex sola libidine, & est mendacium libidinosum & est quartum genus, & est peccatum mortale; ut aliquis ita delectatur in mentiendo, sicut uir cum pulchra coeundo, & de illis est uerum, quod dicit Paulus, si hominibus placerem, Christi seruus non essem: & sunt adulatores. non ergo stat cum charitate. Alio modo esse potest ex libidine, & propter uoluntatem, & uoluptatem, & est mendacium iocosum, ideo recitare fabulas, quas sciunt esse falsas, non est iocosum. An illud sit mortale, dicetur infra.

2. genus mẽdacij, nempe iocosum.

Ter-

3. genus mẽdacij, & est officiosum.

Tertia causa motiua potest esse utilitas: & est officiosum, quod nulli obest, & alicui prodest. Vtilitas est triplex, Aut consistit in bonis fortunæ, ut qui mentiuntur alicui, ne furetur eis pecunias suas in ligno. Aut utilitas est in bonis corporis, ut currunt aliqui, ut occidant aliquem, uel ut carceri mancipetur, uideo ubi est, quærunt, ubi est? dico, nescio. Aut illa utilitas est in bonis aĩæ, & propter munditiam animæ, ut capitaneus capta ciuitate inuenit mulierem coniugatã, uult cum ea coire, dicit sum uirgo, mentitur, est propter utilitatem bonorum animæ. ut seruet munditiam animæ, & fidem suo uiro. ecce ergo quatuor genera mẽdaciorum. dicet doct. mendacium est triplex: pernicioſum, & habet tria genera. Iocosum, & habet duo: & officio sum, & habet tria: De iocoso, & officioso dicam infra.

Vtrum mendacium iocosũ sit mortale, uel ueniale.

Vtrum iocosum sit mortale, an uenialeꝰ distinguitur a Beato Bonauentura, dicet, quòd uiri sunt in duplici statu, & mulieres: Quidam sunt in statu perfectionis, & quidam in statu non perfectionis: non dico imperfectionis. exemplum primi, ut ecclesiastici: exemplum secundi, ut laici.

Primum dictum B. Bonauenturæ, & Scoti. Mendacium iocosum, secundo modo, ut est cum intentione leuis nociuitatis, & officiosum in uiris non perfectis, est ueniale; quia non est contra charitatem: sed est cum charitate.

De Bassolis contra 2. dictum.

Secundo dicit B. Bonauentura, quòd mendacium officiosum, & iocosum in uiris perfectis, est peccatum mortale. dicit de Bassolis, quòd uellet, quòd qui hanc tenent, quòd essent obligati ad non mentiendum iocose. & officiose sub pęna peccati mortalis: ut scirent quod est peccatum mortale. est nimis durum.

Sco cõtra 2. dictum.

Probat B. Bonauentura, quia est contra charitatem. doctor facit unam rationem. ponamus casum, quòd sit dies Mercurii, Sortes comedit carnes, & ego etiam; in Sorte non est peccatum, & in me sic; quia uoui, & ille non. utrum præcise propter circunstantiam personæ non certè: sed quia uoui, & ille non. circunstantia ergo nõ facit ueniale esse mortale, sed non magis obligatur religiosus ad non mentiendum iocose, quàm alius laicus: ergo religiosus mentiens iocose non peccat mortaliter.

Circũstantia personæ non facit ut ueniale sit mortale. Status perfectionis dup.

Notat tamen doctor, quòd duplex est status perfectionis: quidam est perfectionis exercendi, ut est status religiosorum prælatorum, & aliorum prelatorum. Alius est status perfectionis acquirendæ, quia intendunt ad ulteriorem perfectionem uenire, & sunt simplices religiosi. Videamus de his, qui sunt in statu perfectionis exercendæ. uiros istos mentiri iocose est dupliciter.

Quando & in quib. mẽdacium iocosum sit mortale peccatũ

Primo in actibus, qui pertinent ad eorum perfectionem, ut est prælatus, qui prædicat Trinitatem, & dat unam fabulam Ouidii.

Secundo intelligitur extra actus perfectionis exercendæ, ut Episcopus est in mensa; mittit seruum, quem uidet inuidum ad habendum de gallina ad uillam, inde nihil habet. Dicamus primo sic. Mendacium iocosum in uiris, qui sunt status perfectionis exercendæ, immixtum auctoritate docendi, prædicandi, tale est peccatum mortale: quia est ad tollendum auctoritatem, ne credatur eis: quia ut dicit D. Augustinus, si in scriptura diuina esset admissum aliquod mendacium iocosum, nihil in ea esset soliditatis, & auctoritas docentis omnino periret: posset enim quilibet dubitare de quocunque dicto ab eo, sicut de mendacio iocoso: uel qua ratione non assenti ret illi mendacio iocoso, eadem ratione nec alii dicto ab eo, & sic peribit tota auctoritas ministrorum in docendo, & utilitas populi audientis, sed utrum sit peccatum mortale. dicitur, uel dicit mendacium iocosum ad excitandum auditores, & dici potest, quòd non est mortale: uel dicit illud ad cõprobandam aliquam ueritatem credibilem, & esset mortale.

Sed pono, q̃ sit episcopus Carnoten. sunt aliqui, qui prosequuntur hominem ad mortem, & abscondit se, & episcopus uidet. quæritur ab episcopo, ubi est talis? dicit, quod nescit ubi est: uel peccat mortaliter, uel non. si dicis, quòd non, contra. mendacium officiosum in uiro perfecto est mortale peccatum: ergo &c.

Item dicit August. quòd pro seruanda uita non est mentiẽdum. si dicas, quòd sic: ergo contra conscientiam dictat, quod est faciendum. si dicas est erronea, cõtra. pro hoc reuocat eos ab occisione.

Dicunt quidam, quòd non tenetur scire ubi est. cõtra, scit ubi est: uerum est. sed nescit ad dicendum. Altisiod. tenet qđ mortaliter peccat, quia mentitur; quia decipit, & fallit, & dicit, quòd pro uita etiam alterius non est mentiendum.

Contra, iste intendit eos reuocare ab homicidio: dicit, q̃ intendit eos fallere, & intendit mentiri primo, ideo peccat. Facit alium casum. uolo, quòd ille fugiens dicat domino episcopo, me commendo tibi: abscondit eum in ecclesia, quærit, ubi est talis? si dicat, nõ est in domo mea, utrum peccet? quòd non: quia promisit alteri fidelitatem, quòd eum seruabit. si dicas, quòd non peccabit.

Contra. mentietur ergo &c. Volo formet sibi conscientiã istam episcopus: si taceam, ipsi opimabuntur, q̃ est in ecclesia, & eum accipent etiam formet sibi, quòd si dicat, erit proditor: si non mentietur. tunc erit perplexus in lege.

Respondet, si neget eum esse in domo, Vtrum peccabit? ita uenialiter, ne sit proditor. Dicit etiam, quòd considerandum est hic amor, quem habet episcopus ad uitam temporalem & amor est uenialis: ita etiam mendacium est ueniale. Ad illud de perplexitate. dicit, quòd non erit perplexus, nec erit proditor cautè respõdendo; ut si dicat roganti, quid ad me? vel dicat, sicut dicebat quidam episcopus, durum est esse proditorem: durum est esse mendacem.

De mẽdacio iocoso, & officioso in religiosis.

Scotus mouet breuem difficultatem, An primum, siue uni cum mendacium officiosum, & iocosum sit peccatum, an tãtum secundum? dicunt iuristæ, quòd primum non: sed peccatum bene fieri potest si frequẽter. Videamus in religiosis, qui sunt in statu perfectionis acquirendæ de mendacio iocoso, & officioso. in illis uiris est loqui dupliciter: aut quantum ad rationem facti in se. aut quantum ad conditionem sequelæ.

Primo modo non est culpa mortalis, quia religiosus nõ est magis obligatus ad uitandum ueniale, quam sit laicus. Secundo modo quo ad rationem sequelæ est culpa mortalis, quia sequitur scandalum, quia imperfecte habent istam tanquam uirtum grauem: ideo cum inueniunt ipsum iocose mentiendo scandalizantur: sed est duplex scandalum, unum acceptũ, & est pusillorum: alterum est datum, uel pharisæorum. primũ est uitandum. de secundo non est curandum, sed cum Christo dicendum, finite illos, cæci sunt &c. Cum duco mulierem ad cameram meam. de nocte, non est ut oret mecum, nec ut ueniat ad matutinas. sic sequitur, quòd propter scandalum, potest esse mortale; ut cum episcopus fugit, & dimittit gregem peccat mortaliter: sed si religiosus fugit, non peccat quo ad factum, sed propter scandalum; quia scandalizantur. prædicabat legem, & quando est defendenda, fugit, peccat mortaliter. Religiosus igitur, aut pauper sacerdos laicus non beneficiatus mentiendo iocose peccabit non ratione facti in se, sed ratione consequentis scandali; quia sequetur scandalum in populo.

¶ Ad argum. ad primum, &c.]

Solu. prime. Deducitur 1. prin.

Quæsitum erat, utrum omne mendacium sit peccatum; dictum est, quòd sic, non tamen omne mortale est. Arguitur tamen, quòd non omne mendacium sit peccatum; quia patres ueteris testamenti mentiti sunt: ergo non omne mendacium est peccatum. patet consequentia, quia non est dicendum, quòd peccauerunt. probatur antecedens multis auctoritatibus, & historiis.

Primo de Abraham, qui accepto mandato de occisione Isaac, strauit asinum, & iuit cum pueris ad montem: cum fuit proximus monti dixit ad seruos, expectate hic; nos, & puer illuc properabimus, & cũ adorauerimus, reuertemur ad uos: tunc sic. Abraham sciebat se nõ reuersurum cum Isaac, quia credebat se eum immolare: ergo mentitus est.

Notandum est, quòd Abraham credidit, quod imolandus esset Isaac, quia etiam extendit manum suam super eum.

Abrahã nõ peccauit secundũ Scot.

Secundo notandum est, quòd specialiter etiã credidit puerum suum immediate post suscitandum a Deo: ideo bene dicit reuertemur ad uos.

Quõ Iacob mẽtitus sit dicens se esse Esaa.

Probatio secundi suppositi haberi potest ex auctoritate, quia habetur Gen. 27. cap. In Isaac uocabitur tibi semen. sciebat promissionem in Isaac esse implendam: si remansisset mortuus, non fuisset impleta: si uixisset, erat implenda: ideo credidit eum esse suscitandum, ideo sub spe resurrectionis dicit, Ego & puer reuertemur ad uos. dicit doct. quòd non est asserendum Abraham peccasse, quia habuit singulare priuilegium a Deo. cum ergo arguitur. Abraham mentitus est, nego, probatur, quia sciebat se non reuersurum ad pueros, nego: quia sperabat se reuersurum: ideo &c.

Probatur secundo, quòd patres ueteris testamenti mentiti sint, quia Iacob mentitus est. patet Gen. 28. cap. Intrauit Iacob ad Isaac, cuius calligauerant oculi, & dicit; ego sum Esau primogenitus tuus. Iacob sciebat se non esse Esau: ergo mentitus est. doct. non habet pro inconuenienti, q̃ peccauerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit uenialiter,sic argumentum non currit.

Probatur,quòd hoc non sit inconueniens per patres noui testamenti.nam maior est gratia nouæ legis,quàm ueteris: tamen Petrus peccauit,ideo Paulus restitit ei in faciem,quia reprehensibilis erat: peccauit ergo peccato saltem ueniali. ita etiam Iacob,nec est inconueniens.

Ad argumentum,Iacob mentitus est:ergo mendacium nō est peccatum,nego:probo, quia patres ueteris testamenti nō peccauerunt, nego.dicit doctor, quòd multi sensus possunt dari ad huiusmodi loca sacræ scripturæ, sed nō oportere immorari. Dominus Altisiodoren. respondet egregie ad argumentum de Iacob,dicendo,quòd non est mentitus,nec mendacium fuit ab eo:ratio est,quia eo modo dixit Iacob, quod erat Esau,sicut dixit Christus de Ioan.Ipse est Elias. & intelligit transumptiuè,non in persona,sed imitatione. ita dicit ille doctor de Iacob,quando dixit,ego sum Esau,transumptiuè locutus est,ideo non est mentitus. Supponatis historiam, ex qua concluditur, quod ius primogenituræ Isaac debebatur Iacob, & non Esau,licet primo fuerit genitus: quia cum Esau primo tunc exiit,uterum matris, & Iacob tenebat plantam pedis ad significandum,quòd erat dignus tunc primogenitura, & mater hoc habuit in spiritu. etiam Iacob habuit primogenituram Esau ex uenditione,quia cum ueniret de uenatione.uolebat comedere,& inuenit Iacob qui habebat cibum de lente,& pro ea uendidit primogenituram ipsi Iacob: ideo ius primogenituræ debebatur Iacob; quia moraliter, populus Euangelicus debet præcedere populum iudaicum, qui signficabatur per maiorem fratrem. Ideo concluditur, quòd ex iure primogenituræ,quæ debebatur Iacob ex reuelatione Spiritus sancti ostensæ matri, & ex figuratione, & ex facto,quia ei uendidit primogenituram,non mentiebatur Iacob dicendo, Ego sum Esau primogenitus,idest ille,cui debetur primo ius primogenituræ. Sicut Ioann. est Elias, sic Iacob est Esau.

Sunt hic casus. Si Isaac dixisset Iacob; iura, quòd tu es Esau filius meus primogenitus, si iurasset, utrum peccasset uel non: si sic, ergo prius peccabat, cum dixit se esse Esau: si non, Contra, quia iuramentum debet esse ad intentionem dantis, & non iurantis: sed Isaac uolebat facere iurare in persona, & sic si iurasset, periurus fuisset. Dicendum est, q̃ potuit iurare.utrum peccabat? non.

Contra.oportet iurare ad intentionem eius,qui facit iurare,uerum est,& iurasset ad intentionem spiritus sancti, qui omnia ista operabatur.

Sed est dubium,utrum ipse Isaac benedixerit Iacob: uidetur quòd non,quia illum benedixit, quem intendebat benedicere:sed non intendebat benedicere Iacob: Ergo illum nō benedixit.

Secundo est dubium,utrum Iacob peccauit accipiendo benedictionem: uidetur quòd sic. quia Isaac dicit Esau, frater tuus accepit benedictionem fraudulenter: ergo cum fraude: ergo peccauit dicendo,ego sum Esau primogenitus.

Soluū. dub. ad 1.resp. Dico primo, quòd Isaac intendebat benedicere, non Iacob, nec Esau,sed eum,cui debebatur ius primogenituræ:ió recte benedixit Iacob,quem intendebat benedicere.

Contra.Non intendebat benedicere Iacob:ergo Iacob nō benedixit.

Dicit præfatus doctor,quòd est fallacia accidentis ab indi uiduo uago ad indiuiduum determinatum; quia cum dicit, benedixit,quem benedicere intendit,ly,quem,notat indiuiduum indeterminatum. Exemplum dat,quia sit Sortes solus ueniens,& eum non cognoscam,tunc sic;eum,quem uideo, scio esse uenientem:sed Sortem uideo: ergo Sortem scio esse uenientem? non ualet.

Ad 2.resp. Fraus ē multiplex. Ad aliud,quòd cum fraude accepit benedictionem, multiplex est fraus:Inspirationis,ut cum filii Israel sub specie mutui petierunt uasa argentea,ut spoliarent Egyptum: quare? quia præceperat dominus,ut sic facerent. est fraus inspirationis. Alia est fraus eruditionis, ut Ioseph fecit ponere scyphū in sacco Beniamin,ut eum retineret, & eum erudiret. Alia est fraus deceptionis,cum quis prodit aliquem ad mortem. Verum itaque est,q̃ cum fraude inspirationis ipse accepit benedictionem,ecce de Iacob.

De mēdacijs Ioseph. Patet tertio assumptum, quòd patres ueteris testamenti peccauerint.probatur de Ioseph,qui dixit fratribus suis. Exploratores estis,& bene mentiebatur, quia sciebat esse oppositum:quia facta erat fames in uniuersa terra, & iuerant ibi, ut emerent frumentum.Item cum uidit Beniamin,dicit seruis.

Ponite scyphum,in quo auguror in sacco Bēniamin,& tamen mentiebatur,quia non augurabatur, quia prohibitum erat in lege domini.

Respondet doctor,quòd mendacium Ioseph si fuit,fuit officiosum:ut si fuit peccatum,fuit ueniale tantum,uel nullum fuit peccatum;quia eos fecit emendare,licet essent digni maiori pœna,quia eum uendiderant,ideo non mentiebantur. Ad illud Ioseph de schypho dicitur,quod aliquis dicitur augur dupliciter:Primo simpliciter,ut gentilis: secundo secundo secundum opinionem hominum,quia ipse indicabat somnia.ideo Egyptii uocabant eum augurem. Ideo dicit seruis suis,qui erant Egyptii, capite schyphum,in quo auguror,secundum eos enim augurabatur.

Idem arguitur de mulieribus, quæ libentius mentiuntur. intrauerunt domum Raab exploratores Iosue:nunciatum est regi,quòd erant exploratores,ipsa misit,sed eos Raab abscōdit,et dixit,quòd egressi erant in nocte, & tamen non peccauit,quia erant filii Dei.

Dicit doctor,quòd non habet pro inconuenienti, q̃ peccauerit uenialiter: tamen hic sunt duo considerāda, cum pietas,quia illos abscondit,& est aliud, scilicet mendacium factum regi.quo ad primum,merebatur,& non peccabat: quo ad secundum sic,uenialiter.

De mēdacio Rachelis Item arguitur sic de Rachel, quæ furata est idola patris sui,& absconditne sciente Iacob:tunc quæsiuit Laban Iacob dicit Iacob,quære & apud quem inuenta sint,moriatur.iuit ad domum, et Rachel posuit stramen supra idola, & accubuit supra,dixitque patri,ne iracatur dominus meus,quòd non assurgam,quia habeo infirmitatem,quam solent habere mulieres, ipsa mentita est. uerum est, & peccauit uenialiter.

De mēdacio obstetricum. Item arguitur sic de obstetricibus, quæ mentitæ sunt coram pharaone,ut saluarent filios Israeliticos. Mulier obstetrix est,quæ leuat puerum ex utero matris: dicit doct. quòd peccauerunt: sed dubium est, quo peccato;uel ueniali, uel mortali:quòd mortali,dicit Gregorius: quòd ueniali, dicit Hieronymus.

Probat Gregorius,quia ex textu habetur,quòd peccatum commutauit mercedem æternam in temporalem: quia si saluassent pueros,& non mentite fuissent, fuissent digne gloria æterna. Appositam opinionem tenet Hieronymus.dicit Antisiod.quòd potuerunt peccare uenialiter, & mortaliter.si amabant uitam illorum iuuenum intantum, quòd uolebant facere contra præceptum Dei, ut saluarent eorum uitā,tunc peccabant mortaliter: si autem tantum faciebant motu pietatis,peccabant uenialiter.

Ad Gregorium.Scotus uno modo dicit,quòd non est intelligendum,quòd ideo datum est præmium temporale,& non æternum,non quia mentitæ sunt culpa mortali, sed quia licet habuerint istum bonum motum,tamen erāt idololatræ, nec erant de populo Dei:ideo non habuerunt præmium æternum,sed eos præmiauit præmio temporali. Altisiodoren.dicit, quòd commutauit præmium æternum in temporale, quia per talem actum mentiendi non fuit eis apposita gratia.

Sco. difficultas de peccato ueniali. Scotus facit unam difficultatem.Vtrum eligendum sit peccare uenialiter propter magnum motum pietatis habendū; uideo hominem furentem,& iratum se defendere, misereor utrique: illi,quia occidetur:illi,quia est iratus, & sine ratione.Ego dico sibi,quod ille non intrauit domum, ut saluetur ipsius uita,& hoc ex charitate,quæritur an hoc liceat, uidetur quòd non:quia omne peccatum est fugiendum: sed ueniale est peccatum:ergo est fugiendum. In oppositum,quia propter ueniale non est dimittendum illud, q̃ est dignum uita æterna:sed motus pietatis est huiusmodi:igitur &c.

Soluitur difficultas ab auctore. Pro solutione,quia Scotus tacet,& dimittit,dico primo, quòd impossibile est,quòd per unum,& eundem actum possit quis mereri uitam æternam,& peccare mortaliter.

Dico secundo, q̃ etiam impossibile est per eundem actum mereri uitam æternam,& peccare uenialiter.

Tertio dico, q̃ propter nullū opus pietatis debet quis primo eligere peccatum ueniale.

Dico quarto, quòd propter motum pietatis non possum primo, sed consequenter eligere peccatum ueniale: quia uolo ex motu pietatis istum saluare:ad istud sequitur peccatum ueniale,quòd non eligo: sed ex motu pietatis potest eligere peccatum ueniale,non primo.1. quis potest facere opus pietatis,ad quod sequitur peccatum ueniale.

Item arguitur de Iudith,quæ dixit Holopherni,quòd daret

ret ciuitatem infra paucos dies mendita est, & tamen non peccauit:quia sua facta laudantur in ecclesia.

Sol. aliorum de iuramēto Doctor tangit modum soluendi aliquorum. dicunt aliqui primo de iuramento,utrum iurans teneatur iurare ad intentionem iurantis,aut ad intentionem propriam. dicunt mihi fuisti in aliquo loco pestilenti? quærunt, si in aliquo collectiuē:dico quòd non in aliquo,quia solus fui in illo.dicunt illi, quòd uel ille cui iuro,est prælatus,uel non:si prælatus,debet iurare ad intentionem eius:si est non prælatus,hoc est dupliciter:aut est extraneus, sic possum iurare non ad intentionē illius,sed ad propriam.sic quando iurauit Iudith,non erat ad intentionem Holophernis, sed Dei; quia Holophernes erat infidelis,ipsa fidelis.sic dicunt de mendacio;quia non loquebatur ad intentionem Holophernis,sed Dei: ideo non mentiebatur,secus est de proximo:dicunt isti doctores, ista non esse probabilia: quia tunc periret omnis conuictus inter homines.

Quid sētiat Sco. Dicit doctor,quòd non inconuenit eam mentitam esse,& peccasse,immo mentita est pernicioſe Holopherni, ut genti eius;quia dicebat se uelle ei dare ciuitatem, & tamen uolebat auferre ab eo uitam corporalem. est mentita etiam officiosæ suæ genti, cum exiret ciuitatem, quòd daret eis urbem.

An Iudith peccauerit, & quo peccato. Dicit doctor, quòd maius bonum erat, quòd intendebat per mendacium iocosum,quam malum esset illud, quòd intendebat per mendacium pernicioſum. per iocosum intendebat salutem populi Dei: per pernicioſum intendebat auferre uitam corporalem Holoferni.

Arguitur contra.habent modum respondendi,quia fuit infidelis,& esse infidelis inimico fideli,est malum: igitur peccauit.sed utrum mortaliter,doctor magis dicit,quòd sic,quàm quòd non.etiam se ornauit post tertiam diem, si illud fecit cum illa intentione, ut alliceret eum ad peccatum carnis, ipsa peccauit, quia prouocare aliquem ad peccatum est peccatum:si autem fecit pro alia bona causa, ut creditur, non peccauit:tamen uidetur dicere doctor, quòd peccauit mortaliter.

Contra.laudatur eius factum in ecclesia:ergo non peccauit mortaliter.dicatis, quòd non omnia facta uniuersaliter laudantur ipsius Iudith, sed bene laudantur quo ad aliquid; quia salus ciuitatis Betuliæ,quæ facta fuit per Iudith, est laudanda;quia dicimus,o Adonai Domine, qui dedisti salutem in manu fœminæ:ecce commendatur in salute urbis,& antiquorum patrum.

Ad ultimum de simulatione arguitur ultimo, q̃ mendacium non sit peccatum : quia mendacium in facto non est peccatum: ergo nec mendacium in uerbo. pro declaratione nota,quòd aliquis mentitur dupliciter:in facto, quando aliquid facit,quod non est conforme intentioni facientis; ut si aliquis intendit uitare aliquod periculum,& in signo exterio ri facit aliquam stultitiam;unum facit, & aliud intendit. secundo mentitur aliquis uerbo,ut dictum est. Probatur consequentia:quia uituperabiliora sunt magis facta, quàm uerba: quia si quis de me loquatur, transeat;sed si me tangat, & lædat, est aliud. patet antecedens duobus exemplis scripturæ.

Adult. resp. Altisio. Primum est de Dauid,qui simulabat se furere, & tamen ipse intendebat facere, ne Achis eum traderet in manus Saulis,a facie cuius recesserat,& tamen non peccauit:ergo. Aliud exemplum est de Iehu, qui simulabat se adorare idolum Baal,ut occideret sacerdotes Baal,ipse mentiebatur,& tamē non peccauit:ergo &c.

Simulatio multiplex. Ad argumentum respondet Altisiodoren.quòd multiplex est simulatio. Quædam est simulatio duplicitatis,ut hypocritarum,loquendo proprie de eis. Alia est simulatio significationis,ut simulatio Iacob,qua simulabat se esse Esau per apositionem pellium. Alia est simulatio cautelæ,ut quando fit eo modo,quòd nulli nocumentum infertur, & simulanti prodest;ut Dauid cum Achis simulauit se furere, ne deprehenderetur tanquam prudens,& mitteretur ad Saulum regem. Alia est simulatio doctrinæ:sic Christus simulauit se longius ire ad eorum eruditionem discipulorum, cum quibus ambulabat,sicut postea euenit.

Prima.simulatio est peccatum mortale:aliæ autem non. Quando arguebatur,mendacium in facto non est peccatum, quia Dauid cum se simulauit se furere,mentitus est facto,& tamen non peccauit,dicit Altisiodoren.quòd erat simulatio significationis.

Tamen notandum est,quòd multiplex est simulatio: quædam est pertinens ad hypocrisim:alia est cum cautela. Ad hypocrisim dupliciter.Primo simulando bona in esse, quæ non insunt. *Simulatio pertinēs ad hypocrisim dupl.*

Secundo simulando non inesse mala,quæ insunt. exemplū primi.exterminant facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes:& tales receperunt mercedem suam.

Primum dictum doctoris.simulatio pertinens ad hypocrisim dans intelligere bona inesse, quæ non insunt, est peccatum mortale, & Christus inuehitur in eos multipliciter in Euangelio.

Pro declaratione secundi membri, quòd aliquis malus se habet ad sua mala dupliciter.

Primo per signa opposita occultare mala sua, ut est adulter;cum de hoc aliquis loquitur,spuit in terram.

Secundo se habet ad suum malum non occultando,sed publicando sua mala,& sunt illi,qui non sunt solum peccantes, sed gloriantur de eo,q̃ peccauerint: & tales peccant dupliciter.alia est simulatio pertinens ad cautelam.

In actib. in differentib. est duplex iudicium Notandum est,quòd in actibus,qui non sunt determinatè boni ex se,nec mali,sed sunt indifferentes, in illis actibus est duplex iudicium.Vtrum in simulatione, qua se simularet q̃s sudare ob laborem, sit peccatum? probabile est, quòd non; sed de simulatione, qua aliquis simularet per spumam esse ratuum,non est peccatum,maxime quando sit ob utilitatem facientis;ut in Dauid:ideo non peccat.sed de Iehu dicit doct. quòd peccauit simulando.

Primo,quia procurauit cultura Baal,quia clamauit. hoc est sacrificium Baal,idest est magnus dies, ut omnis sacrificet Baal.

Item eius simulatio erat pernicioſa, quia erat ut noceret cultoribus Baal.

Quando arguitur,concedo,quòd Dauid non peccauit, q̃ non fuit sinu latio duplicitatis,sed cautelæ: sed de Iehu aliqui dicunt quòd fuit instinctu Spiritus sancti sicut Sanson,qui fecit cadere domum;sed doct.eum non excusat a peccato. ecce quæ dicenda erant de mendacio.

DISTINCT.

TRIGESIMAENONAE.

QVAESTIO VNICA.

IRCA trigesimamnonam distinctionem. Quæritur. Vtrum omne periurium sit peccatum mortale. pro parte uera arguitur. Omne periurium est contra præceptum, Non assumes nomen Domini in uanum,non facies Deo irreuerentiam. ergo omne periurium est peccatum mortale.

In hac quæstione sunt duo articuli.In primo uidendum est de iuramento.In secundo de periurio.Iuramentum est affirmatio,aut negatio de aliquo facto,aut fiendo, sacræ rei attestatione firmata.dicitur affirmatio,& negatio, quia iurat aliquando,quòd fecit;aliquando, quòd non fecit:aliquando, quòd ita est,aliquando q̃ non ita est.dicitur de aliquo facto, aut fiendo.

Duplex est iuramentum;quoddam est assertiuum,& est de facto. Aliud est obligatorium, & est de fiendo. dicitur sacræ rei attestatione firmata:unde iurare est Deum inuocare in testem. Vnde iurans per superiorem,uult attestare rem suam. ideo patet quare dicatur, Per me metipsum iuraui, & iurat per semetipsum,quia non habet superiorem, nec maiorem. Quæreret aliquis,quid est Deum iurare? non est aliud,quam a se ordinata nullo modo conuellere,idest cum ea, quæ ipse ordinat in facto adimplere. iurare Dei est uelle in beneplacito Dei. *Iurare Dei quid sit*

Ex quo patet,quòd pœnitere Dei est a se ordinata non posse inesse,idest est ea,quæ ipse uult non uelle uoluntate beneplā-

Universidad de Deusto
Biblioteca

neplacitè, sed signi, non impleri, nec fieri. Non ergo est idem iurare Dei, & iurare creaturæ; quia creatura dum iurat, per superiorem iurat: sed Deus per seipsum iurat.

Iuramẽtum sit dupl.

Notandum est ulterius, quòd iuramentum sit dupliciter: primo per simplicem attestationem: secũdo per execrationẽ: per simplicem attestationem aliter fiebat in ueteri testamento. sic fiebat, uiuit Deus. per Deum uiuentem. & uiuit anima mea, ideſt per animam meam uiuentem. Sic etiam in primitiua ecclesia erat alia forma, scilicet testis est mihi Deus: & erat sensus, ideſt adhoc, quòd dico adduco Deum in testem. In moderna ecclesia fit per sacra euangelia, & per Deum.

Vterius modus iurãdi.

Secundo fit iuramentum per execrationem, & est, quando aliquis oppignorat se Deo, uel aliquid sui oppignorat Deo: ut si dicit. Deus me confundat, si nunquam faciam sic, & me occidat, & filios meos morti tradat.

In principio huius articuli dicit doctor quid sit iurare, & est ultimata assertio alicuius ueri per ipsum iuramentum. adhibito iuramento habetur ultima euidentia de illa re, quæ potest haberi.

Quæro, utrum iurare sit licitum in religione Christianaſ q non, Matth. 5. Dictum est antiquis, non periurabis, ego autem dico uobis nolite iurare omnino.

Manich. error

Ad oppositum est Paulus ad Heb. 6. Fuit error Manichæorum, quòd non licet iurare, quia lex, quæ permittit iurare, est a malo principio: ideo secundum eos lex uetus erat a malo principio: ideo non licet iurare.

Alia est opinio Catholicorum, quia iuramenta sunt licita, quòd hoc sit uerum patet ex fine: quia finis iuramenti est bonus: ergo iuramentum est licitum. patet antecedens auctoritate Pauli ad Heb. 6.

Licet iurare per Deũ.

Omnis controuersiæ finis est iuramentum, quilibet homo potest falli, & fallere: decipi, & decipere: ideo oportuit inueniri confirmationem in humanis per aliquem, qui nec fallitur, nec falli possit: ipse est Deus; ideo licitum est iurare per Deum.

An liceat iurare per creaturam.

Sed utrum iurare per creaturam sit licitumſ quòd nõ, Neque per cœlum, neque per terram iurabitis, ut dicitur in Matthæo. ideo dicitur in Paulo. Omnis, qui iurat, aut timet illũ, per quem iurat, aut illum reuereturi; & sic oporteret colere creaturam, & ita aliquid numinis esset in ea.

Dicit beatus Bonauentura, quòd iurare per creaturam est dupliciter.

Iurare p creaturã dupl.

Primo, ut in ea relucet uestigium Trinitatis, & dies ueritatis: & sic licet iurare per creaturam, per cœlum, per terrã, per animam, quaſi per quædam, in quibus relucet uestigium Trinitatis,

Secundo intelligitur, quia in ea sit aliquid numinis. sic nõ est iurandum per creaturam.

Ad auctoritatem uerum est, quòd non oportet iurare omnino, ideſt qualitercunque, & ibi prohibet periurium. & non iuramentum. Manichæi autem dicebant, q non licet iurare ullo modo.

Periurium secundum Magistrum est mendacium iuramento firmatum notetis etiam, quòd ly, iuramento potest exponi dupliciter: primo pro iuramento assertorio: secundo pro iuramento obligatorio. ita istud uocabulum mendacium potest exponi dupliciter. primo extensiuè: secundo ptoprie. non capiatis proprie mendacium, ut consistit in falsa uocis significatione, sed capiatis mendacium extensiuè.

Ostendit doctor, quòd sit peccatum, quia est contra preceptum primæ tabulæ, & etiam, qui periurat attestatur Deum testem falsitatis; uel negat Deum esse omni scientem: hoc est falsum: ergo patet primum, iurare est adducere Deum in testem, & quando est mendacium, tunc Deus adducitur testis: hoc est inconueniens: ideo uidetur, quòd omne periurium sit peccatum mortale.

Oẽ periuriũ est peccatũ mortale. Vtrũ inde liberatio excuset a peccato.

Sed hic sunt duo dubia. Responsum est ad duo prima puncta. mouentur hic duæ primæ difficultates, Vtrum iuramentum siue deliberatione, sit peccatum mortale. est aliquis, mẽtitur indeliberatè, utrum illud mendacium excuset ur a peccato?

Ponitur primo opinio, communis, quę dicit, quòd raritas, & consuetudo mentiendi, & iurandi, arguant ipsum esse peccatum mortale, aut non. dicunt primo, quòd primũ mẽdacium. & primum iuramentum sine deliberatione præcedẽti non sunt peccatum mortale.

Secundo dicunt, quòd mendacium, & periurium, quod est ex deliberatione, & est ex consuetudine, est peccatum mortale. quando aliquis primo iurat indeliberatè, non peccat: sed si iurat assidue ex indeliberatione, est peccatum; quia est ex habitu uitioſe acquisito.

Sco. arg contra illã opi.

Doctor arguit, quòd illa opinio non sit probabilis: quia primum iuramentum procedens ex deliberatione, non est peccatum mortale: ergo & multum sequens. patet consequentia. non magis graue est ei cẽtesimum, quam primum, quod procedit ex indeliberatione: sed primum non est peccatum: ergo nec quinquagesimum, nec centesimum.

Patet maior, quòd scilicet centesimum non sit grauius primo. Volo, quòd aliquis habituatus ad periurandum ueniat ad pœnitentiam, & deliberat non plus periurare: sed tamen ex indeliberatione post confessionem periurat semel; est alius, qui non consueuit periurare, sed iratus periurat semel: possibile est, quòd periurium istius secundi sit grauius, quàm illius pœnitentis, qui acquisiuerat habitum periurandi: ergo dicendum, quòd sicut primum non est peccatum, nec secundum, si fiant sine deliberatione.

Dicunt ipsi, quòd quia habitus est in isto, ideo grauius peccat.

Contra. habitus non est malus, nec etiam habituatus ad malum est malus: in perfecto pœnitente sunt multi habitus uitiosi: ideo habitus uitiosus non dat malè agere, licet inclinet & prouocet.

Item. non maioris malitiæ est actus, quàm habitus: sed omnis malitia habitus est in actu primo, & ille actus primus non est mortalis, sed uenialis: ergo etiam nec habitus erit nisi uenialis: ergo etiam actus.

Secundus qui procedit ab habitu illo, erit uenialis, & non mortalis: ergo non grauius est secundum periurium, quam primum.

Solutio doctoris. Omne periurium procedens ex indeliberatione simpliciter excusat a peccato mortali: sed actus non est meritorius nisi procedat ex deliberatione, ideſt ex pleno consensu uoluntatis. si non sit consensus uoluntatis, non erit meritorius: ergo non erit actus demeritorius, nisi sit ex deliberatione. patet consequẽtia, quia procliuior est Deus ad miserendum, quàm ad puniendum: ergo si non acceptat actum, nisi sit cum deliberatione, nec deacceptat actum, nisi sit cum deliberatione.

Secunda propositio. Omne periurium, siue primum, siue sequens, cum deliberatione est peccatum mortale. sic est dicendum de mendacio. dicetis, quòd Scotus dat occasionem ruinæ, quia mercatores dicerent, quòd quando periurãt, hoc est sine deliberatione: ideo Scotus addit aliquid, ne uideatur dare licentiam ad periurandum.

Limitat dctor dictum suum

Dicit doctor, quòd aliter deliberat habituatus, & aliter, qui non est perfectè habituatus: sicut perfectè fortis in repentinis. est impauidus: quia habituatus deliberat in tempore imperceptibili: non habituatus uero non sic deliberat: ideo non sequitur, quòd agat sine deliberatione in tempore perfectibili. ita est de malo habitu. malè habituatus imperfectibiliter deliberat: ideo non sequitur, quòd agant sine deliberatione. hæc est resoluta, si sit periurium procedens ex indeliberatione simpliciter, nullum tale est peccatum: sed omne periuriũ siue primum, siue sequens cum deliberatione, siue facta in tẽpore imperceptibili, ut in malè habituatis, siue in tempore perceptibili, est peccatum mortale: ideo assiduitas non facit peccatum mortale, sed sola consideratur inconsideratio.

2. dub. & casus propõnitur

Secundum dubium est istud. est casus. Plato intrat nemus quoddam, inuenit hominem mortuum, & iam illum iugulatum. uidet Sortem currentem gladio euaginato: Plato dicit, quòd ille est, qui occidit eum: sed non est uerum, sed Sortes fugit, quia credebat, quòd Plato esset ille, qui occiderat illũ; Plato iurat, quod Sortes est ille, qui occidit istum. Vtrum sit periuriusſ & utrum peccet?

Iurare ẽcertũ est dupl.

Notandum est, quòd iurare incertum est dupliciter: primo in fauorabilibus: secundo in cõdemnabilibus, quia in causa mortis, & odii. Vtrum iste sit periurus, qui iurat incertum pro certoſ

Qui recipit iuramentũ põt recipere dupl.

Notandum est, quòd ille, cui iuratur, potest dupliciter accipere iuramentum iurantis.

Primo tanquam assertiuum iurati: secundo tanquam inductiuum ad credulitatem iurati. exemplum. cum aliquis uocatur testis, iura, si iste fuerit fur, aut homicida: accipitur iuramentum ab illo, cui iuratur, tanquam assertiuum iurati, & sic hoc communiter.

Secundo potest accipi tanquam inductiuum ad credulitatem iurati; ut est aliquis, qui fuit occisus de nocte, nullus scit conuocantur uicini non ut iurent tanquam assertiuum iurati,

ti, sed bene uriant tanquam inductiuum ad credulitatem iurati, ut iuro, quòd opinor istum esse, qui istum occidit.

Prima propositio. Iurans incertum pro certo, etiam ubi ad partem, quam iurat, habet signa probabilia in condemnabilibus, & accipiatur iuramentum tanquam assertiuum iurati, peccat mortaliter, & est periurus; ut cum Plato habet signa probabilia, q occidit istum, quia fugit ante eum, & habet gladium euaginatum, ipse iurat, q Sortes occidit, Plato est periurus.

Sed est dubium, utrum iudex peccet, quia recipit iuramentum istius tanquam assertiuum iuratiſ dicatis, q non; quia de lege positiua accipitur iuramentum in causis condemnabilibus, tanquam assertiuum iurati.

Diceretis, quòd tunc nutrirentur mali, quia multi occidũtur, & ignoratur quis sit; tamen habeo opinionem probabilem, quòd ille fuit, quia qui semel est malus, præsumitur semper esse malus.

Dicit doctor, quòd ista sunt fienda, sed iustè: ideo licèt occidere brigosum sit iustum, tamen oportet, quòd fiat iustè: & si in casu non potest sufficienter iudex scire delinquentem, tunc remittendum est iudicium ad Deum: nec est accipiendũ dubium pro certo.

Secunda propositio. Iurans dubium pro certo, si ad partẽ, quam iurat, habeat signa probabilia dare iuramentum ad iudicandum credulitatem iurati, non est periurus, nec peccat: ut in exemplo posito.

Dicit Plato, opinor illum esse, sed non scio ipsum esse, quia sic & sic: tunc non est periurus, nec peccat.

Contra. condemnabitur per illud iuramentum: dico, q si condemnetur, iudex peccat.

Tertia propositio. Iurans dubium pro certo, & non habens signa probabilia pro parte, ad quam iurat, est periurus, & peccat mortaliter. declaratur. ponatur casus. est aliquis, qui uidet aliquem loquentem cum filia Tyri, ideſt cum meretrice, ille immediate infert, ille est luxuriosus, & non habet signa probabilia ad hoc, siue ad illam partem magis, quàm ad aliã: si uocetur ad iudicium, & iuret, tunc est periurus, & peccat mortaliter.

In fauorabilib. quod iuramentũ sufficiat.

Sed uidẽdum est in fauorabilibus, quod iurare est sufficiẽs ad tale officium; ut episcopus uult tenere ordines, dicit officiali, interrogetis istos. dicit, sunt digni. iuretis, iurat dubiũ pro certo, & sic in aliis, utrum sit periurus.

Dicit doctor. in fauorabilibus omnem illum, quem ego nõ cognosco indignum, debeo reputare dignum. non constat officiali, quòd isti sint indigni, quia eos interrogat: sed eos debet reputare dignos, non simpliciter, quia non cognoscit: sed sunt digni quantum permittit humana fragilitas. ideo omnẽ illum, quem non cognosco esse indignum, debeo reputare dignum.

Secunda propositio. Iurans in fauorabilibus aliquem esse dignum, ubi cognoscit esse indignum, est periurus, & peccat mortaliter; ut in magisteriis.

Tertia, quia omnis iurans in materia fauorabili de dignitate alicuius, quem præcisè cognoscit non esse indignum, talis iurans non peccat mortaliter, nec est periurus, ut iuro de simplici fratre, quòd est dignus ad generalatum nostri ordinis quia præcisè non cognosco eum esse indignum, nec pecco, nec sum periurus.

Tertium dubium, quia dictum est, q periurans contrauenit præcepto primæ tabulæ.

Contra. Contrauenit præcepto secundæ tabulæ: ergo non primæ. patet antecedens, quia mendacium contrauenit præcepto secundæ tabulæ: ergo & periurium. antecedens est determinatum patet cõsequentia; quia omne periurium includit mendacium: ergo &c.

Doctor noster soluit per unam distinctionem. dicebatur heri, quod non debet capi mendacium in definitione proprie pro falsa uocis significatione: sed capitur extensiue.

Duo sunt in periurio.

Notandum est, quòd in periurio duo concurrunt: formale & est assumere nomen Dei in uanum: materiale in ipso est mendacium, quia periurium est mẽdacium, dicit materiale. non inconuenit, quòd idem periurium ratione materialis cõ traueniat præcepto secundæ tabulæ, & ratione formalis contraueniat præcepto primæ sed simpliciter contrariatur præcepto primæ, quia cum credo dicere falsum, dico uerum, & assumo nomen Dei, tunc sum periurus; quia habeo oppositum in intentione, & aduoco Deum in testem.

Corollarium doctorum. Periculosum est frequenter iurare. Scribitur in ecclesiastico. Iuramento non acquiescat os

Tres comites iuramẽti

tuum, quia multi sunt casus in eo, ideo dicit Christus, sit sermo uester est, est; non, non.

Notandum est, q assignantur tres comites iuramenti, i. iudicium, ueritas, & iustitia.

Primo debet habere iudicium, ideſt discretè iurare, contra eos, qui iurant per membra uirginis, per membra Christi.

Secundo debet esse iustitia, ideſt quòd illud quod iuratur, sit iustum: ideo male iurauit Herodes, q quicquid peteret puella daret ei.

Tertius comes est ueritas, i. q iuret uerum, sic nec adducat Deum in testem, nisi illud sit uerum.

Ponitur casus, & quæritur dub.

Pono casum, quòd aliquis iuret, quòd nunquam erit episcopus, utrum illud iuramentum sit obligatorium, aut non? quòd sic, quia habet tres comites: discrete iurat, quia arbitratur se nunquam esse sufficientem ad regendum gregem alicuius diœcesis: secundo habet iustitiam, quia laudamus sanctos, qui abrenunciauerunt talibus honoribus: habet ueritatem, quia sola ueritate mouetur, quia cognoscit suam insufficientiam. utrum ergo istud iuramentum obligetſ uolo post mortem episcopi, quòd eligatur, utrum istud iuramentum obligetſ

Aliquid dicitur licitũ dupl.

Dicit Altisiodoren. aliquid dicitur esse licitum dupliciter: primo, quia expediens: secundo, quia licitum, sed non expediens: & sumitur a B. Paulo.

Illud est licitum, & expediens, quod est iustum, & dicit promotionem ad melius.

Illud èst licitum, & non expediens, quia est iustum, sed nõ promouet ad melius. Paulus orabat, ut auferreretur ei stimulus carnis, utrum licitum erat orare? dico, quòd sic, sed non expediens, ut auferreretur ab eo stimulus carnis. ita dico, q licitum est istum iurare, sed non expediens seruare iuramentum in casu, quia non potest inueniri aptior ad hoc. utrum ergo iuramentum istud sit obligatoriumſ dicit quòd non: quia si eueniat electio, tenetur suscipere.

Contra. Omne iuramentum, quod habet tres comites, est obligatorium: sed istud habet: negaretur. probatur. discretè iurat, sed non usquequaque, quia si non inueniretur melior, oporteret ut ipse esset; dicit, quòd omne iuramentum, quòd est liciti, & expedientis, & habet tres comites, est obligatorium: sed si sit liciti & non expedientis, non obligat. sed utrũ sic iurando peccassetſ potest esse, quòd sic; potest esse, quòd non: ut de eo, qui iurat se non intraturum religionem, potest peccare, & potest non peccare. si uideat, quòd ex sua fragilitate non posset sustinere onera religionis, & timet se esse transgressorem, ideo tunc non peccat: si autem facit, ut liberius uiuat, & contemnit religionem, peccat. sic de alio, si nitrat, quia credit, quòd nunquam habebit gratiam talem regendi populum, sic non peccat: si faciat ne portet laborem, & onus, tunc peccat; quia forte est fructuosus populo.

3. ær. in quo ostenduntur mẽbra iuramenti. Dictum humanũ dupl.

De tertio articulo dico, habemus ostendere membra iuramenti.

Doctor accipit, quòd dictum humanum potest esse duplex aut est de præsentibus, aut de præteritis: & in istis est determinata ueritas: aliud est futurum, & in illo non est determinata ueritas, sed indeterminata, & incerta. Exemplum primi. ego legi, ego lego: exemplum secundi. ego legam. ratio est quia res iam habet ueritatem si sit de præsenti; uel habuit, si sit de præterito.

De præsentibus iuramentum est assertorium, quia sibi asseritur uerum.

Secundum dictum. Omne dictum humanum de futuro in agibilibus est obligatorium, ita duplex est iuramentum: quod dam est assertorium, quod affirmat aliquid esse, aut non esse; aut fuisse, aut non fuisse: ut iuro, quòd non sum latro: iuro, quòd non fui: iuro, quòd illud feci; iuro, quòd non feci. Aliud est obligatorium, & est de futuro; ut iuro, q tibi seruabo fidem.

1. dictũ de iuramẽto assertorio.

Primum dictum. Iuramentum assertorium seruatis debitis circunstantiis est obligatorium, & obligat pro tunc, pro quando fit: obligatio uerò in iuramento obligatorio est, non pro nunc, sed pro tempore, pro quo promitto, & iuro: Vt iuro, quòd dabo centum scuta in pascha, non obligor dare nũc sed tunc in tempore futuro: & ista duo assimilantur positioni, & petitioni in sophismatibus: ut sicut respondens tenetur ad tenendum illud, quod iam positum est, sic iurans iuramẽto assertorio tenetur pro nunc ad seruandum istud, qđ iurat: & iurans iuramento obligatorio promittit, & iurat, q sic faciet sicut respondens se obligat ad concedendum nõ impossibilia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duplex periurium.

Sic est duplex periurium. Quoddam est oppositum iuramento assertorio, ut iuraui, quòd non sum fur, & tamen sum, ideo sum periurus. Aliud est, quod opponitur iuramento obligatorio; ut iuro, quòd dabo centum scuta in paschate; sed non intendo dare, sum periurus.

Dubium de qualitate attendēda in iuramento.

Dubium est, utrum in iuramento attendenda sit qualitas iurati, aut qualitas iurantis. est qualitas iurati, ut quale est illud, de quo iurat. qualitas iurantis est ueracitas iurantis. est homo honoratus, non uellet mentiri: ideo quæritur, penes quid attenditur obligatio, uel penes qualitatem iurati, aut iurantis: & est quærere, utrum ad hoc, quòd iurans iuramento assertorio sit obligatus, sufficiat attendere ad rem iuratam.

Solutio alia rum.

Quidam dixerunt, quòd sola ratio obligationis, quæ est ex iuramento assertorio, est ex qualitate rei iuratæ ex hoc solo, quòd illa res est in eius potestate, & non est illicita, & iniusta.

Alia resp.

Alia est opinio. quòd obligatur in iuramento promissorio non est ex qualitate iurati, sed iurantis, quia inuocat Deum in testem.

Resp. Scoti.

Scotus dicit, quòd non rectè dicitur, quòd sola qualitas rei iuratæ facit obligationem; ratio est, quia si Sortes iurat mihi dare centum florenos, & res est iusta, & est in sua potestate, post pœnitet, utrum sit periurus: patet, quòd non, quia obligatio est ex qualitate rei iuratæ, ut si quis faceret mihi quæstionem, dicerem, quòd ex utroque, & quòd utrunque requiratur, & qualitas rei iuratæ, & qualitas iurantis. Ratio est: oportet enim, quòd iurans intendat illud, quod dicit exterius: nec sufficit, quòd iuratum sit licitum, & iustum: nec sufficit, quòd intendat, sed utrunque requiritur.

Duplex iuramentum, & duplex periurium.

Est hic unum extra. duplex est iuramentum: & ita duplex est periurium de assertorio periurio propositio Doct. Periurium assertorium, generaliter loquendo, est peccatum mortale.

Prima propositio de periurio assertorio.

Notandum est hic secundum Altisiodor. quod periurium quadrupliciter capitur.

Periurium quadruplex

Primo capitur iuratio falsi, & est periurium, assertorium, & est peccatum in communi dicit Doctor: sed Altisiod. dicit, quod quandoque est mortale, & quandoque est ueniale.

Casus declaratur.

Exemplum. Accepi bona Sortis; prælatus præcepit, ut dicerem si accepi: iuro, quòd non, est assertio falsi.

Alius casus. pono, quòd aperui arcam meam, & non uidi aliquid, quod non esset meum: pono, quod recesserim, & clericus meus posuerit crateram Sortis in mea arca: prælatus dicit mihi, iura si habeas; iuro, quòd non est in mea archa. est iuratio falsi, & non est peccatum, quia ignoro: ideo in casu contingit, quòd periurium non sit peccatum.

Secundo capitur periurium, ut est peruersa iuratio, & sic semper est mortale peccatum.

Quid peruersa iuratio.

Peruersa iuratio est iurare illicitum.

Transgressio iuramēti est mortale quandoque &c.

Tertio dicit transgressio iuramenti. iuraui, quòd docerem Sortem, sed non facio. Vtrum illud sit peccatum? distinguo: aut illud iuramentum erat licitum, & expediens; sic semper est mortale: ut iuro, quòd non commisi furtum, & inuoco Deum in testem, ut seruetur mea innocentia. si autem iuramentum sit licitum, sed non expediens, non est semper mortale peccatum, ut de illo, qui iurat se non fore episcopum, sed non inuenitur magis idoneus.

Periurium reatus.

Quarto dicit periurium reatus: sic non est peccatum, sed est pœna, ut cum aliquis est conuictus de periurio, & uocatur periurium, siue periurus. ecce de periurio assertorio.

De periurio promissorio quod capitur tripliciter.

Sed de iuramento, siue de periurio promissorio accipitur tripliciter. Primo pro periurio doloso. Secundo pro periurio incauto. Tertio pro periurio inuito, & coacto.

Periurium dolosum est mortale peccatum.

Exemplum primi. iurat, quòd faciet mihi bona, sed intendit me decipere, est periurium dolosum.

Vtrum talis sit obligatus seruare promissum, determinatur.

Dubium est hic. Vtrum iurans, quòd faciet, & nihil intendit facere, utrum (inquam) peccet mortaliter? dicatis, quòd sic, quia adducit Deum in testem sui propositi de aliquo promisso quod intendit seruare. ideo adducit Deum in testem falsi, quia iurat, quòd dabit, & intendit me decipere.

1. Opinio.

Secundum dubium est, utrum ille remaneat obligatus? dico exterius, in pascha dabo, & si interius dico, quòd tu es deceptus. sociæ sunt duæ opiniones.

Prima opin. dicit, q̃ intendens motu interiori se non obligare: sed tamen exterius uoluens dicere obligatoria uerba est obligatus, est una subtilitas, non quia uelit obligari, sed quia dicit uerba obligatoria. Verbi gratia. nolo illi dare decem, sed quia dico, uolo dare, & dabo, quæ sunt uerba obligatoria, sum obligatus. Contra. non intendit dare, uerum est: ergo non est obligatus, nego consequentiam; sed bene, si non intenderet, & non diceret uerba obligatoria, non esset obligatus.

Reprobatur primæ opin.

Sed iste mudus non tenetur, quia tunc, si quis diceret uerba matrimonii, & non intenderet istam accipere, quia diceret uerba, esset sua, quod est falsum.

Secūda opi. & unomodo obligatus, aliomodo nō

Alia opinio dicit, quòd prædictus in uno foro est obligatus, & in alio non, v. g. in casu.

Aliud est loqui in foro Dei, & aliud in foro Ecclesiæ. in foro Dei non est obligatus, quia Deus respicit ad consensum: sed in foro Ecclesiæ iste diceretur esse obligatus, quia Ecclesia iudicabit de exterioribus: & iste iurauit, quòd daret, & inuocauit Deum in testem: sicut patet de eo, qui non intendit istam accipere in suani, sed dixit, ego accipio te in meam.

Tollitur dubium.

Sed contra tunc sequeretur, quòd iste reportaret fructum de suo dolo; quia si non fuisset dolus, esset obligatus: sed quia dolose iurauit, non est obligatus.

Dicit doct. quòd non est dicendum, quòd per actum peccati, siue per peccatum, reportet aliquis commodum quoniam fraus nullum debet patrocinari, nisi esset leuis.

De periurio incauto. Quid sit iuramentum incautū, & quale sit.

Secundum periurium promissorium est incautum, & opponitur iuramento incauto; uel dicit iuramentum incautum; sed qualiter iuramentum est incautum? dicitur uno modo, quia est de materia illicita de se: aliomodo dicitur incautum, quia licet non sit de materia illicita secundum se, sed aliquomodo, potest dici illicita.

Tertio dicitur in cautum iuramentum ex impotentia. Exemplum primi, ut iuro, quòd occidam inimicum, quòd non dabo eleemosynam: illud non est obligatorium; In malè promissis rescinde fidem: & non habet tres comites, & sic iurans peccat mortaliter.

Iuramētum dicitur illicitum dupliciter.

Iuramentum dicitur esse illicitum dupliciter.

Primo propter illud, per quod iurat, sicut si quis iuraret per idolum, quod credit esse suum dominum: tunc iuramentum est illicitum, licet iuramentum esset licitum, si tale esset obligatorium: ideo iuramenta apud infideles sunt obligatoria.

Secuudo dicitur illicitum propter illud, quod iurat; sicut si iuret, quòd occidet hominem, tale iuramentum est illicitum.

Iuramentum autem est illicitum propter illud, quòd iurat dupliciter.

Iuramētum est illicitum propter illud quod iurat dupliciter.

Primo simpliciter, ut iuro, quòd occidam hominem.

Iuramentum incautū dicitur licito.

Secundo dicitur esse illicitum, non simpliciter, sed alicui, ut religiosus iurat, quòd accipiet Bertam in uxorem, iuramentum est illicitum; quia illud, quòd iurat est illicitum nō simpliciter, sed huic, quia uouit: & omne quod promittitur contra uotum est illicitum.

Iurare licitum, quo sit illicitum.

Secundo iuramentum est incautum, non quia sit de aliquo illicito, sed de illo, quod potest fieri illicitum: ut iurat aliquis, quòd nullus suorum intrabit religionem; iurat, quòd non obseruabit consilia, non obseruare non est peccatum: sed iurare, quòd non obseruabit, est contra motionem Spiritus sancti. ideo talis est periurus, & peccat, & ibi non est obligatio.

Iuramētum incautū ex impotentia. De periurio coacto. Duplex metus.

Contra. iurat licitum, uerum est, sed non expediens: quia impediens promotionem ad melius: quia obseruantia consiliorum dicit statum perfectionis. Etiam nisi ille iuraret ex uehementi consiliatione, siue fragilitate, sed ad huc non excusaretur à toro, sed a tanto forte.

Tertio iuramentum est incautum eximpotentia; ut iuro, quòd dabo, & credo me posse dare: non do, quia non possum, tunc non est peccatum mortale, quia non est fraus, neque deceptio, si perueniat ad diuitias erit obligatio.

Aliud est periurium coactum coactione, quæ potest cadere in constantem uirum.

Hoc dicit doct. quoniam distinguunt doctores, quòd duplex est metus.

Quis metus qui cadit in constantē uirum.

Quidam est leuis, quidam est cadens in cōstantem uirum.

Exemplum primi. Rex dicit, si non dederitis curam tali, non placebitis mihi, iurat, quòd dabit: sed nihil facit, est periurus, & non excusatur à peccato.

Alius est metus cadens in constantem uirum; ut Rex uocat talem, des curam isti, aliter te deponam, & faciam te mori: negat bis, non una uice: dicit Rex, iura quòd facies; non facit, non est periurus, nec peccat. Sunt multi casus.

Doct.

Doctor dicit de hoc, quare est aliud iuramentum, quod caret omnibus istis tribus conditionibus scilicet dolo, in cautela, & coactione & est verè iuramentū. Vtrum liceat, & obliget? sic; sed si non habeat vt possit facere, quod promisit, & quod iurauit, tenetur velle obseruare illud, ad quod se obligauit; & quando erit facultas, tenetur obseruare, & nunquam habere oppositam voluntatem.

Ad primum argumentum de iuramento, & periurio, an sit licitum, vel peccatum mortale, dictum est, quòd sic, aliter, & aliter distinguendo. Dictum est circa finem alterius lectionis, triplex est iuramentum; quoddam est dolosum: & quoddam est incautum; quoddam est coactum, & quartum additur, quod caret omnibus istis conditionibus, & eo iurans nō peccat, sed obligatur.

Difficultas de Iuramento fidelitatis.

Est vna difficultas de fidelitate, quam iurant principes Regi, vtrum illud sit obligatorium, an non? ratio, quia principes Alemaniæ iurauerant Otthoni Imperatori, & dispensauit cum eis Papa, quod non potuit. Patet, quia præceptum Dei est iuramenta sua reddenda esse: ergo Papa non potest dispensare in illo iuramento, patet consequentia; quia Papa non potest dispensare in præceptis Dei. Confirmatur, quis iurans ducere aliam in vxorem, non potest absolui, nec dispensari à Papa; ergo nec in iuramento fidelitatis.

Solutio Domini Altisiodorensis. Iuramentū fit dupliciter.

Dominus Altisiodorensis dicit, quòd iuramentum sit dupliciter: primo sit gratia personæ: secundo non gratia personæ, sed gratia alicuius accidentis.

Exemplum primi: Nicolaus iurat Bertę, quod eā ducet in vxorem, & deliberat, & vult de facto. Est iuramentum ratione personæ, sine gratia Bertę.

Exemplum secundi, principes iurant Regi, siue Imperatori fidelitatem, non in gratiam personæ, sed in gratiam vtilitatis, & regiminis regni, quod sibi commissum est.

1. dictum Domini Altisiod.

Dicit Dominus Altisiod. quòd iuramentum, quod caret omnibus conditionibus indebitis, quod sit personæ ratione personæ, est obligatoriū; ideo cum iurat Nicolaus se ducere Bertam in vxorem, & conditiones sunt licitæ, obligatur, nec Papa potest dispensare.

2. dictum eiusdem.

Secundo dicit, quòd Papa potest dispensare in iuramento, quod sit personæ, sed gratia accidentis. Ideo Papa conuenienter dispensauit cum principibus Alemaniæ, quia iurauerant pro regimine regni, & ille non agebat; scilicet Imperator secundum vtilitatem regni: ideo &c.

Dispensatio Papæ de Iuramento fidelitatis quo modo sit intelligenda.

Sed non deobligabat eos Papa ad illud, quod iurauerant. Nam iurauerant, quòd fideles essent pro vtilitate regni; ideo non potuit in hoc dispensare: sed quia Ottho Imperator agebat contra vtilitatem Imperij, ideo dispensauit, ne illi obligarentur, sed agerent pro vtilitate imperij. Iuramentum ergo de fidelitate est obligatorium, nec Papa potest dispensare vt non sit obligatorium, sed potest vt non sit obligatorium sic vel sic. Quando arguitur, Reddere iuramentum est de iure Diuino, verum est: ergo non potest dispensare Papa, verum est vt est obligatorium, nec argumentum post oppositum concludit aliud.

1. principale deducitur.

Veniamus ad argumenta principalia. patet, quòd periurium non sit peccatum mortale. Stat aliquem esse periurum, & non peccare mortaliter: ergo non omne periurium est peccatum mortale, patet antecedens.

Suppono duo. Primo, quòd in lege Dei nullus potest esse perplexus inter duo mala.

Secundo suppono, quod aliquis iuret se facturum aliquid, quod est iniustum: tunc sic; stat illum iurantem se occisurum hominem, si non occiderit esse periurum, & tamen non peccare mortaliter: ergo &c.

Patet antecedens, quia volo, quod non occidat. Patet minor, quia esset perplexus inter duo mala: hoc est falsum; ergo &c. Arg. illud petit.

Quid est malum secundum se.

Vtrum iurare sit bonum, an malum in se, dicit Altisiodorensis, quòd aliquid est malum secundum se, quòd non potest esse bonum, nec bene fieri; vt homicidium, & idololatria. Aliquid est bonum secundum se, quod non potest malè fieri: vt diligere Deum excharitate, colere Deum latria.

Indifferens tripliciter aliquid dicitur.

Tertio est aliquid, quod est indifferens, & dicitur indifferens primo illud, quod habet aliquam circunstantiam. Exemplum, occidere hominem habet aliquam circunstantiam, secundum quam semper malè fit, quia est prohibitio Diuina: sed potest esse aliqua alia circunstantia, & tunc erit benefactum, vt quod Deus reuocet præceptum, & quod præcipiat Sorti, vt occidat, tunc benè fit occidere. Secundo aliquid est indifferens, quod quando fit, nullam habet malam circunstantiam secundum se; vt loqui, comedere &c.

Iuramētum potest bene & male fieri.

Tertio dicitur indifferens illud, quod de se non habet circunstantiam malam, sed potest benè habere, & habet aliquam circunstantiam, quæ non est mala, sed potest esse mala: vt iurare est, aliquid scilicet inuocare Deum, & illud potest benè fieri, & malè: si inuocet Deum in testem falsū, malè fit: si inuocet Deum in testem verum, benè fit. Ideo actus iurandi, siue iuramentum, non est bonum secundum se, nec malum secundum se.

Periurium secundum se est malum.

Vtrum autem periurium sit malum secundum se? dicatis, quòd sic; vt dicit deformitatem, & actum substractum sicut alia, nec potest benè fieri, nec esse licitum; tamen loquendo de actu potest benè fieri. Quando arguitur, stat aliquem esse periurum, & non peccare, nego; sed supposito, quod quis iurauerit occidere hominem, si non occidit, tunc non peccat, nego: ergo tenetur occidere, nego: Quia in turpi voto mutare decretum benè est: Quia non peccat non occidendo, sed peccauit iurando, quòd occideret hominem.

Soluitur ar gumentum quo ad formam.

Secundo arguitur principaliter. Si omne periurium est peccatum mortale, ergo multi, & generaliter omnes peccant mortaliter. Patet consequentia, quia generaliter sunt omnes periuri. Diceretis; nego, quod iurare per Deum sit peccatum mortale, probo quòd sit: quia maius est iurare per Deum, quàm per Euangelium, sicut dicitur, quòd maius est iurare per templum, quàm per aurum quoad reueren tiam: sed iurare per Euangelium est peccatum; ergo & iurare per Deum: ergo multi peccant, immò omnes generaliter.

2. principale.

Solet hic quæri difficultas, vtrum periurium sit grauius peccatum mortale, quàm homicidium. Dicunt aliqui, quod sic, ex illa ratione; quia peccatum, quod est contra præceptum primæ tabulæ, est grauius, quàm illud, quod est contra præceptum secundæ tabulæ: sed sic est, quòd periurium est contra præceptum primæ tabulæ; occidere est contra præceptum secundæ tabulæ: ergo iurare est maius peccatum quàm occidere. Aliqui dicunt, quòd non est grauius; quia meliori virtuti opponitur primo, & directe homicidium, q̃uàm periurium: homicidium opponitur charitati, & periurium latriæ: sed charitas est perfectior latria, ideo &c.

Quæstio de grauitate periurij & homicidij. Opinio quorundam. Opinio aliorum.

De Bassolis tener secundum modum dicendi, & dicit, quòd peccatum primæ tabulæ est grauius, quàm peccatum contra præceptum secundæ tabulæ: sed non quodlibet est grauius quolibet. Sic in proposito: sed quod dicit, quia si quodlibet esset grauius quolibet, oporteret dicere, quod faciens opus seruile in die festo, grauius peccaret, quam qui occideret hominem in die feriali, hoc est minus durum tamen videtur esse communis regula, quòd peccatum contra præceptum primæ tabulæ præcipuè contra charitatem ipsum est grauius quàm peccatum contra præcepta secundæ tabulæ, & hoc esset odium Dei, si posset dari odium Dei. Pro argumento dico primo, maximum iuramentum cæteris paribus est iurare per Deum. quare dicitur cæteris paribus? quia si quis deliberate iuraret per Deum, & deliberate per Euangelium, grauius esset iuramentum per Deum, quàm per Euangelium. Secundo dico, quòd non licet per cœlum, & terram, & per Euangelia iurare primo, & per se, licet benè concomitanter.

Bassolus sequitur secundū modum dicendi.

Regula communis.

Ad argumentum 1. 1. dictum.

Iurare per creaturam potest esse dupliciter. Primo per illud, in quo lucet vestigium Diuinæ Trinitatis: sic licet iurare per creaturam.

Iurare per creaturam potest esse dupliciter. 2. dictum.

Secundo, credendo in ea esse aliquid numinis Diuinæ Trinitatis: sic non licet iurare: & sic intelligit Saluator isto secundo modo, quando dicit.

Non iurabitis per cœlum, neque per terram. Aliquis iurat per cœlum, quia ibi Deus habitat; per terram, quia est scabellum pedum eius: per Euangelium, quia ibi colitur.

3. dictum.

Tertio dico, rationabilis consuetudo est, qua est institutum, quòd iuramenta solenniter fiant, vt cum princeps iurat fidelitatem principi.

4. dictum.

Quarto dico, quòd Ecclesia rationabiliter statuit huiusmodi iuramenta fieri solenniter, & cum deliberatione: vt cum Rex iurat, cum vngitur, fumitur illud iuramentum esse cum deliberatione.

5. dictum.

Quinto dicit Doctor, grauius est iurare per Deum cæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

teris paribus, quàm per Euangelium: vt vnus Rex iurat per Deum, alius per Euangelium: iuramentum primi est grauius, vt si vterque transgrediatur iuramentum, grauius peccat primus, quàm secundus.

6. dictum. Sextum dictum. In iuramentis, quibus iuratur per Deum, in multis præsumitur, quòd iuratur sine deliberatione: cum autem iuratur per Euangelia, præsumitur, quod iuratur cum deliberatione. Ideo iuramenta ista communia præsumuntur esse sine deliberatione. Verum est, quod iurare per Deum cæteris paribus est grauius peccatum, quàm iurare per Euangelia, sed per Deum aliquando fit cum deliberatione, sed quando iuratur per Euangelia, si fit cum deliberatione, patet, quòd grauius est esse periurum ratione iuramenti facti per Euangelia, quàm per Deum, patet, quia primus est infamis, scilicet qui iurat per Euangelia: secundus non.

Respondet Sco ad dubium, & declarat quòd infamia nõ semper sequitur magnitudinem culpæ. Respondet Doctor, quòd infamia aut pœna canonica non semper sequitur magnitudinem, aut qualitatem delicti. vt ille, qui est periurus iuramento facto per Euangelia esset infamis, de alio autem non.

Dicatis ad argumentum, quòd omnes, qui iurant indifferenter Deum, si iurant cum deliberatione, peccant: si iurant sine deliberatione, non peccant. Contra grauius est iurare per Deum, quàm per Euangelia, verum est cæteris paribus.

Vltimo arguitur sic. Si omne periurium esset peccatum, omne iuramentum esset obligatorium, patet consequentia. Ideo aliquis periurus peccat, quia non seruat, quod iurauit. patet falsitas consequentis de iuramento doloso, de incauto, de conato, non est ibi aliqua obligatio. patet solutio ad istud argumentum supra.

DISTINCT. QVADRAGESIMAE.

QVAESTIO VNICA.

De grauitate vet. leg. per cõparationẽ ad nouam. Lex Diuina quid.

CIRCA quadragesimam distinctionem huius tertij. Vltimum, quod pertinet ad istum librum est, quia magister determinat de vltimis præceptis in primo determinat de comparatione legis nouæ ad veterem.

Quærit Doctor vtrum lex noua sit grauior veteri. Dicit Gerson quòd lex Diuina est verum reuelatum.

Ad hoc, quòd lex sit Diuina, oportet, quòd primo reueletur à Deo, quòd prima acceptio sit per reuelationem: sed prima acceptio, quam habuit Moyses, facta est per reuelationem: lex autem humana non includit in sua ratione, quod reueletur à Deo, licet aliquando fiat. ideo lex Diuina est verum reuelatum.

Secundo dicit, notificatiuum Diuinæ rationis, hoc dicit propterea quod lex Diuina non obligat nisi fuerit notificata.

Tertio dicit, volentis obligare creaturam ad aliquid faciendum, aut vitandum, ad consecutionem felicitatis æternæ: felicitas æterna est finis legis Diuinæ, & per hoc ab alijs distinguitur. Ista continet vetus, & nouum testamentum.

Diuinæ legis diuisio. Lex ista diuiditur. Quia, quædam est vetus, & vocatur communi nomine vetus testamentum. Alia est noua, & communi nomine dicitur nouum testamentum, & dicitur æternum testamentum, quia post istam legem nulla dabitur alia, nec nullum aliud erit testamentum.

Reprobatur error dicentium aliam legem esse dandam. Ideo reprobantur illi, qui dicunt aliquam legem esse futuram, vt sint tres leges, sicut tres sunt personæ: quia prima, quæ erat lex potentiæ, & rigoris, attribuitur patri. Noua data fuit à filio.

Alia (dicunt) subsequetur, est contra Christum. Hic est calix noui, & æterni testamenti. Pro parte vera arguitur per illud Matth. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.

¶ Hic sunt duo videnda &c.] De differẽtia legis veteris & nouæ habemus determinare. *Duo articuli quæstionis.*

Notandum est secundum magistrum, triplicem esse differentiam legis nouæ, & veteris: vna est differentia accepta à Paulo: differentia est quod illa verus est lex timoris; ista noua est lex amoris. *Triplex differẽtia vet. & no. legis.*

Patet in datione veteris, & nouæ. Exod. 19. habetur, qualiter super montem apparuit gloria Domini, & erant ibi tonitrua, & dixit populus Moysi, Loquere tu nobis, & non dominus, ne moriamur, ideo est lex timoris. De lege noua, patet, quia dominus ascendit montem, & docebat populos benigniter. iuxta hoc habetis, quod dicit D. Bonauentura, intelligenda est ista differentia comparando statum ad statum: vt statum primum legis ad statum primum Euangelij: non autem comparando vnam personam singularem, ad aliam. Nam alij magis viuebant, & obseruabant timore, quàm amore. Nunc autem amore, & non comparando personam singularem ad personam singularem, quia Moyses mouebatur amore ad obseruantiam legis, & etiam boni Hebræi. in noua lege autem multi mouentur timore, quia nisi timerent infernum, non benè agerent. *1. differẽtia legum.*

Alia differentia ẽt est sumpta à Paulo, quia litera occidit, Spiritus autem viuificat: differentia est, quia per literam intelligitur lex vetus; per spiritum lex noua intelligitur; lex occidit, Euangelium viuificat. ratio est; in veteri lege timebatur offensio culpæ, & non datio gratiæ: generaliter in noua lege fit offensio culpæ, & administratio gratiæ; quia omnia sacramenta, vel dant gratiam, vel adaugent. *2. differẽtia.*

Alia est differentia, quæ accipitur ex duobus: primo ex onere. est lex vetus lex grauitatis, & seueritatis: Lex noua dicitur lex suauitatis. *3. differẽtia legum.*

Dominus Altisiodorensis mouet istam quæstionem: breuiter dicit, quòd differentia est inter istas duas leges. dicit, quòd duplex est grauitas; Vna est carnalis, Alia est spiritualis: si de carnali, grauior est lex vetus; si de spirituali, grauior est lex noua. *Quid sentiat Altisiod. Duplex grauitas.*

Notandum est, quod loquendo de bonitate, & grauitate legis, aliud est alicui viuere secundum exigentiam legis, quando facit illud, quod sufficit ad consequutionem beatitudinis: & sic ille, qui seruat mandata, & præcepta moralia, viuit secundum exigentiam legis. Alius autem est, qui seruat omnia consilia legis Euangelicæ, & præcepta, & omnia, quæ dicunt opera perfectionis, viuit secundum exigentiam legis, & perfectionem legis, & illud est grauius. ideo lex noua est grauior ad grauitatem spiritualem: sed non quo ad grauitatem carnalem, quæ est seruare legem quantum sufficit.

Grauitas legis dependet ex duobus. Notandum est, quod grauitas dependet ex duobus: primo ex onere impositio: secundo ex remedio adhibito. Si essent duo homines, qui haberent idem onus, sed vnus inuenit ad comedendum, alius non: habent idem pondus, sed non idem subleuamentum. Sic in spiritualibus: primo attenditur grauitas ex onere impositio.

Onus vet. legis attenditur penes tria. Notandum est, quod onus veteris legis, attenditur penes tria: primo penes præcepta moralia: secundo penes cæremonialia: tertio penes inditi alia.

Moralium vtilitas. Moralia faciunt ad bonam actionem omnem faciendam, & ad malam actionem omnem vitandam, vt consequatur finis.

Alia sunt cæremonialia, quibus præcipiebatur obseruantia omnium cæremonialium, vel sacrificiorum.

Iudicialia erant, quæ dabant documenta ad ferendum iudicium. Videamus, si præcepta omnia sint data nobis, sicut ipsis, cæteris paribus: si sic, non est grauior: si non, est grauior vna, quam alia.

Vtrum moralia maneant eadem modo nunc sicut prius. Primo videndum est, vtrum moralia maneant nunc sicut prius, cæteris paribus: dico cæteris paribus, quia aliter interpretabantur antiqui illa; aliter Christus: quia dicebant illi, Diliges amicum, & odio habebis inimicum. Christus dixit, Diligite inimicos vestros. etiam dicebant, quod velle concupiscere non est transgredi præcisè; secus est, si mitteres literas amatorias. Lex noua dicit. Si quis viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est in corde suo.

Vtrum præcepta moralia maneant eodem modo nunc, & prius? Dico primo, quod præcepta Decalogi eadem veteris, & nouæ legis manserunt, & sub eodem sensu intelligite, in quo debuerũt intelligi, sed male interpretati sunt Pharisæi.

Dico

Penes quid attendatur grauitas legis vet. supra nouam. Dico secundo, quòd non differt lex verus, & noua penes præcepta moralia, quo ad grauitatem, & leuitatem: sed ipsi interpretabantur malè præcepta: peccabant, si faciebant sicut interpretabantur: differentia ergo legis nouæ, & veteris quoad grauitatem, & leuitatem, non attenditur penes moralia: sed quo ad cæremonialia, dupliciter considerantur.

Cæremonialia in noua lege sunt sacramenta septem. Sacramenta no. leg. non omnia sunt de necessitate salutis. Primo, quo ad multitudinem: si quæratur, quot sunt præcepta cæremonialia in lege noua? sunt septem. videlicet septem legis sacramenta.

Multitudo cæremonialium in vet. leg. quanta sit. Vtrum talia sint omnia de necessitate salutis? sunt duo simpliciter scilicet Baptismus, & Pœnitentia, & Eucharistia in voto in adultis; Vtrum aliquis possit saluari sine confessione? dico, quod non, in voto. dicatis quod non omnia sacramenta sunt de necessitate, quia multi non suscipiunt ordines, & saluantur: & multi non suscipiunt matrimonium, & saluantur.

Secundo intelligitur quo ad contemptum: nam necessarium est vnicuique non contemnere sacramenta legis nouæ, sic sunt de necessitate. Sed quanta est multitudo cæremonialium in lege antiqua? sunt vltra sexcenta, & tunc illa est grauior antiqua quæ nona, quoad multitudinem cæremonialiũ. Secundo possunt considerari, quo ad difficultatem, erat tunc multum difficile, quia si aliquis tetigisset morticinium, oportebat mundare totum corpus, etiam tenebatur ter in anno ire in Hierusalem. etiam tenebatur dare septimum annum Deo, in anno septimo tenebatur non eligere non colligere fruges, nec seminare. Petrus etiam dicebat, quare vultis imponere onus, quod nec nos nec patres nostri portare potuerunt? quia erat difficultas inter Apostolos, vtrum legalia essent necessaria conuersis ad fidem. ideo illa est grauior scilicet antiqua, quo ad difficultatem.

Grauitas cõfessionis. Cæremonialia possũt cõsiderari dupliciter. Diceretis, nunquid confessio est difficillimum in lege noua? ita est difficile reuelare sua facta, sed additum est vnum scilicet celatio sub magnis pœnis: & oportet cælare confessionem. Scotus habet in quarto, quod cæremonialia possunt considerari dupliciter.

Primo in se: sic sunt consumata, quia dicit Christus, consumatum est.

Secundo possunt considerari, quo ad figuram: & quia illa erant figura veritatis, quæ erat ventura, quo ad hoc, remanserunt: sed non arguit difficultatem, ipsa manere in veritate: sed benè faciebant, quo ad grauitatem, quoniam manebant in se.

De iudicialibus præceptis legis sẽtentia Gerson. Sed quo ad iudicialia præcepta, dicit dominus Gerson, quòd omnia non fuerunt de iure Diuino, nec de lege Diuina; quia de ratione legis Diuinæ est, quòd primo ordinet ad beatitudinem, & felicitatem: sed iudicialia non ordinabant: ideo data sunt illa iudicialia ad pacificam conuersationem hominum.

Finis primus iudicialium. Finis primus iudicialium erat pacifica conuersatio hominum, licet secundus, & remotus esset felicitas; quia quicquid facit ad pacificam hominum conuersationem, facit remotè ad beatitudinem.

Vtrum remaneant nunc. Sed vtrum remaneant nunc; dicatis, quod illa non manent secundum se, & finem earum, cum dictum sit, Nemo te condemnabit, & etiam si manent, quo ad suum finem, qui erat pacifica hominum conuersatio, dico primo, quod nulla iudicialia à Christo data sunt, quia dicitur, si quis percusserit te in vna maxilla, præbe ei & alteram. Si quis percusserit, & tibi abstulerit tunicam, da ei & pallium.

Sed dicit Altisiod. quòd ista data sunt perfectis, & Apostolis; quia ista lex est mansuetudinis, & gratiæ. ideo debebat incipere per mansuetudinem, & amorem: & tunc ab Apostolis inchoabatur, sed iam satis incepta. ideo non oportet nunc semper præbere aliam maxillam.

Dubium. Dico secundo, quòd non est comparatio veteris legis ad nouam, quantum ad grauitatem, penes iudicialia; quia nulla sunt in ista instituta à Christo, ibi autem erant.

Dico tertio, quòd in noua lege sunt multa iudicialia, intelligendo per legem nouam non solum ea, quæ scripta sunt, sed etiam constitutiones eorum, quæ exposuerunt, sed comparando ista iudicialia ad illa Moysi, forte ista est grauior; quia sunt tantæ censuræ, tantæ excommunicationes &c.

Sed si Papa vellet, quod obseruaremus aliquod iudiciale datum à Moyse, vtrum Iudaizarenus? quia licet cessarunt eo modo, quo data sunt à Moyse, tamen si vellet nos obligare, essemus obligati.

Quantum ad secundum articulum. Inuestigando differentiam legis nouæ, & veteris, erant duo videnda: primum erat de onere legis, Nam onus illius legis erat grauius ratione cæremonialium, & iudicialium; quia nulla sunt iudicialia data à Christo. Videndum est de remedijs ad seruandam legem. Dicit ergo Doctor, quòd plura remedia & efficaciora data sunt nobis ad legis Euangelicæ obseruantiam iuuantia, quàm data sint patribus veteris testamenti: ideo quantum ad remedia, illa vetus est grauior. *Secundus articulus de remedio nouæ legis.*

Remedia data in noua lege. Notandum est quod hæc sunt remedia in lege noua. Primum est passionis Christi exhibitio: vnde vt notat Doctor in quarto, passio Christi habet efficaciam dupliciter, primo vt præuisa, secundo vt exhibita.

Dicit Doctor in quarto dist. secunda, quod obsequium exhibitum plus acceptatur, quam præuisum, & quia lex noua habet passionem exhibitam, vetus autem tantum præuisam, ideo maius remedium datum est nobis, quàm illis.

Passio Christi & præuisa & exhibita habet efficaciam exhibita intelligitur dupliciter. Notat Doctor ibidem quod efficacia passionis Christi exhibitæ debet intelligi quo ad exhibitionem in actu interiori, & hoc fuit ab initanti suæ conceptionis: postmodum ea exhibuit actu exteriori. Secundum remedium est maioris gratiæ collatio.

Est dubium vtrum in alia lege erant Sacramenta vt modo.

Duo dubia soluuntur. Aliud est dubium vtrum conferebant gratiam.

Sacramentum dupliciter. Ad primum notandum est, quod Sacramentum accipitur dupliciter.

Primo communiter: sic est rei sacræ signum: sic prostrationes, & oblationes, & cæremoniæ sunt sacramenta, quia sacræ rei signa. sic ibi fuerunt sacramenta, non est dubium.

Ex quomodo in vet. lege fuerunt sacramenta. Alio modo capitur proprie: sic est signum efficax collatiuum gratiæ. sic certum est de vno in veteri lege, scilicet de circuncisione, quia ipsa conferebat gratiam: quia ipsa tollebat originale. ideo conferebat gratiam: quia Deus de potentia ordinata non tollit peccatum, nisi etiam infundat gratiam: sed de matrimonio, dico quòd matrimonium vnius ad vnam, erat sacramentum: dubium est tamen cum plura habuerint, vtrum fuerint sacramenta.

Si habuerunt est dubium. Saltem in vmbra habuerunt, vt Eucharistiam.

Soluitur secundum dubium de vi tute sacramentorum vet. legis. Ad secundum vtrum illa sacramenta iustificarent, & gratiam conferrent, quòd sic, patet Gen. 4. respexit Deus ad Abel, & non ad Cain; ergo sacrificium Abel erat meritorium: ergo & illud Abel.

Item dicitur in missa, suscipias sacrificium de manibus meis: vt de manu pueri tui Abel; sed istud nostrum est meritorium: ergo & illud Abel.

Item Lucæ, etiam virgo meruit, cum obtulit pro domino par turturum.

Ad oppositum habetis Esaiam, Holocausta arietũ, & adipem pinguium, & sanguinem hyrcorum nolui: ergo non dabant gratiam.

Soluitur dubium. Dicit Doctor & Altisiodorensis, quòd illa sacrificia possunt considerari dupliciter.

Sacrificia vet. legis cõsiderari poterant dupliciter. Primo quo ad opus operatum. sic non conferebant gratiam. ex combustione agni, non conferebant gratiam. sed nostra consueuerunt conferre, & de facto conferunt gratiam, ex ui operis operati.

Alio modo intelligitur ex ui operis operantis. sic quia forte ex motu charitatis faciebant, & erant in gratia, ideo conferebant gratiam sic, non autem alio modo. Suppono, quod aliquis de congruo potest mereri gratiam, sed de condigno augmentum gratiæ. vt aliquis potest tantum atteri de peccato, & in instanti à datur sibi gratia. meruit enim de congruo.

Volo tamen quod aliquis non sufficienter atteratur, tunc accedit ad pœnitentiam, & absoluitur: recipit gratiam, quia illud in quo defecit suus motus, supplet efficacia sacramenti, quia non ponunt obicem. ecce excellentia sacramentorum nouæ legis. ideo in hac lege est maioris gratiæ collatio, quàm in illa.

Tertium vt mediũ legis Euãgelicæ. Quartum vt medium Indulgẽtiarũ Thesaurus Ecclesiæ quis. Tertium remedium dicitur maior præceptorum explanatio, verum quod eadem præcepta data sunt Iudæis, qualia nobis, quantum ad moralia: sed non tantum explicata sunt tunc, sicut modo. ideo ista est leuior, alia est grauior.

Quartum remedium est copiosa thesauri Ecclesiæ distributio. thesaurus Ecclesiæ non est argentum, vel aurum Papæ; nec calices Ecclesiæ. B. Petri: sed est spiritualis, est superabundantia meritorum Christi & Mariæ: & aliorum sanctorum: quia non solum meruerunt sibi, sed etiam nobis, & in pote-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in potestate summi Pontificis est distribuere: Ideo vituperandi sunt illi qui dicunt, quòd Papa vendit thesaurum pro denario, non facit, sed applicat thesaurum Ecclesiæ ad salutem nostram consequendam. si Christianus, non obijcit, est magnum remedium.

5. remediũ promissio vitæ æternæ.

Quintum remedium est copiosum & æternorum bonorum promissio, quia dicitur, appropinquabit regnum cœlorum. patribus veteris testamenti facta est promissio bonorum spiritualium; quia illi Hebræi erant carnales, vt patet in Leuitico: promissio autem æternorum magis mouens, quam temporalium. ideo mali sunt Christiani qui murmurant contra Deum, quod non dat pecunias. contra quos dicitur Aug. nunquid tibi promisit diuitias? non, quare murmuras? sed promisit gloriam æternam quam dabit in resurrectione, si non posuerimus obicem.

Conclusio secundi articuli.

Concludamus propter remedia, nouam legem esse suauiorem: & aliam esse grauiorem. breuiter illa uetus est grauior simpliciter; ista autem velior.

Soluuntur principalia.

¶Ad primum &c.] Probatur tamẽ q̃ ista noua sit grauior; Quia quicquid continet uetus, cõtinet ista, & plus: ergo ista est grauior ueteri. patet antecedens, quia Matth. 5. dicitur, dictum est antiquis. non occides. dico etiam uobis, Qui irascitur fratri suo reus erit concilio &c.

Dicetis. lex noua non continet tanta sicut uetus. Matth. xi. Non ueni soluere legem, sed adimplere.

1. arg. petit duas difficultates.

Argumentum petit duas difficultates; prima iuxta hoc quod dicitur, quòd noua super addit ueteri. secunda iuxta illam auctoritatem, non ueni soluere legem, sed adimplere.

Vtrum lex noua plus cõtineat quam vetus.

Ad primam uidetur quòd sic, quia dicitur, nisi abundauerit iustitia uestra plus quàm scribarum & phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorum: ergo iustitia Euangelij addit supra iustitiam legis, quia iustitia phariseorum est iustitia legis, & Apostolorum ad quos loquebamur, est iustitia Euangelij. Patet etiam ex illo capitulo, dictum est antiquis, non occides, &c.

Solutio Domini Altisiodorensis.

Dominus Altisiod. dicit quod lex uetus capitur dupliciter, primo literaliter, secundo spiritualiter. Literaliter tantum cohibet manum, & non animum. Spiritualiter autem cohibet manum, & animum. dicebant antiqui, quòd si quis uoluisset adulterari cum alia uxore, non erat prohibitum, nec peccatum, nisi faciebat signa exteriora. vt mittendo literas. etiam si quis uoluisset occidere hominem non erat peccatum, sed si procurasset media, erat peccatum. ideo dicit Paulus, litera occidit, scilicet accipiendo eam literaliter sicut illi accipiebant: si autem spiritualiter intelligatur cohibet manum, & animum. quando ergo quæritur, vtrum noua lex superaddat ueteri. Respondeo quòd sic, accipiendo literaliter, sed non spiritualiter, quia utraque cohibet manum, & animum, capiendo ueterem spiritualiter. Sed capiendo ueterem literaliter, noua superaddit aliquid essentiale, scilicet consilia, & perfectionem consiliorum; sed ultra additionem spiritualem, addit supra ueterem explicationem præceptorum; quia dicitur, dictum est antiquis, non mœchaberis; dico autem uobis &c. quæ explicatio nõ est noua lex. etiam cum dicitur, mandatum nouum do uobis, non intelligatis, quòd mandatum de dilectione sit nouum: quia nunc sit datum, & non prius, sed etiam nouum quo ad explicationem. quia est latum, se extendit ad amicos, & inimicos, & alios, & ad Deum principaliter.

Euãgelium addit explicatiõe præceptorum.

Mandatum de dilectione proximi quomodo dicitur nouũ.

Aliud dubium est utrum uerum sit, quod dicit Saluator, non ueni soluere legem sed adimplere, quod sit falsum, patet, quia uelum templi scissum est in duas partes; ergo lex uetus scissa est, patet consequentia, per glossam, quia uelum templi scissum est, quia lex Moysi consumata est. Ad idem Christus fecit contra legem: ergo uenit soluere legem. Item fecit contra legem per alios, quia Apostoli euellebant spicas, & fricabant manibus: ergo &c.

Quãdo Christus uenit soluere legem &c.

Et dicit Altisiod. quòd Christus uenit adimplere legem, & non soluere. tamen soluere legem est dupliciter.

Soluitur secundum duplicem. Soluere legem dupliciter.

Primo est facere cessare legem: sic Christus soluit legem, quia uenit imponere finem legi quo ad iudicialia, & cæremonialia.

Secundo soluere est facere contra obligationem legis, sic non soluit, quia peccasset, & fecisset aliquid contra illud ad quod obligabatur.

Christus impleuit legẽ quadrupliciter.

Vnde Christus impleuit legem, quadrupliciter.

Primo quia seruauit promissa, quia sicut promisit quod introduceret filios Israel in terram promissionis, sic fecit in sua ascensione.

Secundo adimpleuit legem, quando umbris dedit ueritatem.

Tertio quia moralibus præceptis addidit cumulum perfectionum.

Quarto quando asperitatem iudicialium mitigauit, & temperauit, dicendo, nec ego te condemnabo, & hoc est figuratum cum mutauit aquam in uinum. aquam seueritatis ueteris legis, in uinum dulce & suaue Euangelij. Ex his patet solutio ad argumentum, uelum templi scissum est, ideſt, fecit cessare, quæ cessanda sunt. Ad aliud, fecit contra legẽ, uerum est, ideſt, aliquid cuius contrarium erat præceptum in lege; quia præcipiebatur lapidatio adulteræ. at Christus eam absoluit, & sunt contraria lapidare, & absoluere: secundo cum infertur quòd fecerit aliquid ad cuius oppositum obligabatur, nego. etiam, cum dicitur, lex mandabat adulteram lapidare, dicunt aliqui, uerum est puris hominibus. Ad argumentum secundum Scotum dicamus.

Dicit Doctor quod lex noua continet omnia moralia, quæ uetus. secundo dicit, quòd lex noua superaddit ueteri explicationem perfectam. tertio dicit, quòd licet noua aliquid addat ad ueterem, & ad moralia; sed illa non habent tantam grauitatem, & difficultatem, sicut iudicialia, & cæremonialia antiquæ legis. Diceretis, quomodo istud uerum est, cum dicat Ezechiel quòd uidit rotam in rota? uerum est secundum quid, aut spiritualiter, ideo argumentum non cogit.

2. principale. Soluitur secundum.

Secundo arguitur sic, Ista lex est perfectior, quàm alia: ergo est difficilior, patet consequentia, quia uirtus est circa difficile: ergo ista lex est grauior.

1. dictũ Sco.

Primum dictum Doct. difficultas in opere uitioso non est ex parte operantis, sed ex parte operis. istud declaratur; est auarus, uadit pauper post eum, finaliter dat unũ denarium. liberalis dat immediatè, & est difficilius dare unum auaro, quàm decem ipsi liberali, ex parte obiecti, ut sunt duo actus, scilicet diligere Deum, & proximum.

2. dictũ Sco.

Secundum dictum. difficilius est diligere proximum quàm Deum, quia multa retrahunt ab amore proximi, & non tanta ab amore Dei. sed non est perfectius diligere proximum quàm Deum: quia obiectum est nobilius.

3. dictũ Sco.

Tertium dictum. talis difficultas ex parte operis stat cum maiori leuitate, & talis est ad obseruantiam nouæ legis, quia lex ista habet multa difficilia, sed habet multa remedia, & attrahentia. ideo ista est lex amoris & leuitatis.

Ad formam argumenti respondet.

Quando arguitur. Status legis Euangelicæ est perfectior; ergo est difficilior. nego cõsequentiam, quia diligere Deum est nobilius, quàm diligere proximum: sed non est difficilius. ideo concluditur, quod lex noua est lex pacis, & amoris; & non est grauior ueteri, sed leuior. & in hoc concluditur liber noster, de cuius fine laudetur DEVS omnipotens, MARIA, & D. FRANCISCVS, & omnes sancti Amen.

FINIS.

VENETIIS, apud Georgium Angelerium, sumptibus Hæred. Mag. D. Simonis Galignani de Karera. MDLXXXII.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Livres et Portraits, vendus Rue [illegible] ce qui est obligé

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca